Lat Lit

N.B.

[illegible]

1 [illegible] [illegible]

2 [illegible] [illegible]

[illegible] 7

[illegible] 357

[illegible] 360

[illegible] 8

Used for
Latin Dictionary
by T. H. Key


ΜΙΛΤΙΑΔΗϹ
APVD
FVLVIVM VRSINVM
EX MARMORE.

L
442F

# CORNELII NEPOTIS VITAE EXCELLENTIVM IMPERATORVM

CVM ANIMADVERSIONIBVS
IOH. ANDREAE BOSII

VARIAS LECTIONES NOTAS ET PRAEFATIONEM
ADDIDIT
IOH. FRIDER. FISCHERVS

EDITIO NOVA MVLTO AVCTIOR ET EMENDATIOR

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIƆIƆCCCVI

4777
17/8/00

# PRAEFATIO

Anno quinquageſimo nono ſuperioris ſaeculi *Io. Fridericus Fiſcher,* Coburgo-Francus, Rector quondam ſcholae Thomanae et Profeſſor extraordinarius in Vniuerſitate litterarum Lipſienſi, Vir poſt funera adhuc celeberrimus, edidit *Cornelii Nepotis vitas excellentium imperatorum, e recenſione atque cum animaduerſionibus Io. Andreae Boſii,* (Profeſſoris quondam Ienenſis celeberrimi.) *Libellum variarum lectionum et praefationem addidit Ioh. Frid. Fiſcher. Lipſiae in Libraria Weidmannia. A. C.* CIƆIƆCCLVIIII. 8. Fiſcherus reddiderat contextum vitarum ex altera recenſione Boſiana, et in praefatione haud exiguam tam codd. MSStorum, quam editionum Cornelii Nepotis copiam diligenter recenſuerat, et ex illis in libello variarum le-

ctionum, ſumma cum diligentia ferreaque induſtria, varietatem lectionis, etiam aperta ſcribarum aut typothetarum peccata enotarat atque collegerat. Codices quidem MSSt. conferre ei non licuit; ſed eorum tantummodo, quorum lectiones inprimis Schoppius, Boſius, Staueren atque Heuſingerus laudarant, varietatem ſedulo indicauit. Ita quoque non omnes, quas adpellat, editiones ad manus habuiſſe videtur: ex editione tamen Ienſoniana multo ſollertius, quam editor Cornelii Nepotis Patauinus (Patauii 1721. 8.) fecerat, enotauit.

Quam gratus fuerit ille labor Fiſcherianus, cum ex actis litterariis, tum maxime ex eo poteſt cognoſci, quod is, qui in praeſentia cum laude praeeſt officinae librariae, et cuius humanitatem aeque ac prudentiam ipſe, experientia doctus, teſtari poſſum, diuenditis omnibus ſuperioris editionis exemplaribus, de noua illius editione prelo ſubiicienda, praeſertim quod ab exteris viris doctis requirerentur exemplaria, cogitare et mecum de illa curanda agere coepit. Demandata igitur mihi, et a me accepta prouincia, miſit mihi tres editiones, ex ſectione bibliothecae Fiſcherianae publica quondam emtas, quibus

Fiſcherus vel varias lectiones, vel alias varii generis obſeruationes adſcripſerat. Primus liber eſt exemplar editionis minoris, ab *Auguſtino Staueren* Lugd. Bat. 1755. 12. curatae, cuius marginem occupant variae lectiones editionum, quas poſtea in praefatione vberius recenſuit, Venetae Ienſon. 1471. Mediolanenſis, Argentoratenſis a. 1506. Pariſienſis, a Iodoco Badio Aſcenſio paratae, et Aldinae a. 1522. 8. quam poſtremam a ſe a. 1756. m. Octobr. collatam eſſe, in fronte ed. Stauer. adnotauit. Alter liber eſt exemplar editionis prioris maioris Stauer. Lugd. Bat. 1734. mai. 8. ad cuius ille oram lectionis varietatem ex edd. Boecler. Boſiana 1. et 2. Gebhard. Keuchen. et in Attico ex edit. Brixienſi a. 1499. fol. tum ex Heuſingeriana, atque ex hac lectiones codicis Axen. atque editionis Longolianae adleuerat. Harum igitur et aliarum, quas vel ipſe, vel Boſius, Stauer. Heuſingerus aliique inſpexerunt, editionum et codicum, a Stauerenio aliisque comparatorum, ſubſidio vſus confecerat libellum VV. LL. ad calcem indici olim ſubiectum. Tertius liber eſt exemplar editionis Fiſcherianae, permultis adnotationibus manu ſcriptis ab initio vsque ad finem locupletatae. Ipſam praefationem

multis ditauit obſeruationibus, atque tam in margine illius, quam ab initio in charta pura editionum, praecipue recentiorum, enumerationem auxit, et alios, in quibus Nepotis loca emendantur aut illuſtrantur, libros commemorauit. Tum contendit edd. Longolii, Magii et Patauinam, et lectionis varietatem, ex illis enotatam, orae textus adleuit, quibus paſſim admiſcuit varii generis animaduerſiones. Denique fragmenta et indicem aut nouis acceſſionibus, aut aliis adnotationibus amplificauit.

Atqui Fiſcherum in animo habuiſſe, nouam eamque maiorem parare editionem, cum ex iis, quae modo dixi, tum ex variis, quae hinc inde breuiter adnotauit, colligere licet. Ita vero, interdum bis terue, mutata forſan aliquoties ſententia, conſilium futurae editionis, vt verbis eius vtar, declarauit. 1) Noua paretur editio in mai. 8. Dignus autem eſt Nepos, qui recenſeatur denuo et illuſtretur in indice. 2) Orthographia et interpunctio mutanda eſt. 3) In libello variarum lectionum meae notae addantur. 4) Addatur index Boſiano-Heuſingerianus, quod ſaepe ad eum Boſius prouocat in notis, in peculiari volumine, in quod etiam conii-

ciantur et a nobis obſeruata, et *Io. Henr. Schlegelii* criticae et hiſtoricae obſeruatt. in Cornelium Nepotem, Hafniae 1778. 4. vna cum epiſtolis viror. doctt. ad Boſium a me editis, et *Schefferi* epp. ad Heinſium in vol. IV. Sylloges Burmannianae, (quae ſaltem comparari poſſunt,) ac *Schefferi* notis in Miltiadem. 5) Adiici poſſunt coniecturae VV. DD. vt *Rutgerſii* e variis eius Lectionibus, Schefferi, — it. in Obſſ. miſcell. vol. VIII. p. 832 ſqq. Vol. IX. p. 196 ſqq. *Schoppii* in Veriſimilibus; variae lectt. e cod. Guelferbytano et ex cod. Thott. ex Schlegelii Obſeruatt. 6) In noua edit. variae lectiones ſubiici poſſunt textui. 7) *Iac. Frid. Heuſingeri* programmati addantur *(Klotzii)* recenſio in Actis eruditorum et *Heuſingeri* reſponſio ex edit. libri: Mallii de metris, Lugd. B. 1766. 8. 8) Ex ed. Cellarii repetantur tabulae geographicae, et cuiusuis imperatoris vitae praemittantur argumenta. 9) Addatur chronologia e Boſio et Schlegelio, atque chronologia vitae Catonis ex Schotto.

Ex his ipſis Fiſcheri verbis, quod ille conſilium de noua editione adornanda ceperit, facile poteſt perſpici; et procul dubio, ſi diutius ei licuiſſet vſura vitae frui, ipſamque

parare editionem, plura addidiſſet. Supereſt, vt, quomodo ego in curanda hac editione verſatus ſim, paucis declarem.

Vt variae lectiones textui ſubiicerentur, iam ante accepta viſaque exemplaria illa tria Fiſcheriana, ſuaſeram operis redemtori. Quaecumque autem Fiſcherus ad praefationem et frontem librorum, ad contextum Cornelianum, fragmenta indicemque manu ſcripſerat, ea ſumma cum fide, et in notis quidem nomine *Fiſcheri* adpicto, reddidi. Ego vero ad eius praefationem librorum tam ſcriptorum, quam editorum auxi notitiam et, vti per totum librum feceram, ea, quae addidi, a Boſii aut Fiſcheri oratione vncis ſeparaui. Textum tamen, a Boſio, alioquin de Cornelio Nepote immortaliter merito, conſtitutum, vel meliorum codd. fidem, vel iudicium atque auctoritatem recentiorum, eorumque artis criticae peritorum, maxime ſequutus, ſaepenumero immutaui, piaculum quaſi arbitratus, ſi poſt nouas virorum doctorum curas veterem Boſianum omnino redderem, et cauſſam fonteſque mutationis vbique indicaui candide. Pariter verſatus ſum in interpunctione et orthographia, vbi rectius aut neceſſarium

videbatur, mutanda. Porro lectionis varietatem poſt iteratam Fiſcheri induſtriam ex exemplaribus, quae conſului, locis paene infinitis locupletaui. Editionem *Longolii,* *) quam tamen baſin edit. Gebhard. aliarumque fuiſſe deprehendi, quod eam Fiſcherus vel non habuerat ipſe, vel leuiter contenderat, diligentius contuli, ex eaque varias lectiones ſiluae Fiſcherianae ita inſerui, vt rarius eas, vt chartae parcerem, vncis ſegregarem a reliquis. Ita quoque ex editione Lambiniana multas, quas a Fiſchero vidi omiſſas, addidi lectiones, et quia vir quidam doctus margini exemplaris mei Pariſienſis hinc inde manu adſcripſerat coniecturas aut emendationes, has haud negligendas exiſtimaui. Interdum inſpexi editionem Francofurt. inſcriptam: *Cornelii Nepotis Opera* quae quidem exſtant hiſtorica, — explicata pridem ſtudio *Andr. Schotti,* Antwerp. S. I. Nunc denuo

*) Editio autem, qua vſus ſum, inſcripta eſt: Liber *Aemylii Probi,* Hiſtoriographi veteris et praeclari, de vitis excellentium Graeciae Principum et Ducum ad T. Pomponium Atticum, Ciceronis familiarem. Vitioſiſſimum exemplar ex MSto codice quam emendatiſſimum redditum eſt per D. *Gybertum Longolium;* cuius etiam ſcholia ſunt, quae paſſim inſeruntur. Coloniae excudebat Ioan. Gymnicus. Anno M. D. XLIII. 8.

doctorum hominum acceſſionibus locupletata, Francof. ap. Claud. Marnium et hered. Io. Aubrii MDCIX. fol. et in altera parte cum peculiari inſcriptione: *Cornelii Nepotis vulgo Aemilii Probi* de vita excellentium Imperatorum Graecorum ac Romanorum, cum commentariis *Dionyſii Lambini* Monſtrolienſis auctis nuper atque emendatis: acceſſerunt commentarii, adnotatt. et notae *Gyberti Longolii, Hieronymi Magii* et *Ioannis Savaronis,* cum excerptis e vetuſto cod. MS. *P. Danielis* etc. Francof. ap. Claud. Marnium et hered. Io. Aubrii MDCVIII. In vita Attici ex duabus vetuſtis editt. de quibus vide p. 504 adnotata, varias adtuli lectiones.

E recentioribus cum fructu comparaui praeter Heuſingerianam et huius vt plurimum ſequacem Bipontinam edd. 1) maiorem ſecundam *van Staueren,* Lugd. Batau. 1773. mai. 8. qui, Heuſingeri monitis haud raro obſequutus, in conſtituendo textu frequenter fecit diſceſſionem a prima ſua editione, notasque auxit; — 2) *I. S. Ithei,* Bernae et Lauſannae 1779. 8. — 3) *Io. Henr. Bremi,* Tiguri 1796. 8. — 4) alteram *Staueren-Harleſianam,* in qua notis multae Io. Kappii animaduerſiones criticae ſunt intextae, Er-

langae, 1800. 8. — 5) *Io. Chriſti. Frid. Wetzelii,* Lignitii 1801. 8. — 6 et 7) *Caroli Henr. Tzſchucke* tam minorem, Lipſ. 1791. 12. quam maiorem, Gottingae, 1804. mai. 8. ex quarum poſteriore viri illius doctiſſimi et argumenta, ſingulorum vitis praefixa, et breuitatis ſtudio chronologiam rerum in Nepote memorabilium repetii; — 8) M. *Beniamin. Frid. Schmiederi,* Berolini 1801. 8. ſaepius etiam eiusdem viri doct. notas criticas, praefixas eius: *Lexicon über den Cornelius Nepos,* cuius ille latinitatem acrius iuſto culpat caſtigatque, Halae, 1798. 8. conſului; — 9) *Caroli Frid. Heinrich,* Vratislau. 1801. 8. — 10) *Chriſtiani Heinr. Panſleri,* Lipſiae 1804. mai. 8. denique 11) *F. R. Ricklefs,* quam tamen ſerius me nactum eſſe doleo, Hannouer. et Oldenburg. 1802. 8. De his vero, ne arrogans videar, iudicare nolim, ſuum cuique tribuendo.

Ex his igitur, praeſertim duabus Staueren., nempe minore, quam ſecundam nominaui, et altera maiore, quam nota 3. diſtinxi, atque Tzſchuckianis, cum lectiones, quas editores vel reſcripſerunt, vel adnotarunt atque ſub examen vocarunt, collegi et reliquis intexui, tum aliquando, quae ad meliorem

Nepotis intelligentiam atque interpretationem cum primis facerent, ea, adhibitis etiam alienis ſubſidiis atque obſeruationibus criticis aeque ac hiſtoricis grammaticisque, ſumma breuitate vſus, excerpſi et auxi. Nam Boſius, etiamſi iure poſſit vocari Cornelii Nepotis ſoſpitator, et multa praeclare contuliſſet ad egregiam Nepotis editionem procurandam: haud pauca tamen, vt fieri ſolet, reliquit aliis viris doctis rectius vel emendanda, vel explicanda illuſtrandaque. Quare, quum praeſertim huius libri redemtor etiam flagitaret operam meam ad maiorem ſuperioris editionis vtilitatem atque commendationem, et quia id paene neceſſarium videbatur: deeſſe nolui officio, et ea, quae lectoribus Nepotis commoda atque vtilia, ſaltem haud ingrata viderentur, (commentarium tamen nouum conſcribere nec volui, nec debui,) Fiſcherianis aut Boſianis adieci immiſcuiue adnotationibus. In has quoque interdum ex indice Boſiano, praecipue ſi ipſe Boſius ad eum ablegauit lectorem, quaedam conieci. Indicem vero integrum, qui etiam, isque auctior, exemplaribus edit. Heüſingerianae, facile obviis atque parabilibus, adhaeret, eadem de cauſſa haud adieci, qua Fiſcherus, in fine

praefationis ſuae, ſe motum eſſe, profeſſus eſt: pauca tamen, praeter Fiſcheriana additamenta, huic, quem retinui, adſpergenda eſſe duxi. Atque eadem cauſſa impulſus, aut potius coactus, ne moles nimia et cupidis huius editionis et vero eius redemtoris, viri optimi, cauſſae plus officeret, quam prodeſſet, cum *Schlegelii* librum, alias doctiſſimum et ad fructum pleniſſimum, atque a me vel in hac editione curanda cum vtilitate adhibitum, (hinc varias et codicis MSti Thottiani et exemplarium vetuſtorum lectiones, a Schlegelio excerptas publicatasque, ſuo quamque loco, laudaui,) tum chronologias longiores ex editione Heuſingeriana, quamquam valde vtiles, non potui ſubiungere. Atque integrum Schlegelii librum, inuito eius redemtore, ſeparatim typis repetere nolui: neque, id vt facerem, illius exemplaribus haud infrequentibus rariſque, neceſſarium eſſe iudicaui.

Operis vero quum praeeſſe non poſſem, curam plagularum, a mendis typographicis purgandarum, vir quidam graece latineque doctiſſimus ſuſcepit, et ſingulari diligentia perfecit, vt, quantum plagulas, nec vero propter otii temporisque penuriam omnes, leui-

ter recognoſcendo animaduerti, liber minus contaminatus, (nam quis librum, formulis typographicis deſcriptum, vmquam vidit, ab omnibus operarum peccatis omnino liberum?) prelo exiret. Quapropter viro illi doct. palam profiteor declaroque gratum animum.

TV vero, L. B. peccatis et meis et typographicis ignoſcas, mihique faueas velim, atque, ſi commodum videbitur, noſtro labore vt lubenter fruaris, in primis habeo votis. Scripſi poſtridie Calend. Dec. CIↃIↃCCCV.

*Monente viro quodam docto, duas W. coniecturas, acutas quidem, at audacior. earumque vberiores, quam vt in notis eas redderem, expoſitiones ſubiungam. Lectoribus liberum eſto de illis iudicium.*

Io. Hildebr. *Withof* Excaen. Critic. ſiue Lucanus, Auianus, et Maximianus, triga ſcriptorum veterum, primaeuae integritati reſtituti. Veſaliae. 1741. 8. in praefat.:

[Cornelii Nepotis] haec in Praefatione verba reperiuntur: *Laudi in Graecia — — quae non ad ſcenam eat — — fuit turpitudini.* Quis non haec, paucis eruditis hominibus exceptis, ſecure legit, explicuit, deſcripſit, inculcauit? Et tamen latet vlcus antiquiſſimum. Hieron. Magius primo *ad caenam* diuinabat, deinde vulgatam lectionem retinens ad corruptionem morum ſequioris aeui referebat. Ioan. Freinshemius quoque taxans locutionem *ad ſcenam ire* ſimiliter *ad caenam* hariolabatur, teſte I. Henr. Boeclero. Caſp. Barthius plane extra oleas vagatus et frontem perfricans diuinat *Nulla apud Athamanas tam eſt n. v. q. n. ad ſtiuam eat* etc. Rem commemorat, meritoque refutat Boſius. Nam quid opus erat ad talem agriculturam mercede conduci? curue ſolae hoc viduae facerent? Tamen vulgata ſcriptura ſine dubio falſa et adulterina eſt, quod vel hoc ſolum meridiano ſole clarius indicat, quia continuo vt rem aliam proponens addit: *In ſcenam vero prodire* etc. *nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini.* Quae haec foret inſulſa iteratio? Nonne et viduae Lacedaemonum inter easdem gentes totius Graeciae ſimul

...i neminem excludat,

 ...urpitudini, potuiſſent et
... non ſit mihi veriſimile, eo
comprehendunt ...eque perueniſſe Lacedaemonum
cui in ſcen... ...cum ritu in ipſas prodirent ſcenas.
viduae ...iquid feſtiui hic latet, quod tamen ho-
licen... titulo occaſionem dare poterat conuocandi
...m viduas, etiamſi multa quoque ibi licenter con-
tingere ſolerent. Quid multa? En tibi tandem ve-
ram, niſi fallor, et indubitatam Cornelii Nepotis ſcri-
pturam: *Laudi in Graecia — — quae non ad en-
caenia eat — — fuit turpitudini.* Opportune vo-
cabulo Graeco in Graecorum rituum commemoratione
eſt vſus. Per encaenia vel ἐγκαίνια autem intelligeban-
tur publicae templorum et eiusmodi ſolennium loco-
rum dedicationes, inſtitutaeque propter hanc cauſam
feſtiuitates ſacrae quidem, ſed ludicrae, ſaepe quoque
annuatim in memoriam repetitae, in quibus multa,
vt ſolet nunc in peregrinationibus religioſis, olimque
in lucis, licenter, multa laſciue, multa intemperanter
fiebant. Huc pertinet et illud Horatii Art. Poët. v.
232. *vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus*, id eſt
publice ſaltare. Exemplum talis laetitiae exhibet Si-
donius Apollin. lib. VI. Epiſt. 15. Vnde liquet, eun-
dem morem quoque deinceps apud Chriſtianos per-
manſiſſe. Vide ibi Sauaronem, et ad Plinii lib. IV.
Epiſt. 1. Cellarium. Huc vero titulo ſacrorum con-
ductas etiam fuiſſe viduas, nemo miretur. Adde mo-
do Terent. Hecyr. Act. IV. Sc. 2. de matronis feſtos
dies in Graecia frequentantibus; vnde et eorum vo-
luptates diſcas. Locus eſt notabilis apud Quintilia-
num Inſt. lib. VII. cap. 2. *dicens, neminem non ali-
quando coepiſſe peccare, nec per encaenia ducen-
dum ſcelus primum.* Quid illic per ἐγκαίνια Rhetor
intellexerit, non eſt huius loci inquirere. Sufficit,
quam feraces laſciuientium iocorum ferias hic intelli-
gendas habeamus, ſcire. Talia vero Graeca vocabula

Nepoti ſunt in deliciis, vt alibi *aſty, hemerodromus, dynaſta, Hermae, anagnoſtae, acroama, automatia, ſcytala, moera, rhapſodia, gynaeconitis.* Ad caenam vero mercede conduci, vt nonnulli fruſtra diuinarunt, cum reuera ſit ineptum, tum eſt hoc loco alieniſſimum, vbi e contrario mox narratur velut peculiare, Romanorum mulieres a viris quoque conuiviis adhiberi. Ergo hoc ritu mulieres in Graecia abſtinebant. Solae enim hic morum vtriusque gentis differentiae demonſtrantur.

---

Idem ibid. pag. 209. ſqq.:

Cornelius Nepos Pompon. Attic. cap. 3. *Igitur primum — — vt eandem et patriam haberet et domum voluit. Hoc — — cariſſimus.* Ita hic locus in MSC. libris circumfertur, quod quum non cohaereat, plerique *τὸ voluit* penitus omittunt. Nonnulli (ſic differunt hominum ingenia) nihil pulchrius hic tempeſtiuiusque eo verbo putant, quod retinendum, et in praecedentibus *τὸ eſt* eliminandum cenſent. Dion. Lambinus *dominam ἀντὶ τοῦ domum* diuinabat. Sed quid ille, quid Andr. Schottus, Ernſtius, Schefferus, Boſius, Boeclerus, aliique ſenſerint, Notae ipſae ab Editore nouiſſimo D. Auguſtino van Staueren iterum iunctim editae te docebunt, qui itidem teſtatur, Leidenſes Codices retinere *τὸ voluit.* Vere ſentiebat Boeclerus, locum altius eſſe corruptum. Vulgata autem lectio *et patriam haberet et domum* inepta eſt. Nam primo *patria et domus* iis, qui pure latineque loquuntur, in talibus idem notant, nihil diuerſum. Deinde ſi *domum* hic pro ſimplice domicilio vel habitatione velis capere, Cornelius aliquid ſibi ipſi, et huic loco contrarium profert, qui inculcat, Athenas aeque domum eo ſenſu poſſe Attico dici, ac Romam, et iure etiam maiore, quoniam vir factus praeſtantiſſi-

mam vitae partem ibi, cum ſe eo contuliſſet, transegit. Nullus dubito verba corrupta *domum voluit* ex praecedente *domicilium*, eiusque ſimilitudine irrepſiſſe, pro alio quoad ſcripturam non plane disſimili. Quid itaque? Ego Cornelium ſcripſiſſe cenſeo: *Igitur primum — — vt eandem et patriam haberet et educatricem. Hoc — — cariſſimus.* Nihil nunc aptius concinniusque fingi poteſt. Primum ex *et educat* fecerunt librarii *et domum*, deinde ex *tricem* vel *ricem* disſolutis literarum ductibus *voluit*. Sic error irrepſit. Vnice huc facit locus Cornelii alius in Alcib. cap. 2. *Educatus eſt in domo — — — vel natura tribuerat.* Vides omnia, quae modo dixit, vocari ſimiliter fortunae munera, educari, erudiri, ſocerum habere, vt contra naturae dona in priore capite recenſuit. Patriam vocat *educatricem*, vt Horatius lib. III. od. 4. v. 10. *Apuliam*, patriam ſuam, *altricem*, quem locum ſimiliter conclamatum alibi cum innumeris aliis emendauimus. Sic etiam Virgilius Aen. lib. III. 273. Stat. Theb. lib. VII. 147. Silius lib. I. 218. Claudian. Conſ. Prob. v. 186. Ita et Ciceroni *parens educatrixque Sapientia* iunctim dicitur. Sic ipſe Cornelius in Ageſil. c. 8. *naturam fautricem* vocat; et Florus lib. II. c. 6. *Hiſpaniam eruditricem Hannibalis.*

# LECTORI BENIVOLO
S.
## IOH. FRIDER. FISCHERVS.

Quae Iuſtini, aliorumque ſcriptorum veterum Latinorum, ſancta et veneranda monumenta violare ſuſtinuerunt impurae manus atque profana ingenia Minellii, Iunqueri, eorumque ſimilium: ea Cornelii quoque Nepotis pulcherrimas elegantiſſimasque Vitas imperatorum Graecorum * commentis puerilibus et inficetis deturpare atque contaminare auſa ſunt; quas etiam ornari omnibus modis illuminarique oportebat. Quae ſtulta iſtorum hominum atque impudens audacia commouere cupidiſſimum quemque doctrinae antiquae ac ſollicitare eo magis debet, quo maiorem illius culpa perniciem, quo plures peſtes, quo grauiores calamitates, fundo, vt ita dicam, bonarum litterarum illatas ſemper eſſe legimus, atque etiamnum inferri triſtes videmus. Cuius quidem rei cauſſae in promtu ſunt, neque abditae, credo, et contectae. Etenim quum Vitae illae non minus, quam reliqui priſcorum Romanorum libri, fere a pueris atque adoleſcentulis, qui linguae ſibi Latinae notitiam volunt comparare, legantur, et vero etiam debeant quam ſtudioſiſſime legi: quid putemus fieri poſſe facilius, quam vt obſcura ſtultitia iſtarum notarum, quae nihil minus, quam ſententiam librorum, ape-



* Altera pars operis Nepot. complexa erat vitas imperatorum Romanor. v. Hannibal. XIII. 4. Exſtant Cato et Atticus.

riant, reiecti et deterriti adoleſcentes, praeſertim capitaliores, aeterno litterarum Latinarum capiantur faſtidio? Deinde ſi verba lectiſſima et nitidiſſima et puriſſima veterum, ſi grauiſſimas gratiaeque pleniſſimas ſententias, videant verbis tam impuris et ſordidis et inquinatis, tam abiectis et ineptis, tam inconditis et ne Latinis quidem, obrutas efferri: nonne videatur eſſe vehementer timendum, ne tirones Latini ſermonis deducantur eo, vt de ipſa doctrina elegantiaque ſcriptorum ſentire tenuiter maleque exiſtimare incipiant? Quum porro Minelliana interpretandi ratio ſit eiusmodi, vt vel tardiſſima eam ingenia poſſint menſium haud multorum ſpatio aſſequi: nonne periculum eſſe arbitremur, ne facultas enarrandi ſcripta veterum omnis, quae tam facile ſcilicet et ſine vllo negotio parari ab cuiuslibet ingenii hominibus poſſit, contemnatur? nonne valde metuendum ſit, ne Grammatici, quorum doctrina, ſicuti Grammatiſtarum, ſcientia vulgaris Grammaticae ſola videatur contineri, inepti homines ab ineptis indoctisque Tigelliis * ferantur? nonne feneſtram ea re iuuentuti ad neglegentiam, ad deſidiam, ad pigritiem, pateſieri cenſeamus? Nonne vero triſti ſuperiorum temporum memoria admoniti vereamur, ne Grammatica, hoc eſt ars diſciplinaque interpretandi veteres auctores vera et recta, neglectum tandem iſtum deſpectumque indignum ſui vltura grauiter et vindicatura ſit omnium diſciplinarum bonarum et artium, atque religionis adeo integrae nec contaminatae omnis, fuga miſera atque repentino interitu? Quo magis quum adornanda erat noua Vitarum elegantiſſimi Nepotis editio, faciundum putaui, vt notis Stubelianis, peſtibus, vt demonſtraui, litterarum capitalibus, pulſis et tanquam iugulatis, reuiuiſcere iuberem

* v. Cic. ad diuerſos VII. epiſt. 24.

ac redire eas; quibus planiſſime declararetur, quam longe lateque pateret doctrina Grammaticorum; quam acri illi iudicio, quam emunctis naribus, praediti, quam incredibili cognitione omnis memoriae et antiquitatis, quam magna, quam accurata, quam perfecta, ſcientia linguarum veterum, inſtructi eſſe deberent; quae bona, quae dotes, ſine acerrima induſtria et diligentia, ſine maximo plurimorum annorum vſu, non venirent: vt et acuerentur ſtudia tironum, et ab ipſa Grammatica omnis contemtus, omnes contumeliae, defenderentur remouerenturque quam longiſſime.

Sed quo melius de bonitate vtilitateque editionum Nepotis ſtatui et iudicari poſſit: animum induxi oſtendere, vt nuper in Iuſtino feci, e quibus libris fluxerit vnaquaeque earum; an et quam diligenter inſpexerit ſcriptos Editorum quisque libros; quam curam, quam fidem, praeſtiterint in reddendis et recenſendis Cornelii verbis; an forte et quas coniecturas inculcarint, vt fit, atque inferſerint. Dicam vero primum de libris ſcriptis, quibus quidem Editores conſtet vſos eſſe: deinde editos quoque luſtrabimus. Quodſi non attigero omnia, quod mihi etiam vſu venit in hiſtoria librorum Iuſtini contexenda: * cogitent velim le-

* Quae nobis poſtilla de libris Iuſtini indagare licuit, ea haec ſunt. Praeter ſcriptos Codices, quos commemorauimus, laudatur Codex Duisburgenſis a Duquero ad Flor. 1, 20. 1. 1, 26. 6. et 3, 21. 1 et 13: duo Doruilliani ab Audendorpio, cum ad Frontinum Strateg. p. 38 et alibi, tum ad Caeſaris Commentarios paſſim. Ab ipſo quoque Doruillio ad Charit. p. 562. vbi tres memorat MSS. Iuſtini; in Obſſ. miſcell. Vol. V. tom. 3. pag. 13. Nam Doruillium eſſe auctorem illarum notarum, patet ex eod. vol. p. 299. vbi locum ex Charitone profert, et ſe, promittit, eum editurum. In bibl. Gothana eſt MS. Iuſtini: vid. catal. MSSt. Et in bibliotheca Guelferbytana accepi ab Heuſingero meo, Viro magnae doctrinae ſummaeque humanitatis, extare, inter Gudianos,

ctores aequi, perquam raro ſe hoc in genere omnia offerre in tempore, quod vel Fabricii et Metarii, diligentiſſimorum hominum, exemplum plane doceat; et nos in digerendis enarrandisque iis, quae cognoſcere et congerere licuit, diligentiam probaſſe, certe voluiſſe probare.

Italiae bibliothecas non reperio ſuppeditaſſe ad emendandas Nepotis Vitas Codices ſcriptos multos, praeter eos, e quibus primae illarum editiones, tanquam riui e fontibus, deductae fuere. Magius quidem, de cuius in Cornelium meritis deinde dicemus, vſus eſt libris ſcriptis duobus; vno proprio, quem membraneum vocat;* alieno altero, quem pertinuiſſe oſtendit** ad bibliothecam Coenobii, quod ab diuo Antonio appellatur, Venetam: *** de quorum librorum antiquitate

duo, alterum membranaceum, ſaeculo, vt videtur, XIII ſcriptum: alterum chartaceum, ſaeculi XV partum. add. Schelhorn. amoenitatt. literr. tom. V. p. 193 ſq. In eadem bibliotheca ſunt quoque editionis Zaroti et Sabellici exempla. Iis autem, qui Iuſtini locos prauos corrigere conati ſunt, addi debent ſummi Viri, Trillerus, Chriſti. Cruſius, et Ioh. Mich. Heuſingerus.

* Ad Milt. 4, 4.

** Ad Eumen. 6, 3. Han. 13, 1. Cat. 1, 1: et in epiſtola de aetate Cornelii Nepotis ad Gregorium Angelerium et Paullum Ligium, Anglarienſes.

*** Cod. MS. Ven., v. Mag. ad Miltiad. IV. 4. [Aliorum codd. MSSt. notitiam addere iuuat. *Lucae* in Etruria in aedibus PP. S. Mariae Curtis Orlandigorum eſt in cod. chart. ſaec. XV. in fol. min. *Aemilii Probi* (Cornelii Nepotis) *de excellentibus ducibus exterarum gentium* liber. v. *Franc. Antonii Zachariae* — iter litterarium per Italiam ab a. 1753. ad ann. 1757. Venetiis. 1762. 4. pag. 24. — *Mantuae* in cod. membran. Capilupiano in 8. ſub exitum ſaeculi XV. ſcripto ſunt vitae *Cornelii Nepotis* cum duobus fragmentis epiſt. Corneliae, matris duorum Gracchorum. v. Catalogo de' codici MSSti della famiglia Capilupi di Mantova, illuſtrato dall' Abate Don *Giovanni Andres*. Mantova, 1797. 8. pag. 10. ſq. — *Taurini* in cod. 297. membran. ſaec. XV. quondam regiae bibl.

et bonitate exiſtimari a nobis eo minus poteſt, quo pauciores ex iis prolatas a Magio * lectiones videmus. Videtur tamen vterque liber omnes continuiſſe Imperatores, excepto Attico: in cuius Vita enarranda et explicanda ea contigit felicitas magno illi Ernſtio, vt e bibliotheca Medicea nobili, Ferdinandi tertii, Etruriae principis, iuſſu et auctoritate, acciperet ** libros manu ſcriptos duo:

fol. 1. Titi Pomponii Attici vita ex Cornelio Nepote. v. catal. codd. MSSt. bibl. regii Taurinenſis Athenaei, auct. Ioſ. Paſini, Anton. Rivautella et Franc. Berta. Taurini, 1749. fol. p. 82. — *Paris.* in bibl. publ. ſecundum catalog. codd. MSSt. biblioth. regiae, part. III. tom. IV. in cod. 5826. nr. 6 — 8. vita Pomponii Attici; it. Catonis, auctore Cornelio Nepote; eiusdem ſiue Aemilii Probi liber de excellentibus ducibus exterarum gentium. — in codd. 5831. nr. 9. et 8534. vita Pomponii Attici. — in codd. 5827. et 6143. de excellentibus Graeciae ducibus et exterarum gentium. In quinque codd. eſt liber de viris illuſtribus, perperam Cornelio Nepoti tributus. — In catalogo librorum MSStor. Angliae et Hiberniae, Oxon. 1697. fol. tom. I. p. 96. nr. 291. Corn. Nepos *Cantabrigiae* in coll S. Trinitatis. — tom. II. p. 3. nr. 46. in codice eccl. S. Petri apud Eboracum. De Voſſianis, nunc Leidenſibus, codd. ipſe Fiſcherus poſtea egit. In illo autem catalogo citantur tom. II. p. 65. nr. 2438. — p. 67. nr. 2556. et p. 68. nr. 2570. tum inter codd. quoque Voſſianos p. 70. nr. 2755. Aemilius Probus Lambini cum emendationibus et notis mſſt. ac p. 72. nr. 2877. Cornelius Nepos Sanaronis, Scaligeri manu notatus. — Pag. 90. nr. 4611. Corn. Nepos, inter codd. Franc. Bernardi. — Pag. 228. nr. 7535. inter libros Eduardi Bernardi latinos cum veteribus exemplaribus collatos. — Auctore Bern. de Montfaucon in Bibliotheca bibliothecarum MSStorum noua, tom. I. p. 366. *D.* in Bibl. *Laurent. Medicea*, hiſtoriarum latinarum Cornelii Nepotis vita Attici: Catonis compendioſa vita. — Pag. 512. *E.* in bibl. Ambros. *Mediolan.* vita Attici.]

* Commemorat *Magius* cod. MSt. Arlenii in Miſcell. IV. cap. 15. p. 1432. tom. II. Theſauri Gruter.

** Vid. notae Ernſtii ad Att. 1, 1 et 7, 2.

qui ab eo Medicei dicuntur. Ille ipſe autem Ernſtius in recenſendis Vitis caeteris adhibuit Codicem membranaceum proprium, quem in Gallia Aureliae emerat,* et cuius lectiones cum lectionibus duorum librorum Bauaricorum ** fere conuenire cognouimus. Hos quidem e bibliotheca Monacenſi tum inſtructiſſima dederat Maximilianus, Bauariae princeps, Oberto Giſanio,*** Iurisconſulto, cuius paucos ſimiles fert aetas noſtra. Ab Giſanio deinde venerunt in manus Gaſperis Schoppii, Franci, popularis mei, qui eos non ſolum diligenter cum exemplo editionis Ingelſtadienſis a. 1593. commiſit, verum multas etiam ex iis lectiones in Veriſimilium libros **** coniecit. ***** Schoppii exemplar quum poſtea nactus eſſet Michaël Picartus, Francus; et ipſe emendare nonnulla inde Nepotis loca in Periculis Criticis ****** inſtituit.

* Vid. Ernſtius ad Milt. 3, 4: ad Themiſt. 1, 1: ad Alcib. 10, 5.

** Vid. Ernſtius ad Epam. 2, 5.

*** Ipſe ſcripſit ſe *Hubertum* in epiſtolis ad Lipſium in vol. I. Sylloges Burmann. vbi p. 342. dicit, *ſe aliquid parare in hunc* (Cornelium Nepotem.) Atque in indice operum, quae in MS. *Hubertus Giphanius* reliquit, (in Schelhornii Amoenitt. litterariis tom. XII. p. 591.) nominantur *Cornelii Nepotis opuſcula et fragmenta diligenter ex vett. codd. collecta et emendata: in eadem commentarii.* — *Iungermann* in notis ad Iul. Pollucis Onomaſtic. I. ſegm. 65. p. 43. ed. Hemſterhuſ. laudat illos Giſanii commentar. additque nondum vero illos eſſe editos.

**** Li. 1, 20. li. 2, 3. 10. li. 3, 4. 8. 12. 20. li. 4, 2. 8. 14. 18. Edita ſunt Veriſimilia Schoppii primum Noribergae octonis A. C. cIↄIↄXCVI, quum haberet Schoppius annos viginti. — Iterum Amſtel. 1662. 8.

***** v. *Schoppii* praef. ad Veriſimilia, et Veriſimil. lib. I. cap. 20. p. 70. ſqq. Is vero poſtea ſe vocauit *Scioppium.* v. ep. Ritterhuſii ad Scaliger. p. 335. tom. II. Syllog. epiſtol. Burmann.

****** C. 10. Pericula Critica Picarti, Profeſſoris artium Altorpini, iterum prodierunt, cura Ioh. Sauberti, quaternis Helmaeſtadl A. C.

Sed quia Schoppius non diſtinxit ſatis et ſecreuit vnum Codicem ab altero, quia eos ſimpliciter membranas vocat: opera ſua certe et manu non multum ſubleuaſſe debet exiſtimari poſterorum ſtudia. Et quoniam coepimus dicere de Germaniae liberalitate in Nepotem: age, quos alios orbis noſter libros ſcriptos benignus conceſſerit eiusdem Editoribus, videamus. Atque Schefferus quidem, cui non videatur merita ſua in bonas litteras vehementer eo auxiſſe, quod paſſus eſt Boeclerum, quum Nepotem tertium ederet, ſcripto Codice vti? quem optimae fuiſſe notae, lectiones ex eo excerptae ſatis declarant. Complexus eſt Imperatores, praeter Atticum, omnes, fueratque a Sebaſtiano Mugio, primo domino, cum Stephanianae editionis exemplo diligenter collatus. At vehementer dolendum eſt, Boeclerum cum inhumanitate ſua, tum etiam neglegentia, cauſſam conquerendi iuſtam Scheffero dediſſe: nam nec faſſus eſt vspiam Boeclerus, a quo acceperit Codicem; nec curioſe ſatis eius lectiones enotauit. Quare ſi cum ipſe denuo contenderet cum libris editis, et vel neglecta a Boeclero proferret, vel perperam maleque laudata ab eodem emendaret, ſe laborem ſuſcepturum Schefferus ſperauit nec ingratum ſtudioſis nec inutilem. Fecit vtrumque in Aduerſariis ſuis,* quibus, poſt mortem eius, Belgae ditarunt ſua Miſcellaneorum Volumina.** Lectiones huius Codicis, qui cum Boeclerianus, tum Schefferianus a poſſeſſore, dicitur, reperi raro diſcrepare a lectionibus libri Leidenſis primi,*** Voſſiani ſecundi,**** de quibus infra erit dicendi lo-

cIↃIↃCLXIII, poſt primam editionem quinto et quinquageſimo.

* C. 14 et c. 24.

** Vol. 8 p. 432 - 438. Vol. 9 p. 196-212. In vol. 9 p. 197. adnotat, iſtum codicem fuiſſe *Seb. Mugii.*

*** V. c. 10, 9. 1. 14, 1. 4 et 4. 5 etc.

**** V. c. 8, 2. 7. 10, 8. 4 et 9. 2. 11, 1. 4. 12, 1. 2.

cus, et Axeniani Codicis: ita vt vnus ſaepe corrigi ex altero* recte poſſit. Axenianus liber nomen habet a Petro Axenio illo, qui fabellas Pſeudophaedri animaduerſionibus illuſtrauit. Contenderat eum cum ceteris libris Ioh. Frider. Nodius, Sleovicenſis theologus, lectionesque eius communicavit cum Ioh. Michaele Heuſingero, Viro doctiſſimo. Pleraeque illi communes ſunt, vt modo demonſtrauimus, cum Voſſiano ſecundo, Boecleriano que, Codice: multae tamen etiam propriae, eaedemque apprime bonae, et procul dubio verae, ** ita, vt Heuſingerus, iudex harum rerum in primis intellegens, non temere fidei illius et auctoritati plurimum tribuiſſe videatur. Atque hactenus de libris Cornelii ſcriptis, quos Germanorum bibliothecae Editoribus Vitarum eius ſuppeditarunt. Praeter eos alius fuit, quem tamen nondum puto a quopiam conſultum eſſe, in bibliotheca Vſenbachiana, *** membranaceus, ſaeculo circiter quarto decimo ſcriptus, Maio iudice. Conſtat foliis ſex et octoginta formae octopertitae, complectiturque, praeter epiſtolae Gracchorum matris particulas, Vitas omnes, ita tamen, vt Atticum ſequatur Vita Catonis, ſicuti in libro Mendoſiano. Eſt etiam in bibl. *Guelferbytana* cod. MS. membranaceus, nondum collatus, qui aetatem habere videtur annorum circiter quingentorum. De eo vid. *Heuſinger*. [in comment. de Nepote Cornelio bene merendi aliquot ſubſidia

14, 5. 4 et 5. 5 et 10. 1 et 11. 2. 15, 1. 1 etc. Diſcrepant tamen nonnunquam. Vid. 12, 3. 3. 13, 3. 5. 14, 6. 1 et 11. 3. 15, 4. 5 et 8. 5 etc. Conueniunt MSS. Ax. Voſſ. 2 et Boecl. 16, 5. 5 etc.

* V. c. Han. 10, 1 MS. Boecl. habet *exercitu:* ſed emendandum eſt e MS. Leid. 1 *exercuit.*

** V. c. Cim. 2, 5 *qua ad meridiem pertinet.* Dat. 1, 3 *quam colunt Leucoſyri.* Phoc. 4, 1 *per aetatem.*

*** Vid. bibl. Vſenbach. MSS. P. 4 p. 220 n. 160.

biblioth. Guelpherbytanae, adiecta Fl. Mallii Theodori de metris libro, Lugd. Batau. 1766. 8. pag. 117. ſqq. quem is codicem valde laudat.] Cod. *Thottianus*, (fuit enim quondam in bibl. Comitis de Thott,) copioſe deſcribitur a *Io. Henrico Schlegel* [in disp. inſcripta: In Cornelium Nepotem Obſeruatt. criticae et hiſtoricae. Hauniae 1778. 4. cap. IV. pag. 25 ſqq.] Sequitur, vt videamus, quos quotue libros manu ſcriptos reliquae humanae ciuitates praebuerint Editoribus Vitarum Cornelii. Hiſpania quidem tantummodo vnum dedit, ſed membranaceum, eundemque bonum, quamvis non adeo antiquum, vtpote ſaeculo quinto decimo ſcriptum: quem multis locis conuenire cognoui cum Voſſiano tertio. * Dominus eius fuerat Franciſcus Mendoſaeus, Burgenſis: vnde et Burgenſis liber nominatur a nonnullis, maxime a Magio, qui ** eo vſus eſt non minus, quam poſtea Andreas Schottus: quare nobis eum cum Boſio et aliis licuiſſet etiam Schotti Codicem appellare. Fuerunt in eo omnes Vitae, ita tamen vt Vita Catonis Attico non praepoſita, vt in plerisque libris, ſed poſtpoſita, compareret. Paullo liberalior in Nepotem voluit eſſe Britannia: contulit enim ad ornandas eius Vitas duo Codices: quorum alter Cantabrigiae eſt in bibliotheca Collegii Trinitatis; alterum Oxoniae poſſederat Franciſcus Bernardus, artis medendi doctor. Lectiones excerptae ex vtroque leguntur in editione Oxonienſi, ſed, Staucrio auctore, perpaucae, vt vel haec earum paucitas timere nos iubeat, vt Codices ipſi diligenter ſatis et curioſe fuerint excuſſi. Sed ſummae hoc in genere diligentiae

* Vid. 2, 7. 2. 4, 2. 5 et 4. 5. 6, 3. 5. 20, 1. 5. 23, 2. 3. Cim. 2, 4. Alcib. 10, 4. Eum. 6, 3. Timoth. 3, 3. 4, 1.

** Vid. ad Miltiad. 4, 4.

laus debet ſine vlla côntrouerſia Petro Danieli * tribui, qui Codicis ſui lectiones ipſe in margine exempli Longoliani ſcripſerat. Quae niſi auctoritate magni illius Bongarſii ad calcem editionis Francofurtenſis poſitae fuiſſent, fortaſſe Boſius et alii non tam felices fuiſſent in tollendis ſanandisque multis Vitarum Cornelii mendis atque vulneribus. Maior tamen induſtria et diligentia comparet in prioribus Imperatoribus, inde a Miltiade ad Ageſilaum vsque, quam in caeteris: nam ex Eumene quidem, Hamilcare, et Hannibale, vix duae vel tres lectiones enotatae ſunt; e Phocione, Timoleonte, Catone, Attico, plane nullae. Quod quis eſt, cui non ſuſpicionem moueat, Vitas illas omnino abſuiſſe ab hoc Codice? Neque vero hic vnus liber eſt, cuius vſu Gallia ſibi Nepotem eiusque Editores deuinxit. Nam Sauaroni quidem, quum animum appuliſſet ad enarrandas explicandasque Vitas Nepotis, licuit conſulere Codices ſcriptos integros tres. Duo e bibliotheca Puteani acceperat: quorum vnus Bononiae ſaeculo quinto decimo ſcriptus erat; alter fuerat Giſanii, e quo, vt ipſe Giſanius multas lectiones cum in Lucretiano Indice, tum in Obſeruationibus linguae Latinae, ita etiam Schottus in notis, protulit.** Vterque, in primis Giſanianus, bonae eſt atque ſpectatae fidei, Schoppio ac Boſio*** iudicibus. Tertium donarat Savaroni Vibertus Moguinus, Eccleſiae Claromontanae Canonicus et Syndicus. Huic ipſe Sauaro primas detulit, **** nec modo eleganter eum ſcriptum fuiſſe docet, verum etiam integriorem longe emendatioremque duobus ſuperioribus. Praeter hos Codices idem ille Sauaro totidem ſcriptos li-

* V. Sammarth. Elogia Gallor. 1, 9.

** V. Scioppii Veriſimm. p. 74.

*** V. c. ad 2, 1. 1 et 2.

**** Vid. ad 1, 5. 3 et 18, 5. 7. Habet lectiones quasdam proprias, vt 18, 5. 5.

bros adhibuit in recenſenda Attici Vita: quorum primi quidem ipſe fuerat poſſeſſor; alter pertinuerat ad Giſanii bibliothecam; tertius e muſeo Petri Petauii venerat. Sed vt in augendis multis aliis auctoribus vtriusque linguae, ita etiam in Nepote ornando, Belgarum bibliothecae, et in his Leidenſis maxime, liberalitate facile ſuperarunt omnium aliarum ciuitatum bibliothecas. E Leidenſi enim bibliotheca * fuit liber ſcriptus is, cuius lectionibus, tanquam gemmis, illuminauit primam editionem ſuam Boeclerus, quem nos cum Stauerio Leidenſem primum nominamus: diuerſus enim eſt ab eo, id quod varietas lectionis declarat,** quem eidem Stauerio adire contigit, et qui iam antea fuerat ab Audendorpio, ſummo Viro, diligentiſſime cum exemplo editionis Keuchenianae commiſſus. *** Hic in charta maioris formae ſcriptus eſt, et a nobis Leidenſis ſecundus dicitur. Praeterea Stauerio copia facta eſt inſpiciendi Codices Voſſianos tres, qui in eadem bibliotheca Leidenſi reperiuntur. Primus eorum in membrana deſcriptus eſt quaternis: et quum in aliis libris Attici Vita agmen cogat, in hoc conſpicitur omnium Vitarum dux. Abeſt autem illa ipſa Attici Vita ab altero Codice chartaceo formae octopertitae: cuius lectiones cum fere conueniant, vt ſupra docuimus, cum Boecleriano, raro diſcrepent; nonne vterque ex vno fonte videatur fluxiſſe? vel

* In catal. biblioth. Leidenſis acad. (Lugd. B. 1726. fol.) citantur tres codd. chartac. p. 325. b. nr. 19. p. 387. a. nr. 23. p. 388. b. nr. 58. et vnus cod. membran. p. 381. a. nr. 52.

** V. c. Con. 3, 4. Leid. 1 *quae huic vol.* Leid. 2. *huic quae vol.* Dion. 3, 2 *in eo meo libro* Leid. 2: *in eo libro* Leid. 1. Iphicr. 2, 3 *interfecit* Leid. 1: *intercepit* Leid. 2. Dat. 4, 5 *arma capit* Leid. 2: *arma ſumit* Leid. 1.

*** Laudatur ab eo ad Lucan. I. 214. et a Burmanno ad Phaedr. IV. fab. 24, 16.

potius, quum Voſſianus multo recentior ſit Boecleriano, nonne ille ex hoc deductus putetur? ita tamen vt Voſſiani librarius mutarit multa ex ingenio, non pauca deprauarit per neglegentiam. Voſſianus tertius, qui et ipſe in charta eiusdem cum altero formae ſcriptus eſt, aliquot tantummodo mutilus, etiam ordine permutato, continet Vitas: deſunt enim inde ab Alcibiade vsque ad Timoleonta. Hos libros omnes Stauerius teſtatur ſe comparaſſe et contendiſſe cum editis ſumma fide atque diligentia: de quo tamen vehementer dubitauit Heuſingerus: neſcio, an temere. Etſi enim facile fieri poteſt, vt quaedam omiſerit Staverius, alia male laudarit: tamen hoc videtur neglegentiam non magis arguere, quam nonnulla in editis libris operarum peccata correctorum incuriam. Immo vero vtrumque oſtendit imbecillitatis humanae veſtigia, a qua nec ſumma abſit diligentia. Maiori autem iure Longolius et Keuchenius poſſunt magnae neglegentiae accuſari et faciliime conuinci. Vterque ſcriptos adhibuit Codices; Longolius quidem proprium*, Keuchenius alienum, cuius poſſeſſor fuerat Euerardus Sluiſquius. At neuter facultatem aliis de bonitate eorum iudicandi fecit, quum oppido paucas inde lectiones protulerint, in primis Keuchenius. Nam Longolius paullo plures ille quidem laudauit, maxime in locis iis, vbi vidiſſet** Codicem ſuum a reliquis discrepare. Atque tot quidem ſcriptos libros conſultos eſſe ab Editoribus interpretibusque Nepotis reperimus, non dubitantes, quin aliis in bibliothecis extent multi alii. Sed quaenam fuerint membranae Curionis illae, quae ab Gebhardo

* Ad VII. 7, 4. vocat *veterem codicem:* ad VIII. 2, 2. *vetuſtum exemplar:* ad VIII. 4, 4. *meum exemplar:* ad IX. 5, 5. *exemplar ſuum.*

** V. c. 1, 4. 4 et 7. 5. 2, 4. 1. 7, 7. 4.

et Boſio * commemorantur, non memini me vsquam legiſſe. Ceterum Heuſingeri, quem ſaepius iam laudauimus, coniectura, qui Codices illos, de quibus expoſuimus, omnes ex vno medii aeui libro, eoque mutilo et corrupto, (nempe ex eo, quem Aemilius Probus ſcripſerat,) manaſſe ſuſpicabatur, non parum mihi quidem videtur eo adiuuari, quod omnes locis multis eadem verba vel omittunt ** vel deprauata exhibent.

Sed quoniam de Codicibus manu ſcriptis, pro ratione inſtituti, ſatis dixiſſe ſperamus: age iam ad libros formulis deſcriptos, vt propoſuimus, proficiſcamur. Et quo melius de opera Editorum cuiusque indicari poſſit: in hiſtoria eorum contexenda ordinem ſaeculorum annorumque ſeruabimus, dicturi de iis, qui vel toti ex vno pluribusve ſcriptis Codicibus ducti ſunt, vel, ducibus libris, ſollertia ingenioque Virorum doctorum feliciter emendati; eos praetermiſſuri omnino, quorum Editores aut repetiere, nulla re immutata, priores, aut nullam tamen magnopere in notis ſuis rationem lectionum varietatis, omninoque Critices, habuerunt: vt Buchneri, Cellarii, Chytraei, Curtini, *** Hildebrandi, Hogſtratani, Kirchmaieri, Loccenii, (qui fuit ſocer Schefferi,) Rauii, **** (ſ. Rauenii,) Vuegneri, ***** multique forſitan alii; quorum tamen ceteroquin nullius operam contemnendam, immo magni faciendam cenſemus, in primis Cellarii, Rauii et Buchneri. ******)

* Ad Thraſyb. 2, 2.

** Vt VI. c. extr.

*** Pariſ. a. 1675. 4. in vſum Delphini: iterumque Londini a. 1691 octonis. 1710. 1724. 1741. 1756. 1764. 12. et 1763. 18.

**** Ienae a. 1635. 8. Hamburg. 1648. 12. 1677. 12.

***** Cuſtrini a. 1705. 8.

****** Edd. *Nath. Chytraei,* Bardi Pomeran. 1544. 1590. 1594. 8. Edit. 1577. 4. inſcriptam: De vita excellentium Imperatt. liber ſiue Aemilii Probi vel Cornelii Nepotis, ex emendatione Lambini: item de viris

Primis igitur Editionibus Cornelii, ſub Aemilii Probi nomine, eo quo libri manu ſcripti for-

illuſtribus libellus, vulgo attributus C. Plinio Secundo: in vſum iuuentutis et ſcholarum vno volumine comprehenſi, opera *Nathanis Chytraei,* (Prof. Roſtoch.) Francof. ad Moen. 1577. 4. ap. Ioh. Feyerabendt, ignorat Fabricius. Fluxit tota, vt titulus docet, e Lambiniana. Praefixit Chytraeus breuem praefatiunculam; et epiſtolam verſiculis ſcriptam ad Arnoldum Witfeldium, equitem Danum. Elegantibus formulis eſt deſcripta. — Cum *Loccenii* notis politicis et ind. philologico. Holmiae, 1638. 12. — 1654. 8. Hamburg. 1673. 12. — *Ge. Caſp. Kirchmaieri* ed. (quae exprimit Boſii edit. et pueris tantum aptata eſt,) Lipſ. 1665. 1680. 8. — *Frid. Hildebrandi* ed. pueris accommodata. Lipſ. 1666. 1680. 12. — cum notis *Aug. Buchneri*, ad tironum maxime captum comparatis, Hamburgi 1688. 8. Lipſ. 1693. 8. Dresdae, 1721. 8. — cum perſpicuis notis tabulisque chronologicis ac geographicis *Chriſtph. Cellarii.* Lipſ. 1689. 1694. 1699. 12. Regiomonti, 1737. 12. Lipſiae eod. an. 12. — repet. additis in tironum vſus ſcholiis *Chriſt. Schoettgenii.* ib. 1711. 12. — cum *Cellarii* notis, ſuppletis ab *Andr. Stubelio.* Lipſ. 1720. 12. — cum animaduerſionibus integris Chr. Cellarii, indd. hiſtoric. et latinitatis, et praefat. *Chr. Aug. Krigelii.* Lipſ. 1774. 8. qui rationem critic. habuit. — cum notis ſelectis ed. *David. Hoogſtratani*, Amſtel. 1691. 12. repet. ſed auctior eiusdem edit. ibid. 1706. 12. — Londini e rec. et cum praef. *Mich. Maetarii:* ex offic. Iac. Tonſon. et Io. Watts. 1715. 12. Eſt ſolus textus cum indice breuiculo et varr. leetionum ſelectu tenuiſſimo. [De his aliisque editt. pluribus ipſoque Cornelio Nepote conferri poſſunt, praeter *Fabricii* Bibliothecam latin., *Harleſii* Introduct. in notit. litterat. rom. tom. I. p. 359 ſqq. — eiusdem breuior notitia litteraturae rom. p. 174 ſqq. et ſupplementa in illam tom. I. p. 174. ſqq. ac tom. II. p. 501. ſqq. atque index editionum Cornelii Nepotis in aetates digeſtus, ſubiunctus Notitiae litterariae de Cornelio, ex I. Alb. Fabricii biblioth. latina a Io. Aug. Erneſti auctius edita, tom. I. cap. VI. et praemiſſus edit. Corn. Nepot. Bipontinae, Biponti 1782. 8. In quinque autem aetates digeſtus eſt index: Aetas I. incipit ab editione principe Ienſon. Venetiis

mulis deſcribi coepti ſunt ſaeculo, litterarum ſtudioſos donauit ſapiens et ſalutaris Italorum, nominatim Venetorum, induſtria. Fabricium quidem non reperio antiquiorem noſſe illa, quae ab Nicolao Ienſonio, Franco-Gallo, anno tertio et ſeptuageſimo adornata eſt, qua Sauaronem in Nepote recenſendo vſum ait. At vero errat: quo nihil hoc quidem in genere procliuius eſſe intellegitur. Namque annis iam duobus ante (1471.) deſcripſerat Vitas illas Ienſonius: quod exemplum et a Metario A. T. I. p. 92. laudari video, et a nobis inſpectum eſſe hoc magis laetamur, quum nulli illud editorum adhuc, vel adire licuiſſe, vel diligenter conferre cum libris reliquis placuiſſe, ſciamus.* Fuit enim in bibliotheca Kapiana, in

1471. fol. Aetas II. eſt Aſcenſiano - Aldina, ab editt. Argentor. in aed. Schurerianis 1506. 4. Pariſ. a Iod. Badio Aſcenſio, Pariſ. 1513. fol. et Aldina, Venet. 1522. 8. — Aetas III. initium ducit ab ed. Dionyſii Lambini, Pariſ. 1569. 4. quam quidem habeo: atque in titulo dicitur, *nunc primum in lucem editus:* atque epiſtola nuncupatoria ad Erricum Valeſium, Andium Ducem, ſcripta eſt Lutetiae, a. d. XII. Kal. Decembr. a.cIɔIɔLXVIII. Quare error eſt apud alios, qui ſcripſerunt, edit. Lambin. lucem adſpexiſſe a. 1560. — *Aetas* IV. dicitur Boecleriano - Boſiana, ab edit. I. Henr. Boecleri, Argentor. 1640. 8. et ſaepius, atque cum commentariis Io. Andr. Boſii, Lipſ. 1657. 8. iterum curis Boſii ſecundis, Ienae et Lipſ. 1675. 8. — Aetas V. Staueren. - Heuſingeriana, ſtatores habuit Auguſtin. van Staveren, in edit. mai. Lugd. B. 1734. mai. 8. dein longe auctiore, Lugd. B. 1773. mai. 8. atque Io. Mich. Heuſinger, in edit. Iſenac. et Lipſ. 1747. 8. ac, mutata tituli pagina, ib. 1755. 8. Aliae, eaeque recentiores, editiones, cum eclecticae, tum maxime ſequaces aliarum, poſtea a Fiſchero partim, partim a me commemorabuntur.]

* *Vulpii* tamen in bona editione: *Cornelii Nepotis*, quae exſtant, omnia, Patauii, excudeb. Ioſ. Cominus, 1720. 8. (v. etiam Lipſ. acta erudit. a. 1720. m. Dec. p. 546. ſq.) vſi ſunt ed. Ienſon. a. 1471. Adiectus enim eſt li-

quam Ioh. Dan. Riteri, Iuriſconſulti clariſſimi, liberalitate venerat. Sed videtur de principe hac

bellus varr. lection. (plag. 1½) ex Ienſon. illa et Aldina a. 1522. Primum vero legitur Epiſtola ad lectorem: ibi, „vt huic noſtrae editioni, aiunt Vulpii, pretium conciliaremus, dedimus operam, vt quam emendatiſſima in manus hominum perueniret. Expreſſimus autem potiſſimum Schotti et Sanaronis — exemplaria; neque ea neglexinus, quae nitidiſſimis typis excuſa, Notis variorum, (vt vocant,) illuſtrata prodierunt.“ Inſuper Nic. Ienſonis editionem principem et Aldinam ſumma diligentia ſcrutati, „ſi quid, aiunt, inter legendum occurriſſet, quod ad rem facere videretur, non inuiti recepimus; quae vero minus arriderent, reiecimus in libellum variarum lectionum, vt ſcilicet noſtris laboribus vti volentes, antiquarum etiam editionum vna opera fructum perciperent.“ β) Auctorum aliquot teſtimonia et iudicia, qui Cornelii Nepotis meminerunt: et excerpta e Fabricii bibl. latina de editt. Nepotis, cum ſupplemento. γ) Cornelii vitae ipſae, et fragmenta. δ) Libellus varr. lectt. e Ienſon. 1471. et Ald. a. 1522. ε) Index verborum (foliis 5. conſtans.) Saepe addita eſt interpretatio breuis verborum et formularum. Sed non omnia ſunt diligenter enotata: vti adnotauimus in margine noſtri libelli, vbi P. indicat illam edit. Patau. Certe orthographia eſt omiſſa. [Nec vero neceſſarium duximus, vt, vbi Fiſch. manu adnotauerat, lectionem Ienſon. in ed. Patau. non eſſe memoratam, etiam indicare. Editores Bipont. in indice editionum pag. XXX. duas citant editt. Vulpian. Patau. n. a. 1720. et 1721; ſed, quorum anctoritate id fecerint, neſcio. De editione autem Ienſon., quae finitur in vita Hannibalis, vid. etiam Schlegel. in diſſ. laudata pag. 7. et 50. ſq. atque Sardini in Eſame ſui principi della Franceſe ed Italiana tipografia, ovvero Storia critica di Nicolao Ienſon. (tria voll. Luccae 1796—1798.) in tom. III. ſiue Appendice etc. pag. 14. ſq. qui editioni illi formam in 4. adſcribit: alii vero, vti Guil. Franc. de Bure, le Jeune in Bibliographie inſtructive, Hiſtoire tom. II. p. 434. ſq. et Panzer in A. T. vol. III. p. 76. qui plures de illa edit. laudat, in fol. eam eſſe excuſam tradunt. Forma in 4to notatur quoque a Guil. de Bure in Catalogue des Livres de la Biblioth. de feu M. le Duc de

Vitarum Nepotis Editione paullo accuratius eſſe dicendum. Ducta eſt e Codice ſcripto bono, ita quidem, vt ab eo, qui editioni praefuit, omnia bona fide reddita, nihil immutatum, appareat. Hoc maxime eo declaratur, quod exhibet lectiones multas abſurdas et ineptas,* quae ipſae tamen in aliis libris ſcriptis reperiuntur, et quae facillime potuiſſent a quouis corrigi, et, ſi Codex in manus Critici noſtrae aetatis cuiusdam incidiſſet, profecto inductae omnes commutataeque eſſent pro arbitrio, ne memoratis quidem, vt ſit, primis lectionibus. Sed ſeruiebant tum ſtulti ſcilicet homines fidei magis et integritati, quam ingenioſae audacique et effreni doctrinae. Bonum vero fuiſſe Codicem, ex quo expreſſit Ienſonius illam editionem ſuam, cum veteris emendataeque orthographiae veſtigia ** oſtendunt: tum multo etiam magis ma-



la Valliere, premiere partie tom. III. (Pariſ. 1783. 8.) p. 363. nr. 5583. addita nota: „On doit regarder cette Edition comme de format in 4. parceque les pontuſeaux du papier ſont en travers.“ Fiſcher. tamen, forſan curatius, paullo poſt ſcripſit, *maioris formae, quam vulgo folium minus appellant.*]

* V. c. 5, 4. 2 *aminiculum,* pro *amiculum.* ib. 3 *deuoraret,* pro *deuocaret.* 7, 1. 2 *nam,* pro *natus.* ib. 4 *praemiſeral,* pro *remiſerat.* ib. 5, 6. *dementia,* pro *clementia.* ib. 8, 1 *Philodes,* pro *Philocles.* ib. 9, 3 *Grimium,* pro *Grunium.* 8, 2. 2 *ſolicitudo,* pro *ſolitudo.* 9, 3. 3 *pro me,* pro *per me.* ib. 5, 1 *vltimi,* pro *vltum.* 10, 1. 4 *legiones,* pro *legationes.* ib. 2, 4 *parendo,* pro *partiendo.* ib. 5, 3 *pertulit,* pro *perculit.* 14, 5. 2 *viuum,* pro *vnum.* 18, 3. 1 *referendum,* pro *reſrenandum.* ib. 5 *denis,* pro *deuiis:* et *veſtra,* pro *vera.* 23, 2. 4 *diurna,* pro *diuina.* Eodem pertinent loci Dion. 8, 2 *amicos,* pro *animos.* Iphicr. 1, 4 *quodque — tergeret,* pro *quod aeque — tegeret* etc.

** V. c. 1, 5. 5 *perteruerunt.* ib. 7, 4 *detererentur.* 10, 8. 5 *deteritus.* 2, 2. 1 *capeſenda.* 5, 4. 3 *quoquebatur.* 7, 5. 6 *honuſti.* ib. 6, 3 *beniuolentiant.* ib. 11, 6 *principes.* 15, 7. 3 *ſuccesiſſent.* 17, 5. 3 *peccantis.* 18, 2. 3 *partis.* ib. 11, 5 *his,* pro *is* etc.

gua multitudo lectionum oppido bonarum, quas vel proprias habet, vel communes * cum libris melioribus aliis, quos corrigi inde locis non paucis poſſe animaduerti,** declarat ſic, vt dubitari non poſſit. Quae quidem ne quis temere et cupide dicta a nobis crederet, exempla cuiusque generis quaedam viſum eſt ponere in margine. Deſcriptum eſt exemplum in chartis candidis maioris formae, quam vulgo folium minus appellant, formulis elegantibus, abſoluiturque plagulis ſex et viginti. Caret ſicut commatis, et ſemicolis, pro quibus vel puncta, vel cola, vt in exemplo Iuſtini Valdarferiano, expreſſa cernuntur; ita etiam cuſtodibus, quos vocant. In Vitis ipſis neque Cato comparet neque Atticus. Atque hanc quidem editionem reperio repetitam eſſe, cum ab ipſo Ienſonio aliquoties, vt tertio et ſeptuageſimo anno,*** quod exemplum Sauaro e bibliotheca Puteani acceperat; et anno ſexto ac ſeptuageſimo, quae editio a Magio memoratur: tum etiam ab aliis. An vero Parmenſis ex ea tota manarit, quae, Metarii**** indicio, anno octogeſimo prodiit; an Brixiana, quam, Boeclero auctore, Iacobus Britanicus curauit anno duodecenteſimo: an Veneta,***** quam anno vndecenteſimo exiiſſe ex

* V. c. 2, 6. 3 *quam infirmiſſimos*. 5, 2. 5 *manubiis*. 7, 11. 1 *conſcierunt*: quod Stauerius poſtliminio recepit in editione ſua altera, auctoritate Audendorpii. 15, 3. 2 *nec ioco quidem* etc. Seruat etiam ordinem verborum, qui eſt in MSS. vt 4, 4. 5. 7, 11. 2 etc.

** V. c. 12, 1. 3 pro *ſtantibus* MSS. reſcribe e Ienſ. *ſtatibus*. 13, 2. 1 *Laconicam* et *Athamanas*. 14, 5. 1 *Acen*. 17, 2 extr. *amiciores*, pro *amicitiores* MS. Ax. nam in Ienſ. eſt *amitiores* etc.

*** Metar. Ann. typ. tom. I. p. 104.

**** Ann. typ. tom. IV. part. I. p. 413.

***** Brixiana ed. 1498. in forma maxima fuit in bibl. Scheibiana Vinarienſi, et Veneta, a. 1499. quam *impreſſit Bernardinus Venetus*, in

eiusdem Sauaronis animaduerſionibus cognoui: quum eas non viderim, quum nec alii, prolatis illarum lectionibus, iudicandi copiam fecerint; nequeo affirmare pro certo. Sed hoc tamen comperi, multas Ienſonianae lectiones vsque ad annum ſequentis ſaeculi vigeſimum * fuiſſe propagatas. Reperi etiam in bibliotheca Collegii Paullini Lipſienſis, quae nobis liberalitate Car. Andreae Belii, Viri celeberrimi atque humaniſſimi, quam et aliis in rebus experti ſumus, patuit, editionem Cornelii formae quadripartitae, quae tota fluxit ex eadem Ienſoniana, id quod libellus variarum lectionum docet; niſi quod Catonis quoque et Attici Vitas complectitur; ſed vitiis operarum incuria multis contaminata: et quam ſaeculo hoc, neſcio an annis eius extremis, ** adornatam eſſe ſuſpicor: nusquam enim leguntur numeri anni. In fronte illius exſtat epiſtola Petri Corneri ad Theodorum Platum, patricium Mediolanenſem, quem praeſtantiſſimum legum interpretem vocat. Attici Vitam excipit epiſtola Iac. Becheti ad eundem Platum, ad quem alia quoque in calce libri legitur a Franciſco Philelfo Mediolani ſcripta. Quamobrem in eam ſuſpicionem veni, vt crederem,

4. fuit in bibl. Baumgartiana. v. catal. part. II. ſ. II. p. 86 nr. 60. [Veneta ſine anni nota prodiiſſe dicitur et deſcribitur a Braunio in Notitia — de libris ab a. MCCCCLXXX — in biblioth. — monaſterii ad SS. Vdalricum et Afram Auguſtae extantibus, part. II. Auguſtae Vindelic. 1789. 4. pag. 42.]

* V. c. 2. 10. 3 *Mintham.* 6, 1. 4 *dictaſſent.* 7, 6. 2 *admiſſum* etc.

** Nam Theodorus Platus obiit a. 1496. De eo vid. Argelati biblioth. ſcriptorr. Mediolan. tom. II. p. 1109. ſq. [Atque eam Saxius in hiſtor. typogr. litter. Mediolan. p. 540 et 613. Mediolani exeunte ſaeculo XV. Iac. autem Frid. Heuſinger, qui in comment. de fragmentis a ſe repertis, pag. 122 ſqq. de ea docte disſerit, ad minimum a. 1496. typis deſcriptam eſſe iudicant.]

ipſam editionem in eadem vrbe curatam eſſe: vnde, ne ἀνώνυμος eſſet, Mediolanenſem nominaui.

Aliquanto feracius Editionum Nepotis bonarum, inſtructarumque etiam obſeruationibus Virorum doctorum egregiis, fuit ſaeculum ſextum decimum. In iis Argentoratenſi,* quae anno ſexto, a. d. XII. Kal. Apriles, quaternis abſoluta fuit in Schurerianis aedibus, omnesque Vitas comprehendit; niſi quidem ex alio forſitan fluxit libro; eo minus dubitamus primas bonitatis, non item antiquitatis cum Lambino,** deferre, quum eam fere baſin omnium aliarum eſſe cognouerimus. Exhibet enim non ſolum lectiones cum Ienſoniana communes multas,*** ſed nec minorem copiam propriarum**** offendimus, earundemque exquiſitiſſimarum apprimeque bonarum, quae optimorum ſcriptorum Codicum auctoritate confirmentur: ita vt, qui editionem illam adornauit, is et Ienſonianis exemplis vſus, et vel acumine ingenii ac ſollertia, vel vno pluribusue libris ſcriptis, adiutus eſſe videatur: id quod exempla infra poſita ſatis declarare putamus. Ab hac Argentoratenſi proxime proditam eſſe in charta maioris formae reperio Pariſienſem, a Iodoco Badio Aſcenſio curatam, Hieronymoque Aleandro Motenſi inſcriptam. Laudat Aſcenſius in epiſtola ad Aleandrum vehementer diligentiam Gerardi ſui Vercellani: quam diligentiam credo non tantum ad Vitas Plutarchi,

* [De hac edit. vid. Harleſs ſupplementa, tom. II. p. 503.]

** Vid. ad 18, 3. 4 et 5. 7.

*** V. c. 5, 2. 2. 3. 5 et 3. 1. 4. 1. 15, 6. 4. c. 10, 3. 17, c. 2, 2. 3. 5. c. 3, 2. 4. c. 5, 1. c. 7, 4. c. 8, 1. 18, 1. 2. c. 2, 4.

**** V. c. praef. 7. 1, 3. 1. 3. c. 4, 2 et 5 *audere — dimicare.* 2, 1. 3. c. 2, 3. c. 6, 5. c. 7, 1. 2. 5. c. 8, 3. 5, 2. 4. 7, 1. 1. 4. c. 3, 4. 9, 5. 1. 10, 6. 2. 15, 4. 6. c. 5, 2. 16, 2. 2. 17, 6. 2. 18, 2. 2. 4 aliisque locis innumeris.

a Pylade Brixiano antea editas, has enim ſequuntur in iſto exemplo Vitae Nepotis; verum ad Cornelium quoque pertinuiſſe. Certe quanquam lectiones continet haec editio non paucas, quas iam in ſuperioribus exemplis videmus extare: * tamen reperiuntur etiam loci multi, quorum aliquot in margine laudauimus, quae aliter ibi et fere melius,** quam in caeteris libris, conſtituti legantur. In fine quidem epiſtolae Aſcenſii adſcriptus eſt annus XIIII, quo prodiit illa, quam Heuſingerus adhibuit, a noſtra, credo, diuerſa: ſed ad calcem ipſius libri legitur annus XX. Deſiderantur in eo, vt in exemplis Ienſonianis, et Catonis et Attici Vitae. Vtriusque editionis, et huius et Argentoratenſis, exempla ſuppeditauit nobis eadem bibliotheca Collegii Paullini. Poſt Aſcenſium exſtitit Franc. Aſulanus, qui conaretur de Nepote bene mereri, anno ſecundo et viceſimo (1522.). Reperiuntur in eius exemplo, quod Venetiis exiit octonis, lectiones multae propriae:*** quas vtrum e theſauris ſui, alienine, ingenii, Plutarchi ductu et auctoritate, depromſerit, vt Magius**** ſuſpicabatur; an e fonte librorum ſcriptorum hauſerit, vt Heuſingerus***** coniiciebat, ipſe quidem nusquam oſtendit. Sed ego tamen cum Heuſingero arbitror, eum omnino aut ſcriptos Codices habuiſſe, aut certe libros editos conſuluiſſe, a nobis nondum inſpectos: verum multa etiam ex ingenio mutaſſe, ſi vulnera librorum ſuorum ſperaret auxilio eius tolli, et ſanari

* V. c. 6, 2. 2. c. 3, 5. c. 4, 2. 7, 1. 2. 3. c. 5, 3 etc.

** V. c. 2, 8. 3. 3, 2. 3. 4, 5. 5. 5, 1. 1. 2. c. 2, 2. c. 3, 1. c. 4, 4. 5, 4. 2. 6, 1. 2. 4. c. 3, 2. c. 4, 2. 7, 3. 1. 2. c. 3, 4. c. 5, 7. c. 8, 2. 9, 5. 4. 10, 3. 1. c. 3, 3. 13, 3. 3. 14, 3. 3 etc.

*** V. c. 1, 5. 5. 2, 1. 2. 4, 3. 4. 7, 9. 3. c. 11, 1. 2. 9, 3. 3. 10, 3. 4. 15, 8. 2. 18, 2. 2. c. 3, 3 etc.

**** Vid. ad 10, 4. 1.

***** Vid. ad 7, 7. 4.

poſſe; etſi eum nolim, nec ſententia nec aſſenſu meo, abſoluere audaciae libidinisque emendandi, cuius ab eodem Magio* accuſatum noui. In praefatione quidem Aſulanus ait, ſe et Iuſtinum et Probum emittere diligentiſſime caſtigatum. Aldinum exemplum tribus annis poſt repetierunt Iuntae, verum, vt ſuſpicor, ita, vt immutarint nonnulla: quod et in Iuſtino factum ab iis eſſe conſtat. Sed de omni Iuntarum opera iudicium facere certum non licet, quum nobis non fuerit copia exempli eorum, nec Lambinus, qui illud laudat nomine exemplarium Florentinorum, eo ſic voluiſſe vti videatur, vt poſteris prodeſſet. Tam paucas inde lectiones protulit! Neque vero nobis videre contigit editionem Vltraiectinam, quam Andreas Schottus a Canteris Cauchiisve ** curatam putabat, et cui tam multum tribuit, vt eam ſibi in enarrando Nepote non minori fuiſſe vſui confeſſus ſit, quam librum manu ſcriptum.*** Prodiit anno ſecundo et quadrageſimo.**** Anno poſt emiſit easdem Vitas Coloniae officina Ioh. Gymnici octonis, cum Gyberti Longolii notis hiſtoricis maxime et Criticis; ſed non multis, nec adeo longis, et in Timoleonte deſinentibus.***** Qui an in ipſis textis Corne-

* Vid. ad 7, 4. 5 et 6, 5 et 11, 2. ad 10, 3. 2.

** Burmannus in notis ad Valeſii Emendatt. pag. 117. dicit, hanc editionem eſſe a Ioh. Cauchio, Conſulari Traiectino, emendatam. Sed quo auctore? [Neque Caſpar. Burmannus in Traiecto erudito etc. Traiecti ad Rhen. 1738. 4. vbi pag. 59 ſqq. vitam ſcriptaque Guil. Canteri perſequitur, et pag. 70. ſqq. vbi Theodori Canteri vitam ſcriptaque enarrat, vllam editionis Nepotis, a Canteris curatae, facit mentionem.]

*** Vid. ad Eum. 8, 1.

**** Fuit in bibl. Burmanni Sec. v. catal. illius pag. 171. n. 716.

***** [De Longolii editione v. Harleſs. ſupplement. tom. I. pag. 286. Inſcriptio autem haec eſt: *Liber Aemylii Probi* Hiſtoriographi veteris et

lii, quae propria habet haec editio,* recenſendis diligentius vſus ſit Codice ſcripto, e quo paucas ab eo lectiones productas eſſe ſupra demonſtrauimus, non liquet. Hoc vero cognovimus, multas lectiones, quas iam in Ienſoniana et Argentoratenſia exempla receptas laetati eramus, ab Heuſingero et aliis ad ingenium Longolii,** tanquam ad fontem, referri, eumque a Magio praeſertim, perſaepe quidem, ſed iniuria nonnunquam *** et temere, vituperari, vt cupiditatis magnitudo nimis appareat. Magius enim poſt Longolium fuit primus, qui animum appelleret ad conſcribendas in Nepotem animadverſiones, vel hiſtoricas, vel Criticas, paullo vberiores illas et longiores Longolianis, ſed in Catonis vita deſinentes. Praeter ſcriptos Codices, de quibus ſupra dictum eſt,**** edita etiam adiit exempla, vt Ienſoniana, Aldina, Colonienſia: in quibus inter ſe comparandis eum Pompeii Nutii adiuuit induſtria.***** Editae ſunt notae eius vna cum Vitis Cornelii ipſis, quarum contexta tamen locis perpaucis a ſuperioribus exemplis diſcrepant, Baſiliae anno tertio et ſexageſimo forma mai. ap. Henr. Petri. cf. Magii praef. ad libr. de tintinnabulis. Sexennio poſt Pariſ. 1569. 4. magnus ille Lambinus manum Nepoti admouit: qua opera profueritne plus, an

praeclari, de vitis excellentium Graeciae principum et ducum, ad T. Pomponium Atticum, Ciceronis familiarem. Vicioſiſſimum exemplar ex manuſcripto codice quam emendatiſſimum redditum eſt per D. *Gybertum Longolium;* cuius etiam ſcholia ſunt, quae paſſim inſeruntur. Coloniae excudebat Io. Gymnicus anno M. D. XLIII. 8. Caret vero haec editio praefatione.]

* Vid. 3, 3. 2. 4, 2. 4. 10, 1. 5. 14, 1. 4. c. 10, 2. 16, 5. 1. 18, 1. 6. c. 5, 7 etc.

** Vid. ad 4, 3. 1. 5, 1 extr. etc.

*** Vid. ad 7, 11. 2. 17, 5. 1 etc.

**** Vid. notam ad Timoth. extr.

***** Vid. ad 18, 13. 4.

nocuerit, litteris, neſcio. Animaduerſiones quidem eius, quae maximam partem hiſtoricae ſunt, quum multos obſcuros locos egregie illuſtrent, vehementer ſemper ſe cunctis probarunt.* Sed reprehenſus eſt, neque immerito, ab Viris doctis, praeſertim ab Gebhardo, primo quod ſurripuerit aliis haud pauca, Longolio maxime ** et Magio: *** deinde quod tam multos integros locos coniecturis ſuis leuibus contaminarit. Quod ipſum tamen ferri, credo, poſſet facilius, niſi alia inde mala eademque maiora extitiſſent. Nam quum Lambinus ſumma diuinae exquiſitiſſimaeque doctrinae floreret laude; quum ei tum pauci pares haberentur ingenii acumine atque ἀγχινοίᾳ: non modo aequales adſpiciebant eum et admirabantur vnice, verum poſteri etiam, quae dicta a tanto viro et profecta eſſent, ea veriſſima eſſe atque elegantiſſima iudicauere. Quo nimiae Lambiniani ingenii opinionis errore factum eſt, vt Lambinianum exemplum certatim repeteretur ab omnibus, ita quidem vt Vitae Nepotis etiamnunc multis Lambini coniecturis corruptae contaminataeque **** circumferantur. Sed quia non modo is,

* In bibliotheca Leidenſi eſt exemplar cum notis miſſtis Henr. Stephani. v. catal. illius bibl. pag. 237.

** Vid. Gebhardus ad 13, 2. 1. Boſ. ad Conon. 1, 2.

*** Vid. Schottus ad 14, 2. et elogium Magii, praemiſſum libro eius de tintinnabulis. [In meo exempl. ed. Labin. a. 1569. tres quondam eius poſſeſſores nomina ſua ſcripſerant: in his *Matthias Berneggerus*, a. 1615. a cuius manu et admodum paucae adnotationes hinc inde adpoſitae ſunt margini, et in fronte ea, quae ſequuntur, ſcripta: „Hieronymus Magius edidit poſt Gybertum Longolium, Belgam, annotationes vberes in Aemilium Probum, de vita excellentium Graeciae impp. a quo multa Dionyſius Lambinus audacter mutuatus, taciturnitate, (vt ne nominare quidem ſuſtineat,) ingrati vix crimen effugit. Fr. Swertius in elogio Magii, quod praefixum eſt eius libro de tintinnabulis."]

**** V. c. 1, 1. 4 *idque*

qui infert alteri iniuriam, iniuſtus ducitur, verum etiam is, qui ab eo, cui infertur illataue eſt, ſi poſſit, non propulſat iniuriam, age, ne iniuſti videamur, defendamus paucis doctrinam virtutemque Lambini ab impetu cupiditatis multorum, praeſertim Gebhardi,* nimiae. Primo quidem multae ei lectiones ineptae et falſae, nugamenta appellat Gebhardus, tribuuntur, quas nobis certo conſtat ex aliis libris ſumtas, non ab eo excogitatas, eſſe.** Etſi enim nullis vſus eſt libris ſcriptis: tamen conſuluiſſe eum ſequutumque apparet editiones ſuperiores, vt Venetas, Argentoratenſem, Pariſienſem, Aldinam, Iuntinam, maximeque Colonienſem, vt Schottus eum non dubitarit aemulum Longolii dicere.*** Deinde coniecturas eius Puteanique, quas ipſe, aduerſantibus ac repugnantibus libris, recepiſſe fatetur,**** quas audaces eſſe et vanas clamitant multi, confirmari tamen, et ſtabiliri, cognouimus auctoritate ſcriptorum Codicum,***** quos poſtilla inſpicere viris doctis contigit. Sed ſatis de Lambino eiusque opera diximus. Primus autem vidit, has vitas non eſſe ab Aem. Probo, ſed a Cornelio Nepote, fruſtra Caſparo Barthio contra diſputante.

*vt Lemnii.* 7, 5. 5 *horum in imperio.* 14, 1. 2 *tantum non.* c. 6, 5 *tantum quod.* 16, 3. 1 *a re propoſita.* 20, 3. 2 *deleta.* c. 4, 3 *agi.* 24, 1. 2 *aeſtimata.* 25, 8. 5 *dicis cauſſa* etc.

* De hoc viro eiusque cupiditate v. Graeuius ad Cic. IX. ep. 16, 7. ad verba *dictorum offenſionem.* add. ad Cic. I. ep. 7, 14. XIII. epiſt. 26, 3.

** V. c. 18, 7. 1 *Tentamus* eſt ab Aſulano, non a Lambino. Et c. 11, 3 lectionem *ſe vteretur* alios auctores habere, non Lambinum, docebit libellus Lectionum Varr.

*** Vid. ad 4, 4. 6.

**** Vid. ad 10, 1. 4. 14, 5. 5. 21, 2. 3. 22, 1. 4 etc.

***** Vid. 10, 1. 4. 18, 11. 3 etc. Sed audaciae Lambinianae exempla inuenies 5, 4. 3. 16, 2. 4 et alibi.

Poſt eum in lucem miſit Nepotem cum Vitis Plutarchi Henr. Stephanus Lutetiae octonis, quem vt modo Longolii, et Magii, maximeque Lambini, veſtigia inſtitiſſe, modo eas expreſſiſſe lectiones, vidimus, quae in libris editis, a nobis quidem adhibitis, non reperiuntur: ita Catonis Atticique Vitam, aliorum exemplo, omiſiſſe ſcimus. De editione Ingelſtadienſi, qua Schoppium vſum eſſe ſupra diximus, et quae anno tertio et nonageſimo*, prodiit, praeter nomen, nobis quidem nihil conſtat. Atque hae ſunt editiones Cornelii hoc ſaeculo adornatae, vel a nobis, vel ab aliis, viſae et conſultae.

Sed ſequens ſaeculum ſeptimum decimum prodidit exempla Vitarum eius longe praeſtantiſſima. Primum quidem omnium eſt illud, quod, a ſuperioribus parum diſcrepans, anno ſecundo notis hiſtoricis criticisque, etiam philologicis, brevibus, ſaepius deinde repetitis,** ornatum ſenis denis emiſit Lutetiae Ioh. Sauaro, libris ſcriptis tribus, de quibus ante commemoratum eſt, adiutus. Quam Sauaronis editionem ſexennio poſt excepit maiore forma Francofurtenſis, cui Claudius Marnius praefatiunculam praefixit.***

* V. Piccart. pericula critt. p. 30.

** Vt Pariſ. 1602. 12. in Catal. bibl. Leidenſ. p. 237. Lugd. Bat. a. 1642. 16. adiunctis etiam Longolii notis.

*** [Conſtat meum exemplar duabus partibus in vno volumine. Prior pars inſcripta eſt: *Cornelii Nepotis Opera, quae quidem exſtant; hiſtorica virorum domi militiaeque illuſtrium Graecorum Romanorumque:* Explicata pridem ſtudio *And. Schotti*. Antuerp. Soc. Ieſu. Nunc denuo doctorum hominum acceſſionibus locupletata. Seriem auerſa pagina exhibet. Francofurti ap. Claud. Marnium et her. Io. Aubrii MDCIX. fol. Series autem haec deſignatur. 1) De ſcriptore virorum illuſtrium auctore Andr. Schotto; 2) de auctoribus antiquis virorum illuſtrium, eiusd. 3) *Origo gentis romanae;* 4) in comm. de origine vrbis Romae notae

Debet autem illa non tam propter contextorum bonitatem excellens haberi; vtpote quae cum Lambiniano exemplo tota communia habeat; quam propterea quod, praeter Excerpta Codicis ſcripti Danielis, ſicut Lambini reliquorumque ſuperiorum Editorum notas omnes, ita Schotti quoque animaduerſiones in Nepotem nouas, comprehendit: qui quos in conſcribendis illis Codices manu ſcriptos adierit, ſupra oſtendimus. In emendando quidem perquam cautus eſt et modeſtus: * ſed quum de editis exemplis neque Aldinum, ** neque omnino vllum Vltraiectino vetuſtius, conſuluerit, mirandum profecto non eſt, multas ab eo lectiones

And. Schotti; 5) Ioann. Metelli epiſtola ad Steph. Pighium (de auctore illius comm.); 6) *De viris illuſtribus* liber, cum breuibus notis A. Schotti; 7) Andr. Schotti in ſcriptorem de viris illuſtribus notae vberiores; 8) Dom. Machanei ſcholia; 9) *Cornelii Nepotis fragmenta;* 10) A. Schotti in ea annotationes; 11) *Epiſtola Corneliae, matris Gracchorum;* 12) Addenda et corrigenda in Notis A. Sch. ad viros illuſtres; 13) *P. Nannii* de claris Corneliis lib.; 14) *C. Sigonii* de vita et rebus geſtis P. Scipionis Aemiliani lib. 15) Accedunt in fine A. Schotti in Aemilium Probum, ſeu Corn. Nepotem de vita excellentium imperatorum notae; 16) II. indices. — *Altera pars* inſcripta eſt: *Corn. Nepotis, vulgo Aemilii Probi de vita excellentium imperator. graecorum ac romanorum.* Cum commentariis *Dionyſii Lambini,* Monſtrolienſis, auctis nuper atque emendatis. acceſſerunt Commentarii, Adnotationes, et Notae *Gyberti Longolii, Hieronymi Magii* et *Io. Sauaronis,* cum excerptis e vetuſto codice Ms. *P. Danielis.* praefixa Chronologia impp. Graeciae apud Probum, per Olympiadas. cum indicibus, praeſertim auctorum, qui in ſingulis commentatoribus laudantur vel illuſtrantur, accuratis. Francof. ap. Claud. Marnium et hered. Io. Aubrii. MDCVIII. (1608.) fol.] In bibl. Bodlei. eſt edit. Paris. 1620. 8.

* Vid. ad 7, 4. 1. c. 6, 3. c. 10, 4.

** Sic ad 1, 5. 5 dicit ſolum Lambinum habere *decuplicem:* quae tamen eſt Aldinae editionis lectio.

Longolio * Lambinoque tributas eſſe, quae aliis debuiſſent auctoribus tribui. Poſt Schottum deſertus diu relictusque iacuit Nepos, nemoque triginta amplius annis inuentus eſt, qui Vitas eius recenſeret paullo diligentius. Quo beneficio illas et cura, anno tandem quadrageſimo et ſexcenteſimo,** dignatum eſt ingenium atque doctrina Boecleri. Hic non modo contextum denuo recenſuit, multosque locos, Leidenſis primi Schefferianique Codicis ope, reſtituit et emendauit, inſertis etiam Freinshemii coniecturis, *** verum Vitas ipſas in Capita, et haec in minores ſectiunculas, paragraphos appellant, deſcripſit; qua deſcriptione etiamnunc vtimur; et indicem verborum addidit magna diligentia, magnoque ſtudio, confectum. Atque haec Boecleri exempla **** mox multi alii vel tota, vel maxima certe ex parte, expreſſere. In iis editionibus, quae totae manarunt e Boeclerianis, praeter Buchnerianas, eſt ea quam Iac. Mylius Lipſiae anno tertio et quinquageſimo octonis curauit; in qua non modo notae Boecleri et Iani Gebhardi in omnes Vitas, Ernſtiique in Atticum, integrae, reperiuntur; ſed in margine etiam adiecta extat diuerſitas lectionum cum Boecleriani Codicis manu ſcripti, tum exempli Gebhardiani. Nam Gebhardus ***** quidem quarto iam et qua-

* Ad 2, 1. 3 ait Longolium edidiſſe *regebatur*. At ſic iam in Arg. legitur.

** [Argent. 1640. 8.]

*** V. ad praef. 4.

**** Tertia Boecleri editio, qua nos vſi ſumus, prodiit Argentor. a. 1648 octonis. Poſtremam eius h. e. quartam editionem h. e. Argentor. optimam vocat Ernſtius ad tit. Vitae Attici. Corn. Nepos cum notis Boecleri et Vorſtii. Lipſiae 1669. 8. — *Henr. Ernſtius* ſcripſit commentar. in Corn. Nepot. Lipſ. 1707. 8.

***** Vid. de eius conſilio, Nepotem edendi, illius epp. ad Io. Kirchmannum, inter Gudianas Nr. 233. 240. 241. [In collectione epiſtolarum inſcripta: *Marquardi Gudii et doctorum virorum ad*

drageſimo anno Nepotem animaduerſionibus ſuis egregie illuſtratum duodenis Amſtelaedami apud Ianſonos ediderat, in quibus eum ſupra ſignificavimus maxime hoc egiſſe, vt Lambini audaciam, quae elapſa eſſet ſuperioribus Editoribus, notaret, neque probari vllo modo poſſe doceret. Acceſſit autem ad Vitas ipſas recenſendas nullis libris ſcriptis propriis inſtructus: ſed ex editis reliquis, quae lectiones optimae viſae eſſent, eas delegit et recepit; nonnunquam ingenii quoque impetum ſequutus videtur.* Illud ſe etiam feciſſe ait Robertus Keuchenius, cuius editio apud Hacquios aliquoties,** nouiſſime apud Vuetſtenios Amſtelaedami octonis prodiit. At vero nos eum deprehendimus ſequi fere Gebhardi veſtigia,*** vt huius ſimium ineptum recte dixeris, reprehendendum etiam in eo, quod notas Virorum doctorum, quas adiecit ſuae editioni, praeter proprias, ſaepiſſime mutilauit miſere et crudeliter lacerauit. Sed exemplum Boecleri ita ſeruauit, vt nonnulla tamen, fide ſcriptorum editorumque Codicum, ſapienter beneque mutarit, Ioh. Andreas Boſius, Buchneri diſcipulus, magnum Germaniae decus, quum ederet primum Cornelii Vitas Lipſiae anno ſeptimo et quinquageſimo octonis: quam editionem ornavit notis vt propriis, quibus multae Gaſp. Bar-

cum Epiſtolae. Quibus accedunt e bibliotheca Gudiana clariſſimorum et doctiſſimorum virorum — et Claudii Sarrauii, Senatoris Pariſ. epiſtolae, ex eadem bibl. auctiores, curante *Petro Burmanno.* Vltraiecti 1697. 8. pag. 296, 302 et 303.]

* Vid. 4, 3. 1. 5, 2. 5. 6, 1. 5. 14, 11. 3. 15, 6. 6. 18, 2. 3. 20, 3. 5 etc.

** Primum [cum notis variorum, Lugd. Bat. 1658. 8.] Lugd. B. 1667. 8. — tum 1687. et Lugd. B. 1728.

*** Vid. 14, 7. 1. 18, 9. 3. 20, 3. 5. 22, 1. 4 etc. Interdum Lambinianas lectiones expreſſit, vt 16, 2. 5. 23, 5. 2 etc.

thii coniecturae, quas a Chriſtiano Daumio* acceperat, inſertae leguntur, ita alienis quoque, in quibus eminent maxime Henr. Ernſtii Buchnerique animaduerſiones, nondum tum editae. Atque quum diuenditis prioris editionis exemplaribus, ad recognoſcendum iterum Nepotem animus adiiciendus eſſet eidem Boſio: non tantum ſuas notas emendauit et auxit; multas, quae in prima editione fuerant, ſuſtulit; indicemque verborum Boecleri, poſt Loccenii Vorſtiique ** curas, locupletauit; verum alias ſaepe lectiones in locum priorum intellegenter fere *** ſuffecit, a. 1675. 8. Qua in re quum caute admodum, vt par eſt, docteque eum verſatum eſſe appareret: omnes qui poſtea vellent Vitas Nepotis emittere, ab hoc Boſii exemplo, quod anno quinto et ſeptuageſimo formulis fuit deſcriptum octonis, non temere recedendum putarunt, ita vt Boſius iure videatur meritoque nominari Nepotis ſoſpitator et ſeruator poſſe. **** De Britanorum opera

* Vide Daumii epp. ad Boſium, ep. 18. p. 24. ep. 19. pag. 26.

** Hunc vocat Boſius ad Alcibiad. VI. 3. *Corneliani indicis interpolatorem.* — Cornel. cum indice, a Vorſtio locupletato, prodiit Lipſ. 1662. 8. impenſis Chriſti. Kirchneri. Praefat. addidit Vorſtius. — cum notis Boecleri et Vorſtii. Lipſ. a. 1669. 8. conf. Vorſtius ad Sulpic. Seuer. H. S. I. 12, 3. et alibi: Graeuii epp. ad Heinſium p. 140. 145. 147. 157. 160. in tom. IV. Syllog. epiſtolar. editae a Burmann.

*** Vid. praef. 6. 10, 1. 2. 4. c. 2, 2. Sed 23, 4. 3 temere edidit *propraetorem*, pro *praetorem*: cuius generis alia quoque, ſed pauca, reperient lectores.

**** [V. in Sylloge epp. a viris illuſtribus ſcriptarum, edit. a Burmanno tom. IV. p. 210. 270. 275. Schlegel. in diſp. mem. p. 52. at conf. quoque eruditas Schlegelii animaduerſſ. l. c. cap. VIII. p. 67. ſqq. Nic. Heinſius videtur Nepotem illuſtrare voluiſſe. v. epiſt. Graeuii ad Heinſium, pag. 563. tom. IV. citatae Sylloges Burmann.]

dicemus ſententiam, vbi exempla eorum adhuc quidem fruſtra a nobis quaeſita nacti fuerimus.*

Eo, in quod noſtra aetas incidit, ſaeculo de Nepote noſtro egregie meriti ſunt Staerius et Heuſingerus. Vterque Boſianum exemplum propemodum totum reddidit, magnamque in conferendis ſcriptis Codicibus, quos ſupra laudauimus, probauit diligentiam; Heuſingerus etiam in committendis inter ſe antiquis Editionibus aliquot, vt Argentoratenſi, Pariſienſi, aliis: et in Indice verborum locupletando. Qui quum, edito Emendationum Spicilegio,** in quo quid reprehenden-

* [Editiones atque verſiones Cornelii Nepotis, a Britannis factas, aut in Britannia recuſas, recenſet *Lew. William Brüggemann* in: A View of the Engliſh Editions, Translations and Illuſtrations of the ancient Greek and Latin Authors with remarks, Stettin. 1797. 8. pag. 477. ſqq. et in: A Supplement to the View etc. Stettin. 1801. 8. pag. 89. ſq. Memorare tantum iuuat editionem inſcriptam: *Cornelii Nepotis* excellentium imperatorum vitae. Acceſſit *Ariſtomenis Meſſenii* vita (gr. et lat.) ex Pauſania. (Ad finem adiiciuntur variae lectiones, quae in codd. mſſtis et optimis editionibus occurrunt, vna cum doctorum virorum coniecturis et caſtigationibus, et indice locupletiſſimo.) Oxonii e theatro Sheldoniano. 1675. 1687. 12. ibid. 1697. 8. — Editio nouiſſima, nunc denuo recognita. Ibid. impenſ. Ant. Peiſley. 1708. 8. A nitore typorum commendantur edd. Glaſguae, exc. Robertus Foulis, acad. typograph. 1744. 12. et 8. — Vitae — ex edit. Oxon. fideliter expreſſae, excud. Robert. et Andr. Foulis. 1749. 12. 1761. 12. (cum ligg. v. catal. biblioth. Badenhaupt, p. 264. nr. 2726.) — 1777. 12. — Editio nouiſſima, prioribus longe emendatior. Cui acceſſit index Boecleri locupletiſſimus. Londini. 1799. 8.]

** [*I. Mich. Heuſingerus* primum ſcripſit Emendationes aliquot locorum in Cornelii Nepotis vitis excellentium imperator. in Exercitatt. ſocietatis latinae, quae Ienae eſt etc. vol. II. Lipſ. 1743. 8. p. 173 - 180. poſtea edidit Spicilegium emendationum et obſeruationum ad Cornelii Nep. excellentium impp. vitas XVIII. priores: quarum plura menda V.

dum ſibi in prima editione Staueriana, quam Luchtmanus anno quarto et triceſimo ſtudioſis dedit, videretur, oſtenderat, bono Stauerio bilem libertate ſua mouiſſet: hic continuo coepit eam effundere in Obſeruationibus Miſcellaneis Nouis, quae apud Belgas cura Doruillii prodiere:* et in altera editione ſua,** quae locis nonnullis lectio-

Cl. Auguſtini a Stauern noua opera nondum ſublata corriguntur, loca obſcuriora explicantur; alia a ſiniſtris interpretationibus vindicantur. Iſenaci (1744.) 4. De liticula inter Heuſingerum et van Staueren orta vide Chriſtph. Saxii Onomaſt. literar. part. I. p. 151. ſq. adde part. VI. p. 504. ſq. de Staueren, et in analectis p. 728. ſq. de Io. Mich. Heuſingero: qui in Emendationum libris II. ab eius filio Friderico, Gothae 1751. 8. editis duo triaue loca Cornelii Nep. emendauit. — Heuſingeri editio prodiit Iſenaci et Lipſ. ſumtu typiſque Io. Chrſtph. Krugii, 1747. 8. et mutata tantum tituli pagina, Iſenaci et Lipſ. ſumt. Gottl. Griesbach. 1755.]

* Tom. VI. pag. 513 — 538. Ipſe alias in Nepotem Obſeruatt. inſeruit Obſſ. miſc. nouis tom. VIII. p. 813. ſqq. *Stauer.* autem prior edit. maior prodiit Lugd. Bat. ap. Sam. Luchtmanns. 1734. 8. cum integris notis Iani Gebhardi, Henr. Ernſtii, et Io. Andr. Boſii, et ſelectis Andr. Schotti, Dion. Lambini, Gyb. Longolii, Hier. Magii, Io. Sauaronis, aliorumque doctorum, nec non excerptis P. Danielis. Acceſſit locupletiſſimus omnium vocabb. index, ſtudio et opera Io. Andr. Boſii confectus, curante *Auguſtino van Staueren,* qui et ſuas addidit. Recenſetur illa edit. in Actis eruditor. a. 1737. p. 302 — 305.

** Lugduni Bat. 1755. 12. cum animaduerſſ. partim criticis, partim hiſtoricis. [In quibus potiſſimum bene docteque verſatus eſt in interpretatione hiſtorica, in teſtibusque laudandis locupletibus. Idem Nepotem cum aliis comparauit, aut errores illius hiſtoricos ſolerter detexit. Copia tamen interdum laborauit. Hanc minorem Stau. editionem ita recudendam curauit *Theophil. Chriſtph. Harleſs,* vt et ſuas et IoannisKappii notas adiiceret, Erlangae 1774. min. 8. Kappii tamen animaduerſiones, in quibus ſuam ille ſententiam paullo copioſius explicuerat, inſeruit Opuſculis ſuis varii argumenti, Halae, 1773. mai. 8. pag. 458 — 469. — Eadem editio iterum curis ſecundis Harleſs et Kappii typis renouata eſt Erlan-

nes exhibet a lectionibus prioris exempli diuerſas, non ſemel impetum in doctrinam atque fidem Heuſingeri, haud ſcio an fruſtra, laceſſitus fecit. Mihi certe videtur Staucrius Codicem Leidenſem ſuum non diligenter ſatis diſtinxiſſe vbique a Leidenſi primo: et in prioribus maxime foliis confudiſſe eum et miſcuiſſe notas Boſianas* reperio, alienas item** nonnunquam Boſio tribuiſſe, quasdam etiam omiſiſſe.*** Sed quid attinet pluribus dicere de libris, qui omnium manibus verſantur? Atque haec etiam de editionibus****



gae 1800. min. 8. in qua editor in reſcribenda lectione textuque conſtituendo frequenter diſceſſit a priſtina ſua ſententia atque lectione. *Van Staueren* nouam Cornelii Nepotis editionis maioris recenſionem inſtituere coepit. At dimidia iam ex parte typis deſcriptam abſoluere non potuit, morte abreptus. Moriens tamen Carolo Antonio Wetſtenio, I. C. ſuo quondam diſcipulo, commiſit curam reliquae partis profligandae. Wetſtenius vero in breui dedicatione, „eodem, ait, tenore reliqua abſoluere malui, codicem adeo, ipſius (Stauer.) manu variis in locis correctum et auctum, ſequi contentus. Vberioribus enim hisce adnotationibus ne volumen in nimiam molem excreſceret; aliorum, (et in his Boſii, Ernſtii, Gebhardi) quaedam, ſua reciderat non pauca." Stauer. igitur in hac altera, longe auctiore, editione, (Lugduni Batau. 1773. mai. 8.) frequenter alias reſcripſit lectiones, ac in priore maiore et in minore fecerat: interdum ceſſit conſilio Heuſingeri; ſaepius tamen, (nec raro cum verborum acerbitate,) diſceſſionem fecit ab eo, et vel priſtinam ſuam tuitus eſt ſententiam, vel in alia omnia tranſiit.]

* Vid. praef. 8. 1, 1. 1. 2 c. 2, 3. c. 3, 2. 6 etc.

** Vid. 1, 7. 5. 5, 4. 2 fragm. 9, 1.

*** Vid. praef. 4. 6. 1, 7. 3. c. 7, 5. c. 8, 1 etc.

**** Aliquot editionum memoriam ſubiicere lubet. — Corn. Nep. — Nordhuſae 1659. 12. — Londini 1714. 12. — 1731. 8. — ibid. ap. Brindley a. 1744. in forma minima. — Latin et François — avec des notes-critiques, à Pariſ. 1744. — Corn. Nep. c. Muzelii. Berolini 1732. 8. — Vitae excellentium impp. Accedit verſio gallica, curante I. P. Millero, Berolini, 1746. 8.

Vitarum Cornelii: quas multi alii Viri docti,

— 1756. 8. et 1775. 8. — Corn. Nep. vitae etc. ad exemplar Keuchenianum, in vſum ſcholarum Daniae et Noruegiae. Hafniae, 1776. mai. 8. cura Batholdi Chriſti. Sandvig. qui editionem Hackian. a. 1667. cum maxime, paucis exceptis locis, ſequutus, addidit Longolii, Lambini aliorumque notas, ſed non omnes. — Sine notis, Manhem. 1778. et Biponti 1782. 8. [Bipontini editores ſunt quidem in textu conſtituendo ſequuti Heuſinger. ſed ita, vt in quibusdam locis lectionem Boſianam reuocarent, in quibusdam etiam Stauerium ſequerentur.] — Repetitio editionis Bipontinae eſt haud dubie ed. Viennae 1798. 8. — Herbipoli, 1777. 8. — Collectio noua claſſicorum Romae antiquae ſcriptorum, tom. I. quo continentur *Cornelii Nepotis* vitae excellentium imperatorum. Cum notis lectiſſimis curat *I. S. Ith*, biblioth. reipubl. praefectus: cum peculiari etiam inſcriptione: *Corn. Nep.* vitae excell. impp. Textui ad optimarum editionum fidem recenſito acceſſerunt illuſtrationes breuiſſimae, vel ex aliis ſelectae, vel recens additae. Curauit *I. S. Ith*, Bibliothecarius. Bernae et Lauſannae, 1779. 8. [Ex editt. Boſiana, Heuſingeriana et Staueriana nouam plane ſe concinnaſſe recenſionem, in praefatione profitetur Ithe.] — Vitas Plutarchi cum notis Francogallicis edidit *Vauvilliers.* Supplementum earum continet *Nepotis* vitas decem imperatt. Pariſ. 1788. — cum notis *Hauſii*, Mogunt. 1785. 8. — cum adnotatt. M. *Sim. Fr. Wurſteri.* Vlmae 1791. 8. — Sed melior eſt editio: Cornelii Nepotis vitae excellentium impp. Mit Anmerkungen von *Io. Heinrich Bremi,* Tiguri, 1796. 8. — *Corn. Nepos* — mit philolog. und hiſtoriſchen Anmerkungen. Cöthen. 1796. 8. — [Correctae editiones, notis vero deſtitutae, ſunt Tubing. curante *Hutten.* 1799. 8. — Marburg. 1799. 8. — et Corn. Nepotis vitae — ad optimas edition. — ed. Matth. Rathe. Hauniae. 1800. 12. — *Corn. Nep.* — editio ſtereotypa. Pariſ. ap. Didot, a. reipubl. VII (1798/9) 12. — vitae — ad optimas edd. collatae. Editio accurata. Francof. ad Moen. 1801. 8. — Vitae — ad optimas edd. collatae, ſtudio et cura *Io. Ioach. Bellermanni.* Erford. 1802. 8.] — Nepotis vitae lingua Etruſca, cum notis. Catan. 1771. 8. — Germanice verſae ab anonymo, Francof. et Lipſ. 1766. 8. — a *Io. Andr. Benigno Bergſträſſero*, cum notis, Francof. 1782. 8. — edit. II. emendat. ibid. 1789. 8. — ab *Alberto Xauer. Wein-*

vt Schoppius, Picartus, Rutgerſius, Scheffe-

cierl. München. 1792. 8. — [a *Io. Dau. Büchling* cum notis: Lipſ. 1796. 8. — cum notis. Stuttgard. 1799. 8.]

[Sed miſſis aliis editt. et verſionibus, recentiorum quorumdam virorum doctorum ſtudia operamque, in emendando aut illuſtrando textu Corneliano poſitam, paucis commemorabo. Bis vero bene meruit de Nepote clar. *Carol. Henric. Tzſchucke,* ſcholae electoralis Misnenſis Rector. Eius enim diligentia primum editae ſunt *Cornelii Nepotis* vitae excell. impp. in vſum ſcholarum, additis notis, ex recenſione Auguſtini van Staueren. Lipſ. 1791. 12. Vir autem doct. non modo aliquot contulit editt. ac quaedam Nepotis loca, modo librorum vett. modo virorum doctor. auctoritate ductus emendavit, ſed etiam breues quidem, at eruditas cum criticas tum in primis hiſtoricas adnotatt. textui ſubiecit. — Poſtea dedit textum paſſim aliter informatum, adiecto commentario, in quo partim lectionis ratio declaratur, partim formulae loquendi, praecipue res hiſtoricae explicantur atque illuſtrantur. Inſcripta autem eſt editio: *Corn. Nep.* excellentium impp. vitae ad optimorum exemplarium fidem recenſitae atque prooemio, chronologia et indice rerum inſtructae a *Carolo Henrico Tzſchucke.* Gottingae 1804. ſumtib. Henr. Dieterich. mai. 8. In prooemio agitur 1) de Nepotis aetate; 2) de vita et moribus Nepotis; 3) de doctrina et ſcriptis Nepotis; 4) de vero auctore libri de vitis excell. imperatt. (Facile largitur, duriora quaedam et moleſta Ciceronianis auribus vel ex Aemilii Probi ſenſu adſperſa, vel a librariorum contaminationibus infecta prodiiſſe.) 5) de fide et fontibus Nepotis; 6) de oratione Nepotis; 7) de codd. et editt. praecipuis huius libri; 8) de huius editionis indole, et conſilio, quod ſequuta ſit. Tzſchucke, ſe, profitetur pag. XXXIII. in textu reddendo ſequutum eſſe recenſionem, a Staunereno a. 1773 factam, ita tamen, vt comparatas inter ſe adhiberet aliarum editionum inſigniorum lectiones, easque ad codicum exempla propoſita exegiſſe. — Prior pars continet et vitas et fragmenta Nepotis, chronologiam rerum memorabilium in Nepote, et indicem ſelectum: altera pars ſeparatim edita et inſcripta eſt: Commentarius perpetuus in Cornelii Nepotis excellentium impp. vitas, conſcriptus a C. H. Tzſchucke. Gotting. 1804. 8. — Editio *A. Ch. Meinecke* cum breuibus notis grammaticis et hiſtoricis, pueris ſcriptis, Lemgou. 1792. 8. haud tulit plauſum cenſorum. — M. *Beniamin Frider. Schmie-*

rus, * et Struchtmeierus ** emendare et illuſtrare

*der* edidit Lexicon über den Cornelius Nepos, das Sprache und Sachen vollſtändig erklärt, und viele Stellen in beſondern Anmerkungen erläutert. Halae Sax. 1798. 8. In praemiſſis adnotationibus, partim criticis, partim grammaticis, Cornelium ſaepe culpat, multorumque eum peccatorum tam contra hiſtoriam, quam contra latinitatem rectamque ſcribendi rationem commiſſorum acriter incuſat. Quare Tzſchucke eum in prooemio ad alteram ſuam editionem pag. XXXI. vocat ſeuerum ſubinde Nepotis exagitatorem. Num vero Nepos in conſcribendis vitis id conſilium, quod Schmieder acute quidem expoſuit, ante oculos habuerit et ſit exſequutus, dubito; ſaltem nondum adduci poſſum, vt credam. Idem V. D. dein Nepotis curauit editionem, ſcholis adcommodatam et inſcriptam: *Corn. Nepos* de vita excellentium impp. Mit Einleitungen und teutſchen Anmerkungen von M. *B. Fr. Schmieder*, Rector des Luth. Gymnaſ. zu Halle. Berol. 1801. min. 8. — *Corn. Nep. vitae excell. impp.* Editio noua, ſcholarum vſui accommodata, cum breui adnotatione. Curauit *Carol. Frid. Heinrich*, Saxo, Gymnaſ. Magdalen. Vratislau. doctor. Vratislau. 1801. 8. Baſis eſt ed. Stauer. prima. Notae ſunt admodum paucae, vtiles tamen. Hinc inde loca quaedam critice tractantur. — Vberius res et verba ſiue dicendi formas explicuit *Chriſtian Henr. Pauſler* in editione inſcripta: *Corn. Nep. vitae excell. imperatt.* Mit grammatiſchen und erklärenden Anmerkungen. Lipſiae 1804. mai. 8. — *Corn. Nepotis vitae excell. impp.* ad exemplar Boſii recudendas curauit, argumentis, notis, indicibus, vita auctoris, tabula chronol. et hiſtoria illuſtrauit *Io. Chriſti. Frid. Wetzel*, Lycei Primislau. Rector. vol. I. et II. in quo continentur indic. nominum et verborum et hiſtoria. Lignitii 1801. 8. — De *Ricklefii* Hannou. 1803. 8. editione, quippe quam non habeam, nihil dicere poſſum. Tzſchucke in prooemio ad editionem Göttingenſem pag. XXXI. Wetzel. nominat chronologiae in primis inueſtigatorem ſolertiſſimum; Rickleſium vero priorum editorum monita cum lucro reddidiſſe iudicat.]

* Eius Lectiones Cornelianae in Miltiadem leguntur in illius Miſcellaneis, Vpſaliae 1697. p. 1 — 58. [In manibus habeo: *Io. Schefferi*, Argentoratenſis, Lectionum academicarum liber, quo continentur animaduerſſ. in Miltiadem Nepotis, epiſtolas Plinii etc. Hamburgi, 1675. 8. Lectiones Cornelianae primum occupant locum.]

** Animaduerſſ. I. 10. Har-

conati ſunt: quorum numerum augebit breui Iac. Frid. Heuſingerus, fratris ſuperioris filius, Vir non maiori doctrina quam humanitate praeditus, quem Scholam Guelferbytanam nuper regendam ſuſcepiſſe vehementer laetamur.*

Vitam Catonis et Attici, vt hoc addam, e Codice ſcripto, quem a Car. Langio acceperat, Pighius ſuis Annalibus inſeruit: et Atticum ediderunt, praeter Ciceronis interpretes, (vt Graeuius in ſua edit. epiſtolar. ad Atticum,) ſeparatim et enarrarunt diligenter Ernſtius,** Geſnerus, alii. Boſius et Heuſingerus vſi ſunt in eo recenſendo editione Romana: nos vero excerpſimus lectiones diuerſas, in quibus multae bonae ſunt,*** ex exem-

deronici 1755. 8. [M. *Io. Iac. Schmidt* ſpicilegium obſeruationum (criticarum) ad Cornelii Nepotis vitam T. Pomponii Attici, Baſil. 1789. 4. — *Georg. Veeſenmeyeri*, Profeſſ. Vlmenſis, ſpecimen obſeruatt. miſcellan. in Corn. Nepotem. Vlmae 1796. 4.]

* [Vir ille, poſt fata adhuc celeberrimus, ſcripſit libell. De Nepote Cornelio bene merendi aliquot ſubſidia bibliothecae Guelpherbytanae. Guelpherbyti 1759. 4. in quo duo fragmenta, in cod. Guelpherb. reperta, Corn. Nepoti adſerere ſtuduit: quae quum Chriſti. Adolpho Klotzio in cenſura illius libelli in novis actis erudit. Lipſ. 1759. m. Febr. p. 53. — 96. haudquaquam iſtius antiquitatis eſſe viderentur: Heuſingerus ſuam tuiturus ſententiam, ſcripſit libellum, inſcriptum: Fragmenta Cornelii Nepotis Guelpherbytana a cenſoria Lipſienſis critici virgula vindicantur, Guelpherb. 1760. Klotz tamen, nondum convictus, reſpondit in Miſcellaneis criticis, Traiecti ad Rhen. 1763. 8. cap. XI. p. 44 — 53. Neque vero Heuſingerus ſuam deſeruit cauſſam; ſed in calce *Fl. Mallii Theodori de metris* libri, Lugd. B. 1766. 8. non ſolum ſcripta ſua memorata repetiit, ſed etiam p. 155 — 166. modeſte reſpondit in Acceſſione ad vindicias fragmentorum Nepotis.]

** Hafniae 1629. 12.

*** Heuſingerus ad c. 12, 5 dicit, in ſolo Pariſ. libro legi *impetrātum*, pro *in praeſenti vtrum*. At iam in Brixiano ita legitur. Simile exemplum inuenient lectores c. 16, 3.

plo, quod anno nono et nonageſimo quinti decimi ſaeculi Brixiae cum Vitis Plutarchi prodiit, forma maxima. *

Sed de Fragmentis quoque et reliquiis caeterorum monumentorum Cornelii videtur aliquid eſſe dicendum. Primus eas, vt nunc ſunt, collegit, et Vitam Catonis atque Attici iis inſeruit, magnus ille Andreas Schottus: ante quem tamen epiſtolae matris Gracchorum particulas, quas Schottus in Codice Abbatiae Faeſulanae, quem ei Ant. Auguſtinus dederat, et in exemplari Bri-

* Matius Annotatt. c. 35 laudat *Manutii* libellum annotatt. in vitam Attici. — Correxit vitam Attici *Schoppius* in Veriſim. libr. III. cap. VIII. p. 156. ſqq. — *Chriſtian. Heidmannus* vitam Attici enarrauit in acad. Helmſtad. et ſeparatim edidit. Helmſtad. 1613. 8. plagg. 2. cum praefatiuncula.—[*Schlegel.* in diſs. laudata cap. V. pag. 28 ſqq. recenſet quatuor antiquas et rariſſimas editiones, quibus adhaeret *vita Attici,* e biblioth. Thottiana, n. vnam, quae continet Ciceronis epiſtolas ad Atticum, Brutum et Quintum fratrem, Venet. per Nic. Ienſon. 1470. fol. et tres alias, quae habent vitas clarorum virorum e Plutarcho potiſſimum in latinum ſermonem conuerſas, quarum prima ed. ibid. per Nicol. Ienſon. 1478. fol. ſecunda autem et tertia, omni indicio typographi et loci annique deſtitutae, Schlegelio videntur antiquiores eſſe, et circ. ann. 1462. expreſſae typis; inſuper ſecunda antiquior, tertia autem ad illius exemplum ab alio typographo, minus curioſo, aut artis ſuae minus gnaro excuſa. Idem p. 41 ſqq. lectiones antiquiſſimae editionis ac pag. 48 ſqq. lectt. edit. Ienſon. 1470. ab lectt. in ed. Fiſcher. receptis diuerſas notauit. — De alia vitarum Plutarch. parallelarum collectione cum vita Attici, ſine l. et a. nota, v. Harleſs ad Fabricii B. Gr. vol. V. p. 201. ſq. de Plutarchi editionibus.] — Philibertus de la Mare, Senator Diuionenſis, in epiſtola ad Nic. Heinſium, (in Burmanni ſylloge epiſtolarum etc. tom. V. p. 678.) in catalogo operum *Leonardi Aretini* MSS. in bibl. *Iac. Gaddii*, ab ipſo deſideratorum, primo loco ponit *Aretini Praefationem in Cornelium Nepotem, et vitam Attici.*

tanico, auctore Iac. Bongarſio, inuenerat, vt Staverius in libro Voſſiano primo et tertio, iam Savaro ediderat, e libro ſcripto Attici ſuo, Giſaniano item et Petauiano. Poſt Schottum eas diligenter recenſuit Boſius; et nuper Heuſingerus ὁ μακαρίτης, qui vndecimo capite ea, quae e Iornande afferuntur, Cornelio Tacito ſcienter, praeeunte tamen Boſio, vindicauit.

Iam eo tandem venimus, vt etiam de noſtra hac Vitarum Nepotis editione paucis exponamus. Eius vero adornandae curam eo libentius ſuscepimus, quia non male de litteris ſperabamus merituros eſſe, ſi opprimeretur, opera noſtra, Stubeliana, de qua ſupra diximus, et quam repetere totam librarius volebat. Textus totus ductus eſt ex editione Boſii altera; cuius etiam animaduerſiones integras ex eodem exemplo ſubiecimus, quod viam oſtendunt, quam ingredi et perſequi Grammatices, hoc eſt facultatis interpretandi recte auctores vtriusque linguae antiquos, ſtudioſi debeant. Adiecimus praeterea, vt nuper in Iuſtino, libellum Variarum lectionum, e libris cum ſcriptis, tum editis, de quibus ante memorauimus, collectarum: quod inſtitutum non modo hanc habet vtilitatem, vt carere queant lectores ipſis illis libris, magno ſaepe et inſano pretio comparandis; ſed efficit etiam, vt acuantur ingenia, et adiuuentur ad emendanda atque tollenda vitia librariorum, cauſſasque eorum et quaſi origines reperiundas: et vt multorum vocabulorum* formularumque ſententia atque vis, ſine Lexicorum adiumento, aperiatur. Denique in animo erat addere Indicem verborum copioſiorem: ſed mutauimus conſilium, adiecimusque breuiorem illum,

* V. c. Eum. 9, 3. in cod. Axen. *ſidos certos mittit homines.* Timol. 5, 1 *voti eſſe compotem.* vt ap. Salluſt. Catil. 40, 6 *multos innoxios inſcios coniurationis.*

qui in editione Staueriana altera * eſt, ex Boecleriano excerptum, cum rogati a librario, ne moles libri nimis magna fieret; tum quia Stauerianae primae et Heuſingerianae editionis exempla ſatis obuia putabamus, quae ii adire poſſent, qui ſcire vellent, quibus verbis, quibus formulis, Nepos loco quoque, et quomodo, vteretur. Sic ergo vale, lector docte, et conatis noſtris ita faue, vt etiam peccatis ignoſcendum cogites. Scripſi Lipſiae m. Maio ineunte A. C. cIɔIɔCCLVIIII.

* Etiam Amſtel. a. 1704. 12. vbi eſt paulo plenior.

# IOH. ANDR. BOSII
# PRAEFATIO
## LECTORI S.

*Ne legeres in hoc veſtibulo, quae de propoſito noſtro prolixe dicturus eram, partim mercatus imminens, qui ſubinde multorum conatus intercipit, partim valetudo fecit mea. Quae praeterea et hanc neceſſitatem mihi imponit, vt quidquid hoc epiſtolii eſt, aliena manu exarandum ſit. Sic igitur rem omnem paucis accipe. Cum abhinc triennio, ab ornatiſſimo et praeſtantiſſimo Viro, Chriſtiano Kirchnero, de noua Nepotis Editione adornanda compellatus, onus illud otio quam nunc abundantior, in me recepiſſem, optimum exiſtimavi, in ea re hanc viam inſiſtere, quam in edendis ſcriptoribus antiquis Cl. Vir, Matthias Berneggerus cum eruditiſſimo genero, Ioh. Freinshemio, primi feliciter inierant. Neque enim verebar eorum iudicia, qui cum aliud nihil habeant, quod in hoc inſtituto poſſint reprehendere, nimiam diligentiam accuſant: quaſi haec cuiquam vitio verti debeat. Quare quoscunque noram annotationum aliquid in hunc auctorem ſcripſiſſe, ſollicite conquiſiui, hac fini, vt ſeligerem ex omnibus, quae maxime illuſtrando auctori eſſent, ſelectaque in formam perpetui Commentariî redigerem. Hoc tamen discrimine, vt CC. VV. Ioh. Henr. Boecleri, Ianique Gebhardi pleraque retinerem, exceptis, quae Gebhardus illuſtrandae dictioni prolixe congeſſerat: e caeteris pauca ſolum et praecipua excerperem. Sed quoniam non dubitabam, plura in ſcriniis ſuis ſervare Viros doctos, quae Nepoti noſtro nouam lu-*

*cem adſerre poſſint, quosdam aut ipſe, aut per amicos conueni, modeſte rogitans, vt propoſitum noſtrum, quoad poſſent, ope conſilioque iuuarent. Neque fruſtra fui. Nam Vir Celeberrimus, et de Nepote noſtro iam ante praeclare meritus, Auguſtus Buchnerus, vt eſt ſingulari et inuſitata humanitate, peramoeniſſimi ingenii, nec vulgaris doctrinae adoleſcentem, Laurentium Georgium a Crokow, Equitem Pomeranum, non ſolum duplicem Commentarium olim a ſe inchoatum, ſed etiam Codicem ſuum, quo per annos bene multos vſus erat, ſubmiſit. Ac commentariorum quidem alter, isque vetuſtior, Miltiadem et Themiſtoclem, cum magna parte Ariſtidis; alter paullo recentior, vnum Miltiadem cum initio Themiſtoclis complectebatur. Codici vero ſuo praeter alia multa, quae in ora adſcripſerat, ſubinde prolixiores annotationes inſeruerat. Ex vtroque genere plurima in hunc Commentarium transtulimus, adſcripto vbique auctoris nomine, quod etiam in reliquis fecimus. Chriſtianus quoque Daumius, Vir meliori fortuna digniſſimus, tres codices, quibus coniecturas aliquot ſuas Nobiliſſ. Barthius* adſcripſerat, ad nos deſtinauit. Neque defuiſſent petitioni noſtrae duo ſummi Viri, ac Criticorum noſtra aetate facile principes, Thomas Reineſius, et Io. Fredericus Gronouius, niſi illuſtres eorum cogitationes fortuna nobis inuidiſſet. Nam alterius codices neſcio quis mutuo acceptos ſecum asportauerat, alterius coniecturae pridem ad nos miſſae, cum litteris, quibus continebantur, incertum cuius culpa, perierunt.*

*Poſtremo Nobiliſſimus idemque Conſultiſſimus Vir, D. Henricus Ernſtius, ICtus et Polyhiſtor celeberrimus, cum ex aliis de propoſito noſtro intellexiſſet, ſponte ad nos miſit hactenus ineditas ad*

* Barth edere voluit *Lectiones Nepotinas.* v. ad Stat. Theb. 2, 119. *Fiſch.*

*Nepotis Imperatores Notas, cum Annotationibus ad Vitam Attici, antea quidem in Belgio Germaniaque editis, ſed nunc paſſim auctis et immutatis. Quas omnes, vt ab eo transmiſſae ſunt, ſi pauciſſima, quae ab aliis occupata erant, excipias, Commentario huic inſeruimus. Haec monere neceſſarium duximus, vt ſcias, quibus accepta ferenda ſint, quae nunc primum in hoc volumine comparent, ſimul debitas vnicuique gratias mecum agas, habeasque. Quae a noſtra manu ſunt, leuiſſima eſſe fateor, et tum primum chartis illita, cum doctiſſimorum hominum notas, quos dixi, ordinarem, et Typographo traderem. Indicem vt a Cl. Boeclero concinnatus erat, reliquimus, niſi quod immutauimus quaedam, ob textum in vltima recenſione ab eo emendatum. Additiones aliquot e Lambino et Gebhardo potiſſimum, itemque propria lectione deſumtas ſubinde inſperſimus, ſed a reliquis aſteriſco aut vnco diſtinctas.*

*Quae res eorum numero facile, ſpero, nos eximet, qui amant in aliorum libris ingenioſi eſſe. Quemadmodum nec illud vitio verti nobis debet, quod veterum ſcriptorum loca ab aliis allegata euoluimus, atque ex emendatiſſimis editionibus correximus, adſcriptis plerumque numeris librorum, capitum et verſiculorum, quos illi magnam partem omiſerant. Suppetunt enim in vtroque genere magnorum Virorum exempla, quibus hunc morem tueri poſſumus, ſi opus ſit. Sed finiamus tandem, quod tempus, valetudo, charta, et omnia iubent. B. V. et quidquid in hanc rem operae a nobis inſumtum eſt, id vnice adfectui noſtro erga ſtudia Iuuentutis tranſcribe. Ineptus enim ſit, qui ex huiusmodi opella vel minimum famae ſibi promittat. Ienae, ipſis Kal. Sept. cIɔ Iɔc LVII.*

# CORN. NEPOTIS

## VITA ARGVMENTVM OPERA TEMPVS HVIVS SCRIPTI

A

## G. I. VOSSIO

CONCINNATA LIB. I CAP. XIIII DE HISTORICIS LATINIS

Cornelius Nepos, et ante Caeſaris dictaturam, et eo dictatore, et poſtea vixit. Hieronymus in Chronico Euſebiano refert illum ad annum Auguſti quartum. Nec cuiquam repugnem, colligenti inde, tum demum diuulgare ea coepiſſe opera, quibus maxime inclaruit. Padi erat accola, teſte Plinio lib. III cap. 18, vnde Catullo, epigrammate primo, Italus; Auſonio autem, epiſt. 24 Gallus, vocatur. Nempe quia Italia Transpadana diceretur Gallia Togata. De vrbe patria quidquam ſe habere comperti, negat Elias Vinetus in Auſon. Idyll. VII. At Veronenſem fuiſſe, in Leandri Alberti Italia lego, vti et in Coſmographia optimi atque amiciſſimi quondam viri, Pauli Merulae. Imo ex Veronenſium hiſtoricorum ſyllabo, (quem doctiſſimus, ampliſſimusque Alexander Becellus, Veronenſis vrbis Cancellarius, fecit, ac Illuſtriſſimus Comes, Fernandus Nogaro-

la, vir vt genere, ita literarum ſtudio nobiliſſimus, cum V. Cl. Laurentio Pignorio, atque is mecum communicauit) intelligo, natum fuiſſe Nepotem in Hoſtilia: qui Veronenſium* vicus eſt, Tacito, Plinio, Caſſiodoro, et Antonino in Itinerario memoratus, hodieque Eccleſiaſticae Veronenſium iurisdictioni ſubditus. Hiſtoricus hic Ciceronis amicus familiaris a Gellio vocatur lib. XV. cap. 28. Chronica ſcripſiſſe, teſtis eſt idem Gellius lib. XXVII. c. 21. In his pro triplici tempore, ἀδήλω, μυθικῶ, καὶ ἱϛορικῷ, (de quibus ex Varrone et aliis, libro de arte hiſtorica diximus,) tres videtur ſcripſiſſe libros; ac ſingulis vnius temporis narrationem eſſe complexus. Saue tres libros feciſſe Nepotem, quibus omne aeuum comprehenderit, liquido teſtatur Catullus initio Hendecaſyllaborum. Nec hiſtoricum tempus ab eo ſolum eſſe tractatum, indicio eſt illud Auſonii: *Apologos Titiani, et Nepotis Chronica, quaſi alios apologos (nam et ipſa inſtar fabularum ſunt) ad nobilitatem tuam miſi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico aduerſus gentes (vbi eum inter antiquitatum commentatores diſertim reponit) dicit, haud aliud Saturnum, quam hominem promulgaſſe. Quod etiam Lactantius tradit lib. I. c. 15. Reliquit praeterea libros illuſtrium virorum, quorum Gellius meminit lib. XI. c. 8, et Seruius in 1 Aeneid. Eorum libr. I, XV et XVI citat Chariſius. Ex his habemus viginti duos exterarum gentium Imperatores. Caeteris libris egiſſe de Romanis, haec eius verba oſtendunt in extrema Hannibalis vita: *Sed nos tempus eſt huius libri facere finem, et Romanorum explicare Impe-*

* *Plinius* V. epiſt. 28, a Seuero, Veronenſi, poſtulat, vt *municipium* illius, Cornelii Nepotis et Titi Caſſii, imagines pro Herennio (Veronae) exſcribendas pingendasque curet. *Fiſch.*

*ratores: quo facilius, collatis vtrorumque factis, qui viri praeferendi ſint, poſſit iudicari.* Operis eius genuina inſcriptio patet ex vltimis hisce praefationis verbis: *Quare ad propoſitum veniemus, et in hoc exponemus libro* VITAS EXCELLENTIVM IMPERATORVM. Praeter Imperatores ſeorſum exaraſſe librum de Regibus, argumento haec erunt, quae Timoleontis vitae ſubdit: *Hi fere fuere Graeciae gentis duces, qui memoria digni videbantur, praeter Reges. Namque eos attingere nolumus, quod omnium res geſtae ſeparatim ſunt relatae. neque tamen hi admodum ſunt multi.* Externi Imperatores, quos habemus, Aemilii eſſe Probi, a multis creduntur. Qui error inde prouenit, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim ſua, partim patris et matris manu ſcriptas obtulit. Hoc ita eſſe, oſtendunt verſiculi, qui vitis iſtis praemitti in MSStis ſolent. Ac nec Aemilium, nec Theodoſiani aeui quemquam, eorum eſſe librorum auctorem, abunde arguit pura et Romana dictio. Opinetur aliquis, vt Trogus ab Iuſtino, ita ab Aemilio, qui ſub Theodoſio vixit, in compendium eſſe redactum Nepotem. Sed aliud ſuadet operis concinnitas, et illa praefandi ratio, quae eſt in Epaminondae vita, ac in Pelopida imprimis, vbi breuitatem iuſtam pollicetur. Attamen ſententia haec, licet erronea, minus periculi habeat, dummodo extra controuerſiam maneat, Aemilium omnia de puriſſimis Nepotis fontibus hauſiſſe. Sane Tulliani eſſe aeui ſcriptorem, neque alium quam Nepotem; tum veterum aliquot librorum indicio cognoſcitur; tum etiam, quod ad Pomponium Atticum (cuius idem rogatu de vita Catonis librum feci) vitae iſtae ſcribantur: vtcunque id in quarto Miſcellaneorum ſuorum neget Hieronymus Magius, qui ipſa Nepotis praefatione ſatis refellitur.

Accedit et altera ratio. Nam his in libris ea legere eſt, quae opus hoc ſcriptum eſſe clamant, quo tempore Pompeius et Caeſar plus poterant, quam libera in republica expediret. Ea Lambinus loca congeſſit, vt nihil attineat illa hic reponere. Nec libris iſtis de viris illuſtribus ſolum perſecutus eſt excellentes Imperatores: ſed etiam commentationibus claros. Quod argumentum ſignat B. Hieronymus, praefatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis: vbi Nepotem inter eos refert, quorum exemplo acturus ſit de iis, qui ſcribendo claruerunt. Egit autem Nepos, tum de Graecis auctoribus, tum de Latinis. De Graecis, colligo inde, quod in Dionis vita dicat librum ſe feciſſe de illuſtribus hiſtoricis: in quo inter alia tractarit de Philiſto hiſtorico. De Latinis, argumento ſunt plurima. Nam de Terentio egiſſe, ex Suetonio ſcimus in Terentii vita, Donato perperam tributa. Adhaec primum de vita Ciceronis librum Gellius lib. XV c. 28. Eoque ex opere fragmentum Hieronymus adfert epiſt. ad Pammachium. Imo veriſimile eſt, inde eſſe, tum vitam T. Pomponii Attici, quae exſtat, tum vitam Catonis, quam iſtis claudit verbis: *Huius de vita, et moribus, plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen relegamus.* Aperte indicat, eo nunc de Catone breuius ſe agere, quia ſeparatim de eodem ſcripſerit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perſtrictam habemus, maioris pars eſt voluminis, in quo Romanorum complurium vitae continerentur. Reliquit etiam Exemplorum libros, quos citant Gellius lib. VII c. 18, et Chariſius lib. I. Alia quoque eiusdem laudant veteres: ſed non item, quae ad hiſtoriam

pertineant. Nam ex epiſtola eius ad Ciceronem quaedam Lactantius adfert lib. III Inſtitut. Diuinar. cap. 15. Quemadmodum et Ciceronis ad Nepotem epiſtolae meminit Tranquillus in Iulio cap. LV, Ammian. Marcellinus initio libri XXVI ac Priſcianus lib. VIII. Imo et ſecundum Ciceronis epiſtolarum librum ad Nepotem Macrobius citat libro II Saturnal. c. 1. Quod ſi quis fragmenta omnia Nepotis deſideret, longe iis colligendis priorum vicit induſtriam Andreas Schottus. Hermolaus Barbarus, caſtigationibus in Plinii lib. XV c. 29, cenſet libellum de Viris illuſtribus, qui Plinio tribui ſolet, Cornelii Nepotis eſſe, haud Plinii, atque id veteribus codd. adſtrui poſſe, aſſeuerat. Etiam Iani haec Parrhaſii ſententia fuit. Vtrius ſit, dubitari ait Vinetus, nec ea de re ſtatuere quidquam auſus eſt. Imo aliqui, aut Suetonium, aut Tacitum, eſſe auctorem putarunt: vt indicat Gyraldus dialogiſmo XXVI. Sed omnino ſunt Sexti Aurelii Victoris: vt ſatis nunc conſtat ex editione Andreae Schotti. Non dubito interim, quin pleraque ex Nepote Victor deſumſerit. Nam quod Ludouicus Viues lib. V de tradendis diſciplinis, Nepotem ait, de Graecis ſolum ducibus ſcripſiſſe: id ſatis refellitur verbis Nepotis antea adductis. Vir doctiſſimus, Io. Maria Cantanaeus, commentario in Plinii librum IIII epiſt. 28, quae ad Seuerum ſcripta eſt, etiam Daretem Phrygium a Nepote translatum arbitratur. Nempe decepit eum vulgaris ἐπιγραφή. Attamen et hic aqua haeret Vineto, notis in Auſon. Idyll. VII. Negat eſſe, qui certi aliquid de tralatione hac auſit affirmare. Atqui omnes, quibus vllum in hisce litteris iudicium eſt, ſatis vident, nec Daretem illum eſſe genuinum: nec

dictionem eius Auguſteam ſapere aetatem; ſed recentiorem multo. Nepotem autem Caeſaris Auguſti aeuo obiiſſe, Plinius teſtatur lib. IX c. 39. Atque hoc fortaſſe impulit Genebrardum, vt putaret, eum nato iam Chriſto ſuperſtitem fuiſſe: qui et Iacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet Chronographicas, in eam ſententiam pertraxit. Sed Nepotem eo vsque aetatem prorogaſſe, nemo temere dixerit, qui tanti eum in literis nominis iam Tullii, Attici, Catulli temporibus, fuiſſe cogitarit.

# AVCTORVM ALIQVOT
# TESTIMONIA ET IVDICIA
## QVI
# CORNELII NEPOTIS
## MEMINERVNT *

Hieronym. in Euſebiano Chronico, num. 1977.

*Octauiani Imperii anno quarto, Olympiade CLXXXV, 1. Cornelius Nepos Scriptor Hiſtoricus clarus habetur.*

Pomponius Mela lib. IIII c. 5

*Cornelius Nepos, vt recentior auctoritate, ſic certior.*

Plinius lib. III c. 18, et lib. VIIII c. 39, lib. X c. 33

*Cornelius Nepos, Padi accola, qui diui Auguſti principatu obiit.*

* [Multo quidem plura auctorum, praecipue recentiorum cum editorum, tum aliorum criticorum teſtimonia et iudicia de Cornelio Nepote collegit et ſuae editioni praefixit Boſius. Atque ea omnia Fiſcherus in noua editione repetere et praemittere iuſſit in nota msta. Ego vero veritus, ne praeter rem atque neceſſitatem libri molem amplificarem, conſilio eius omnino obſequi dubitaui. Nec Staver. in maiore ſua editione omnia recudi fecit. Quare pauciora tantum delegi atque inſerui.]

Idem lib. V cap. I

*Minus profecto mirentur portentoſa Graeciae mendacia etc. qui cogitent, noſtros nuper paullo minus monſtrifica quaedam tradidiſſe. Praeualidam hanc vrbem, maioremque Carthagine, etc. quaeque alia Cornelius Nepos auidiſſime tradidit.*

Catullus Veronenſis ad Nepotem

*Quoi dono lepidum nouum libellum,*
*Arida modo pumice expolitum?*
*Corneli, Tibi; namque tu ſolebas*
*Meas eſſe aliquid putare nugas,*
*Iam tum, quum auſus es vnus Italorum*
*Omne aeuum tribus explicare chartis*
*Doctis, Iuppiter! et laborioſis.*
*Quare habe tibi, quidquid hoc libelli eſt,*
*Qualecunque: quod, o Patrima Virgo,**
*Plus vno maneat perenne ſeclo.*

Auſonius Drepanio Pacato Latino

*Cui dono lepidum nouum libellum,*
*Veronenſis ait Poëta quondam?*
*Inuentoque dedit ſtatim Nepoti.*
*At nos illepidum rudem libellum,*
*Burras, quisquilias, ineptiasque*
*Credemus gremio cui fouendum:*
*Inueni, (trepidae ſilete nugae!)*
*Nec doctum minus, et magis benignum,*
*Quam quem Gallia praebuit Catullo.*

M. T. Cicero in epiſt. ad Atticum lib. XVI ep. 5

*Nepotis epiſtolam exſpecto. Cupidus ille meorum, qui ea, quibus maxime* γαυριῶ, *legenda non putet.*

* V. Barth. ad Statii Theb. II, 651.

Hieronymus de vita Scriptorum Eccleſiaſt.

*Scripſerunt de vita illuſtrium Scriptorum apud Graecos Hermippus Peripateticus, Antigonus, Caryſtius Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctiſſimus Ariſtoxenus Muſicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, et, ad cuius nos exemplum vis prouocare, Tranquillus.*

Auſonius Epiſtola XVI ad Probum praef.

*Apologos Titiani, et Nepotis Chronica, quaſi alios apologos (et ipſa inſtar ſunt fabularum) ad nobilitatem tuam miſi, gaudens atque etiam glórians fore aliquid, quod ad inſtitutionem tuorum, ſedulitatis meae ſtudio conferet.*

A. Gellius lib. XV cap. 27

*Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens, et M. Ciceronis, vt qui maxime, amicus familiarisque fuit.*

Ipſe Nepos in vita Attici

*Non auditum, ſed cognitum praedicamus: ſaepe enim propter familiaritatem domeſticis Attici rebus interfuimus.*

Tertullianus Apologetico cap. X

*Saturnum, quantum literae docent, neque Diodorus Graecus, aut Thallus, neque Caſſius* Seuerus, aut Cornelius Nepos, neque vllus commentator huiusmodi Antiquitatum, aliud, quam hominem, promulgarunt.*

* [Boſii notam ad hunc locum repetam. „*Seueri* nomen ab imperito librario eſſe, Caſſiumque Heminam intelligi vult *Voſſius* I. de hiſtor. lat. 21. ſuffragante *Iac. Ouzelio* in comm. ad Minutium Fel. p. 132. Omnino enim, qui de Saturno iſtud ſcripſit, eſſe Caſſium Heminam; quippe qui hiſtoriam ſuam orſus fuerit a priſcis Italorum rebus. Et credibilius eſſe, *Seueri* nomen fuiſſe additum, quam Tertullianum memo-

Idem libr. II ad Nationes cap. 12

[Boſius ita citauit locum Tertull. ad Nationes II. 12. additque notam, ſtatim ſubiectam:]

*Exſtat apud litteras veſtras vsquequaque Saturni cenſus. Legimus apud Caſſium Seuerum, apud Cornel. Nepotem et Tacitum, apud Graecos quoque Deodorum* . . . . . . quique alii antiquitatum canos collegerunt.*

Minutius Felix Octauio

*Scit hoc Nepos, et Caſſius in hiſtoria, et Thallus, ac Diodorus hoc loquuntur.*

Lactantius Firmianus lib. I Divin. Inſtitut. cap. 13, 8.

*Qui res eius in Italia geſtas memoriae tradiderunt, Graeci, Diodorus et Thallus: Latini, Nepos, et Caſſius, et Varro.*

Plinius Iunior Seuero Epiſt. 28 lib. IIII

*Herennius Seuerus, vir doctiſſimus, magni aeſtimat in Bibliotheca ſua ponere imagines municipum tuorum, Cornelii Nepotis, et Titi Caſſii: petitque,*

riae lapſu duos Caſſios confudiſſe. Minutium quoque Fel. qui Tertullianum exſcripſit, et Lactantium *Seueri* cognomen omittere. Verum haec tanti non ſunt, vt propter ea cognomen *Seueri* expungendum ſit. Lapſus et alibi memoria Tertullianus eſt. Cognomen autem omiſere alii ſtudio breuitatis, quemadmodum gentile Nepotis iidem reticuerunt." Confer *Gottlieb Erdmann Gierig* ad Plin. Sec. epiſtolar. libr. IV. ep. 28. p. 374 ſq. edit. ſec. qui de Caſſio Seuero, eius *Hiſtoria,* a Suetonio Veſpaſ. 2. commemorata agit, additque, eum vna cum Cornelio Nepote laudari a Tertull. Apol. 10. Minutio Fel. Oct. 22. et Lactant. Inſtitt. I. 13.]

* *Sic MS. Agobardi, vnde hos libros* I. Gothofredus *edidit. Sed e verbis* Tertulliani, Minutii et Lactantii, *quae heic proxime ſequuntur, patet, legendum eſſe:* Diodorum et Thallum. *Male autem nuperrimus editor, Phil. Priorius, lacuna ea relicta, edidit:* Diodorum quiue alii a. c. c.

*ſi ſint iſtic, vt eſſe credibile eſt, exſcribendas pingendasque delegem. Quam curam tibi potiſſimum iniungo: primum, quia deſideriis meis amiciſſime obſequeris: deinde, quia tibi ſtudiorum ſumma reverentia, ſummus amor ſtudioſorum: poſtremo, quod patriam tuam, omnesque, qui nomen eius auxerant, vt patriam ipſam, veneraris et diligis.*

Idem lib. V epiſt. 3

*Scio, non corrumpi in deterius, quae aliquando etiam a malis; ſed honeſta manere, quae ſaepius a bonis fiunt. Inter quos vel praecipue numerandus eſt P. Virgilius, Cornelius Nepos, et prius Ennius Acciusque: non quidem hi Senatores,' ſed ſanctitas morum non diſtat ordinibus.*

[In edit. Boſiana ſequuntur p. 5—40. recentiorum, Oberti Gifanii, Magii, Dionyſii Lambini, Andreae Schotti, Io. Sauaronis, Caſp. Schoppii, Ian. Rutgerſii, Caſp. Barthii, Gerh. Io. Voſſii, Iani Gebhardi et aliorum teſtimonia, (partim omnino docta ſcituque digna,) de C. Nepote eiusque ſcriptis etc. Sed plura, vti iam monuimus, longiora ſunt, quam vt ea in hac edit. commode poſſint repeti: quaedam hodie adeo cognita ſunt atque explorata, vt illorum renouanda memoria tempus chartamque perdere dubitem.]

# CORNELII NEPOTIS

## LIBER

## DE

# VITA EXCELLENTIVM IMPERATORVM

## VVLGO

# AEMILIO PROBO

## TRIBVTVS[1]

1. *Corn. Nep. liber etc.* Incipiunt capitula in librum Aemilii Probi de excellentibus ducibus exterarum gentium. Liber Aemilii Probi de laudibus exterarum Gentium *MS. Dan.* Probi Haemylii de vitis clarorum Imperatorum liber feliciter incipit *MS. Leid.* 2. Aemilius Probus de excellentibus exterarum nationum viris *MS. Trin.* [*et Guelſerb.*] Aemilius Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit *MS. Voſſ.* 1. Probus Emilius de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit *MS. Voſſ.* 2. *Boecl.* Aemylii Probi de imperatoribus exterarum gentium Liber *MS. Arlenii, teſte Magio in Miſcell. lib. IV. cap.* 15. *in Gruteri thes. critico,* tom. II. p. 1432. [Emilius Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium. *MS. Thott. ap. Schlegel.* p. 7.] Aemilii Probi Viri clariſſimi de Vita Excellentium liber incipit feliciter. *Ed. Iens. Med.* Aemilii Probi Viri clariſſimi de vita excellentium imperatorum ad Titum Pomponium Atticum *Ed. Arg.* Aemilii Probi Viri clariſſimi de vita excellentium imperatorum incipit feliciter. *Ed. Paris.* Aemylii Probi de vita excellentium imperatorum liber *ed. Ald.* Aemylii Probi viri clariſſimi vitae excellentium Graeciae imperatorum et ducum. *Ed. Long. ſed in indice eſt* Liber — ducum. Aemilii Probi ſeu Cornelii Nepotis excellentium Imperatorum vitae. *Ed. Lamb.* Aemilii Probi ſeu Corn. Nepotis de vita excellentium imperatorum ad T. Pomp. Atticum liber prior. *Ed. Steph.* Cornelii Nepotis, vulgo Aemilii Probi, excellentium imperatt. vitae *Ed. Boecleri, Stau.* 1. 2. *mai. et ed. min.* Corn. Nep. vitae excellentium imperatorum *Ed. Keuch.* [*Bipont. Hafn.* Corn. Nep. excell. impp. vitae *Ed. Tzſchuck.* 1. 2.] Corn. Nep. de vita excell. impp. *Ed. Heuſing.* [Corn. Nep. (vulgo Aemilii Probi) liber de vita excell. impp. *Ed. Wetzel.*]

# [P R A E F A T I O][2]

Non dubito fore pleroſque,[3] Attice, qui hoc[4]
genus ſcripturae, leue, et non ſatis dignum ſum-
morum virorum perſonis iudicent, quum relatum[5]
2 legent, quis[6] muſicam docuerit Epaminondam;[7]
aut in eius virtutibus commemorari,[8] ſaltaſſe eum
commode, ſcienterque tibiis cantaſſe. Sed hi[9]
erunt fere, qui expertes litterarum Graecarum,
nihil rectum, niſi quod ipſorum[10] moribus conue-

2. Praefatio *Ed. Mag. et recentt. Om. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Bos.* *Sed* prologus *MS Dan. Voſſ.* 1. prooemium *MS. Leid.* 2. Auctoris praefatio *Ed. Keuch.* — 3. placroſque *Ed. Paris.* — 4. qui Atticae hoc *MS. Mendos. MS. Arlen. et perperam probat Mag. l. c. Sed ab MS. Leid. aberat* τὸ Attice. — 5. quum *MS. Voſſ.* 1. [*Tzſch. 2. etc. et ſic dedi ubique.* cum *vulgo.* qui relatum legant, *Oudend. coniecit in marg.*] — 6. qui *MS. Mendos.* 7. Epaminundam *MSS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Argent. vbique.* Examinandam *MS. Voſſ.* 3. — 8. commorati *MS. Mendos. Voſſ.* 1. *et* 3. *Sauar.* commemorati *Ed. Iens. Med.* [*Haec lectio fauet Pauſleri ſuſpicioni*, commemoratum, *vt ad* relatum *referatur.*] — 9. ſed ii *MS. Boecl.* [*probatque Tzſch. ad ed.* 2.] 10. niſi ipſorum *MS. Voſſ.* 3.

DE VITA EXCELL. IMPP.] Ex tot tamque diverſis inſcriptionibus haec potiſſimum placuit: quod non modo in vetuſtiſſimis, et e MSS. codicibus expreſſis editionibus reperitur, ſed ab auctore etiam ipſo extrema praefatione videtur innui. Neque tamen magnopere contendemus, ſi quis maluerit inſcribere, *Vita excellentium imperatorum:* cum a Seruio laudetur alius Corn. Nepotis liber, qui *vita illuſtrium* inſcribitur.

[1 *Non dubito ſore*] *Non dubito* cum infinitiuo Ciceroni plerumque ſignificat, *non vereor, audeo*, et is hoc ſenſu dixiſſet, *non dubito, quin.* Sed fere ſemper Cornelium et alios argentei maxime aeui ſcriptores in hac forma, et vel ipſos, licet haud frequenter, Livium atque Ciceronem τὸ *dubito, non dubito* cum infinitiuo conſtruere, docent interpretes.]

*Attice*] De T. Pomponio Attico; cuius vitam ſeorſim Nepos conſcripſit, plerique accipiunt: eique librum hunc inſcriptum volunt. Schottus tamen et Magius in MSS. ſuis fuiſſe aiunt: *qui Atticae hoc genus ſcripturae* etc. eamque lectionem tuetur Magius IV Miſcellaneorum cap. 15. Sed pro recepta lectione plurium meliorumque codicum conſenſus facit.

2 *Nihil rectum niſi q. i. m. conu.*] Simile huic Nepotis eſt illud Horatii 2 Epiſt. I. — *Nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt.*

niat, putabunt. Hi, ſi[11] didicerint, non eandem[12] 3
omnibus eſſe honeſta atque turpia, ſed omnia
maiorum inſtitutis iudicari: non admirabuntur,
nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eo-
rum[13] ſequutos. Neque enim Cimoni fuit turpe 4
Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam ha-
bere[14] in matrimonio: quippe quum ciues eius[15] eo-
dem vterentur inſtituto. at id quidem[16] noſtris
moribus nefas habetur. Laudi in Graecia ducitur
adoleſcentulis,[17] quam plurimos habere amatores.
Nulla Lacedaemoni[18] tam eſt nobilis vidua, quae



11. hi ſi *MS. Dan.* *Sed* ii ſi *MS. Leid.* 2. *Oxon. Voſſ.* 1. 2. Hii ſi *MS. Voſſ.* 3. qui ſi *Edd. Mag. Long. Steph. Gebh.* [*Wetz. et probat Tzſchuck. ad ed.* 2.] — 12. eandem *MS. Voſſ.* 3. — 13. mores eorum *etiam MS. Dan. Sed* mores gentium *ed. Long.* [*dein* ſequutos, *vti ſcribitur in MS. Voſſ.* 1. *loco vulg.* ſecutos *dedi.*] — 14. habuiſſe *MS. Leid.* 2. — 15. ciues eius *Edd. Iens. Med. Arg. Paris. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. certo rotundius.* [*it. Wetz. et ego repoſui*] eius ciues *Edd. Ald. et aliae.* — *mox* vtentur *ed. Long. operarum peccato.* — 16. id quod *MS. Leid.* 2. [*non inuenuſta lectio videtur Stauer. ad ed. mai. At enim h. l. concurſus trium vocc. vnius ſyllabae, quae in fine ſingulorum eundem fere habent ſonum, male accideret ad aures.* Quidem *h. l. ſignificat certe, omnino.*] — 17. adoleſcentulos *MS. Leid.* 2. *ſed ab MSSt. Oxon. omnino aberat.* — *dein* habuiſſe amatores *MS. Dan.* — 18. Lacedaemonii *Ed. Ald.* Lacedaemonis *Ed. Mag.* — *Dein* femina vid. nob. *MS. Bauar.*

3 *Hi, ſi didic.*] Qu. edd. vett. *Qui ſi did.*

*nos in Graiorum virtutibus exponendis*] Verſus hexameter: quod genus plures proſa oratione ſcribentibus ſubinde exciderunt. Exempla collegit inter alios Barthius Aduerſ. 11, 15.

*mores eorum*] Qu. edd. *mores gentium.*

4 *Neque enim Cimoni f. turpe*] Vide ad 5, 1. 2.

*laudi in Graecia ducitur*] Vide Lambino et Magio laudatos, Platon. et Xenoph. in Sympoſ. Cic. Tuſc. 5, 33. Alcinoum cap. 26 et Plutarch. apophthegm. Lacon.

*nulla Lacedaem. tam e. n. vid.*] Vir diffuſiſſimae lectionis C. Barthius coniiciebat aliquando legendum: *Nulla apud Athamanas t. e. n. v. q. n. ad ſiluam eat m. c.* Heraclidem allegans, qui in de politiis p. 992 ed. Heinſ. refert, *in Athamanum regione mulieres terram colere, viros greges paſcere.* Eoque referebat, quod mox ſequitur apud Nep. *partim* HVMILIA *habentur.* Sed vereor, vt hanc emendationem admittant extrema verba, *mercede conducta.* Et cur ſolis viduis tribuiſſet, quod Heraclides de feminis in vniuerſum adfirmat? Denique

non ad ſcenam[19] eat mercede conducta. Magnis in

19. ad ſcaenam *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. ubique. Sed haud dubie legendum eſt* ad coenam, *cum Gesnero et Heuſing. quod iam Magio in mentem venerat.* Ad coenam ire *Seneca beneff.* IV. 39. in ſcenam prodire, *h. e. aliquam ibi perſonam agere, ſaltare, geſticulari, Cic. de Off.* I. 35, 11. *Boettiger in quatuor aetatt. rei ſcenicae apud veteres putat, verba* ad ſcenam *pertinere ad chori ſaltationes.* [*Io. Mich. Heuſing. in Spicileg. emendatt. — ad Corn. Nep. reſpuebat* ad coenam, *et malebat* ad lenam; *(quam coniecturam, cum moribus Lacedaemoniorum optime congruentem, probat Heinrich:) in notis tamen ad editionem ſuam probare videtur* ad coenam, *quam emendationem vnice veram eſſe, adfirmat et ornat Iac. Fr. Heuſing. in fragmm. Corn. Nep. adiectis Fl. Mallii libro de metris p.* 120 *ſqq. praecipue quum in cod. Guelf. legatur quidem* ſcenam, *ſed ab emendatore tres priores vocabuli illius litterae punctis infra adpoſitis fuiſſent notatae, et ſuperne adſcriptum* l' ce, *hoc eſt* vel cenam, *vti in antiquis libris ſcribi ſolebat. Doceri igitur his manifeſte, contendit, in aliis libris fuiſſe* ad coenam; *meretricium vero fuiſſe* ad coenam mercede conduci. *Kappius in Harleſii Opuſculis p.* 458 *ſq. neque* ad coenam *admittit, neque* ad lenam, *et maius vlcus adhuc haerere, iure opinatur; ac Schlegel p.* 77. *iudicat, locum adeo corruptum, Aemilii fortaſſe Probi culpa, vt probabiliter nec explicari nec emendari poſſit. Harleſius ipſe in not. poſtquam longam Stauer. contra Heuſing. pugnantis animaduerſion. in nou. obſſ. miſc. tom. VI. p.* 516 *ſqq. contractam repetiit, coniecit* quae non nuda eat ad ſcenam, *h. e. palaeſtram, quae ſuſpicio num adeo inepta ſit, vt grauiter pronuntiat Wetzel, alii iudicent. Wetz. vero vulgatam defendit lectionem, et interpretatur, in ſcenam prodeat, ſiue hiſtrionis perſonam agat. Hanc interpretationem iam alii dederant, nouiſſime Bremi in not. ad h. l. et Böttiger in nouo Wielandii Mercurio, m. Ianuar. part. I.* 1796. *p.* 44. *ſed alii reſpuerunt iſtam interpretationem. vid. Heuſing. et Stauer.* Scenae *vero explicationem de palaeſtra reiecerunt Tzſchuck. ad vtramque edit. et Pauſler ad h. l. qui, diſceſſione ab omnibus interpretibus facta,* ad ſcenam *retinet, atque vbertim et acute locum interpretatur. Intelligit enim nobiles matronas Lacaenas non nuptas, quae, ab aliis graecis et nobilibus* iuerint ad ſtiuam viduae: non alias tamen iuiſſe crediderim, quam viles et plebeias, minime vero *nobiles*, de quibus Noſtro ſermo eſt. Vt taceam paullo longius hanc coniecturam a recepta omnium MSS. atque edd. lectione abire. [v. ad vv. lectt.]

*nobilis vidua*] In vno MSS. Bauaricorum, cum quibus olim hunc auctorem Caſpar Schoppius contulit, fuit *femina vidua nobilis.* quod dictum videri poſſit, vt *ventus aquilo, flumen Nilus*, et ſimilia. Nil tamen mutandum puto.

5 *Magnis in laud. tota fuit Graecia*] Non diſplicet, quod ſcripti libri, Schotto teſte, habent, quodque in editionibus aliquot lego, *tota fere fuit*

laudibus tota fuit Graecia,[20] victorem Olympiae[21] citari. in ſcenam vero prodire, et[22] populo eſſe ſpectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini: quae omnia apud nos partim infamia,[23] partim humilia, atque ab honeſtate remota, ponuntur. Contra ea pleraque[24] noſtris moribus sunt 6
decora, quae apud illos turpia putantur. Quem enim[25] Romanorum pudet vxorem ducere in conuiuium? aut cuius materſamilias non[26] primum locum tenet aedium, atque in celebritate verſatur?

*ſoeminis, more virorum nobilium, omni neceſſario adparatu comparato, mercede conductae, perſonam illarum gerendo, partesque illarum ſuscipiendo in ludis Olympiacis deſcendiſſent in certamina, et nomine locoque illarum de praemio certaſſent.*] — 20. tota fere fuit Gr. *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Heuſing.* [*Ith. Bipont. Heinr. et* fere *defendit Büchl. ſed vulgatam tuentur lection. Stau. et Tzſchuck.*] tota fere Gr. fuit *MS. Ax.* — 21. victorum victorem Olympiae *MSS. Oxon.* — 22. ac pop. *MS. Leid.* 2. — 23. part. inf. *om. MSS. Oxon.* — 24. plerumque *Bos.* 2. *atque defendi poteſt e Taciti Germ. c.* 5. *vbi Lipſius malebat pleraque*, [*et Pauſl.*] *Sed* pleraque *Edd. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*Harl. Heinr. Wetz. Brem. etc. et ego reddidi, quoniam de re, non de tempore h. l. ſermo eſt.*] — 25. cum enim *MS. Voſſ.* 3. — 26. at cuius non materſ. *MS. Leid.* 2. aut cuius non materſ. *MS. Boecl. Ed. Iens. Med. Arg. Par.*

*Graecia.* Neque enim apud Graecos omnes eodem pretio habitos Olympionicas, vel illud indicat, quod apud Lacedaemonas pulchrius ac praeſtantius, atque adeo magis honorificum ſibi, etiam femina exiſtimauerit, filium victorem in acie amiſiſſe, quam Olympionicam habere ſuperſtitem. Refert Plutarchus in apophthegmatis Lacaenarum p. m. 242. Fortaſſis et vocula *in*, [quae ex Bos. 1. forſan addidit Stauer. in ed. II. mai.] transponi debet, vt ſit, *Magnis laudibus in tota fere fuit Graecia,* vt in eo, quod mox ſequitur: *Nemini in iisdem fuit turpitudini*, et XV, 2, 3. [*tota — Graecia* ſignificat h. l. *per totam Graeciam*, v. Stauer. in Obſſ. miſc. nouis VI. p. 520. et in not. ad mai. et min. edd.]

*victorem Olympiae*] Cicero pro Flacco c. 13 *Olympionices, hoc eſt apud Graecos prope maius et glorioſius quam Romae triumphaſſe.* Adde Pet. Fabrum in Agoniſtico 2, 16.

*quae omnia apud nos*] Vide Marcell. Donat. Dilucidat. ad Tacit. Ann. 1, 15 et Sam. Petit. Comment. ad leges Attic. p. 75 et ſeqq.

6 *Quem — conuiuium*] Varro in Agatone apud Nonium: *Virgo de conuiuio abdicatur ideo, quod maiores noſtri virginis acerbae aures Veneris vocabulis imbui noluerunt.* De

7 quod multo ſit aliter in Graecia. nam neque in
conuiuium adhibetur,[27] niſi propinquorum: neque
ſedet niſi in[28] interiore parte aedium, quae gynae-
conitis[29] adpellatur, quo nemo accedit, niſi pro-
8 pinqua cognatione coniunctus. Sed hic plura[30]
perſequi tum magnitudo[31] voluminis prohibet, tum
feſtinatio, vt ea explicem,[32] quae exorſus ſum.
Quare[33] ad propoſitum veniemus, et in hoc ex-

27. in conuiu. a patre adhib. *MS. Leid. 2.* — 28. in interiore *Ed. Ald. Arg. ſed Ed. Ieus. Med. Par. omittunt* τὸ in. — 29. Gynechorites ap. *MS. Mendos.* Gynechorites appellantur *MS. Leid. 2.* Gynechonites ap. *MS. Voſſ.* 1. Gynethorites ap. *MS. Voſſ.* 3. γυναικωνίτης ap. *Ed. Longol. Gebh.* γυναικωνῖτις ap. *Ed. Steph.* [*Brem. add. Schleg. p.* 78.] — 30. haec plura perſ. *MS. Voſſ.* 2. *Boecl. Leid.* 2. *Ax.* [*nec displicuit Wetz. et Stau. in nou. miſc. obſſ. p.* 521.] ſed hic plura perſ. *MS. Dan. Oxon. Ed. Vltrai. Steph.* [*id placuerat iam Scheffero atque Houſing. et redditum eſt a Stau.* 2. *mai. Tzſchuck. atque Harl.*] ſed plura perſ. *Ros.* 1, *Stau. min. ed. Heus. in textu et rel.* 31. cum magnit. *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Sed a MS. Voſſ.* 3. *aberat* τὸ tum. — 32. explices *MS. Leid.* 2. *et in MS. Long.* τὸ prohibet *loco motum claudebat periodum.* — 33. quare ad prop. ven. *abſunt ab ed. Vltraiect.*

iſto autem Romanorum aliarumque gentium vxores in conuiuium ducendi more plura Muretus Var. lect. 7, 2, Lipſ. ad Ann. 11. Taciti nota 10, Bernegg. ad Iuſtin. 7. 3. 3 et quaeſt. CXI ad Germaniam Taciti.

7 *Neque in conuiu. adhibetur*] Sane Ciceronis in Verr. 1, 26 locus tam clarus eſt, ut dubitationem non admittat. Nam ibi Philodamus, Graecus ipſe, et ciuitatis ſuae princeps, negat *moris eſſe Graecorum, vt in conuiuio virorum accumbant mulieres.* Vitruuius quoque, vt rem certam et vulgo notam, allegat. *Graeci,* inquit lib. 6. c. 10, *andronas adpellant oecos, vbi conuiuia virilia ſolent eſſe, quod eo mulieres non accedant.* Et paullo ante: *In his oecis fiunt virilia conuiuia. Non enim fuerat inſtitutum, matresfamiliarum eorum moribus accumbere.* quae tamen verba haud dubie corrupta ſunt. Tentabam igitur: *Non fert inſtitutum eorum, matresfamilias cum maribus accumbere:* vel *matresfamiliarum maribus accumbere.* Certe eiusmodi quid reponendum eſſe manifeſtum eſt.

*ſedet*] v. Brouckhus. ad Propert. II. 15, 16. et Stau. *Fiſch.*

*inter.* —] Cicer. pro Sext. 10. *Fiſch.*

8 *Sed plura perſequi*] Vet. ed. Vltraiectina Schotto laudata: *Sed hic plura p.* MS. Boecleri: *Sed haec plura p.* Quod ſi recipias, *plura* idem erit ac pluri-

ponemus libro de vita excellentium Imperatorum.[34]

34. de vita excel. imper. *Ita MS. Mendoſ. Gif. Sau. Dan. Boecl. Leid.* 2. *Oxon. Ern. Voſſ.* 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Bos. Stau.* 1. 2. 3. *Heuſing.* [*Tzſch. et rel. recentiores edd.*] *Sed* vitas *edd. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. et MS. Voſſ.* 1. 2. *aberat. v. infra, Epam. IV.* 16. *Sulp. Seu. vita Martini I.* 1. [De vitis *cod. chart. Leid. et probat Munker. ad Hygini poet. aſtron. p.* 431. *not.* 8. *ed. Stau.*]

bus, prolixe. Quemadmodum in illo Virgilii: *Multa gemens:* ac altero Caecinae ap. Cic. VI ad fam. ep. 7 *Multa deos venerati ſunt.* Sic apud ipſum Nepotem 7, 6. 1 *Multa inuectus in Thebanos*, id eſt, prolixe, longo ſermone. Vide Voſſ. de Conſtruct. c. 61.

*de vita excell. Imp.*] Confirmant hanc lectionem MSS. Pet. Danielis et Boecleri, vterque ex optimis: modum vero loquendi Seruius in I Aeneidos laudans librum Corn. Nepotis, qui VITA ILLVSTRIVM inſcribitur: vt omnino in textum recipiendum videatur.

# I. MILTIADES[1]

[ARGVMENTVM

Cap. I. *Dux colonorum in Cherſoneſum mittitur. Irridetur a Lemniis. II. Cherſoneſo potitur. Lemnum capit et Cyclades. III. Pontis in Iſtro cuſtos a Dario, qui Scythas bello petebat, conſtituitur. Dat conſilium excutiendae dominationis Perſarum. Ab Hiſtiaeo impeditur. IV. Dario bellum in Graecos mouente, auctor ſuis eſt, vt hoſti obuiam eant. V. Ante ſociorum aduentum vincit Darium. VI. Praemium victoriae. VII. Omittit oppugnationem Pari. Damnatur et in vinculis moritur. VIII. Vera eius damnationis cauſſa.*]

MILTIADES CIMONIS FILIVS[2] ATHENIENSIS, quum et antiquitate generis, et gloria maio-

1. Miltiades. *Sic et MS. Dan. et Edd. recent. Sed* de Miltiade *MS. Bern.* vita Miltiadis *MS. Trin.* Miltiadis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Steph. Gebhardus loco poſuit prima verba cap. I.* Miltiadis Cim. fil. Athen. *atque ſic vbique. Omiſit vbique Patau. Ceterum abſunt capitum numeri ab iisdem libris antiquioribus: quod ſemel obſeruaſſe ſufficiat. [Io. Scheffer. in epiſt. V. ad N. Heins. p. 5. tom. V. Sylloges epiſtolar. a Burm. editae, in Cornelio prima cuiusque libri verba titulum eſſe putabat, vt* Miltiades Simonis *(Cimonis)* filius, Athenienſis. Themiſtocles Neoclis filius, Athen. *etc.*] — 2. filius *om. MS. Voſſ.* 1. [*et probat Stau. ad ed. mai.*] *mox* gloriae *ed. Mag.*

Effigiem Miltiadis habes ex Herma veteri inter Imagines Illuſtrium F. Vrſini num. 92. Eiusdem Hermes alius repertus olim Romae in Monte Coelio, his verſibus Graecis et Latinis inſcriptus: QVI. PERSAS. BELLO. VICIT. MARATHONIS. IN. ARVIS CIVIBVS. INGRATIS. ET PATRIA. INTERIIT ΠΑΝΤΕΣ. ΜΙΛΤΙΑΔΗ. ΤΑ ΛΑΡΗΙΑ. ΕΡΓΑ. ΙΣΑΣΙΝ ΠΕΡΣΑΙ. ΚΑΙ. ΜΑΡΑΘΩΝ. ΣΗΣ. ΑΡΕΤΗΣ ΤΕΜΕΝΟΣ. Exhibent Gruterus Inſcript. p. CCCCXXXVIII. 6 et Io. Faber in Commentar. ad Imagines Vrſini p. 58. Spectatur et in numiſmate pereleganti, ſed neſcio quam vetuſto, quod penes me eſt, effigies Miltiadis cum titulo: ΜΙΛΤΙΑΔΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. In auerſa parte imago libertatis ſiniſtra manu pileum tenentis ſuper puero lauream attollente, cum hac inſcriptione: ΕΛΛΗΝΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΕΙΑ.

[1 *antiquitate*] Ab Aeaco, Codro, etiam Aiace genus ducunt. Add. ſchol. Pindar. O. Nem. II. v. 19.]

rum, et ſua modeſtia[3] vnus omnium maxime floreret; eaque eſſet aetate, vt non iam[4] ſolum de eo bene ſperare, ſed etiam confidere ciues poſſent ſui, talem futurum,[5] qualem cognitum iudicarunt: accidit, vt Athenienſes Cherſoneſum[6] colonos vel-

3. moleſtia *MS. Voſſ.* 3. — 4. vt iam non ſolum *MS. Boecl. Ax.* [*haud probante Heus. ſed ſic dedit Wetz.*] — 5. talem eum fut. *MS. Dan. Leid.* 1. tal. ſut. eſſe *MS. Oxon.* — [*Mox* iudicarant *maluit Tzſchuck. quum ad auctoris ſententiam* iudicarunt *durius referatur. Atque id verum eſſe cenſuit Büchling, et repoſuit Riclefius. At* indicarunt, *pro* iudicarent *aut* iudicaſſent, *omnes libri, et in eius aetatis monumentis eam modorum et temporum conſequutionem haud infrequentem eſſe, docet Heus.*] — 6. Cheroneeſum *MS. Leid.* 2. Cherſoneſſum *MS. Voſſ. fere vbique.* Cherſonneſum *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Steph. Gebh. vbique.* [Cherſoneſum *ed. Stau. et reliquae recentt.*]

*vt non iam*] MS. Boecl. *vt iam non.* Mox MSS. Pet. Danielis et Leidenſis: *talem eum futurum.*

*accidit, vt Ath. Cherſon. col. vellent etc.*] Ianus Rutgerſius I Var. lect. 9 poſtquam maiores Miltiadis ex Herodoto VI, 34 — 36 ſq. [vbi v. Weſſel. et Valken. atque Herod. IV. 137.] et Marcellini vita Thucydidis recenſuiſſet, auctorisque noſtri verba recitaſſet, haec ſubiicit: *Equidem delector recitando tam venuſtae puritatis verba: ſed tamen in tam paucis verſibus vide, quot, et quam immanes, errores commiſſi ſint. Primum, quod Miltiadem Marathonium; (demus enim clariſſimo viro id cognomen, quod olim diuinus Plato illi tribuit,) confundat cum Miltiade Cypſeli. Deinde non voluerunt Athenienſes eo colonos ſua ſponte mittere; ſed eos vltro Cherſoneſi incolae, neceſſitate coacti, petierunt. Tum autem, non ex Athenienſibus delecti ſunt, qui Delphos deliberatum irent, vt e verbis Corn. Nepotis colligas; ſed ipſi Dolonci Reges ſuos eo miſerunt. Adhaec cum Thracibus armis dimicandum non fuit, qui vltro auxilia petitum venerant, ſed cum Apſinthiis, qui eos bello infeſtabant. Poſtremo Pythia, non, vt Nepos vult, nominatim Miltiadem eis ducem dedit, ſed tantum per ambages, vt ſolet, deſignauit.* Mox, *tam immanem caſtiſſimi ſcriptoris ἀνιστορησίαν in re tam perſpicua paene obſtupeſcens,* addit, *habere tamen Nepotem, qui errorem eius tueantur.* Nam et *Pauſaniam, accuratae diligentiae ſcriptorem, in Eliacis aperte Miltiadem nepotem cum patruo confundere.* Sed hic quoque locum habent, quae paulo ante [*in Ravii notis*] adverſus Petauium Ration. temp. III. 2 diſputata ſunt. Iudicio certe et ratione, non errore, Noſtrum ab Herodoto diſſentire, manifeſtum eſt. [*Pauſanias* quoque VI. 19, 3. p. 498. ed. Kühn. tradit, Miltiadem Cimonis filium primum in Thraciae Cherroneſo (ἐν Χεῤῥονήσῳ) imperium obtinuiſſe: eiusdem monumentum in campis Marathonis idem *Pauſan.* tradit I. cap. 32. p. 79. Cornelium vero valde diſſentire ab Herodoto, qui

2 lent mittere. Cuius generis quum magnus numerus eſſet, et multi eius demigrationis peterent ſocietatem: ex his[7] delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt, qui conſulerent Apollinem,[8] quo potiſſimum duce vterentur. Namque tum[9] Thraces eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum.

7. ex iis *MS. Mendos.* — 8. [ qui conſ. Apoll. *pro gloſſemate habuerunt haec verba, quae aberant quoque a MS. Ernſt. et Leid.* 2. *Sciopp. Veris. p.* 106. *ſq. Ernſt. Scheffer. in Obſſ. miſc. vol. IX. tom. II. p.* 198. *Buchn. Bos. v. not. Tzſchuck. in not. ad edd.* 1. 2. *et Heinr. quia* deliberare *h. l. idem ſit ac* conſulere. *Hinc ea vncis incluſerunt Bos. in ed.* 2. *et al. Sed ab interpolationis ſuſpicione vindicarunt ea verba Rau. Stau. in not. et in Miſc. obſſ. nou. tom. VI. p.* 521. *Heus. Pauſl. et Brem.*] *Abſunt vnci ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus. Bip. Stau.* [ *Wetz. et Tzſchuck. in textu, etc.*] — 9. namque tum *MS. Giſ.* (*in quo etiam legitur* Tracces,) *Dan. Bos.* 2. *Sed* namque tamen *MS. Leid.* 2. *Sed* nam tum *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Paris. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [ *Tzſchuck.* 1. *etc.* Nam tunc *Tzſchuck.* 2.]

de alio Miltiade, Cypſeli filio, multa, veluti de Cherſoneſi expugnatione, narrat, omnes fere interpretes animaduerterunt. v. Stauer. ad §. 3. in min. edit. Alii vero, vt etiam Schlegel l. c. p. 19. inprimis p. 89 ſqq. vberius Herodoti narrationes comparans cum Cornelianis, cenſent, Cornelium multum erraſſe in vita Miltiadis conſcribenda, (conf. quoque Periz. ad Ael. H. V. XII. 35. init. p. 777. ed. Gron.) auctores graecos ſequutum et minus perſpicuos, et longo forſan poſt Miltiadis aetatem tempore florentes, in eiusque conſpectum numquam veniſſe Herodoti hiſtoriam. Alii, vt Raue, Bos. Bergſträſser, cautius forſan iudicant, Cornelium non errore, ſed ratione et iudicio et non ſine graui cauſſa diſſenſiſſe ab Herodoto. Idem cenſet Ithe de colonia Cherſoneſum mittenda, comparato Herodoto IV. cap. 3. Tzſchuck. ad h. l. in ed. 2. nihil quidem decernenti, Cornelius ſequutus eſſe videtur Ephorum.]

2 *Deliberatum miſſi ſunt, qui conſ. Apoll.*] Schoppius Veriſimil. 2, 10 et in paradox. liter. epiſt. 5 illa, *qui conſulerent Apollinem*, ſine dubio adventitia, et ab aliquo adſcripta eſſe cenſebat, qui declarare volebat vim vocis *deliberatum.* Cuius coniecturam confirmare videtur cum MS. Cod. Ernſtianus, a quo eadem verba aberant: tum illud 2, 2. 6 *Miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent de rebus ſuis.* Et tamen Ioh. Rauio nihil mutandum videbatur. *Nemo enim,* inquit, *ex quacunque περισσολογίᾳ aut ταυτολογίᾳ vitium coniectet. Nam vt earum ſaepe neceſſarius, ſaepe honeſtiſſimus locus eſt, ita in hoc ſimplici, lenique ſcriptionis genere maxime conueniens eſt.*

His conſulentibus nominatim Pythia[10] praecepit, 3
vt Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent.[11] Id ſi
feciſſent, incepta proſpera futura. Hoc oraculi re- 4
ſponſo Miltiades cum delecta manu[12] claſſe Cherſo-
neſum profectus, quum acceſſiſſet Lemnum, et in-
colas eius inſulae[13] ſub poteſtatem redigere vellet
Athenienſium, idque[14] Lemnii ſua ſponte facerent,
poſtulaſſet: illi irridentes[15] reſponderunt, tum id 5
ſe facturos,[16] quum ille domo nauibus proficiſcens
vento aquilone veniſſet[17] Lemnum; hic enim ven-
tus a ſeptentrionibus[18] oriens, aduerſum tenet
Athenis proficiſcentibus. Miltiades morandi tem- 6
pus non habens, curſum direxit, quo tendebat, per-
venitque Cherſoneſum.

10. Phitia *MS. Leid.* 2. — 11. vt Milt. imper. ſibi ſumerent *MS. Ax.* — 12. *Ita MS. Dan.* *Sed MS. Leid.* 2. id Milt. dilectus cum del. *Ed. Long.* Milt. delectus cum del. m. [*nec displicet Wetz.*] — 13. inſulatae *MS. Voſſ.* 3. 14. idque vt Lemnii *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 2. *Keuch.* [*Wetz. Pauſl. qui* vt *neceſſarium eſſe putat.*] *Sed* idque Lemnii *MS. Boecl. Leid.* 1. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Stau. Heus.* [*Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Heinr. Bip. Brem. hinc nos etiam* vt *eiecimus.*] — 15. inridentes *MS. Voſſ.* 2. *Stau. min. ed.* 16. id facturos *MS. Leid.* 2. [*et probat Stau. ad ed.* 3.] 17. veniſſent *MS. Leid.* 2. — 18. ab ſept. *MS. Dan. Leid.* 2.

*Imo Ariſtides Rhetor περὶ ἀφελοῦς λόγου, de ſimplici genere dicendi, hoc inter virtutes eius Ideae, tanquam aliquod πρέπον, recenſet.* Haec ille. Iudicent, qui poſſunt, an breuitatis ſtudium, quod Noſter vbique prae ſe fert, hanc *ταυτολογίαν* admittat. Mihi, vt ingenue dicam quod ſentio, valde ſuſpecta eſt. [Neque vero aliis. v. VV. LL.]

*namque tum*] Sic MSS. Gif. et Dan. In quibus et mox *Thraeces* ſiue *Threces* legitur. Vide Gifanium in indice Lucret. v. *Trace*, ubi et in aliis Noſtri locis ſic exaratum id nomen in cod. ſuo eſſe teſtatur.

4 *Idque vt Lemnii*] MSS. Boecl. et Leid. *idque Lemnii.*

5 *Vento aquil.*] Rem totam paullo aliter narrat Herodotus extremo libro 6. c. 137 — 140, Zenobius additum ait, ſi profectus Athenis, *eadem die* Lemnum perueniret, *εἴτις αὐθημερὸν Ἀθήνηθεν Βορέᾳ χρησάμενος καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λῆμνον.*

*hic enim ventus a ſept. o.*] Etiam Herodotus VI. 133. (qui rem paullo aliter narrat,) perinde ſubiicit: *ἡ γὰρ Ἀττικὴ πρὸς νότον κέεται, πολλὸν τῆς Λήμνου.*

[*adu. tenet* h. e. ex aduerſo flat. Metaphora a militia, in

II. Ibi breui tempore barbarorum[1] copiis disiectis, tota regione, quam petierat, potitus, loca caſtellis idonea communiit:[2] multitudinem, quam ſecum duxerat, in agris collocauit: crebrisque ex-
2 curſionibus locupletauit. Neque minus[3] in ea re prudentia, quam felicitate, adiutus eſt.[4] Nam quum virtute militum hoſtium deuiciſſet[5] exercitus, ſumma aequitate res conſtituit, atque ipſe ibidem
3 manere decreuit. Erat enim inter eos dignitate regia, quamuis carebat nomine: neque id magis imperio, quam iuſtitia,[6] conſequutus. Neque eo ſecius Athenienſibus, a quibus[7] erat profectus, offi-

1. barbarum *MS. Dan. Leid.* 2. — 2. communiit *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Stau.* 2. 3. [*Tzſchuck.*] communiuit *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. 2. *Stau.* 1. *Heus.* [*Bip. Heinr. Wetz. Brem.*] — 3. neque in ci. *MS. Leid.* 2. — *dein* ea re, *omiſſo* in, *Ed. Iens. Med. Par. Ald. et* foelic. *ed. Mag. vbique.* — 4. vſus eſt *MS. Trin.* adiunctus eſt *MS. Voſſ.* 2. *ſed in marg.* adiutus. — 5. hoſt. deuic. *MS. Boecl. Ax. Bos.* 2. [*et probat Heus. in not.*] deu. hoſt. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* [*Heinr. et rel.*] — 6. iuſticia *Ed. Med. Arg. Mag. Long.* — 7. a quibus *MS. Dan. Leid.* 1. *Ernſt. Giſ. Sau.* [*edd. recent.*] *Sed* ac quibuscum *MS. Bau.* [*ap. Sciopp. Veriſim.* II. 10. *p.* 108. *qui malebat* a quibus erat praefectus, *ſed quod in cod. reperit* ac quibuscum erat praefectus, *retinendum ei videtur* profectus; *nec enim, ait, collegas habuit Miltiades, quibuscum praefectus fuiſſet;*] aut quibuscum *MS. Put. Voſſ.* 2. *Ax. Edit. Sau.* aut quibuscunque *MS. Boecl.* quibuscum *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb.* [*quam lect. damnat Wetz.*]

qua directa acies contra alteram aduerſum tenere, h. e. oppoſita eſſe recte dicitur. Mox *curſus* de nauigatione. v. Gebhard. et Stau.]

2 *Hoſtium deuic. exerc.*] Sic MS. Boecleri.

3 *Neque id magis imperio, quam iuſtitia conſ.*] i. e. non vi, ſed ſuorum voluntate, vt infra c. 8, 3 loquitur. [Boſius in ind. interpretatur: *non tam poteſtate iurisdictionis, quam aequitate adminiſtrationis.* Tzſchuck. *auctoritate et edictis;* aut melius Paufler, *non qua imperator, ſed qua iuſtus.* Loccenius ſtrictam h. l. poteſtatem imperandi aut vim intelligit; Rauius, imperium militare; Gebh. et Heinr. *imperii violentiam.*]

*a quibus erat profectus*] Sic diſerte optimus liber P. Danielis, et omnes Sauaroni inſpecti, vno Puteaneo excepto: neque alia Leidenſis lectio fuit. Gifanius

cia praeſtabat.[8] Quibus rebus fiebat, vt non mi-
nus eorum voluntate perpetuo imperium obtine-
ret, qui miſerant; quam illorum, cum quibus erat
profectus. Cherſoneſo tali modo conſtituta,[9] Lem- 4
num reuertitur, et ex pacto[10] poſtulat, vt ſibi vr-
bem tradant. illi enim dixeraut, quum vento
borea[11] domo profectus eo perueniſſet, ſeſe dedi-

8. ac ſuis off. praeſt. *MS. Ernſt.* [*Mox* perpetuum *emendat Nodell. in Obſſ. critic. p.* 67. *at* perpetuo *propter ſoni ſuavitatem defendit Harl.*] — 9. conſtituto MS. *Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. — 10. ex conſtituto *MS. Mendos. quod non* ; *glegendum videtur.* [*Sed Wetz. id minus aptum cenſet.*] borrea *MS. Voſſ.* 2.

quoque in Ind. Lucret. voce *Tractus* ſic emendavit hunc locum, haud dubie ſui codicis fide. Denique et Ernſtianus codex conſentit: niſi quod addit, *ac ſuis.* quod gloſſema eſſe, non dubito. In vulgátis editionibus legebatur, *quibuscum erat profectus:* cum quibus etiam Boecleri codex facit. Puteaneus vna voce auctior: *aut quibuscum erat prof.* quod adeo placuit Sauaroni, vt in textum reciperet. Membranae Bavaricae, Schoppio Veriſimil. 2, 10 laudatae: *ac quibuscum er. prof.* Quibus omnibus lectionibus, vt etiam Gebhardus animadvertit, occaſionem praebuit, quod mox in fine verſiculi huius ſubiicitur: *quam illorum, cum quibus erat profectus.* Id ab imperitis exſcriptoribus huc quoque intruſum, cum poſtea quidam non congruere animaduerterent ſequentibus, ab aliis particula *ac*, ab aliis *aut*, adiecta eſt. Quarum tamen neutra quadrat. At noſtra lectio planiſſima eſt. Vult enim Nepos dicere: Miltiadem, etſi regiam dignitatem a ſuis obtinuerat, non tamen idcirco minus, ſeu (vt 9, 2. 4 et 10, 8. 5 loquitur) *nihilo ſecius,* quam antea, officia [h. e. beneficia] praeſtitiſſe Athenienſibus, *a quibus* ad ducendam coloniam miſſus, et in Cherſoneſum *profectus erat.* Atque *his rebus,* i. e. quia officia aeque ac antea praeſtabat Athenienſibus, *factum eſſe, vt non minus eorum voluntate, qui miſerant,* h. e. Athenienſium, *imperium obtineret,* tanquam nihil a priſtina moderatione recedens, quam ſuorum, *cum quibus profectus erat.* Quod ſi tantum *Athenienſibus, quibuscum profectus erat, praeſtita* dicas *officia:* quomodo hinc ſequetur, *iis rebus factum, vt non minus eorum, qui miſeraut, quam illorum, cum quibus erat profectus, voluntate imperium obtineret?* Nihil enim praeceſſerat de *mittentibus.* Praeterea non quadrat in Miltiadem, colonis, quibus regia dignitate praeerat, officia ſic praeſtare, tanquam populo Athenienſi, a quo poteſtatem acceperat. Quare neque Bauaricorum ac Ernſtiani codicis lectionibus locus relinqui poteſt. Nam vtraeque pariter *Athenienſibus,* ac *ſuis,* et *quibuscum profectus erat,* officia praeſtitiſſe Miltiadem, volunt. Sed vereor, ne nimius ſim in re clara et manifeſta. Et fortaſſe totum hoc, de quo disputatur, a gloſſa eſt.

turos: ſe autem domum Cherſoneſi habere. Cares,[12] qui tum Lemnum incolebant, etſi praeter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, ſed ſecunda fortuna aduerſariorum capti, reſiſtere auſi non ſunt, atque ex inſula demigrarunt.[13] Pari felicitate ceteras[14] inſulas, quae Cyclades nominantur, ſub Athenienſium redegit[15] poteſtatem.

III. Eisdem temporibus Perſarum rex, Darius, ex Aſia in Europam exercitu traiecto,[1] Scythis bellum inferre decreuit. Pontem fecit in Hiſtro[2] flumine, qua[3] copias traduceret. Eius pontis, dum ipſe abeſſet,[4] cuſtodes reliquit principes, quos ſecum ex Ionia et Aeolide duxerat: quibus ſingulis ipſa-

12. Chares *MS. Dan. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* 13. dimigrarunt *Ed. Med. operarum, credo, vitio: cuius generis errata alia multa ibi reperi, vt ſ.* 3. focius; *et ſ.* 2. erar *pro* erat. *mox cap.* 3, 1. Aeolidae. — 14. caeteras *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. vbique. A* pari fel. *in ed. Pat. incipit cap. III.* — 15. redigit *MS. Leid.* 2.
1. traiectam *MS. Voſſ.* 3. [*conf. Stau. in Miſc. obſſ. crit. nou. tom. IV. p.* 521.] — 2. Iſtro *Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. 2. *Stau.* 1. [*Tzſchuck.* 2. *Ith. Heus. Heinr. Wetz.*] *Sed* hyſtro *MS. Dan.* hiſtro *Ed. Iens. Med. Arg. Pat. Stau.* 2. [*vbi in not. defendit illam ſcripturam, et* 3.] — 3. qua *MS. Dan. Ed. Iens. Med. Ald. Bos.* [*et recent.*] *Sed* quo copias *MS. Boecl. Mendos. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Arg. Long. male.* — 4. dum ip. ab. *Incluſa ſunt vncinis in Ald.*

5 *Cares*] Vid. Zenobium Cent. 5 prouerb. num. 85. [Herod. VI. 139. 140. Barth. ad Stat. Theb. V. 328.]

1 *Exercitu traiecto*] Qui Iↄcc millibus armatorum conſtabat. Herodot. 4. Iuſtin. 2, 5. Oroſ. 2, 8.

*Scythis bell. inf.*] Quod eorum regis Idanthyri, (ita enim id nomen ſcribi volunt Salmaſ. Exercit. Plin. p. 846 et Iſ. Voſſ. not. ad Iuſtin. 2, 5. 8: Clementi Alex. 5 Stromat. p. m. 567 eſt Ἰδανθύρας) filiam non obtinuiſſet. Iuſtin. et Oroſ. ll. cit. *Magna ſcil. neceſſitas* (addit Oroſius.) *pro vnius libidine hominis,* Iↄcccм *virorum periculo mortis exponi!* Herodotus tamen V. 11. aliam belli cauſſam facit: ſcil. quod Scythae Medos bello laceſſiuiſſent. [Herodot. IV. 1. et 87. v. Wetzel.]

*qua copias*] Sic etiam opt. cod. Dan. At MSS. Schotti et Boecleri, ac Longolii editio, *quo*: vt ad pontem referatur.

*quibus ſingulis*] Vide Forſtneri not. ad Tacit. 6, 42. 3 p. m. 449. [*Ipſar.* n. Ioniae et Aeolidis. v. Harl.]

rum[5] vrbium perpetua dederat imperia. Sic enim 2
putauit, facillime ſe Graeca lingua[6] loquentes, qui Aſiam incolerent, ſub ſua retenturum poteſtate, ſi amicis ſuis oppida tuenda tradidiſſet: quibus, ſe oppreſſo, nulla ſpes ſalutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero[7] Miltiades, cui illa cuſtodia crederetur.[8] Hic, quum crebri adferrent[9] nuntii, 3
male rem gerere Darium, premique[10] ab Scythis: Miltiades hortatus eſt pontis cuſtodes, ne a fortuna[11] datam occaſionem liberandae Graeciae dimitterent. Nam ſi cum his[12] copiis, quas ſecum 4
transportauerat, interiſſet[13] Darius, non ſolum Europam fore tutam, ſed etiam eos, qui Aſiam incolerent Graeci[14] genere, liberos a Perſarum futuros dominatione et periculo. Id[15] facile effici poſ-

5. ipſorum *Ed. Lamb.* — 6. Graecia lingua *MS. Ax. dein* loquenteis *Ed. Lamb. vbique.* — 7. In hoc numero fuit *MS. Axen.* [*Thott. et placet Heus. in not.* fuit tunc numero *Tzſchuck.* 2. *v. not.*] — 8. traderetur *MS. Boecl. Mendos. Ox. Voſſ.* 1. 2. 3. — 9. asferrent *MS. Dan.* [*Forſan ſcriba dare voluit aut inuenit in ſuo cod.* adferrent, *quae rectior eſt ſcriptura, et reddita eſt a Long. Stau. ed.* 3. *Harl. ac Tzſchuck. pro* afferrent. *Sed* affirmarent *cod. Thott.*] — *Mox* nuncii *Ed. Iens. Med. Arg. Par. vbique, etiam in reliquis verbis inde ductis.* 10. praemique *Ed. Med. Statim* ab Scythis *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Sed* a Scythis *MS. Dan. Leid. Voſſ.* 3. [*v. Stau. et Harl.*] — 11. a fortuna *MS. Dan. Ed. Arg.* [*et recent.*] *Sed* fortuna *ſimpliciter Ed. Iens. Med. Par. Ald. Long. Mag.* — 12. cum iis *MS. Voſſ.* 2. *mox* transportarat *MS. Dan.* — 13. interiſſet *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Boecl. Ax.* [*Scheff. v. eius 7. epiſt. ad Heins.*] *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Gebh. Boecl. Long. Stau.* 2. 3. *Heus.* [*vulgo* interiiſſet.] — 14. Graecos generis *MS. Leid.* 2. — 15. id et fac. *MS. Ernſt. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 1. 2. *Stau.* 1. [*Heinr. Wetz.* idque fac. *Pauſt.* et facile *omiſſo* τῷ id *MS. Leid.* 2.

2 *In hoc fuit tum numero*] MS. Boecl. *In hoc tum num. fuit.* concinnius aliquanto, quam vulgati. [et placet Wetz. in not.] Mox idem et membr. Card. Mendozae: *cuſtodia traderetur.* quod interpretamentum eſſe, non dubito.

3 *Hortatus eſt*] Cum Herodoto IV. 137. facit et Plutarchus in Apophthegm. p. m. 174.

4 *Id et fac. eff. poſſe*] MSS. Gif. et Schotto inſpecti: *Et fac. eff. poſſe.* Alii: *Id fac. eff. p.*

ſe: ponte enim reſciſſo,[16] regem vel hoſtium ferro,
5 vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc conſilium quum plerique accederent, Hiſtiaeus[17] Mileſius, ne res conficeretur, obſtitit: dicens, non idem ipſis, qui ſummas imperii tenerent, expedire et multitudini: quod Darii regno ipſorum niteretur dominatio: quo exſtincto, ipſos poteſtate expulſos ciuibus ſuis poenas daturos. Itaque adeo ſe abhorrere a ceterorum conſilio, vt nihil putet ipſis
6 vtilius, quam confirmari regnum Perſarum. Huius quum ſententiam plurimi eſſent ſequuti,[18] Miltiades, non dubitans, tam multis conſciis,[19] ad regis aures conſilia ſua peruentura; Cherſoneſum reliquit, ac[20] rurſus Athenas demigrauit. Cuius ratio etſi non valuit; tamen magnopere eſt laudanda:[21] quum amicior omnium libertati, quam ſuae fuerit dominationi.

*Voſſ.* 1. 3. *Mendos. Gif.* id facile *Ed. Lamb. Stau.* 2. 3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *eosque ſum ſequutus. Heus. incluſit* τὸ et *vncinis, quia* et *pro* etiam *raro apud Corn. obſeruetur, idque, vbi occurrit, ſit ſuſpectum.*] — 16. *Ita ed. Iens. Med. Arg. Bos.* 1. 2. *Stau.* 1. 2. 3. [*et rel. recentt.*] *ſed* reciſo *MS. Leid.* 2. *Ed. Paris. Ald. Vulgata lectio eſt vera. Sed permutantur etiam alibi: v. c. Flor. I.* 10, 4. *vbi vid. interprr.* [*et Stau. ad noſtrum locum.*] — 17. Heſtiaeus *MS. Dan. Voſſ.* 1. Iſtiaeus *Ed. Lamb.* — 18. conſecuti *MS. Leid.* 2. — 19. conſiliis *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 20. hac rurſus *MS. Voſſ.* 3. [*Mox* eius ratio *coniecit Oudend.*] — 21. laudandus *MS. Ernſt. Ed. Steph. Mag.* [*v. not. neque Heuſingero aliquid mutandum videtur.*] *Conſ. Cic. Phil. II.* 10, 15.

5 *Hiſtiaeus*] Hic fuit Mileti vrbis Ioniae praefectus, vt ex Herodoto V. 30 conſtat: e quo totus locus expreſſus videtur Lambino. *Bos.* [Stau. laudat Valcken. ad Herodot. IV. c. 137. de Nepote, Herodoti verba explicatius enarrante.]

6 [*plurimi*] Nomina eorum recenſet Herodot. IV. 138.]

*Tam. magnop. eſt laudanda*] MS. Ernſt. et q. edd. *laudandus.* Atque ſic potius a Cornelio ſcriptum fuiſſe cenſebat Cl. Rauius, hoc ſenſu: *etſi ratio illa et conſilium probata non fuerint, nec peruicerint in iſto concilio; ipſum tamen auctorem illius rationis magnopere eſſe laudandum; non abſolute, quia perfidiam ſuaſerit, ſed comparatione facta cum Iſtiaeo, qui, quod priuatim vtile eſſet, in cauſſam adferebat etc.* Id enim velle, quae continent, verba: *cum amicior omnium libertati,*

IV. Darius autem, cum ex Europa in Aſiam 1
rediſſet, hortantibus amicis, vt Graeciam redigeret
in ſuam poteſtatem,[1] claſſem quingentarum nauium
comparauit, eique Datim[2] praefecit, et Artapher-
nem; hisque ducenta peditum, decem millia equi-
tum[3] dedit: cauſſam[4] interferens, ſe hoſtem eſſe

1. in ſuam red. p. *Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mag.* [*dein* claſſes *cod. Thott.*] — 2. Datin *Ed. Ienſ. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Mag. mox* praeficit *MS. Dan. et* Artaiternem *MS. Leid.* 2. — 3. ped. dec.

*quam ſuae fuerit dominationi:* quibus vtriusque conſilii ratio tangatur, et ex iſta συγκρίσει iudicium fiat de affectu conſulentium. Si aliter legas, non poſſe Cornelium Nepotem abſolui ſententiae non Sophiſticae modo, ſed omnino infamis, quia perfidiae ornamentum quoddam ſit: qualis profecto tanto viro tam aliena, quam in vulgus etiam improbatiſſima ſuo tempore fuit. Nam quid eſt quod inter malos mores et perfidiae exempla aeque relatum omnibus ſeculis fuerit, quam quod *aduerſis rebus rarior fides eſt* [Veget. 3, 9] et quod *amicitiarum iura ſucceſſu a plerisque, non fide ponderantur?* [Iuſt. 22, 7. 3] Miltiadem vero et fidem Dario dediſſe et cuſtodiam pontis in ſe recepiſſe. Eo maioris perfidiae reum, quia conſilio ſuo tantum exercitum, ipſumque Regem, qua iſti genti nulla maior eſt iactura, prodiderit. Neque eſſe, quod quis exiſtimet, *fidem extraneo duntaxat, et priuatim datam fuiſſe; illam autem et patriae, et iuris naturalis, nulla priuata pactione aboleri.* Fidem enim priuatim publiceque praeſtandam eſſe; tum praecipue quando, vt priuatim fidus ſis, publice non obſit. nec a ſummo magiſtratu interdictum. Aut ergo licuiſſe Miltiadi amicitiam inire cum Dario, aut nefas fuiſſe. Si hoc, vtique nunquam ineundam; ſi illud, non reſcindendam fuiſſe, niſi ex iuſta cauſſa. At vero cum falleret Miltiades, nondum Darius imminebat Athenienſibus, quae praecipue illi patria erat. Illi enim in Aſia Graeci quid ad Miltiadem aut Athenienſes? quippe ſi male deſerti fuere non ab Athenienſibus modo, ſed a tota Graecia; quid impellebat Miltiadem, priuato conſilio publicam Aſianorum cauſſam agere tanto cum crimine? etc. Vsque adeone igitur in mentem venire potuit Corn. Nepoti, tanto viro, conſilium iſtud probare Miltiadis, ac magnopere laudandum cenſere, quod vel omnibus ſectis, praecipuis ſane, Peripateticorum Stoicorumque, valde improbaretur? Haec prolixe vir doctiſſimus, vt obtineat, Nepotem non *rationem* Miltiadis, ſed ipſum, *magnopere laudandum* cenſuiſſe. Cui tamen ne plane aſſentiar, facit locus Nepotis alius 9, 5. 2.

1 [*Darius*] conf. Stau. ad mai. et min. edit. Inter bellum autem Scythicum, quod cap. III. deſcribitur, et pugnam Marathoniam, de qua cap. IV. agitur, annos octodecim effluxiſſe, animaduertit Schlegel. l. c. pag. 98.]

*Claſſem quingentar. nau.*] Plato in Menex. trecentas fuiſſe

Athenienſibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis[5] expugnaſſent, ſuaque praeſidia interfeciſſent.
2 [6] Illi praefecti regii claſſe ad Euboeam[7] adpulſa, celeriter Eretriam ceperunt, omnesque[8] eius gentis ciues abreptos in Aſiam ad regem miſerunt. Inde ad Atticam acceſſerunt, ac ſuas copias in campum Marathona deduxerunt. Is abeſt[9] ab oppido circi-
3 ter millia paſſuum[10] decem. Hoc tumultu[11] Athenienſes tam propinquo, tamque magno permoti, auxilium nusquam niſi a Lacedaemoniis, pe-

mill. equ. *MS. Dan. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. (*in quibus tamen omnibus ſcribitur* milia) *Bau.* 1. 2. *Ax. Ed. Bos.* 2. *Heuſ.* [*Stau.* 3. *Wetz. Heinr. Brem. Tzſchuck. conf. Gronou. ad Liu.* XXXVI. 14. ped. et decem millia eq. *ed. Ith. Pat.*] *Sed* peditum millia et decem equit. *Ed. Iens. Med. Paris. Ald.* (*in quibus vero vbique ſcribitur* milia) *Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. [*Harl. quod clarius legi putat Wetz. in not. eſſe enim* 200,000 *ped.* 10,000 *eq.*] ped. millia, decem equ. *Ed. Arg. Mag.* — 4. cauſam *Ed. Iens. Med. Par. Ald. vbique.* — 5. Sardis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* [Sardes *Brem. Tzſch.* 2.] — 6. Illi praef. *ſic etiam MS. Dan. Sed* praefecti *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* — *Statim* regis *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Dan. Ox. Ed. Lut.* — 7. claſſe Euboeam *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Oxon.* — 8. omneisque *Ed. Lamb. Et ſic vbique hos caſus exhibet ſcriptos. Atque* Erythream *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 9. is eſt ab op. *MS. Leid.* 2. *Boecl. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Par.* — 10. paſſus *MS. Boecl. Dan. Leid.* 2. *Boecl. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Med. Par.* — 11. tumulto *MS. Voſſ.* 3.

ait. Herodotus 6 p. 123 ↄIↄ triremes numerat, absque nauibus hippagogis, in quas equos impoſuerunt.

*ducenta peditum, decem millia equitum*] Repoſui lectionem, quam MSS. Dan. Boecler. et Bauarici duo exhibent. Sic enim vbique Noſter, cum alterutro loco maiorem numerum diſſimulat. Vide 2, 5. 3. 10, 5. 3. 14, 8. 2. Integram phraſin habes 2, 2. 5 et 4, 1. 2. In re ipſa variant Auctores. Nam Pauſanias et Valerius Max. 5, 3 ccc, Lyſias in epitaphio Iↄ millia numerant.

2 [*camp. Marath.*] v. Harl. et Kapp.]

*Is abeſt ab opp. circ. mill. paſſuum dec.*] MS. Boecl. *Is eſt ab opp.* Sic infra 12, 3. 4 *tantum ſe ab inuidia futuros.* Idem et Dan. pro *paſſuum* legunt *paſſus.* Quod etſi conſuetudini veterum ſcriptorum repugnat; nam, ſi Gronouio de Pecun. vet. 1, 7 credimus, vox *millia* ſemper cum genitiuo iungitur: non tamen ſilentio praetereundum duximus.

tiuerunt: Philippidemque [12] curſorem eius generis,



12. Phidippidemque *MS. Long. quod ipſe Longol. probabat. Ed. Mag. Steph. Stau.* 2. [*Harl. atque Stau. in not. ad min. ed. ita legere iubet, prouocatque ad Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 33. *et Palmer. in Pauſaniae Attica* p. 366. *et laudat de eo Plutarch. de Herodoti malign. tom. II.* p. 862.] Philippumque *MS. Leid.* 2. *Ox. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. et* Φίλιππος *ap. Athen* Phydippumque *MS. Dan. Bau. Giſ.* [Philippidemque *Ed. Stau.* 1. 3. *Heuſ. Tzſchuck. et rel.*]

3 *Philippidemque*] Ita huius curſoris nomen et apud Pauſaniam, [I. 28 p. 68.] Plinium, H. N. VII. 20. Solinum c. 6. Iſidorum Peluſ. Oecumenium, Suidam, aliosque ſcribitur. [Poll. Onom. III. 30. ſect. 148. *Φιλιππίδης ἡμεροδρόμος.* Lucian. pro lapſu inter ſalutand. 3. p. 727. tom. I. Reitz. *πρῶτος αὐτὸ Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλλων τὴν νίκην*· vbi vero Palmer. et Reitz. ſcribere iubent *Φειδιππίδης. Fiſch.*] Herodotus *Φειδιππίδην* vocat. Libri variant. In Longoliano fuit, *Phidippidemque.* Et ſic in Plinio reponi volebat Salmaſius. Vulgatae editiones, et ante Magium excuſae: *Philippumque.* At MSS. Dan. et alter ex Bauaricis: *Phidippumque.* quomodo et Giſanius e ſuo legit. [*Phidippus* medicus, Cic. pro Deiotaro, c. VI. *Fiſch.*] Idque verum huius curſoris nomen eſſe vix dubito. [nec dubitat Iungerm. ad Polluc. I. 7. ſect. 65. vbi v. interprr.] Rauius exiſtimabat, ab hoc Phidippo ceteros, qui eiusmodi curſores eſſent, ac, vt de hoc Herodotus VI. 105. ait, *τοῦτο ἐμελέτησαν, Phidippidas* dictos: quemadmodum ab Eumolpo, qui initiandi rationem inuenit, omnes deinde ſacerdotes myſteriorum dicti ſunt *Eumolpidae.* Quam eius coniecturam adiuuare videtur Pollux, cui in Onomaſtico III, 30. ſect. 148 *Philippides* non perſonae, ſed muneris ſeu officii nomen eſt. Nam inter curſoria vocabula, ſeu ad curſum pertinentia, refert. *καὶ Φιλιππίδης δὲ,* inquit, *ἡμεροδρόμος.* Peſſime Interpres: *Philippides vero, Tota die currens, dixit;* ac ſi *Philippidem* Comicum ea voce vſum fuiſſe, Pollux diceret. Debebat: *Et Philippides, idem quod hemerodromus.* nam id velle Pollucem, manifeſtum eſt. Quod autem vir clariſſ. Philippum illum *primum hemerodromum exſtitiſſe, et hunc tumultum eius muneris inſtituendi cauſſam Athenienſibus dediſſe,* credit, id neſcio, an Herodoti ac Nepotis noſtri *ῥήσεις* admittant. Nam vterque, vt rem ante Athenis receptam et vſitatam, *Hemerodromos* memorat. *Bos.* [Lucian. l. c. ſcripſerat, Philippidem, quum a Marathone victoriam nuntiaret, *primum* illud verbum *χαίρετε* vſurpaſſe, vbi autem M. du Soul interpretatio illius formulae eſt conferenda. Lucian. etiam addit, illum ad Archontes de pugnae exitu ſollicitos dixiſſe, *χαίρετε, νικῶμεν*, eoque dicto ſuo nuntio immortuum eſſe, et in ipſo *gaudendi* verbo exſpiraſſe, (*καὶ τῷ χαίρειν συνεκπνεῦσαι*) Apud Herodot. VI. 105 eadem res vberius enarratur; ſed in nomine curſoris libri non conſpirant,

qui hemerodromoe[13] vocantur, Lacedaemonem
miſerunt, vt nuntiaret, quam[14] celeri opus eſſet
4 auxilio. Domi autem creant[15] decem praetores,

13. *Ita MS. Dan. Giſ. Bau.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau.* 2. 3. *Tzſch.* 1. 2.] *Atque de terminatione in* oe *lat. vocc. quae ap. Graecos deſinunt in* οι, *v. Oudend. ad Lucan.* II. *v.* 593. *et eundem ac Grot. ad Lucan.* III. *v.* 180. *Sed* Hemerodromae *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. Hemerodromei *MS. Sluisq.* Hemerodromi *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 1. [*Heus. Wetz. Heinr. Ith.* ἡμεροδρόμοι *Brem.*] Hemerdrume *MS. Voſſ.* 3. *In MS. Ax. deerat, relicto tamen ſpatio.* [*quoniam forſan illius cod. ſcriba in ſuo cod. nomen repererat graecis litteris, quas non intellexerit, ſcriptum.*] *Dein* vocatur *MS. Voſſ.* 3. — 14. quam *aberat MS. Voſſ.* 3. — 15. creant — Miltiadem *MS. Boecl. Dan. Mendos. Leid.* 1. (*in quo etiam eſt* domi erant autem) *Ox. Voſſ.* 2. 3. (*in marg. Voſſ.* 2. *notatum erat* al. creati *et pro* Miltiades, Miltiadem,) *Axen. Ed. Vltrai. Heuſ. Stau.* 2. 3. [*Tzſchuck.* 1. 2. *Ith, Heinr. Harl. qui in not. coniecit* crearunt, *Brem.* creati — Miltiades *Edd. antiq. Bos.* 1. *Wetz. ac Pauſl. qui id defendunt, quoniam praecedant praeterita* petierunt, miſerunt, *et ſequatur imperfectum* praeeſſent. *Non quidem male, ait Tzſchuck. ad ed.* 2. *ſed adnotat quoque, eſſe exempla ſimilis mutationis etiam alibi obuia, et hic Cornel. ad diuerſam rem progredi, quae interiecto tempore acta eſt, eamque temporis poſiti diuerſitate quaſi ſignare. Quare reſcripſi,* creant — Miltiadem.] — *tum* 10 praetores

aliis Φειδιππίδης, aliis Φιλιππίδης exhibentibus. Weſſeling quidem p. 486. edit. ſuae in textu prius retinuit voc. in notis tamen valde metuit de explorata ſcriptionis eius veritate. Tzſchuck. et Bremi *Phidipp.* h. l. nomen fuiſſe proprium contendunt, et priori in not. ad ed. 2. videtur a Phidippo ſ. Philippo genus deriuaſſe. add. Harl. not. et C. A. Schwarz, Conrect. progr. Coniectura de pugna Marathonia ad Herodot. VI. 94—117. et Corn. Nep. Milt. IV. 5. propoſita. Goerlic. 1793. fol.]

*hemerodromoe*] *Hemerodromoe* (ſic enim optimi libri Giſ. Dan. et alter e Bauaricis legunt: nec video, cur ſperni debeat) dictum, vt *Demoe, Canephoroe, Clerumenoe, Adelphoe,* et ſimilia. de quibus Giſan. Ind. Lucr. v. *Tractus,* Voſſ. de Art. Grammat. 4, 6 etc. *Bos.* [Liuius XXXI. cap. 24. (vbi vid. Duker p. 546. tom. IV. ed. Drakenb.) *hemerodromos,* ait, *vocant Graeci, ingens die vno curſu emetientes ſpatium.* In mai. ed. 2. Stau. additur Boſii nota: „Cretenſium hemerodromorum, quibus Agis Laced. rex vſus eſt, meminit Diodor. XV. Δρομοκήρυκας eosdem adpellare videtur Polyaenus libr. 5.“]

4 *Domi autem creati decem praet. qui exercitui praeeſſ. in eis Miltiades*] Cod. Boecl. vna cum Dan. Schotti, et Leid. non male: *creant dec. praet. etc. in eis Miltiadem.* [*praet.* gr. στρατηγοί.]

qui exercitui praeeſſent, in eis Miltiadem. inter quos magna fuit contentio, vtrum moenibus ſe[16] defenderent, an obuiam irent hoſtibus, acieque decernerent.[17] Vnus Miltiades maxime nitebatur, vt primo quoque tempore caſtra fierent. id ſi factum eſſet, et ciuibus animum acceſſurum, cum viderent de eorum virtute non deſperari[18]: et hoſtes eadem re fore tardiores, ſi animaduerterent, audere[19] aduerſus ſe tam exiguis copiis dimicare.[20]

*MSS. Ox. Voſſ.* 2. 3. *Sed MS. Ax. aberat. Ceterum in MS. Long. pro* praetores *erat* imperatores. *gloſſema ſapit.* — *Tum* Mylcyades *MS. Voſſ.* 1. *et* 2. *in marg.* — 16. ſe *abeſt MS. Leid.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 17. acieque decern. *Ita praeter alios* [*et edd. recentior.*] *MS. Put. Gif. Sau. Leid. Ax. Sed* an aeque contenderent *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* acieque contenderent *Ed. Ald. Lamb. Gebh. Keuch.* acieque decertarent *MS. Mendos. Dan. Ven. Voſſ.* 1. 3. *ſed in* 1. *notatum erat ſupra,* decernerent, *MS. Sluisq.* aciemque cernerent, *MS. et ed. Mag.* et aequis contenderent *Ed. Long.* an equis contend. — 18. deſperare *MS. Leid.* 2. *Ed. Keuch. mox* eadem de re *MS. Ax.* [*v. Scheffer. ad Phaedri fabb. IV,* 9, 3. *et interpretes ad A. Gell. IV.* 1. *p.* 321. *ed. Conradi.*] — 19. auderi *MS. Ernſt. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos. Stau.* 1 *et* 3. *Wetz. Brem. Tzſchuck.* 1. 2. *Schmieder, qui acriter defendunt hanc lectionem, et damnant alteram* audere, *ſcil. Athenienſes,* audere *MS. Ax. Boecl. Ed. Iens.*

*magna fuit contentio*] Exempla habes ap. Liu. 4, 31 aliosque paſſim. Notum proverbium: πολλοὶ ϛρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.

*acieque decernerent*] Sic MSS. complures ac meliores plerique: probatque Sauaro, quum et infra noſter in Eumene et Hannibale hoc verbo ita vſus ſit. Vulgatam tamen, quae etiam MSS. Magii et Danielis confirmatur, vt puriſſimam, Caeſarique familiariſſimam, tuetur Gebhardus; oſtenditque praeter Caeſarem I. B. Gall. 31 et 48 et lib. 2, 9. lib. 3, 28. lib. 5, 16. hac voce et Ciceronem in Epiſt. ad Attic. et de finib. itemque Curtium 4, 1. 8 vſos. Schottus e membr. ſuis *decertarent.* Quod verbum et infra 23, 10. 4 in quibusdam edd. legitur. Rob. Keuchenius in vet. lib. ſe reperiſſe ait, *aciemque cernerent*, idque de Graeco expreſſum putat, dictumque, vt κρίνειν τὸν πόλεμον, *cernere bellum* etc. De quo viderint, qui me doctiores ſunt. Fortaſſe legendum, *acieque cernerent*; quomodo Ennius ap. Cic. de off. I. 12, 6. Virgilius Aen. XII. 709 et Plautus hac voce vſi ſunt.

5 *dimicare*] Cod. Dan. *dimicarent.*

1 V. Hoc in tempore [1] nulla ciuitas Athe-
nienſibus auxilio fuit praeter Plataeenſium: [2] ea
mille miſit militum. Itaque horum aduentu de-
cem millia [3] armatorum completa ſunt: quae ma-
2 nus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo
factum eſt, vt plus, quam collegae, Miltiades va-
luerit; [4] eius enim auctoritate [5] impulſi Athenien-
ſes, copias ex vrbe eduxerunt, locoque idoneo
3 caſtra fecerunt. Deinde poſtero [6] die ſub mon-

*Med. Long. Stau. in ed. 2. ſ. min. Heuſing. Harl. atque vindicant h. lect. Scheffer. in ep. 7. ad Nic. Heinſ. in Burm. ſyll. epp. tom. V. p. 9. et 11. Pauſl. in not. et Kapp. in Harl. Opuſc.* p. 459. *cum Heus.*] audiri *Ed. Ald.* — 20. dimicare *MS. Voſſ. 2. Ax.* [*et edd. recent.*] *Sed* dimicari *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Med. Par.* copiis dimicarent auderi *MS. Dan. In MS. Ox.* τὸ dimicare *deeſt.*

1. hoc in tempore [*h. e. opportune, in articulo rerum gerendarum, v. Harl.*] *fere omnes, praeter edd. Steph. et Mag. quae* in *omittunt. Mox* Athenienſis *MS. Leid.* 2. — 2. Plataeenſium [*ſcil. ciuitatem*] *Ed. Mag. Steph. Gebh.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Stau.* 2. *mai. Harl. ſuaſit quoque Oudend. ad Caeſ. B. G.* 1. 5. *p.* 11. *et ego recepi.* Plataeenſes *Ed. Bip. Heus. Stau.* 1. *mai. et min. in textu, ac rel.*] platentes *MS. Leid.* 2. Platenſes *MS. Voſſ.* 1. 2. Plateenſes *Ed. Par. Paullo poſt* Itaque hominum aduentu *MS. Ox.* [*et Stau. ad ed. min. legere iubet* horum hominum aduentu.] — 3. milia *MS. Voſſ. et edd. noſtri veteres vbique. Sed a MS. Voſſ.* 3. *aberant vocc.* praeter Plat. — completa ſunt. 4. valeret *MS. Dan.* [*et id quidem latinitatem poſtulare, cenſet Schmieder in Lexic. über den Corn. p.* 3.] — 5. eius ergo autor. *MS. Dan. Giſ.* eius auctor. *MS. Leid.* 2. *Ax. In ed. Ald. vbique ſcribitur* authoritate. *Ed. Heus.* eius [enim] auctoritate. [*atque* enim *omiſit Stau. in ed.* 3.] — 6. dein poſtero *MS. Dan.* deinde poſtera *MS. Voſſ.* 2. *In MS. Ax. erat* dein poſtera ſubmotis rad.

1 *Praeter Plataeenſes*] Qu. MSS. et edd. *Plataeenſium.*

*mille miſ. mil.*] Herodotus MM numerat.

*mirabili flagr. pugn. cupiditate*] Adde Veget. 3, 11 et 12, ibique Stewechium; itemque Loccen. ad Curt. 4, 1. 29. De alacritate Athenienſium etiam Iſocrates in Paneg. c. 24 [vbi v. Morum] et Iuſtinus 2, 9. 11. quorum ille *tanquam alienis animabus, non ſuis, periclitaturos* procurriſſe eos: hic, *quum mille paſſus inter duas acies eſſent, citato curſu ante iactum ſagittarum ad hoſtem veniſſe*, ait [add. Lyſiam in epitaph. p. 85 ſq.]

2 *Valuerit*] Cod. Dan. *valeret.* et mox: *eius ergo auctoritate:* quomodo et Giſanius legebat.

tis radicibus, acie e regione inſtructa, noua arte,[7] vi ſumma proelium commiſerunt, (namque[8] arbores multis locis erant ſtratae,[9]) hoc conſilio,

7. nona partis ſummae prael. *MS. Gif. (v. Schoppii Veriſim. II. cap.* 10. *p.* 108. *ſq.) Ed. Vltraiect.* in parte montis ſumma *MS. Sau. Mendos. Voſſ.* 3. [*idque probat Schottus, iure vero repudiat Gebhard.*] noua partis ſumma *MS. Dan.* et non apertiſſima *MS: Leid.* 2. [noua arte *abeſt cod Thott. in quo etiam paullo ante legitur* ex vrbe abduxerunt. *Mire transpoſuit Lambin. locum in notis ad alteram edit. Francoſ.* 1608. *fol. (nam in* 1. *ed. Lutet.* 1569. 4. *illam coniecturam nondum enixus erat:) et Pauſl. in notis acceſſit, niſi vt* ſtratae *ſcriberet, hoc pacto*: Deinde poſtero die ſub montis radicibus acie e regione inſtructa, hoc conſilio, vt et mont. teg. altitud. et arborum tractu, (namque arbores multis locis erant rarae,) equit. hoſt. imped. ne mult. clauderentur: noua arte, vi ſumma prael. commiſerunt.] — Proelium *autem habent edd. Iens. Med. Ald. vbique,* [*Tzſch. Wetz. Heinr.* praelium *aliae plures.*] — 8. nanque *Ed. Iens. Med. Ald. vbique. Tum* arbore *MS. Leid.* 2. *et* militis *loco* multis *MSS. Oxon. Voſſ.* 1. 2. — 9. ſtratae, rarae *MSS. Ox. Voſſ.* 1. 2. *Ceterum in ed. Heus. Stau.* 2. 3. [*Harl. Bipont. Wetz. Schmied.*] *incluſa ſunt vncinis verba* namque — rarae. [*Vti iam ſuaſerat Io. Scheffer. in epiſt. V. ad Heinſium, et hic in ep. VI. ad illum comprobarat, in Syll. epiſtol. Burm. tom. V. p.* 5. *et* 8. *item Puteanus in not. Lambin. ed.* 2. *Atque* rarae *et plurimi codd. ac Thott. Heus. ac plurimae edd. etiam Staver. in textu, qui tamen in notis probat lectionem cod. Leid.* ſtratae, *quam antea Buchner, Gebhard, Kirchmaier, et Cleric. in Bibl. anc. et mod. tom. V. p.* 1. *maluerunt, et reſcripſerunt Harl. in ed.* 2. *Tzſchuck.* 1. 2. *Brem (qui vero, vti etiam Tzſchuck. et Pauſl. fecerunt, omiſit vncin. et interpunxit* — commiſerunt. Namque arbores — ſtratae, hoc conſ.) *probauitque Schlegel.* ſtratae *l. c. pag.* 2. *Atque*

3 *Namque arbores multis locis erant rarae*] Mihi, vt ingenue fatear, [de lectione huius loci] nondum liquet. Ceterum artem, qua Miltiades vſus eſt aduerſus barbaros, paullo diuerſam facit Clemens Alexandrinus I Stromat. p. m. 348. *Noctu*, inquit, *duxit Athenienſes, per loca inuia iter faciens, et eos, qui ipſum obſeruabant, Barbaros decipiens. Hippias enim, qui defecerat ab Athenienſibus, barbaros in Atticam induxerat, et opportuna, quae praeoccupauerat, loca ſeruabat; propterea quod erat peritus regionis. Ac difficile quidem erat latere Hippiam. Vnde merito Miltiades et locis inuiis et nocte vſus, aggreſſus Perſas, quibus praeerat Datis, in certamine, cum iis, quorum ipſe dux erat, ſuperior euaſit.* Vult autem eum hac in re Moyſen imitatum. Saltus Marathonii meminere Pauſan. lib. I. Nonnus Dionyſ. XIII. 189. et Seneca Hippolyto v. 17.

vt et [10] montium tegerentur altitudine, et arborum tractu equitatus hoſtium impediretur, ne
4 multitudine clauderentur. Datis, [11] etſi non aequum locum videbat ſuis, tamen fretus numero copiarum ſuarum, confligere cupiebat: eoque magis, quod, [12] priusquam Lacedaemonii ſubſidio venirent, dimicare vtile arbitrabatur. Itaque in aciem [13] peditum centum, equitum decem millia
5 produxit, proeliumque [14] commiſit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienſes, vt decemplicem [15] numerum hoſtium profligarent [16]: adeoque perterruerunt, [17] vt Perſae non caſtra, ſed

*ego et* ſtratae *recepi, quia caedere ſolebant Graeci arbores, caeſasque hoſti nonnumquam obiicere, (v. Stau. et Harl.) et vocc. vncinis incluſi. Ithe interpunctione* — commiſerunt, namque arbor. — rarae hoc conſilio, vt etc. *locum magis obſcurauit. At cenſor edit.* 1. *Stauer. in nou. act. erudit. m. Iul. a.* 1737. *p.* 304. *iam improbauit illam vocc. coniunctionem, et coniicit* rutae, *i. e. erutae, loco* rarae, *vel* erant *poſitum putat pro* factae erant. *Tum* arborum tractus *eſt longa arborum ſeries, Verhack.*] — 10. et vt *Ed. Med. Arg. dein*, altit. tegerentur *MS. Dan. Sed in MS. Voſſ.* 3. *erat* regerentur. *Ed. Long.* et vt montium obtegerentur altitudine. — 11. Dathis *MS. Dan. Leid.* 2. *et* locum aequum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Sed* aequum locum *MS. Dan. Boecl. Ax. cum reliquis edd. — dein* fraetus *Ed. Par.* — 12. magis prius *MS. Leid.* 2. — *tum* veniret *MS. Voſſ.* 3. *et* arbitrabantur *MS. Leid.* 2. — 13. in acie *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Sed* in aciem *etiam MS. Voſſ.* — 14. proeliumque *MS. Ox. aberat.* — 15. decuplicem *Ed. Ald. Lamb. Pat. male.* — 16. profligarint *MS. Dan. Leid. Ed. Iens. Heus* [*Ith. Wetz.*] profligauerint *MS. Voſſ.* 2. *Boecl.* [*Reliquae edd.* profligarent. *v. Tzſch.*] — 17. adeoque perterruerint *MS. Dan. Leid.* 2. *Ax.* [*male; neque enim dependet a coniunctione* vt;] adeo perterrue-

4 *Etſi non aequum locum vid. ſuis*] Vide Vegetium 3, 26.

*aequum locum*] Sic lego e MSS. Dan. et Boecl. In vulgatis eſt: *non locum aequum.*

*dimicare vtile arbitrabatur*] Refert Iuſtinus 18, 1. 4.

5 *Decempl. numerum hoſtium*] Vide Petauii Ration. Temp. P. I. lib. 3, 1.

*profligarent: adeoque etc.*] Non male Cod. Dan. *profligarint, adeoque perterruerint, vt P. n. c. ſ. n. petierint.*

*non caſtra, ſed naues, peterent*] Frontinus Strategem. 4, 7. 43 claſſem Perſarum, accepta hac clade, *vrbem petiiſſe* ait; ſed a Miltiade *compulſos Athenienſes, vt feſtinarent ad opem vrbi ferendam, moenia-*

naues, peterent.[18] Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius.[19] Nulla enim vnquam tam exigua manus tantas opes[20] proſtrauit.

VI. Cuius victoriae non alienum videtur, 1
quale praemium[1] Miltiadi ſit tributum, docere; quo facilius intelligi poſſit, eandem omnium civitatum eſſe naturam. Vt enim populi[2] noſtri 2
honores quondam fuerunt rari et tenues,[3] ob eamque cauſſam glorioſi; nunc autem effuſi, atque obſoleti:[4] ſic olim apud Athenienſes fuiſſe,

runt *Ed. Ald.* adeoque perteruerunt *Ed. Iens. Med.* adeoque eos perterruerunt *Ed. Long.* — 18. petierint *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ax. Ed. Heus.* [*Ith. Wetz.*] petierunt *MS. Voſſ.* 2. *Boecl. Tum* quoniam nob. *MS. Mendos.* — 19. his nobilius *MS. Voſſ.* 2. volubilius *MS. Mendos. Voſſ.* 3. — 20. copias *MS. Ernſt.*

1. premium *Ed. Iens. Med. dein* Miltiade *MS. Voſſ.* 3. 2. vt enim populi *MS. Dan. Boecl. Giſ. Leid.* 1. *Voſſ.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. et reliquae recentior.*] *ſed* enim *omitt. Ed. Lamb. Steph. Mag. Long. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. *Pat.* — 3. tenus *MS. Voſſ.* 1. — 4. obſoleti *MS. Giſ. Put. Dan. Sau. ed. Lamb.* [*et recentt.*] *Sed* abſoleti *MS. Voſſ.* 1. aboleti *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Valquenarius ad Eurip. Phoen. p.* 53. *coniecit* atque eo obſoleti.

*que armatis impleta:* quo factum, vt *Perſae rati ingentem eſſe numerum Athenienſium, et alio milite ad Marathona pugnatum, alium pro muris ſuis opponi, circumactis exemplo nauibus Aſiam repetierint.*

*Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius*] De tempore pugnae huius non vna Chronologorum, etiam recentiſſimorum, ſententia eſt. neque mirum: quum neque veteres conſentiant. Scaliger lib. 5 de Em. Temp. anno ſecundo Olympiadis LXXII contigiſſe vult: Meurſius in Archontib. 2, 4 primo: Sigonius in Comm. ad Sulpic. Seuer. tertio: cuius ſententiam tuetur et Petauius de doctrina temp. 10, 22 et in Rationar. temp. Part. 2 lib. 3, 11. Cui tamen repugnare videtur antiquiſſimum Marmor Arundellianum, veteres Graecorum Epochas continens, a Seldeno editum. Vide huius Canonem Chronicum, notis in Marmor illud ſubiectum, p. 104. Locum delineauit poſt alios Ioh. Laurenbergius Gromatic. lib. 2, 2.

*tantas opes proſtrauit*] Quod in Cod. Ernſt. legitur, *tantas copias*, haud dubie ab aliena manu eſt.

1 *Intelligi poſſit*] MS. Boecler. [et Voſſ. 2.] addit *inde*.

2 *Vt enim populi noſtri*] Sic MSS. Giſ. Boecl. Dan. niſi quod poſtremus habebat *populi R.*, conſentiente Leidenſi [1. Giſ.], cui tamen lectioni ipſe P. Daniel vulgatam praeferebat.

3 reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athe-
nas, [5] totamque Graeciam liberarat, [6] talis honos
tributus eſt in porticu, quae Poecile [7] vocatur,
quum [8] pugna depingeretur Marathonia: vt in
decem praetorum numero prima eius imago po-
neretur, isque hortaretur milites, proeliumque [9]
4 committeret. Idem ille populus, poſteaquam
maius imperium eſt nactus, et largitione magi-

5. quia Athenas *MS. Boecl. Ax.* quid Athenas *MS. Dan.* ea Athenas *MS. Leid.* 2. *dein* Graecia *MS. Leid.* 2. — 6. liberarat *MS. Voſſ.* 2. *Dan. Boecl. Ax. Ed. Bos.* 2. *Heus.* [*Harl. Tzſchuck.* 2. *Ith. Brem. Wetz. etc.*] *Sed* liberauit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. — 7. Ποικίλη *MS. Dan.* — 8. vt, quum — Marath., in dec. *Stau. ed. min.* — 9. praediumque *MS. Voſſ.* 3.

3 *Qui Athenas liberarat*] Sic MSS. Dan. et Boecl. Vulgati *liberauit.* Mox pro *qui* Boecl. *quia.* Dan. *quid.* quod ex altero corruptum eſſe, manifeſtum eſt.

*quum pugna depingeretur Marathonia*] A Panaeno fratre Phidiae pictum id proelium, tradunt Pauſanias Eliac. I [ſ. libr. V. cap. 11. p. 402. Kuhn. add. libr. I. c. 15. p. 37. de Poecile et pictura pugnae Marath.] et Plinius Hiſt. Nat. 35, 8 [35. Hard.]: qui et, quos duces in eo pinxerit, narrat. Aelianus a Micone, aut Polygnoto Thaſio pictum vult, VII hiſt. animal. 38. [vbi Νίκωνος edidit Schneid.] Vid. Meurſ. Athen. Attic. 1, 5. [Aeſchin. p. 567 ſqq. tom. I. Reisk. p. 575. ſq. *Fiſch.* Add. Rutgerſii varr. lectt. lib. V. cap. 1. p. 452. inprimis Schlegel. l. c. p. 78. ſq. de antiquitate picturae. Is vero cum aliis pictorem nominat *Panaeum.* Sed iam correxit Harduin. ad Plinium H. N. XXXV. cap. 7. ſ. ſect. 34. *Panaenum,* quem, Phidiae fratrem, Plin. tradit, fuiſſe Olymp. 83. et clypeum Olympii intus pinxiſſe; et cap. 8. fin. *Panaenus,* inquit, *etiam proelium Athenienſium aduerſum Perſas, apud Marathona factum, pinxit. Adeo iam colorum vſus increbuerat, adeoque ars perfecta erat, vt in eo proelio iconicos duces pinxiſſe tradatur, Athenienſium Miltiadem, Callimachum, Cynegirum; Barbarorum Datim, Artaphernem.* Idem autem Plin. l. c. cap. 9. ſ. ſect. 35 *hic,* (n. Polygnotus Thaſius,) *et Athenis,* ait, *porticum pinxit, quae Poecile vocatur, gratuito, quum partem eius Micon mercede pingeret.*]

*isque hortaretur milites etc.*] Vide Plutarch. in Cimone, ac Aeſchinem Orat. adu. Cteſiphontem [p. 437. Taylor. tom. II. qui inde a pag. 435. eſt conferendus. *Fiſch.*]: e qua orat. totum hunc locum ab auctore noſtro translatum eſſe, Longolius ac Lambinus exiſtimant.

ſtratuum corruptus eſt, trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo [10] decreuit.

VII. Poſt hoc proelium claſſem ſeptuaginta 1
nauium Athenienſes eidem Miltiadi dederunt, vt
inſulas, quae barbaros adiuuerant, bello perſe-
queretur. [1] Quo imperio pleraſque ad officium
redire coëgit, nonnullas vi expugnauit. Ex his 2
Parum inſulam, opibus elatam, quum oratione
reconciliare non poſſet; copias e nauibus [2] eduxit,
vrbem operibus [3] clauſit omnique commeatu pri-
uauit: deinde vineis ac teſtudinibus conſtitutis,
propius [4] muros acceſſit. Quum iam in eo eſ- 3
ſet, vt oppido potiretur, procul in continenti
lucus, qui ex inſula conſpiciebatur, neſcio quo
caſu, nocturno tempore incenſus eſt: cuius flam-
ma vt ab [5] oppidanis et oppugnatoribus eſt viſa,

10. Phalerio *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax. conf. Ruhnquen. ad Rutil. Lup. pag.* 128. — *Mox* decernit *MS. Voſſ.* 2.

1. proſequeretur *MS. Voſſ.* 2. *dein* plures ad *MS. Mendos. Voſſ.* 3. — 2. *MS. Voſſ.* 2. *Boecl. Ax. aberant.* [*atque* e nauibus *gloſſema eſſe putat Scheffer. in epiſt. VII. ad Heins. in Sylloge epiſt. Burmann. tom. V. p.* 9.] — 3. opibus *e Iens. laudatur in ed. Pat. ſed haud dubie erat* opibus. *mox* omniaque comm. *ed. Par. et* dein *Ed. Iens. Med. Arg.* — 4. proprius *MS. Leid.* 2. — 5. flamma ab opp. *MS. Leid.* 2. *mox* vtriusque *Ed. Par. Ald.*

4 [*ſtatuas*] v. Plin. H. N. XXXIV. 12. Harduin. *Fiſch.* In numero ſtatuarum variant veteres; alii enim 350—360 poſitas eſſe ſtatuas produnt. Rotundo igitur numero Cornel. vtitur.]

1 *Poſt hoc proelium etc.*] Videntur haec Petauio Part. 1 Ration. temp. lib. 3, 2 proximo anno ab Marathonia victoria contigiſſe.

*pleraſque*] MS. lib. Schotti: *plures.*

2 *oratione*] h. e. verbis, admonitionibus. I. Fr. Gronou. malebat *ratione*, h. e. via aliqua commoda, conditionibus. Adi ipſum II. Obſeru. 10. et in Addendis p. 216. *Bos.* [Non opus eſt et conf. Herod. VI. 132. ſqq.]

[*non poſſet*] Aliter narrat Herodot. l. c. vbi v. Valcken. p. 500 et 501. Atque, vti iam Lambin. vidit, Cornelius h. l. probabiliter ſequutus eſt Ephorum apud Stephan. Byzant. in Πάρος.]

3 *Neſcio quo caſu*] De huiusmodi caſibus vide egregiam obſeruationem Forſineri ad Annal. I. Taciti p. 93 et ſeq.

vtriſque venit in opinionem, ſignum a claſſiariis
4 regiis [6] datum. Quo factum eſt, vt et Parii [7] a
deditione deterrerentur, et Miltiades, timens ne
claſſis regia aduentaret, incenſis operibus, quae
ſtatuerat, cum totidem nauibus, atque erat pro-
fectus, Athenas magna cum offenſione ciuium ſuo-
5 rum rediret. Accuſatus ergo [8] proditionis, quod,
quum Parum expugnare poſſet, a rege corruptus

6. ſignum aduerſariis datum *MS. Ox.* ſignum a claſſ. regis datum *MS. Dan. Voſſ.* 2. — 7. vt Parii *MS. Voſſ.* 1, *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb.* et vt Parii *MS. Voſſ.* 3. et Parum *MS. Leid.* 2. *dein* detererentur *Ed. Iens. Med.* — 8. accuſatus eſt ergo *MS. Dan.*

*venit in opinionem etc.*] Magno autem aduerſus ſubitos eiusmodi et inexſpectatos caſus praeſidio eſt crebra ac diligens lectio hiſtoriarum: quae paene ſola praeſtat, *ne quid ex his, quae eueniunt, ſubitum ſit:* vt in re ſimili loquitur Seneca de tranquillit. animi cap. 11.

*claſſiariis regiis*] Cod. Dan. *claſſ. Regis;* vt infra 2, 3. 2. *Regis* autem, intellige Perſarum. nam Reges Perſarum non ſolum a ſuis, ſed etiam a graecis et rom. ſcriptoribus nunc *μεγάλοι βασιλεῖς*, et *magni reges*, nunc abſolute *reges* dicebantur.

4 *Milt. timens, ne claſſis reg. aduent.*] Aliam cauſſam, cur Miltiades receſſerit, tradit Herodot. Eratone extrema. Vid. Edw. Simſonis Chronic. Catholic. Parte 4. p. 24.

*incenſis operibus*] Vallum enim ex ſudibus et turribus conſtabat. Ne quis cum Magio vineas, teſtudines et machinas bellicas intelligi putet.

5 *Accuſat. ergo*] In Cod. Dan. plenius legebatur: *Accuſatus eſt ergo.*

*proditionis*] Trogus Pompeius aliter memoriae prodidit, quod ex Iuſtino intelligas, qui Miltiadem ob *crimen peculatus* in carcerem coniectum narrat 2, 15. 19. Equidem et Seneca Controu. lib. 9, 1 eiusmodi problema proponit, *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus deceſſit.* Et ſane non aberrant. Miltiades enim pecuniam publicam in vſus ſuos cum perfidia vertebat. Id directe factum ſit, an per obliquum, nihil refert, niſi quod crimen augeat. Damnatus vtique huius praecipue criminis eſt, dum, *quantus in claſſem factus eſt ſumtus*, litem redimere debuit. Vnde Herodotus 6, 136 ſcribit, mulctam ei irrogatam fuiſſe *κατὰ τὴν ἀδικίαν*, quod interpretor *iuxta damnum perfide datum.* Haec Rauius. Cuius ſententia et eo videtur confirmari, quod proditionis accuſati ſtatim ab accuſatione in vincula coniiciebantur; conuicti autem, morte luebant, nec intra fines Atticae ſepeliri poterant; vt docet Petitus Comment. ad leg. Attic. lib. 7 tit. 4 p. 562. Quorum nihil Miltiadi factum eſt. Nam neque capitis damnatus, et poſtea demum, quam pecunia multatus erat, in vincula coniectus eſt.

infectis rebus [9] [10] diſceſſiſſet. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. [11] Itaque quoniam ipſe [12] pro ſe dicere non poſſet, verba pro eo [13] fecit frater eius Tiſagoras. [14] Cauſſa cognita, capitis abſolutus, [15] 6

9. omnibus *MS. Leid.* 2. — 10. rebus a pugna *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 1. *Stau.* 1. *abſunt vnci.* [*Wetz. Ith. Bipont. Schmied.*] *ſed vocc.* a pugna *non leguntur in MS. Dan. Mendos. Leid.* 2. *Boecl. Voſſ.* 2. [*et, quia durius* pugna *ponitur pro* oppugnatione, *de qua ſermo eſt, omiſi* a pugna *cum Stau. in ed. min. et* 2. *mai. Harl. Brem. Tzſchuck.* 1. 2. *Pauſl. add. Oudendorp. ad Iul. Caes. VI. B. G. cap.* 12. *et Stau. in nou. miſc. Obſſ. tom. V. p.* 524 *ſq. Sed ea vocc. vncinis incluſit Bos.* 2. *Heus. vero et ea retinenda putauit et vncin. omiſit.*] *In MS. Ax.* [*et Thott.*] *erat* a rege diſceſſit. — 11. acceperat *etiam MS. Dan. Giſ. Put. Sau. Ed. Lamb.* [*et recentiores.*] *Sed* ceperat *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald.* coeperat *Ed. Long.* — 12. ipſe *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Axen. aberat:* [*et Heus. id a grammaticis forſan adiectum putat. ſed Tzſchuck. id voc., indicat, deſiderare orationis concinnitatem propter oppoſitum* Tiſagoras. *Idem Tzſchuck., cuius not. ad min. edit. conferes, pro* quoniam, *quia extra obliquam orationem rarius cum coniunctiuo ponatur, coniicit* quum iam, *et antea Kappius coniecit, ſcriptum fuiſſe* quom, *id eſt,* quum. *Heus. tamen et Bremi tuentur* quoniam, *compoſitum ex* quum, cum *et* iam.] — 13. pro eo *MS. Leid.* 1. *Ax. Boecl. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. aberant. Heuſing. ideo incluſit vncinis.* — 14. Iſagoras *MS. Boecl. Ax.* Dixagoras *MS. Long.* Sagoras *MS. Dan. Mendos. Voſſ.* 1. 2. 3. Iſagonas *MS. Leid.* 2. Dagoras *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald.* Steſagoras *Ed. Mag. Lamb. Steph. quod probat Longol.* Diagoras *Ed. Vltrai. Long.* — 15. abſoluta *MS. Voſſ.* 3. *dein* mulctatus eſt *Ed. Arg. Paris. Ald. Long. vbique.* [*alii ſcri-*

*a pugna diſceſſ.*] Sic Longolius et Lambinus. ſed ab opt. Codd. Dan. Schotti, Leid. et Boecl. haec verba aberant. quorum auctoritate nixus parentheſi incluſi, vt intelligeret lector ſuſpecta eſſe. Praeterea, vt recte Gebhardus, quibus blanditur iſta lectio, iis demonſtrare incumbebat, *pugna* ſignificari quoque oppugnationem. [vid. V. L.].

*vulnerib. quae in oppugn. opp. acc.*] Aliam morbi cauſſam refert Herodo. l. 6. c. 136.

*verba pro eo f.*] *Pro eo* aberat MS. Leidenſi.

*Tiſagoras*] Mire variant libri. Vulgati *Diagoras*. MSS. Dan. et Schotti *Sagoras*. Longolii *Dixagoras*. Boecleri *Iſagoras*. Herodotus lib. 6. et Thomas Magiſter in voce τίθη, *Steſagoram*

pecunia multatus eſt. eaque lis quinquaginta talentis aeſtimata eſt, quantus in claſſem [16] ſumtus factus erat. Hanc pecuniam quod ſoluere in praeſentia [17] non poterat, in vincula [18] publica coniectus eſt, ibique diem obiit ſupremum.

*bere malint id voc.* mulcatus. *v. Gruner ad Vellei. Paterc. II. c. 70. p.* 300.] — 16. in claſſes *MS. Dan. Leid.* 2. [*idque non omnino improbat Stau. ad min. ed.* claſſes *enim pro nauibus ponuntur. ſed ad vtramque mai. ed. probare videtur* claſſem.] *dein* ſumptus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. vbique.* — 17. in praeſentia *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. 3, [*Tzſchuck.* 1.] *abſunt.* [*et Stau. in not. ad* 3. *ed. contra Heus. acriter dimicans ea extrudenda cenſet.*] *ſed legebantur in MS. Mendos. Gif. Dan. Boecl. Leid.* 2. *Put. Sau. Ox. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Bos.* 2. *Heus.* [*Tzſchuck.* 2. *Harl. et recent. nam ſenſus adiuuatur.*] *Mox* potuerat *Ed. Mag.* — 18. vincla *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. dein* eſt *aberat MS. Leid.* 2.

vocant, quod nomen etiam heic repoſuit Longolius, ſuffragante Lambino. Rectum eſt *Tiſagoras*, quod e Libanio in Oratione Cimonis pro Miltiade reduxit Rutgerſius I. Varr. Lectt. 9. Et ſic quoque Scholiaſtes Ariſtidis Cimonis Coalemi patrem, Miltiadis auum appellat, quem Herodotus pariter *Steſagoram* vocat, lib. eod. p 392. Porro idem Rutgerſius erroris accuſat Noſtrum, quod ex Herodoto conſtet, Tiſagoram multo ante, quam Miltiadi hoc acciderit, obiiſſe. Sed vide not. ad illa 1, 1. 1. *Cimonis filius.*

6 *Capitis abſolutus*] Amicis cauſſam eius agentibus, et beneficia, quibus patriam obſtrinxerat ſibi, commemorantibus. Herodot. 6. c. 136. Nam alias ordinaria proditionis poena, vt paullo ante diximus, mors erat.

[*lis*] *litem aeſtimare* eſt pecuniam, de qua *lis* fuit, et propter quam reus condemnatus eſt, in ſummam redigere. Si atticum talentum aequat 1279 thaler. quinquaginta talenta efficiunt ex noſtra computatione 63, 975 thal. apud Boſium autem in ind. 30,000 coronat. contra Wetzel. ſcribit, 50 talenta efficere noſtrae monetae fere 68,000 thal.]

*in claſſem*] Cod. Dan. *in claſſes.*

*hanc pec. quoniam ſolu. in praeſentia non pot.*] Sic praeter MSS. Sauaroni et Schotto inſpectos, etiam Dan. et Boecl. hancque lectionem omnino veram et genuinam eſſe, contendebat Rauius. Nam ſi cum Longolio et Lambino, quos ea in re plerique omnes recentiores ſequuti ſunt, illud *in praeſentia* omittas, verba Nepotis neque morem populi Athenienſium exprimere, et ſenſu falſa eſſe. Non enim, inquit, putes carcerem cum mulcta commutaſſe, vt, quia ſoluere Miltiades non poſſet, poenam ciuibus ſuis corpore et in vinculis dederit. Siquidem et poſt parentis cuiuscunque, qui aerarius factus erat, et huius ipſius Miltiadis, obitum liberi adhuc eadem mulcta

VIII. Hic etſi crimine Pario [1] eſt accuſatus, tamen alia fuit cauſſa damnationis. Namque [2] 1
Athenienſes propter Piſiſtrati [3] tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, omnium ſuorum [4] ciuium potentiam extimeſcebant. Miltiades multum in [5] 2
imperiis magiſtratibusque [6] verſatus non videbatur

1. Pariio *MS. Leid.* 2. — 2. nanque *Ed. Ald. Lamb.* naque *Ed. Paris.* namque *Ed. Med. Arg. Steph. Gebh.* [*Harl. Tzſchuck. et ego recepi, quia ſequitur vocalis. Vulgo* nam.] — 3. Piſyſtrati *Ed. Arg.* — 4. ciuium ſuorum *MS. Dan.* — 5. in *aberat MS. Leid.* 2. *Ox. Voſſ.* 2. *Boecl.* — 6. magnisque *MS. Giſ. Dan. Boecl. Leid.* 2. *Ox. Voſſ.* 2. *Struchtmeier pag.* 51. *animaduerſſ. critic. coniicit* magnisque magiſtratibus: *inepte. Nam numquam dicitur* magnus magiſtratus. *et opponitur* priuatis. [*Oudendorp. ad Stau. ed.* 3. *ſuſpicatur excidiſſe forte* iudiciis. *At nihil mutandum eſſe, iam viderunt Heuſing. et alii recentiores interpretes.* Magnis *in codice, ex quo alii fluxerint, per compendium ſcribendi, aut quoniam mediae ſyllabae fuerint oblitteratae deletaeve, pro* magiſtratibus *ortum videtur.*]

tenebantur, vtut carceres parenti fuiſſent perpetui. Non enim, quod ſciendum, *in poenam* dabantur, ſed *in cuſtodiam*, vt aperte in Cimone c. 1, 1 dicitur, atque ad ſolutionis maturandae neceſſitatem. Plutarchus quoque ſcribit in Cimone, Miltiadem πρὸς τὴν ἔκτισιν εἱρχθέντα, *vt ſolueret, abreptum.* Haec ille.

[*obiit ſupr.*] Miltiadem ex putrefacto femore obiiſſe, narrat Herodot. VI. 136.]

1 *Quae paucis annis ante fuerat*] Deſiit enim, vt e Thucydide colligitur, anno viceſimo ante pugnam Marathoniam, quum Hippias, Piſiſtratidarum vltimus, vrbe pelleretur, decretumque in eum, omnesque Piſiſtratidas acerrimum fieret. Vid. Meurſ. Fortun. Att. c. 10 et in Piſiſtrato c. 20, Petau. in Paralipom. ad lib. 10 de doctr. temp. p. 856 et Part. 2 Rationar. temp. lib. 3, 9: qui et prolixe disquirunt, quam diu tyrannis haec durauerit. Marmor tamen Arundellianum, cuius ſupra ad 1, 5. 5 mentio facta, eiectionem Piſiſtratidarum XXI annis pugna Marathonia antiquiorem facit. V. Selden. Canon. Chron. p. 103. [add. Schlegel l. c. p. 106 de temporis ordine, et Periz. ad Ael. V. H. libr. III. c. 21 nr. 3.]

*omnium ſ. ciuium pot. extimeſc.*] Similiter Ariſtides orat. pro Quatuor viris: *Videntur mihi* (Athenienſes), *quum calamitates eas, quas ſub Piſiſtratidis perpeſſi erant, cogitarent, neminem praeferri ceteris voluiſſe, ſed aequali omnes poteſtate eſſe.* Plura de hac re ad 1, 8. 4.

2 *Multum in imperiis magiſtratibusque verſ.*] Codd. Giſ. Dan. et Boecler. *imperiis magnisque.* Id ſi non compendio, ſed integre ſcriptum, *rebus* exaudiendum, ait Schottus. Sed de compendio ſecurus eſſe poterat. quis enim vnquam hanc

poſſe eſſe priuatus, praeſertim quum conſuetudi-
3 ne ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Cherſoneſi [7] omnes illos, quos habitarat, annos perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannusque fuerat adpellatus, ſed iuſtus: non erat enim vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate; eamque poteſtatem bonitate retinuerat. [8] Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, [9] qui poteſtate ſunt perpetua in ea ciuitate, quae [10] libertate vſa eſt.
4 Sed in Miltiade erat [11] quum ſumma humanitas, tum mira communitas; [12] vt nemo tam humilis

7. Cherſoneſſo *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. Cherſoneſo *Ed. Iens. Med. Arg. Paris.* — 8. retinebat *MS. Leid.* 2. *Boecl. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.* — 9. et dicuntur tyranni et habentur *MS. Dan.* [*quam lectionem ſuauiorem equidem praeferrem.*] et dic. et hab. tyr. *MS. Ax.* — 10. quae *MS. Voſſ.* 3. *aberat.* — 11. erat *aberat MS. Voſſ.* 2. *Ax. dein* tum ſumma *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Edit. Paris. Ald.* — 12. comitas

vocem ſic abbreniauit? Neque tamen ideo *rebus* ſubaudiendum eſt. Nec enim ita ſolet Nepos, nec fortaſſe priſcorum alii. Et tamen vulgatam lectionem a mala manu eſſe, vix dubito. Neque enim crediderim, librarios in tot codicibus pro notiſſima ac plani apertique ſenſus voce aliam ſuppoſuiſſe. Praeterea Nepos, niſi me omnia fallunt, potius dixiſſet *imperiis ac magiſtratibus.* Cogitabam igitur: *in imperiis magnis verſatus.* Sed vnde copula irrepſiſſet, quae omnes libros, manu typisue deſcriptos, occupat? Tentabam etiam: *multis in imperiis magnisque verſatus:* quomodo 9, 3. 1 *multa magnaque merita.* et 18, 2. 4. *multas ac magnas pollicitationes* coniunxit. Sed neque hoc placuit, cum recordarer illius, quod 2, 1. 3 legitur: *multum in iudiciis priuatis verſabatur.* Nil igitur aliud in praeſenti occurrit, quam vt vel excidiſſe aliquid cenſeam, vel copulam h. l. ἐξηγητικὴν ſiue explanatiuam eſſe; idemque eſſe *in imperiis magnisque,* ac ſi dixiſſet: *in imperiis, iisque magnis.* Etſi hoc duriusculum eſſe non diffiteor. [Cic. in Laelio cap. 17. *qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes amicitiae non anteponant?* ibid. *in honoribus reque publica verſantur. Fiſch. imperia* eſſe militaria forisque; *magiſtratus* ciuiles et domi geſtos, poſt alios bene animadvertit Tzſchuck. ad edit. 2.]

*conſuetudine ad imp. cup. trahi vid.*] Vide Liuium 2, 2 et 4, 24, Iuſtin. 31, 1. 8. E iunioribus Caſaub. ad Suetonium Iul. 30, Bodin. de Rep. 4, 4, Forſtner. ad Annal. 2 Taciti p. 140 et ſeqq.

4 *Comitas*] Vide Ariſtot. 4 Polit. 11 et Boeclerum noſtrum ad Herodi. 1, 2. 5.

*comitas*] Ita praeter vulgatos omnes, MSS. plerique. Giſanius tamen in obſeruat. Ling.

eſſet, cui non ad eum aditus pateret: magna aucto-

*MS. Put. Sau. Ed. Iens. Ald. Long. Lamb. [Bos. in contextu, Stau. Heus. Ith, (qui id voc. in not. late explicat, defendit et vertit Dienſtgefälligkeit,) Bipont. Tzſchuck.* 1. *Harl. (cuius not. conf.) et al.]* *Sed* communitas *MS. Mendos. Dan. Voſſ.* 1. 3. *ſed in marg. Voſſ.* 1. 3. *eadem manu ſcriptum erat* al. comitas. *MS. Gif.* comiutas. [*quae lectio, licet praua, iuuat noſtram. Atque*] communitas *probat Cleric. art. crit. vol.* 2. *p.* 128. [*ſ. part. III. ſect.* 1. *cap.* 7. §. 7. *p.* 86. *ed. Lips. nec non Scheffer. in ep. VII. ad Nic. Heins. in Sylloge epiſtol. Burm. tom. V. p.* 9. *ac receperunt in textum Heinr. atque Tzſchuck. in ed.* 2. *probauitque Wetz. in not. vid. etiam Gruner, (qui in noſtro loco* communitas *ſcribere iubet) et Tzſchuck. ad Eutrop. VIII. cap.* 5. *p.* 548. *inprimis de ſollemni vtriusque voc. commutatione. Quare, quum etiam voc.* communitas *a librariis facilius in* comitas, *quam hoc voc. in illud mutatum fuerit, et difficilior lectio praeferri ſoleat faciliori, reſcripſi* communitas. *add. not.*]

Lat. p. 40, Schottus, et P. Daniel in not. ad h. l. e ſuis codd. malunt *communitas*: quomodo legendum, et Puteanus coniecerat. Confirmant autem hanc lectionem cum auctoritate Terentii, Suetonii, Seruii, ac Caecilii, quibus *communis* idem eſt ac humanus, et qui aequaliter omnibus ſe impertit; tum quorundam Graecorum, a quibus κοινὸς eodem ſenſu vſurpatur. [Iſocr. ad Demon. p. 8. ed. Bat. τοῖς φίλοις κοινός. *Fiſch.* quem etiam conf. in ind. ad Theophr. voc. κοινός] Ac Terentii quidem Heaut. 5, 1. 39 hoc eſt in quibusdam libris: *Quemquam animo tam communi eſſe aut leni putas, Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam?* Suetonii vero Claud. c. 21 in omnibus tam editis, quam manu exaratis: *Nec vllo ſpectaculi genere* COMMVNIOR *aut remiſſior erat; adeo vt oblatos victoribus aureos, prolata ſiniſtra* PARITER CVM VVLGO *voce digitisque numeraret, ac hortando rogandoque ad hilaritatem homines prouocaret,* DOMINOS *identidem appellans, immiſſis interdum frigidis accerſitisque iocis.* Seruii autem in comm. ad illud Aeneid. 8, 275 *Communemque vocate deum: Alii* COMMVNEM, *humanum, beneficum,* φιλάνθρωπον. *Vnde et* COMMVNES *homines dicimus.* Caecilii denique Cratino, Priſciano extremo lib. 6 laudatum: *Modo ſit obſequens, hilaris, comis,* COMMVNIS, *concordis, dum id, quod petit, potitur.* E Graecis praeter Phocylidem, Demoſthenem περὶ στεφάνου, Iſocratem in Euagora, et Xenophontem I hiſt. Graec. laudant Etymologicon Magnum, cui κοινὸς eſt, ὁ εὔκολος γινόμενος πᾶσι. Sauaro tamen ambigebat, num receptum ſit hoc nomen in ea ſignificatione apud Latinos auctores. Gebhardus erratum amanuenſium putabat. Rauius, etſi fatetur, recte Giſanium et P. Danielem ſuas lectiones interpretari: τὸ *comitas* tamen omnino retinendum cenſet. Ex ipſo equidem, inquit, quem adducunt, Seruio patet, iam ante ab auctore noſtro dictum eſſe quod *communitate* ſignificari iſti volunt. Eſt enim Seruio *communis* idem quod *humanus* et *beneficus*;

ritas apud omnes ciuitates, nobile nomen, laus rei

ad 8 Aen. *Communemque vocate deum* etc. Atqui de *humanitate* et *bonitate* iam dictum erat. Porro *communitas* iſta non facile aliud, quam *ciuilitatem*, principis ſcil. virtutem in libera Republ. et quam Cicer. Fin. 3, 20 *communitatem* vocat *ciuilem*, ſcil. τὴν ἐπιείκειαν, ſignificaret. Quo pacto differt adhuc a *comitate*. Hanc enim Gloſſae exponunt φιλοφροσύνην, εὐπροσηγορίαν, tanquam ornamentum *communitatis ciuilis*. *Communitas* enim rebus magis et iure, tanquam veriſſimis Aequalitatis characteribus et praecipua ſui ipſius nota; *Comitas* autem verbis ac morum facilitate, in vulgus cum primis, quod externa tantum aeſtimat, ſpectatur. Sane *communitas* poteſt triſtior paullo, ac ſeuera eſſe, vt et de Bonitate iudicabat D. Hieronymus (in c. 5 Epiſt. ad Galat.); *comitas* vero iucunda ſemper et delectabilis eſt; illa ius ſuum; haec decus prenſat. Tandem, apud Principem viuum, potiſſimum in molli aditu fandique copia ſpectatur; atque tum bonis auctoribus prorſus ſollemnis *Comitatis* eſſe conſueuit. Haec pro vulg. lectione vir doctiſſimus. Vt ingenue dicam, quod ſentio, nondum adduci poſſum, vt τὸ *communitas* erratum amanuenſium credam. Veriſimilius enim eſt, eos aut pro rarioris ſignificatus vocabulo, quale *communitas* eſt, more ſuo vſitatius repoſuiſſe; aut cum abbreuiate ſcriptum eſſet *coitas*, e compendio hoc, quod etiam Schotto videbatur, τὸ *comitas* natum. Praeterea quod ſubiicitur, *vt nemo tam humilis eſſet, cui non ad eum aditus pateret*, non tam *comitatis* eſt quam *communitatis*. Nam *comem* cum dicimus, facilem quidem et humanum, et φιλάνθρωπον, et affabilem dicimus: non item eum, qui talem ſe omnibus et promiſcue praebeat. Poteſt enim *comis* eſſe etiam, qui tantum erga pares aut paucos humanus eſt. COMMVNIS autem ſiue κοινὸς eum, ſaltem interdum, deſignat, qui nemini praecludit aditum; ſed aequalem ſe omnibus exhibet, et infimis etiam ac humillimis quodammodo parem facit. Quo ſenſu hac voce, praeter Suetonium, loco paullo ante laudato, et alii ſcriptores melioris aeui vſi ſunt: etſi plerumque a librariis aut editoribus in alteram vulgatiorem corrupta eſt. Sic Cicero Cat. mai. c. 17 ait, *Cyrum et ceteris in rebus* COMMVNEM *erga Lyſandrum et familiarem fuiſſe, et ei quendam conſeptum agrum diligenter conſitum oſtendiſſe.* Ita MS. veterrimus Nic. Heinſii. Vulgo eſt, *comem erga Lyſ. et humanum.* Idem 4 ad familiar. epiſt. 9 de Pompeio, amicorum conſilia ſpernente: *An eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe, quam incertis rebus fuiſſet?* Vbi pariter Guilielmius, et e neſcio quo vet. codice Vrſinus, *comem* malebant. Sed recte negabat in not. ad eum loc. ſiue Gruterus, ſiue Gebhardus, margaritum ſe glarea mutaturum. Ouidius quoque Triſtium 4, 4. 39 Caeſaris *communitati* tribuit, quod vilium hominum laudes non ſpernat, ſed, Iouis exemplo, *ſe quolibet ore celebrari ſinat: Ipſe pater patriae (quid enim* COMMVNIVS *illo?) Suſtinet in noſtro carmine ſaepe legi. Nec prohibere poteſt, quia res eſt publica Caeſar, Et de communi pars quoque noſtra bono eſt. Iuppiter ingeniis praebet ſua numina vatum, Seque celebrari quolibet ore ſinit etc.* Ita hunc locum e Cod. Pirckhaimeri reſtituit

militaris maxima. Haec populus reſpiciens, maluit eum innoxium plecti, quam ſe diutius eſſe in timore.



olim Gronouius obſeruat. 2, 12: itaque legi in tribus MSS. ait erudiliſſimus Ouidii ſoſpitator, Nic. Heinſius, cui tamen non placebat, quoniam de *communi bono* mox ſequitur. Quare praeferebat *ciuilius*, quod Gronouio gloſſema videbatur. Sed quid prohibet, poëtam luſiſſe in voce *communis*, quae et publicum, et qui erga cunctos aeque comis eſt, deſignat, adeoque quarto verſu ad primum alluſiſſe? Sed et apud Liuium 4, 10 Quinctius Conſul *concordiae pacisque domeſticam curam iura* INFIMIS *ſummisque moderando ita tenuit, vt eum et Patres ſeuerum conſulem, et plebs ſatis* COMMVNEM (ita MS. teſte Gronouio l. c. vulgo eſt *comem*) *crediderint.* Suetonius Veſpaſ. 22 *Super coenam et ſuper aleas communiſſimus multa ioco tranſigebat.* Sic enim e cod. Viterb. legendum docuit magnus Caſaubonus; cum vulgo legatur *ſemper alias comiſſimus.* Et quid aliorum auctoritates conquirimus? Ipſe Nepos infra 25, 3. 1 de Attico: *Sic*, inquit, *ſe gerebat, vt* COMMVNIS INFIMIS, *par principibus videretur.* Imitatus hoc Petrus Chryſologus recentior ille quidem, ſed tamen priſcae elegantiae adſectator, ſermone 136 *Habet hoc Adelphi plena pietate dignatio, vt diues pauperis intret hoſpitium, pauperis ſe ponat ad menſam, vt humilibus ſe faciat communem, quem diuitiae, poteſtas, honor, ſecit et reddidit ſingularem.* Sidonius item Apollinaris eiusdem ſaeculi ſcriptor, et pariter veteris elegantiae ſtudioſus; cum lib. 7 epiſt. 9 Simplicium *in ſermone communem* (ſic enim e MSS. edidit Sauaro) *in contubernio aequalem;* et lib. 8 epiſt. 13 Nouetium, ſeu, vt Sirmondus, Nonnechium, *ſine popularitate communem* dixit. Satis, vt opinor, hinc apparet, Latinis ſcriptoribus, (de quo ambigebat Sauaro, Faërnus plane negabat,) *communem* dici, qui tanquam aliquis e vulgo ſe gerit, et ſe inferiores, imo infimum quemque et humillimum, comiter habet, compellat humaniter, dominos adpellat, in conſilium adhibet, iocis recreat, ab iis celebrari laudarique ſe ſinit, aeque illis ac dignioribus iura moderatur, hoſpitia eorum intrat, menſis adſidet, denique nemini eorum aditum ad ſe praecludit: adeoque et *communitatem*, aeque ac comitatem, verbis ac morum facilitate in vulgus ſpectari; aeque iucundam ac delectabilem eſſe; aeque molli aditu fandique copia cenſeri; aeque a bonis auctoribus, principibus viris tribui ſolere; denique non minus, quam *comitatem*, ab *humanitate*, cuius illa veluti ſpecies eſt, diſtingui: eoque haud inepte a Nepote ſubiungi. Quare nil cauſae video, cur ea vox hoc loco reiici debeat: praeſertim, cum in optimis aliquot codicibus reperiatur. [Henſing. tamen, ſe neſcire, ait, quis *communitatem in aliquo eſſe* vsquam dixerit; cui quidem reſpondit Tzſchuck. ad ed. 2. illam loquutionem, quum in virtute ponatur, offendere haud poſſe. Ego vero in hac reſponſione non acquieſcerem, et lubentius iſtam formulam ad ſingularia Cornelii referrem.]

*reſpiciens*] In MS. Sluiskenii, teſte Keuchenio, ſuit *aſpiciens.*

# II. THEMISTOCLES[1]

## [ARGVMENTVM

*Cap. I. Adoleſcens liberius viuit. Exheredatus reipublicae ſe dedit. II. Clarus Corcyraeo et Perſico bello. Interpretatur oraculum de muris ligneis, in bello Perſico II. ad ſeruandos ciues eorum. III. Secundum proelium ad Artemiſium. IV. Dolo Xerxem vincit iuxta Salamina. V. Callido nuntio Graeciam liberat. VI. Piraei portum et muros Athenarum exſtruit. Lacedaemonii repugnant. VII. Lacedaemonios arte deludit eosque reprehendit. VIII. Oſtraciſmo in exſilium eiectus, varia fuga agitatur. IX. Ad Artaxerxem litteras dat ſalutis cauſſa. X. Multis muneribus ab eo ornatur. Magneſiae moritur.]*

1 THEMISTOCLES NEOCLI[2] F. ATHENIENSIS. Huius vitia ineuntis adoleſcentiae magnis ſunt

1. Themiſtoclis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald.* — 2. Neocli *MS. Gif. Dan. Put. Sau. Mendos. Voſſ.* 1. 2. 3. [*Ed. Stau. Heuſ. Ith. et al.*] *recte. v. Priſc.* 6. *p.* 192. *Quinctil. I.* 5. *p.* 53. *Victor. in Cic. caſtigatt. p.* 46. *Lugd. A. Gell. IX.* 5. Hierocli Stoici, *vbi v. Iac. Gron. Corn. VII.* 2, 1. *MS. Dan. etc.* Pericli *et XVII.* 1, 2. Procli. *Sed* Neoclis *MS. Ernſt. Ed. Ald. Mag. Long. Steph.*

Multa de Themiſtocle ſuppeditabunt Epiſtolae, quae ſub eius nomine circumferuntur, primo a Ioh. Matth. Caryophilo Graece, poſt cum translatione Lat. ab Elia Ehingero [et I. C. Bremer, Lemgou. 1776. 8.] publicatae. De quibus tamen viri docti dubitant, genuinae ne ſint, an a Graeculo quodam confictae. Effigiem e gemma anulari habes inter Imagines Vrſini num. 141. Paullo diuerſam exhibet numus meus, his circum litteris: ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. In poſtica parte Victoria prorae nauis inſiſtens, dextra palmam, ſiniſtra lauream tenens, cum litteris: ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ. Encomium eius reliquit nobis Ariſtides Rhetor.

1 *Themiſtocles Neocli F. Athenienſis*] Haec verba Gebhardus titulum vitae huius conſtituere cenſebat; ipſam autem vitam ab illis demum verbis, *Huius vitia etc.* incipere. Idemque et in Alcibiade, Timotheo, Chabria, Epaminonda, Eumene, Timoleonte, et Hannibale tenendum ait. Nihil tamen ſine librorum auctoritate immutare voluimus. [Pauſan. VIII. 52. *Fiſch.*]

*Neocli*] Vide Voſſium de Analogia 2, 9. Eſt autem haec lectio meliorum codicum; vt Gif. Dan. Put. Sauar. Schotti. nam in aliis eſt *Neoclis*: quomodo mox ſ. 2. *Neocles.*

*magnis ſunt emend. virtut.*] Aliorum exempla, qui vitia ado-

emendata [3] virtutibus: adeo vt anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio eſt 2 ordiendum. [4] Pater eius Neocles [5] generoſus fuit. Is vxorem Acharnanam [6] ciuem duxit, ex

[*Tzſchuck.* 1, 2. *Wetz.*] et filius *ed. Long. vbique* [*Heinr. Wetz. Tzſchuck. Bipont. Pauſl.*] *dein* vicia *Ed. Arg. vbique.* — 3. emundata *MS. Voſſ.* 1. *ſed ſupra notatum erat* emendata. — 4. ordiendus *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. — 5. Neoclus *MS. Gif. Dan. Mendos. Voſſ.* 3. *Ed. Gebh. Keuch. Patau. male.* — 6. Acharnanam *MS. Ernſt. Bau.* 1. 2. *Ax. Ed. Arg. Bos.* 2. *Boecl. Heus.* [*Wetz. Ith. Heinr. Bip.*] *Sed* Acarnanam *MS. Trin. Mendos. Sau. Gif. Put. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Paris. Gebh. Keuch. Long.* Ariananam *MS. Leid.* 2. Archanam *MS. Ox. Voſſ.* 2. Acarnaniam *MS. Voſſ.* 3. Halicarnaſſiam *Ed. Ald. Lamb. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. [*qui in not. ad* 2. *ed. mai. ſuſpicatur cum Buchnero* Carinam, *e Caria oriundam. conſ. Plut. in vita Thucyd. c.* 1. *Tzſchuck.* 1. 2. *qui, quoniam, ait,* Acharna *tribus eſt Atticae, fruſtra adiecisſet ciuem, nec, putat, terminationem* Acharnanam *niti auctoritate. In lectione* Acarnanam, *ex Acarnania, Epiri provincia, voc.* ciuis *alienum et falſum eſt. v. etiam not. in Harl. ed. Quia autem plerique matrem eius faciunt* Threſſam, *Tzſchuck. ad ed.* 2. Adraniam *coniecit.* Ἀδράνη *enim vrbs Thraciae Stephano.*]

leſcentiae magnis virtutibus emendarunt, habes ap. Valer. Max. 6, 9, Macrob. 2, 9 etc. Vid. et Cicer. Orat. pro Coelio c. 12.

2 *Neocles*] MSS. Gif. Dan. Sch. *Neoclus.* quod etſi omnino reiicere non auſim; potuit tamen e praeced. *Neocli*, errore librariorum, naſci.

*Acharnanam*] Sic MS. Ernſt. et, teſte Schoppio Veriſimil. 1, 20, p. 70. duo Bauarici. Longolius, Magius, Sauaro, Schottus, e ſuis laudant *Acarnanam*, ſine adſpiratione. Id primus, vt opinor, Aldus in *Halicarnaſſiam* mutauit; haud dubie, quod apud Plutarchum legerat, Neanthem patriam matri Themiſtoclis Halicarnaſſum Cariae adtribuere. Eaque lectio et Magio probatur, qui putat, τὸ *Halicarnaſſiam* ex ſoni ſimilitudine facile potuiſſe ab imperitis librariis in *Acarnanam* verti. Sequutus hos Lambinus, et plerique editores reliqui. Longolius, Phaniae apud eundem Plutarchum fidem ſecutus, *Carinam* legit: ſuffragante Schotto. Nobis in tanto librorum conſenſu religio eſt a priſca lectione diſcedere: praeſertim, cum inter ipſos ſcriptores de ea re non conueniat. Nam fuere etiam, qui matrem Themiſtoclis *Threſſam* dicerent. Neque minus in nomine diſcrepant. Nam qui Threſſam faciunt, *Abrotonum;* qui Carinam, *Euterpen* vocant. Vid. Plutarch. Themiſt. pr. et Athenaeus 13, 5. Ceterum *Acharnanam* malo, quam *Acarnanam*. Nam ab Acarnania, vicina Epiro provincia, gentile nomen femininum non eſt *Acarnana*, ſed *Acarnanis*. Stephanus περὶ πό-

qua natus eſt Themiſtocles. qui cum minus eſſet probatus parentibus, quod et liberius [7] viuebat, et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus eſt.

7. liberius viueb. *MS. Dan. Gif. Boecl. Leid. 2. Bau. 1. Ax. Ed. Vltrai. et probat Schopp. Veriſſ. I. cap. 20.* [*p. 70. Edd. Heus. et recentt.*] *Sed* liberius iuſto viu. *MS. Voſſ. 1. 3. Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Ab MS. Voſſ. 2. et τὸ* iuſto, *et τὸ* liberius *aberat. Dein* rem ſuam famil. *MS. Voſſ. 3. et* exhaered. ***Ed. Iens. Med. Paris. Ald. Mag. Long. vbique.***

λεων in Ἀκαρνανία· τὸ ἐθνικὸν, Ἀκαρνὰν, καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀκαρνανίς. Praeterea, quomodo *ciuem* dixiſſet, quae ex Acarnania orta? *Acharnanam* vero dictam puto ab Acharna; vt *Spartana* a Sparta etc. Erat autem Acharna ſiue Acharnae δῆμος Atticae frequentiſſimus, tribus Oenëidos, circiter LX ſtadiis Athenis diſtans. Vid. Thucyd. l. 2, Pauſanias Atticis, Stephanus περὶ πόλεων, et e iunioribus Meurſius lib. de populis Atticae p. 18. Huius incolae, pariter ac reliquorum demorum, ciues Athenienſes, immo, vt Thucydides loquitur, magna pars ciuitatis, erant. Itaque Noſter mulierem inde ortam *ciuem* dixit, Atticam puta: credo, vt Themiſtoclem γνήσιον Athenarum ciuem fuiſſe indicaret, non νόθον, vt Plutarchus voluit. Γνήσιοι enim ciues ii ſolummodo habebantur Athenis, qui vtrumque parentem ciuem habuiſſent: qui vero matre peregrina nati erant, νόθοι habebantur, nec vllo cognationis iure gaudebant: de quo Ariſtot. VI Polit. 4, et prolixe Sam. Petitus Comment. ad leg. Attic. lib. 2, 4 et lib. 6, 1. [De Them. matre v. Perizon. ad Ael. V. H. XII. 43. nr. 15. add. Stauer. not. in 2. mai. ed.]

*parentibus*] Schottus mallet *parenti*, et mox deleri *a patre*. nam patrem, inquit, potiſſimum offendit, vt exheredauerit abdicaueritque filium, quae res matrem ad laqueum adegit. Et verum eſt, Plutarchum, Aelianum, Valerium Max. aliosque ſolius patris mentionem facere. Neque tamen idcirco apud Noſtrum quicquam mutandum.

*liberius viuebat*] In quibusdam MSS. et edd. poſt *liberius* additur *iuſto*: ſed aberat opt. libris Dan. Gif. Boecl. Leid. et Bauar. antiquiore.

*exheredatus eſt*] *Abdicationis* verbo hac in re vſi ſunt Seneca Controuerſ. 1, 8 et Valerius Max. 6, 9 ext. 2. [vbi vid. Torren. p. 612. ſq.] qui et *matrem ſuſpendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam* ait. Apud Aelianum Variar. 2, 12 eſt ἀποκηρυχθεὶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, eademque voce et Suidas in ἀνεῖλεν et ἀποκήρυκτον vſus. Plutarchus quoque ἀποκήρυξιν vocat. Ἀποκήρυξις autem idem eſt quod *abdicatio*, vt paret e L. 6 C. de patr. poteſt. Inter cauſſas autem abdicationis apud veteres fuiſſe vitam liberiorem et prodigalitatem, cognoſcimus e Seneca Controu. 1. 8 et 9. Quinctiliano Declamat. 279 et 290, ac Luciano in Abdicato. De abdicatione Athenienſium plura Petitus 2, 4. p. 157 et ſeqq. vbi inter alia ex Hermogene docet, abdicatos non fuiſſe bonorum paternorum participes. Atque hinc fortaſſe eſt, quod Nepos Themiſtoclem *ex-*

Quae contumelia non fregit eum, ſed erexit. 3
Nam quum iudicaſſet, ſine ſumma induſtria non
poſſe eam exſtingui, totum ſe dedidit [8] reipubli-
cae, diligentius amicis, famaeque ſeruiens. Mul-
tum in iudiciis priuatis verſabatur, [9] ſaepe in
concionem populi prodibat, nulla res maior ſine
eo [10] gerebatur, celeriterque, quae opus [11] erant,
reperiebat. Neque minus in rebus gerendis 4

8. dedidit *MS. Giſ. Dan. Mendoſ. Leid. 2. Ed. Ienſ. Med. Paris. Keuch.* [*Boſ. 2. Harl.*] *Lond.* [*et legere iuſſit Stau. in nou. Obſſ. miſc. T. VI. p.* 528. *Edd. Tzſchuck. Wetz.*] *Sed* dedit *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl.* [*Boſ.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. *Heuſ. Ith. Heinr. Bip.*] — 9. verſebatur *MS. Voſſ.* 1. *ſed a manu ſec.* verſabatur. — 10. ſine illo *MS. Dan. Ed. Steph. Gebh. Mag. Long. dein* regebatur *Ed. Arg. Long. Ingolſt.* — 11. celeriter quae opus *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Arg.* erat *MS. Voſſ.* 3. *Poſt* reperiebat *MS. Dan. Leid.* 1. *Ed. Vltrai. Gebh. Keuch. addunt*, facile eadem oratione explicabat. [*Sed ad gloſſam iure ablegant ea vocc. Tzſchuck. et antea Kapp. in Harl. opuſcul. p.* 460. *ac Stauer. ad ed. 2. mai.*]

*heredatum* ait. Add. not. Ernſtii. Ceterum iſtam Themiſtoclis abdicationem, matrisque eius ſuſpendium Plutarchus figmentum exiſtimat. [Themiſtoclem non exheredatum fuiſſe, colligit Perizon. ad Ael. V. H. libr. X. cap. 17. quoniam, illum, antequam rempubl. adminiſtrare coepiſſet, tria talenta habuiſſe, tradat Aelianus. Add. Plutarch. in vita Themiſt. cap. 2 et 3. vol. I. p. 439 ſqq. ed. Reiske.]

3 *Quae contumelia*] Magna enim contumelia erat, quod abdicatus paterna familia excidebat, publiceque per praeconem pronunciabatur, patrem negare hunc filium ſuum eſſe amplius. Vid. Petit. l. c. p. 158. Vnde et apud Senecam Contr. 1, 8 Themiſtocles dicitur *abdicationem virtute deleuiſſe*, tanquam inſignem maculam. add. not. Ernſt.

*non fregit eum, ſed erexit*] Similiter Curtius 7, 2. 38 de cohorte ſeorſim a ceteris ignominiae cauſſa tendere iuſſa: *Incitabat virtutem ignominiae demendae cupido.* Vbi plura Freinshemius et Loccenius.

*totum ſe dedidit reip.*] Sic MSS. Giſ. Dan. Sch. venuſtius, quam vulg. *dedit.* De re vide Aelian. 2, 12 et Plutarch. in Vita p. 112.

*nulla res maior ſine eo gerebatur*] Sic meliores libri. quomodo Curtius 7, 2. 33 de Parmenione: *Rex ſine illo nihil magnae rei geſſerat.* Reliqui: *regebatur.*

*reperiebat*] MSS. Dan. Leïd. et Editio Vltraiectina addunt, *facile eadem oratione explicabat:* iudicio Schotti et Gebhardi recte. tale enim aliquid deſiderari, cum et prudentiae iuxta et eloquentiae laude viguerit Themiſtocles. Vide infra 3, 1. 2 et Cicer. in Bruto c. 7. [conf. Stau. in 2. ed. mai.]

promtus, quam excogitandis, erat: quod et de inſtantibus, vt ait Thucydides, veriſſime iudicabat, et de futuris callidiſſime coniiciebat. [12] Quo factum eſt, vt breui tempore illuſtraretur.

1 II. Primus autem gradus fuit capeſſendae [1] reipublicae bello Corcyraeo: ad quod gerendum praetor a populo factus, non ſolum praeſenti bello, ſed etiam reliquo tempore, ferociorem [2] red-
2 didit ciuitatem. Nam quum pecunia publica, [3] quae ex metallis redibat, largitione magiſtratuum

12. Neque minus — coniiciebat. *Hunc ordinem verborum ſervant MSS. et edd. noſtri omnes,* [*etiam recentiores.*] *Stauer. autem in ed.* 2. *ſ. min. eum, de coniectura Buchneri,* [*cui adſenſerat Graeuius ad Cicer. de Offic. I. c.* 5. *p.* 22. *et ad libr. II. c.* 9. *p.* 218. *qui tamen ita legit,* celeriter, quae opus erant, reperiebat,] *ita mutauit,* quod et de inſtant. vt ait Thuc. ver. indic. et de fut. cal. coniic. Neque minus in r. g. pr. qu. exc. erat. [*quam traiectionem adprobat Heinr. in not. Stau. tamen in ed.* 3. *ſ. ſec. mai. priſtinum reduxit verborum ordinem, et copioſe refutat Heus. qui coniecit:* celeriterque, quae opus erant, reperiebat, facile eadem oratione explicabat: (neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat,) quod et de inſtantibus — callidiſſime coniiciebat.]

1. gradus capeſſ. *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* gradus fuit capeſendae *Ed. Ieus. Med.* gr. f. capeſcendae *Ed. Arg. Long.* — 2. feraciorem *MS. Voſſ.* 2. *Axen.* — 3. quum ex pec. publica *MS. Leid.* 2.

4 *Vt ait Thucydides*] Thucydidis [libr. I. c. 135. tom. I. p. 232. vbi v. Gottleb. in nou. ed. Lips.] locum profert Cicero quoque X ad Attic. ep. 8; prolixe vero exponit Boecler. in Commentario p. 16 et ſqq.

1 [*bello Corcyraeo*] Immo *Aeginetico*, vt iam Lambin. et alii interpretes animaduerterunt. Namque in id tempus incidit bellum *Aegineticum*. v. Herodot. VII. 144. et Plutarch. Them. c. 4. De bello autem *Corcyraeo* ſilent Herodotus atque Thucydides. Contra Corcyraei ſecundum Plutarch. in Themiſt. IV. 24. cum Corinthiis habuerunt controuerſiam, quam Themiſtocles, arbiter adhibitus, diremiſſe dicitur. Quare vel locus, et forſan iam ab Aemilio Probo, eſt corruptus, vel ipſe Cornel. in nomine errauit, aut alios ſequutus eſt auctores. Add. Schlegel l. c. p. 91 ſq.]

2 *Quae ex metallis redibat*] Hoc eſt, ex argenti fodinis, quae erant in Laurio monte, ac initio priuatae aliquot ciuium familiarumque, deinde publicae totius Vrbis fuere. Meminere earum, praeter Plutarchum in Themiſtocle, Thucydides 2 et 6, Herodotus 7, 144. [vbi v. Weſſel. et Valcken.] Pauſanias in Atticis, Strabo 3 et 9, Vitruuius 7, 7, Heſychius, Sui-

quotannis [4] interiret, ille perſuaſit populo, vt ea pecunia claſſis centum nauium aedificaretur. Qua 3
celeriter effecta, [5] primum [6] Corcyraeos fregit, deinde maritimos praedones conſectando mare tutum reddidit. In quo cum [7] diuitiis ornauit, tum etiam peritiſſimos belli naualis fecit Athenienſes. Id [8] quantae ſaluti fuerit vniuerſae Graeciae, bello cognitum eſt Perſico, [9] quum Xerxes 4

4. quot annis *Ed. Iens. Med.* — 5. quae cel. eff. *MS. Boecl. Leid.* 2. *Ed. Arg. Steph. Boecl. Bos.* 1. 2. *Sed* qua cel. eff. *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Iens. Med. Paris. Ald. Lamb. Gebh. Keuch. Stau.* 1. 2. 3. *Heus. recte.* [*Item edd. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *et rel. recentt. quare* qua *recepi.*] — 6. primos *MS. Leid.* 2. *dein* Corcyraeus *MS. Voſſ.* 3. — 7. tum diuitiis *MS. Leid. Ed. Arg.* quum diu. *Ed. Paris.* — 8. id vero *Ed. Long. et ante* tum peritiſſ. *Ed. Keuch. poſt ea autem* quante ſal. *Ed. Arg.* quanti ſal. *MS. Leid.* 2. — 9. [Perſico, quum Xerxes — — bellum — Europae cum tantis copiis,

das, Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus v. 361. alii. Videndus eruditiſſ. Meurſius Fortunae Atticae c. 7. p. 55. 56. Centum talentorum fuiſſe hunc reditum, ait Polyaenus lib. 1, 30. in Themiſtocle, com. 5.

*largitione magiſtr. quotan. interiret*] Diuidebatur autem haec pecunia, ſi Herodotum VI, 46. 47. VII, 144. audimus, viritim, denis in ſingulos puberes drachmis.

*perſuaſit populo*] Quo artificio, refert Polyaenus l. c. cuius verba, antehac mutila et corrupta, e coniectura reſtituit Caſaub. in notis.

*ea pecunia*] Nupero Corneliani Indicis ſiue locupletatori ſiue cenſori videtur legendum *ex ea pecunia.* Nec enim, inquit, vocula *ex* abeſſe poteſt. Vt nos dicimus, *von dem Gelde iſt ein Schiff gebauet;* ita Latini, *ex ea pecunia nauis aedificata eſt.* Nimirum vtrobique praepoſitionem oportet eſſe additam. Firmat deinde, quod dixerat, locis Nepotis aliis, vt 5, 2. 5. 4, 1. 3 et 13, 4. 1, in quibus non *manubiis*, ſed *ex manubiis, arx ornata, ex praeda tripos auri poſitus, ex re familiari muri refecti* dicuntur. Quid igitur faciet Plauto? apud quem pater Charini Mercat. 1, 1. 7 ait: *Aurum ſe vendidiſſe, atque ea pecunia Nauim, metretas quae trecentas tolleret, Paraſſe.* Praeterea qui factum, vt τὸ *ex* e libris omnibus exciderit? Quod enim in vna Boecl. editione id ſine prouocabulo legitur, haud dubie typothetae error eſt.

*centum nauium*] Sic et Plutarchus p. 113, Polyaenus, alii. Herodotus lib. 7, 144. [vbi v. Weſſel.] ducentas numerat.

3 *Quae celer. eff.*] Sic etiam MS. Boecleri. Qu. edd. *Qua:* vt ſequentia ad Themiſtoclem referantur. [quod praeſtat ſane. *Fiſch.*]

*primum Corcyraeos fregit*] Aduerſus Aeginetas triremibus illis vſos Athenienſes, etiam

et mari et terra bellum vniuerſae inferret Europae cum tantis copiis, quantas neque antea,

quantas — — habuit quisquam. *Ita, ſuadente iam Boſio, (v. not.) conſtitui locum cum Heus. Stau. ed. mai. 2. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Heinr. Pauſl. Olim enim, et in ed. Bos. Stau.* 1. *et min. Wetz. Brem. leg.* — Perſico. Nam cum Xerxes — Europae, cum tantis eam copiis inuaſit, quantas — habuit quisquam; huius enim —. *Sed* nam *abeſt MS. Leid. et* cum tantis copiis, quantas, *omiſſis vocc.* eam *et* inuaſit, *legitur in MSS. Dan. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *at* cum tantis copiis venit, quantas *MS. Ox. Ax.*] *Praeterea* cum et Xerxes *MS. Voſſ.* 3. *et* ferret *loco* inferret *Ed. Iens. Med. Paris. Ald.* — 10. neque ante *MS. Dan. Ed. Iens. Med. Paris. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Pat.* an *ed. Arg. tum* nec poſtea *MS. Voſſ.* 3.

Polyaenus ait l. c. Noſter itaque alios auctores ſequutus videtur.

4 *Bellum inferret Europae*] Praecipue ſuaſu Mardonii, etſi diſſuaderet Artabanus patruus, et precibus Piſiſtratidarum ac Aleuadarum, Theſſaliae regum, adductus. Vid. Herodot. 7, Diod. Sic. 11 pr. [Stanlei. ad Aeſchyl. Perſas v. 759. Stau. ad ed. min. et Harl.] Conſumſerat autem in apparatu belli huius iuxta Herodot. 7, 21 et Diodor. l. c. triennium integrum; iuxta Iuſtin. 2, 10. 12 et Oroſium 2, 9 quinquennium. Iulianus orat. 1. p. 77 non minus quam decem annorum ſpatium inſumſiſſe, ſcribit; indicio Vſſerii Tom. I. Annal. ſacr. p. 173 imprudentiſſime, add. Iſ. Voſſ. ad Iuſtin. 2, 10. 12. Sed videtur, vt etiam Petauio in notis ad eum locum obſeruatum, vna computaſſe annos, quos Darius, Xerxis pater, apparatui belli huius inſumſerat. id quod Libanius quoque fecit in βασιλικῷ. De tempore huius in Europam διαβάσεως non conuenit inter ſcriptores. Maxima pars veterum anno I. Olympiadis LXXV, Archonte Athenis Calliade, contigiſſe ſcribunt. Vid. Meurſius de Archontib. Athen. 2, 9. Alii aliter. Sed oſtendit Petauius de doctrina temp. 10, 23, eam accidiſſe Olymp. LXXIV anno quarto exeunte, h. e. periodi Iulianae 4234, vrbis Romae 274, appetente vere: quod etiam Scaliger 5 de Emend. Temp. p. 408 pro certiſſimo habuerat: congruitque et Marmor Arundellianum. E recentioribus idem placet Langio de annis Chriſti 2, 15 et Vſſerio l. c. p. 174, qui accurate tempora expeditionis huius digeſſit. [Add. Corſini Faſt. attic. tom. III. p. 164 ſqq. qui multus eſt de tempore expeditionis Xerxis non minus, quam pugnae, tam ad Thermopylas quam ad Salamina commiſſae, laudatque Herodot. VII. capp. 37. 173 et 206 et aliorum examinat rationes.]

*cum tantis copiis eam inuaſit, quantas etc.*] MSS. Danielis et Schotti: *cum tantis cop. quantas neque ante neque p.* omiſſo illo *eam inuaſit.* Boecleri codex: *cum tant. copiis venit qu. etc.* Quae diuerſitas facit, vt vtrumque verbum, vna cum pronomine, ab aliena manu eſſe ſuſpicer. Fortaſſe igitur totus locus, eiecta vnica vocula, ſic conſtitui diſtinguique debet:

neque poſtea habuit quisquam. Huius enim claſſis mille [11] et ducentarum nauium longarum fuit, quam duo millia onerariarum ſequebantur: terreſtres autem exercitus ſeptingentorum millium pe-

11. milla *Ed. Med. dein* milia *Ed. Iens. Med. Paris. vbique, et* onerarium *MS. Leid.* 2. orariarum *MS. Voſſ.* 3.

*bello cogn. eſt Perſico: quum Xerx. et m. et t. b. inf. vn. Europae, cum tantis copiis, quantas neque antea, neque p. h. qu.* Quod ſi particulam retinere malis, ſic leges ac diſtingues: *Nam cum Xerx. et m. et t. bell. vniu. inf. Europae cum tantis copiis, qu. neque antea neque poſtea habuit quisquam; (huius en. cl. m. et d. n. l. f. q. d. m. o. ſequebantur: t. a. e. ſ. m. p. e. q. m. fuerunt:) huius* (vel *eius) de aduentu etc.* Certe, vnde diverſitas iſta prouenire potuerit, non video, niſi vtrumque verbum aliunde inſertum dicamus. Boecl. tamen codicis lectionem firmare videtur illud Curtii 4, 1. 11 *Xerxes ad oppugnandos nos cum immanibus barbarorum copiis venit.*

5 *Mille et duc. nau. long.*] Sic quoque Aeſchylus, illis temporibus proximus, Perſis; [v. Stanlei. ad Aeſch. Perſ. v. 341.] niſi quod ſeptem addit: itemque Iſocrates in Panathen. p. 397. et Paneg. [cap. 25. vbi vid. Mori not.] Iulianus orat. I. p. 77, Lyſias in Epitaphio, Oroſius 2, 9, et, ex emendatione doctiſſ. virorum, Modii, Bongarſii, ac Berneggeri, Iuſtinus 2, 10. 20. Nec longe abeunt Diodorus Sic. lib. 11, 4. qui plusquam MCC; et Herodotus lib. 7, qui MCCVII numerant. [v. Weſſel. ad Herodot. VII, 222. VIII, 25.] Sed addunt onerarias MMM et hippagogas IↃCCCLI. Cicero in Verr. numero rotundo vſus, mille; Plato de Legg. et Cteſias Perſicis, plusquam mille fuiſſe ſcribunt. Quaenam gentes, et quot earum ſingulae inſtruxerint, narrant Herodotus et Diodorus Siculus ll. citt. Claſſis vniuerſa, ex Aſia adducta, iuxta eundem Herodotum 7, 184, conſtitit hominibus circiter 517610. quibus in Thracia, et obiacentibus inſulis, cum CXX nauibus, XXIV millia acceſſiſſe dicuntur. V. Vſſer. l. c. p. 176. *Longas* autem *naues* dixit Noſter quascunque militares, quas Graeci μακρὰς vocabant: et Liuius quoque 25, 27, Caeſar B. Gall. 5, 25 ac Scaurus in libello de Orthographia ſimpliciter opponunt *onerariis*. Videndus Schefferus de Militia Nauali veter. 2, 2 et 4, 1.

*terreſtres autem exercitus*] In numero terreſtrium copiarum mire variant auctores, Herodotus lib. 7 capp. 184. 185. 186, Cteſias in Perſicis cap. 23, Diodorus Siculus 11, 5, Iſocrates Panathenaico, Plinius 33, 10, Plutarch. Parallelis, Aelianus 13, 3, Iuſtinus 2, 10. 18, Oroſius 2, 10, Theodoretus Orat. 10 adu. Graecos etc. Vide Petau. Rat. Temp. Part. 1 lib. 3, 5, Vſſer. l. c. p. 175 et ſeqq. et Simſonium Chronic. ad A. M. 3525. qui coniiciebat, apud Noſtrum legendum eſſe *equitum quadraginta millium*. non male. Nam et Herodotus, cum l. 7, 60 peditum numerum plusquam duplo maiorem Noſtro, CLXX myriades ſcilicet, ſiue 1700000 faciat; equitum tamen cap. 87 non amplius quam

ditum, equitum quadringentorum millium fue-
6 runt. [12] Cuius de aduentu quum fama in Graeciam eſſet perlata et maxime Athenienſes peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam; miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent [13] de rebus ſuis. Deliberantibus Pythia reſpondit, vt
7 moenibus ligneis ſe munirent. Id reſponſum quo

12. decem peditum equitum CCCC. fuerunt *MS. Voſſ.* 1. D. peditum, equitum quadringentorum fuerunt *Voſſ.* 3. ſeptingentorum decem millia fuer. *MS. Boecl.* ſepting. peditum, equitum quadring. fuer. *MS. Dan. Leid.* 2. ſeptingenta decem millia peditum, equitum quadringenta milia fuer. *MS. Ax.* — 13. quaedam facerent *Voſſ.* 3. [*mox* e rebus ſuis *coniec. Heyne ad Tibull. I.* 1. 37. *probatque Tzſch. ad ed.* 2.] *dein* vt menibus *ed. Arg.*

VIII myriades, ſiue 80000 numerat. Ceterum vox *millium* vtrobique aberat a Codice P. Danielis. MS. Boecleri peditum numerum decem millibus auget, hoc modo: *terreſtris a. e. ſeptingentorum decem millia.* Mox idem codex habet: *quadringenta millia.* Tantum autem copiarum numerum fuiſſe, ait Mela 2, 2, vt Xerxes, *quia numero non poterat, ſpatio eas metiretur.* Id quomodo factum, docent Herodotus 7, 60 et Plinius 4, 11. Gentes varias, quibus conſtitit hic exercitus, variaque ipſorum arma et veſtitum ducesque praecipuos prolixe deſcribit Herodotus. [conf. Cic. de fin. 2, 34. Senec. benef. 6, 31. *Fiſch.*]

6 *Maxime Athenienſes peti*] Hoc praetexebatur. Reuera enim cuncta Graecia, tanquam Perſis infeſtiſſima, petebatur. Herodotus: *ἡ ϛρατηλασίη ἡ βασιλέος ὔνομα μὲν εἶχε ὡς ἐπ᾽ Ἀθήνας ἐλαύνει· κατίετο δὲ εἰς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα.* add. Diod. pr. 11. Cauſſae belli iuxta Cteſiam, quod Chalcedonenſes pontem a Dario ſtructum ſoluere conati eſſent, et aram a Dario in honorem Iouis Diabaterii erectam diruiſſent: quodque Datin Athenienſes interfeciſſent, neque cadauer eius dare voluiſſent. [v. Herod. VII, 157.]

*quidnam facerent de rebus*] Sic conſtanter libri. Male autem Lambinus et Schottus praepoſitionem deleri volunt. nam vtrumque recte dicitur, *quid hoc faciam?* et, *quid de hoc faciam?* illud quidem *ἐλλειπτικῶς*, hoc plene. Vid. Voſſ. de conſtructione c. 48 et Schopp. Suſpect. lection. 2, 13.

*Pythia*] Vid. ſup. ad 1, 1. 2. Nomen ei Ariſtonice fuit, teſte Herodoto.

*vt moenib. lign. ſe munirent*] Oraculum integrum vna cum explicatione habes ap. Herodot. 7, 141 et Nicephorum Gregoram ſcholiis in Syneſium de Inſomniis p. 368 et ſeq. ac ex parte apud Suidam in ἀνεῖλεν. Cuius hi duo verſus huc maxime pertinent: Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς, Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ᾽ ὀνήσει. *Iuppiter e ligno muris Tritonida donat, Qui ſoli inuicti tibi ſint natisque saluti.*

valeret, quum intelligeret nemo, Themiſtocles perſuaſit, conſilium eſſe Apollinis, vt in naues ſe ſuaque conferrent:[14] eum enim a deo[15] ſignificari murum ligneum. Tali conſilio probato addunt 8
ad ſuperiores totidem naues triremes:[16] ſuaque omnia, quae moueri poterant, partim Salamina,[17] partim Troezena asportant[18]: arcem ſacerdotibus

14. conferret *MS. Voſſ.* 3. *ſtatim* eum etenim *MS. Ax.* — 15. a deo. *Ab edd. Iens. Med. Arg. Ald. Lamb. Long. Pat. abſunt. Tum* ſignifruci *MS. Leid.* 2. ſignificare *Ed. Paris.* — 16. trientes *MS. Voſſ.* 1. *ſed in marg.* triremes. — 17. Salaminam *MS. Mendos. Voſſ.* 1. (*in quo tamen ſupra notatum erat* Salaminem,) 3. *Ed. Iens. Med. Mag. Long. Arg. Paris.* [Salaminem *Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 2.] Salamina *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Wetz. Ith. etc.*] *Pariter* Troezenem *MS Leid.* 2. (*ſed* partim *abeſt ab illo cod.*) [*Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 2. *praemiſſo tamen* partim.] *et* partim Troezenam *MS. Voſſ.* 3. *Etiam in Voſſ.* 1. *erat* Troezenam; *ſed ſupra notatum* Troezenem. p. Troezena *MS. Ax. Ed. Vltrai. Heus.* [*et reliquae antea memoratae.*] — 18. absportant *MS. Mendos. Voſſ.* 3. deportant *MS. Dan. et*

7 *Quum intelligeret nemo*] Aliter Herodotus 7, 142 et 143. qui ait, quosdam Athenienſium dixiſſe, deum ſignificare naues, easque, ceteris omiſſis, aedificari iuſſiſſe: eorumque interpretationem poſtea a Themiſtocle fuiſſe confirmatam. [conf. Valcken. ad Herod. III. c. 57. lin. 3. Periz. ad Ael. H. V. XII. c. 43. nr 14.]

*Themiſtocles perſuaſit*] Vide, praeter auctores modo adlegatos, Ariſtotel. 1 Rhet. 15, Pauſaniam Atticis, Plutarch. in vita, Polyaen. 1 Strateg. Frontin. 1, 3. 6, Iuſtin. 2, 12 et Max. Tyrium disſertat. 3. Ceterum non ſolum euentu felix hoc conſilium fuit, ſed etiam prudens, et ratione nixum. Nam, vt ait Frontinus, *Themiſtocles neque proelio pedeſtri, neque finium tutelae, neque obſidioni credebat ſufficere Athenienſes.*

*a deo*] Recte haec e MSS. Bauaricis, in quibus erat *adeo*, inſeruit Schoppius Veriſim. 1, 20 p. 71. habuitque et Schotti codex. Sic enim et reliqui ſcriptores. Herodotus: *Τὰς νέας σημαίνειν τὸν θεόν.* Et mox: *ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον.* Iuſtinus: *Huius ſententiae etiam deum auctorem eſſe.* Max. Tyrius: *ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς χρᾷ* Polyaenus: *Ἀθηναίοις ὁ θεὸς ἔχρασε.* Et mox: *τοῦ θεοῦ γὰρ χρήσαντος.* [add. Stau. ad ed. 3]

8 *Totidem naues triremes*] Centum ſc. Tot enim iam habebant. ſup. 2, 2. 2.

*part. Salaminem, partim Troezenem*] Ed. Vltraiectina: *p. Salamina, partim Troezena.* Quod neſcio, cur Schottus auferendi caſu dictum putet: quum ſit accuſandi, Graeco more inflexo. Sic infr. 2, 9. 3 *proelio ap. Salamina facto.*

paucisque maioribus natu, ac ſacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

1 III. Huius conſilium pleriſque [1] ciuitatibus diſplicebat, et in terra dimicari [2] magis placebat. Itaque miſſi ſunt delecti cum Leonida Lacedaemoniorum rege, [3] qui Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hoſtium non ſuſtinuerunt, eoque loco omnes
2 interierunt. At claſſis communis Graeciae tre-

paucique *MS. Voſſ.* 3. [*Mox* ad ſacra proc. *ſuaſerunt Lamb. et anonymus ap. Stau. ad ed.* 2. (*quem conferes,*) *cui recte haud diſplicuit; ſed diſſentit Heuſing. qui* ſacra *interpretatur loca ſacra, templa et deorum religiones.*]

1. plaeriſque *Ed. Med. Paris.* — 2. terra dimicari *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* — 3. cum Leonida duce *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* Regem *tamen vocat etiam Herodot. VIII. pr. add. Herod. de eodem VII. cap.* 204. *et* 205. *et Pauſ. III. c.* 3, 4. *et* 14. *A ſcholiaſte Ariſtoph. ad Equit. v.* 55. *vocatur* Macedonum et Spartanorum rex.

Ouidius Epiſt. 4, 107 *Hic tecum Troezena colam Pittheïa regna.* et Frontinus Strateg. 1, 3. 6. hac ipſa in re: *auctor fuit eis, liberos et coniuges Troezena et in alias vrbes emittendi.* Herodotus 8, 41. et Aeginam addit. [conf. Pauſ. 2, 31. 10. Plut. in Them. cap. 10.] Mox MS. Dan. habebat *deportant:* Schotti, *absportant.*

*arcem ſacerdotib. paucisque*] Sacerdotibus quidem, quod ſacra [n. Mineruae, deae tutelaris,] non viderentur praetermittenda; ſenioribus vero, ſiue, quod nollent mutare ſententiam de arce lignis vallisque munienda: quod etiam Pauſanias in Atticis et Herodotus 8, 41 videntur innuere: ſeu quoniam in patria occumbere maluerunt, vt Romani ap. Liuium 5, 41. Herodotus et pauperes relictos fuiſſe ſcribit. Recte autem Nepos ait, *paucos maiores natu* remanſiſſe. nam reliqui ſenes in inſulas deportati. Teſtis Ariſtides in oratione ὑπὲρ τῶν τεττάρων.

1 *Pleriſque ciuit. diſplic.*] V. not. Ernſtii.

*in terra dimic.*] MS. Boecl. *terra dimicari.* quomodo loquutus alibi 2, 2. 4. 5, 2. 3. 21, 1. 3.

*miſſi ſunt delecti*] V. Iuſtin. 2, 11 et ibi laudatos a Berneggero. [Cic. de fin. II, 30. comp. A. Gell. III. 7. *Fiſch.*] In numero tam delectorum et occiſorum, quam Perſarum, cum quibus pugnarunt, mire diſcrepant ſcriptores: de quo Vſſerius Tom. I Annal. p. 177 et ſeq. et Simſonius Chronic. cathol. 4 p. 27. 28. Encomium caeſorum, a Simonide ſcriptum, [Herod. 7, 228. coll. Cic. Tuſc. I, 42.] exſtat apud Diodor. Sic. 11: diſtichon columnae, quo loco ſepulti ſunt, inſcriptum, apud Strabon. l. 9. Pugnam prolixe deſcribunt Herodotus 7 ſub ſi-

centarum [4] nauium, in qua ducentae erant Athenienſium, primum apud Artemiſium, [5] inter Euboeam continentemque terram cum claſſiariis regis conflixit: anguſtias enim Themiſtocles quaerebat, ne multitudine circumiretur. [6] Hic etſi 3
pari proelio [7] diſceſſerant, tamen eodem loco non ſunt auſi manere: quod erat periculum, ne, ſi pars nauium aduerſariorum Euboeam ſuperaſſet, [8] ancipiti premerentur periculo. Quo factum eſt, 4
vt ab Artemiſio [9] diſcederent, et exaduerſum [10]

4. trecentum *MS. Leid.* 2. — 5. Arthemiſium *MS. Dan. Ed. Med. Arg. Paris.* Artemenſium *MS. Leid.* 2. [*In* 2. *ed. Stau. notatur, in cod. Leid. eſſe* Artemiſium.] *Ab Ed. Mag. Steph. Gebh. abſunt verba* primum apud Artemiſium. *Mox* et inter Eub. *MS. Dan.* — 6. circuiretur *MS. Leid.* 2. *Dan. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Iens.* [*haud dubie ſcriptum invenit editor* circûiretur,] *Ald. Stau.* 2. 3. [*Brem. Tzſch.* 1.] — 7. hic et pari pr. *Ed. Arg.* hic etſi praelio *MS. Voſſ.* 3. hinc etſi p. p. *Ed. Lamb.* [*et probat Wetz. in not.*] — 8. ſuperaſſent *Ed. Iens. Med. Arg.* — 9. Arthemiſio *Ed. Iens. Med. Arg. Paris.* Arthemeſio *MS. Voſſ.* 2. Artemenſio *MS. Leid.* 2. — 10. exaduerſum *MS. Gif.*

nem, et Diodorus 11, 4. [Stau. ad min. ed.]

2 *Ducentae erant Athenienſ.*] Herodotus princ. lib. 8 ſolum Atticas et Plataeenſium CXXVII memorat; in vniuerſum vero CCLXXI. Diodorus Siculus Athenienſium CXL, vniuerſim CCLXXX. Iſocrates in Areopagitico Athenienſium tantummodo LX fuiſſe, ſcribit. [v. Weſſel. ad Diod. Sic. XI. c. 12. nr. 74.]

*apud Artemiſium*] Vid. Herodot. 8 pr. Diodor. 11, Plutarch. Themiſt. p. 115. Sexto Thargelionis (ſecundi Athenienſium menſis vernalis) die pugnam hanc commiſſam, ait Aelianus 2, 25: ſed ex Herodoto adparet, media aeſtate, ſub initium Olympiadis LXXV contigiſſe.

*anguſtias quaerebat*] Similiter Catilina apud Salluſt. c. 58. *Multitudo hoſtium ne circumvenire queat, prohibent anguſtiae loci.* Adde Curt. 3, 7. 9 et Scipion. Amirat. diſc. polit. 18, 1.

*cum claſſiariis regis*] Quorum claſſis diſſipata tum, et paullo ante tridui tempeſtate minimum CCCC, vt Herodotus 7, ſeu, vt Diodorus 11, CCC triremes amiſerat.

3 *Pari proelio diſceſſ.*] Sic et Herodotus ac Diodorus. At Iſocrates Panegyrico, [cap. 25. vbi v. notas Mori,] Aelianus 2, 25 et vetus epigramma, Plutarcho Them. cap. 8. laudatum, victoriam Graecis tribuunt.

[*ſuperaſſet*] h. e. praeternavigaſſet. v. Heuſ.]

4 *Exaduerſum Athenas*] Sic diſerte meliores libri, puta Gif. Dan. Put. Sau. Boecl. probante Giſanio Obſeru. L. L. p. 86 et in Append. p. 285. Placuit et

Athenas apud Salamina claſſem ſuam conſtituerent.[11]

IV. At Xerxes,[1] Thermopylis expugnatis, protinus acceſſit aſtu,[2] idque nullis defendentibus, interfectis ſacerdotibus, quos in arce inue-
2 nerat,[3] incendio deleuit. Cuius fama[4] perter-

*Dan. Put. Sau. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *(in quo tamen ſupra notatum erat* et aduerſum,) *Ax.* [*Edd. recentior.*] *Sed* aduerſum *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. *Dein* Salaminam *MS. Voſſ.* 1. *(in quo ſupra ſcriptum* Salaminem,) 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris.* — 11. conſtituerunt *Ed. Lamb.*

1. Xerſes *Ed. Med. Mag.* — 2. aſtum *MS. Voſſ.* 1. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Long.* Aſtu *ed. Paris.* Aſty *Ed. Ald.* aſtiam *MS. Voſſ.* 3. arcem *MS. Long. et Fabius Paulin. in Praelectt. Marc. ſ. comment. in Thucydidis hiſtor. etc. p.* 501. *qui de* arce *accipere videtur. dein* id nuliis *MS. Leid.* 2. — 3. inuenerant *MS. Leid.* 2. — 4. flamma [*vid. not. Bos. etiam MS. Thott. ac pro-*

Sauaroni ac Gebhardo. Quare non dubitaui in textum recipere. Vſi, praeter Noſtrum, optimi ſcriptores, eodem ſignificatu. Plautus Bacchid. 4, 7. 37 *Video exaduorſum Piſtoclerum et Bacchidem.* Terentius Adelph. 4, 2. 45 *Eſt piſtrilla, et exadverſum fabrica*, vbi tamen omnes Boeclero inſpecti, *exadverſo*. Phormione 1, 2. 38 *exaduerſum ei loco Tonſtrina erat.* mox v. 47 *Ea ſita erat exaduerſum.* adde Gellium 7, 7: vbi de accentu vocis disputat. Praeſenti loco maxime congruit illud Appuleii in Floridis: *Samos Icario in mari inſula eſt, exaduerſum Miletos.* Cicero dixit *exaduerſus*, de Diu. 1, 45 *Ara exaduerſus eum locum conſecrata eſt.* quomodo Noſter 8, 2. 7 *exadverſus Thraſybulum fortiſſime pugnaſſet:* ſic enim ibi libri meliores. Alterutrum reſtituendum videtur Plinio, infra in Fragmentis 7, 8: vbi vulgo *exaduerſo Padi fauces.* Solebant veteres praepoſitiones hoc modo geminare. De quo plura Voſſius 4 de anal. 23.

*apud Salamina claſſ. ſ. conſt.*] Vid. Plutarch. Themiſt. p. 117 et ſeq.

*Salamina*] Giſanius append. obſ. L. L. I. c. e vet. lib. legit *Salaminam.* quod aeque probum. *Salamin* enim et *Salamina* dicebatur. Immo, Salmaſii iudicio, hoc magis Latinum eſt.

1 *Aſtu*] Athenas, quas κατ' ἐξοχὴν ita vocabant Graeci; item *vrbem, oppidum.* Male Codex Longolii *arcem.* [Athenienſes *arcem* vocabant πόλιν· *vrbem* autem ipſam ἄϛυ. v. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. v. 772. Donat. ac Weſterhou. ad Terent. Eun. V. 6. verſ. 17.]

*in arce*] Eam quomodo occuparit, refert Herodotus 8, 53.

*incendio deleuit*] An et arcem? Negant Gellius N. A. 6, 17 et Cteſias Perſicis apud Photium p. 118. quem quod Vſſerius. T. I Annal. p. 178 id aſ-

riti claſſiarii quum manere non auderent, et plurimi hortarentur, vt domos ſuas diſcederent,[5] moenibusque ſe defenderent: Themiſtocles vnus reſtitit, et vniuerſos eſſe pares[6] aiebat, diſperſos

*bare videtur Schlegel. l. c. pag. 72. et Heus. vtrumque et* fama *(quae eſt lectio vulgata, et a recentt. etiam edd. recepta,) et* flamma *fieri potuiſſe iudicat; atque, „viderunt, ait, ſed aliquamdiu incerti, an Athenae arderent: nuntiis poſtea certiores ſunt facti Nihil tamen muto.“ Sed lectionem* fama *tuentur Tzſchuck ad ed. 2. et reliqui recentt. interpretes.*] — 5. domos ſ. disc. *MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 1. 2. 3. *Sed* domos ſuasque disc. *MS. Leid.* 2. dom. ſuas quisque disc. *Ed. Long. Steph. Mag. Gebh. Keuch Atque ſic ſcribere voluiſſe videtur librarius libri Leidens. conf. Gron. ad Macrob. Somn I. 1. p.* 3 — 6. pares eſſe *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. par. eſſe poſſe *MS.*

firmare ait, haud dubie ἁμάρτημα μνημονικὸν eſt. Sed Herodotus l. c πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν exuſtam, ait.

2 *Cuius ſama perterriti*] MSS. Dan. Giſ. Put. Sauar. Ernſt. et vnus Bauaricorum [et Ax.] *cuius flamma.* quod, praeter Sauaronem, Schoppio quoque Veriſim. 1, 20 ac Gebhardo probatur. Cuius iudicio, nil in ea abſurditatis eſt. Salamis enim, inquit, tam longe non diſtat Athenis, vt flamma incenſae vrbis cerni non potuerit. Addit, manifeſte hanc lectionem ſtabilire cum locum Noſtri 1, 7. 4, tum illud Claudiani 2 in Eutrop. 471 — — *longe ſpectari puppibus vrbes Accenſas, lucere fretum.* Pro vulgata tamen praeter Codices plurimos, in quibus *fama* legitur, illud facit, quod etiam alii ſcriptores non flamma, ſed nuntio incendii huius Graecos apud Salamina territos, ſcribunt. Herodotus 8, 56. Οἱ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὥς σφι ἐξηγγέλθη, ὡς ἔσχε τα περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν (quod ſcil. incenſa fuiſſet, vt paullo ante narrauerat,) ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὥς ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἔς τε τὰς νῆας ἐσέπιπτον, καὶ ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι. Diodorus 11, 15. Οἱ περὶ τὴν Σαλαμῖνα διατρίβοντες Ἀθηναῖοι, τὸ τέμενος τῆς Ἀθηνᾶς (quod in arce ſitum, et a Perſis pariter combuſtum erat, vid. Meurſ. Cecropia cap. 14 et ſeqq.) ἀκούοντες κατεσκάφθαι, δεινῶς ἠθύμουν. Τὴν Ἀττικὴν tamen πυρπολουμένην vidiſſe eos, ait. quod facile fieri potuit. Eam enim inſula ex aduerſo Eleuſinis attingebat, anguſtoque ab ea freto dirimebatur. V. Strabo 9 et Plut. Them. p 118. Athenis autem longius diſtabat, quam vt flamma incendii eius conſpici poſſet.

*vt domos ſuas diſcederent*]. Ita MSS. Dan. et Boecleri. alii interponunt *quisque.* [Athenienſes non metuiſſe, immo vero ſtuduiſſe ſocios retinere, nimis oratorie dicit Iſocr. in Paneg. c. 27. ſed ibi conſules Mori not.]

*vniuerſos eſſe pares aieb.*] MSS. Dan. Giſ. Put. Sauar. et vnus Schoppio Veriſim. 3, 20

teſtabatur perituros: idque Eurybiadi [7] regi Lace-
daemoniorum, qui tum ſummae imperii praeerat,
3 fore adfirmabat. Quem quum minus, quam vel-
let, moueret, noctu de ſeruis ſuis, quem habuit
fideliſſimum, [8] ad regem miſit, vt ei nuntiaret
4 ſuis verbis, aduerſarios eius in fuga eſſe: qui ſi
diſceſſiſſent, maiore cum labore, et longinquiore
tempore bellum confecturum, quum ſingulos con-
ſectari [9] cogeretur: quos ſi ſtatim adgrederetur,
breui vniuerſos oppreſſurum. Hoc eo valebat,
vt ingratiis [10] ad depugnandum omnes cogerentur.

*Dan. Giſ. Put. Sau.* — 7. Eurhiadi *MS. Voſſ.* 1. 3. Eurybradi *Ed. Iens. Med.* Eurybiadi *Ed. Ald.* Euribiadi *Ed. Mag.* — *tum* ſumme *Ed. Iens. Med. Arg.* — 8. fidiſſimum *MS. Voſſ.* 1. 3. *Boecl.* ſibi fideliſſ. *ed. Long.* — 9. inſectari *MS. Boecl. Ax.* — 10. ingratiis *MS. Ernſt. Ed. Lamb.* [*et recentt.*] *Sed* ingratis *MS. Dan. Giſ. Put. Sau. Bau. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Boecl.* [*v.*

[qui probat,] laudatus: *vniuerſos pares eſſe poſſe aiebat.* quomodo loquuti cum alii, vt Caeſar B. G. 1, 40, Cicero in ep. ad Att. et Or. pro L. Manil. Iuſtinus 7, 6. 4: tum ipſe Nepos 7, 6. 2. Sed is altera quoque ratione vſus eſt 18, 8. 4 et 23, 10. 4. Locum Nepos in mente habuit Ciceronis ad Attic. *Nos diſiecta manu pares aduerſariis eſſe non poſſumus.*

*Eurybiadi*] Ad quem oratio Themiſtoclis exſtat apud Herodot. 8. Add. Plutarch. p. 117. [in Themiſt. c. 11.] Regio genere fuiſſe, negat Herodotus eod. libro, c. 42. [add. ib. c. 74. et Stau. atque Harl.]

*qui tum ſummae imperii praeerat*] Plutarchus l. c. id *dignitati Spartae* tribuit.

3 *Quem quum minus, quam vellet, moueret*] Vid. Aelian. 13, 40 et Polyaen. in Themiſt. com. 2. Diodorus ait, Eurybiadem, adſumto Themiſtocle, hortatum quidem multitudinem, et ad ingruens periculum animaſſe; ſed impetum eorum cohibere non potuiſſe.

*ſeruis*] Sic et Iuſtinus 2, 12. 19. Herodotus 8, 75. οἰκέτην Themiſtoclis, et *liberorum eius paedagogum*, (quod etiam Plutarchus et Polyaenus l. c. faciunt,) vocat. Nomen ei Sycinnus. Plut. in Themiſt. c. 12. addit, genere Perſam et captiuum fuiſſe. Meminit eius et Clemens Alex. Paedag. lib. 1, et ait, eum genus ſaltationis inueniſſe, quod συκιννίζειν dicebatur. Strategema hoc, praeter iam dictos, referunt etiam Frontinus 2, 2. 24 et Diodor. Sic. 11.

4 *conſectari*] Similiter Iuſtinus: *maiore labore ei ſingulas conſectandas.* In MS. tamen Boecl. fuit *inſectari.*

*ingratiis*] Sic quoque Ernſtianus. At Giſ. Dan. Put. Sau. Bauarici: *ingratis.* quod Gebhardo perinde erat: Schoppio

Hac re audita, barbarus nihil doli ſubeſſe credens, poſtridie alieniſſimo ſibi [11] loco, contra opportuniſſimo hoſtibus, adeo anguſto mari conflixit, vt eius multitudo nauium [12] explicari non potuerit. Victus eſt ergo magis conſilio [13] Themiſtoclis, quam armis Graeciae.



*Schefferi ep. ad Heins. in Sylloge epp. Burm. tom. V. p.* 9.] ingrati *Ed. Ieus. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag.* — 11. ſibi *abeſt ab Ed. Gebh. Boecl. tum* oportuniſſ. *MS. Voſſ* 1. *Ed. Med.* — 12. manuum *Ed. Vltraiect.* — 13. Victus eſt ergo magis conſ. *Ed. Long. Keuch. Bos.* 2. [*Wetz. idque ſuauius.*] *Sed* victus ergo eſt magis etiam conſ *MS. Dan. Boecl. Ax. Voſſ.* 3. victus ergo eſt m. c. *Edd. noſtri omnes.* [*etiam Heus. Tzſchucke etc.*]

Veriſim. 1, 20 p. 71. rectius altero videbatur; etſi illud Latinum eſſe, non negat. Placebat et Gentili Parerg. 1, 25, Pareo in Lex. Crit. ac Gifanio Ind. Lucret. qui ſic et apud Terent. ac Plautum e vett. libb. legi vult. Sed in melioribus libris conſtanter *ingratiis* legitur; idque et metri ratio poſtulat. Vſi autem hac voce Terentius quidem Eun. 2, 1. 14, Heaut. 3, 1. 37, Phorm. 5, 6. 48: Plautus autem Amphitr. 1, 1. 215, Curcul. 1, 1. 6, Caſin. 2, 5. 7, Ciſtellar. 2, 3. 82, Mil. Glor. 2, 5. 39, Menaechm. 5, 8. 5, Merc. 2, 4. 11. qui et *gratiis* dixit eadem ratione, Aſin. 1, 3. 38 et 42, et Epid. 3, 4. 38. Ac, ne quis Comicos tantum, metri cauſſa, ſic loquutos putet, Cicero quoque pro Quinctio c. 14 ac Gellius N. A. 17, 1 vſi. Pricaeus et apud Apuleium Metam. 1 extr. reponit. Eſt autem Nomen, non Aduerbium, vt Voſſius de Arte Gram. 3, 1 et 47 duobus Plauti locis euincit. quibus addi poteſt Gellianus, vbi eſt *ingratiis noſtris.*

5 *Hac re audita*] Vide Lipſ. Polit. 5, 17 et Grot. de I. B. et P. 3, 1. 6.

*anguſto mari*] In freto nempe inter Salaminem inſulam, et Heracleum ſiue Fanum Herculis, in Attica ſitum; [v. Thucyd. 1, 74.] ſupra quod Xerxes, claſſem et aciem ſpeculans, in edito conſederat. Diodor. Sic. 11 et Plut. Them. p. 118. [ſiue cap. 13. add. Valcken. ad Herodot. VIII. c. 90. n. 39 et 40.] Quod tamen de initio tantum pugnae capi debet: nam maxima pars pugnae in aperto aequore, vt idem Diodorus narrat, commiſſa. Plutarchus p. 119 addit, Themiſtoclem non ſolum loci, ſed etiam temporis commoditatem captaſſe, quo ventus e mari increbreſcens fluctus per fretum impelleret, magno barbaricarum nauium, tanquam altiorum et grauiorum, incommodo.

*Victus eſt ergo*] Dan. et Boecl. *Victus ergo eſt magis etiam conſ. Th.*

1 V. Hic [1] etſi male rem geſſerat, tamen [2] tantas habebat reliquias copiarum, vt etiam cum his [3] opprimere poſſet hoſtes. Interim ab [4] eodem, gradu depulſus eſt. Nam Themiſtocles verens, ne bellare perſeueraret, certiorem eum fecit, id agi, vt pons, quem ille in Helleſponto fecerat, diſſolueretur, [5] ac reditu in Aſiam exclu-
2 deretur: idque ei perſuaſit. Itaque qua ſex menſibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta

1. hic barbarus *Ed. Long. Steph. Gebh. Mag. Keuch. Pat.* hic etſi male geſſ. *MS. Voſſ.* 3. — 2. tamen *abeſt ab Ed. Boecl. et* habuit *MS. Boecl. Ax.* — 3. vti etiam his op. *MS. Ax.* vt eti. tum his tum op. *MS. Dan.* — 4. Interim ab *MS. Dan.* [*et edd. recentt.*] *Sed* iterum ab *MS. Leid.* 2. *Ax. Ed. Vltrai.* [*et placet Kappio, et cum Boſio in ind. interpretatur,* iterum ab eodem *(Themiſtocle)* gradu depulſus eſt *(Xerxes.) Sed Tzſchuck. ad ed. 2. tuetur* interim *et* eodem *coniungit cum* gradu, *interpretans:* interim et hac opportunitate priuatus eſt; omnino nihil effecit. *Add Heus.*] interim tamen ab *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch.* [*idque melius foret, niſi offenderet repetitum* tamen.] — 5. diſſolueret *MS. Leid.* 1.

1 *Hic*] Qu. edd. addunt *barbarus.* ſed aberat vox ab opt. MSS. Gif. Dan. Sch. aliisque: repetita, vt opinior, ex initio verſiculi praecedentis. Mox Boecl. *tantas habuit rel.* et paullo poſt Exc. Dan. *vt etiam tum his tum oppr. p. h.* Videtur fuiſſe, *vt etiam cum his tum* [i. e. eo tempore] *op. p. h.* Statim ed. Vltrai. *Iterum ab eodem.* Longolii: *Interim tamen ab eod.* Sed Gebhardo placebat vulgatum, idque et Cod. Dan. aliique confirmant.

*certiorem fecit*] Per eundem Sycinnum, quo antea fuerat vſus. Ita Herodo. 8, 110 et Iuſtinus 2, 13. 7. Diodorus quoque Siculus l. 11 *filiorum ſuorum paedagogum* ablegaſſe. ait. Sed Plutarchus ſcribit, miſſum Arnacen quendam, e regiis eunuchis inter captiuos inuentum; Polyaenus, vnum ex eunuchis ſuis Arſacen. Rem ipſam narrat etiam Frontinus 2, 6. 8 inter *ſtrategemata de emittendo hoſte, ne clauſus proelium ex deſperatione redintegret.*

*id agi, vt pons etc.*] Et re vera agebatur, ſuadente etiam in ſpeciem Themiſtocle et renitente ſiue Eurybiade, ſiue Ariſtide: ſi vera ſunt, quae referunt Herodotus, Plutarchus, Polyaenus, et Iuſtinus. Sed Themiſtocles, explorato Graecorum animo, valide diſſuaſit profectionem: *animo,* ſi Herodoto credimus, *ſibi apud Perſam ſubſidium comparandi, vt, ſi quid apud Athenienſes accideret aduerſi ſibi, haberet, quo ſe converteret.* Cui congruunt, quae infra c. 9, 1 ipſe ſcribit.

2 *Minus diebus triginta*] Herodotus 8, 115. ampliato dierum numero ait, eum infra XLV dies ad traiectum perue-

in Aſiam reuerſus eſt, ſeque a Themiſtocle non
ſuperatum, ſed conſeruatum, iudicauit. Sic vnius 3
viri prudentia Graecia liberata eſt, Europaeque
ſuccubuit Aſia. Haec altera victoria, quae cum
Marathonio [6] poſſit comparari tropaeo. [7] Nam pa-
ri modo apud Salamina [8] paruo numero nauium
maxima poſt hominum memoriam claſſis eſt de-
victa.

6. quae Marath. *MS. Leid.* 2. — 7. trophaeo *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Bos.* 1. [*male.*] tropheo *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. [*peius, quia Graecum eſt* τρόπαιον.] — 8. Salaminam *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. (*in quo tamen ſupra ſcriptum erat* Salaminem,) 2. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Paullo poſt* maximam *Ed. Arg.*

niſſe, nullam partem copiarum ducentem. [add. Herod. ib. c. 118. nr. 5. ibique Valcken. et cap. 119. de fuga Xerxis.]

*ſeque a Themiſtocle non ſuperatum etc.*] Ita Themiſtocles, cum proditor videretur, nec tamen eſſet, eadem opera et ſeruauit, quos prodidiſſe credebatur, et conciliauit ſibi, quem deceperat. Quod non calliditatis tantum, ſed etiam haud vulgaris felicitatis eſt.

3 *Vnius viri prudentia*] Vide infra 15, 10. 4.

*paruo numero nauium*] Triremium ſcilicet CCCLXXX; inter quas Athenienſium CLXXX: iuxta Herodot. 8, 42 et ſeqq. Aeſchylus tamen CCC tantum numerat; Cteſias IↃCC. Vid. Vſſer. Annal. To. I p. 178 et ſeq.

*maxima claſſis*] Quippe quae plus quam mille naues habuit, quarum Diodorus ſupra CC periiſſe ait, praeter vna cum viris captas. Cteſias IↃ amiſſas ſcribit. Vid. Vſſer. l. c. Contigit autem pugna haec, vt inter omnes conſtat, Olympiadis LXXV anno I, archonte Calliade. [add. Stau. ad min. ed.] Sed de anni tempore non eadem omnium ſententia eſt. Sunt enim, qui fine anni pugnatum volunt; alii Pyanepſione, ſiue Octobri. Sed ineunte hoc anno, circa diem XX. Boedromionis, h. e. ſub autumnum ſiue fine aeſtatis anni Periodi Iul. 4234 id contigiſſe, ſolide demonſtrant Petau. de doctr. temp. 10, 24. Ration. temp. 2, 3. 11. et in not. ad Themiſtii orat. 12. p. 639. ac Vſſer. l. c. p. 174. Quorum rationibus exacte congruit Marmor Arundelianum. [A. Gell. XVII. 21. *Fiſch.* Stau. ad mai. ed. adnotat, Weſſeling. ad Simſon. Chron. p. 721. viceſimo Octobr. Iuliani, ex Herodoto et Plutarcho docere, Athenienſes a Perſis hanc reportaſſe victoriam, et hiſtoriam late deſcribi a ſcholiaſte Ariſtoph. Equit. v. 782. De forma tropaei v. Pauſan. I, 32, 3. et de honoribus, quibus Themiſtocles ob hanc victoriam exceptus eſt Spartae, et dein Olympiae, v. Herodot. VIII, 124. ibique Valck. nr. 81. Plutarch. Them. c. 17.]

1 VI. Magnus hoc bello Themiſtocles fuit; nec minor [1] in pace. Cum enim Phalerico [2] portu neque magno, neque bono Athenienſes vterentur, huius conſilio triplex Piraeei [3] portus conſtitutus eſt: isque moenibus circumdatus, [4] vt ip-

1. neque minor *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Steph. Gebh. Keuch.* — 2. Phaleraeo *Ed. Arg. Long. Mag.* Phalerico *MS. Ox. Voſſ.* 3. *Ed. Vltrai. Heus.* [*quem vid. Ith. Heinr. Bipont. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Stau.* 3. *Wetz.*] Phalarico *MS. Mendos. Dan. Voſſ.* 1. 2. *Boecl.* [Phalereo *Ed. Bos. Stau.* 1. 2. *Brem. cum antiquioribus.*] — 3. Pirei *MS. Voſſ.* 1. Pyraei *Ed. Arg. Paris. Long.* Pireaei *Ed. Mag.* — *tum* Isque *Ed. Steph.* [*pro duplici i, h. e.* iisque. *v. Scheſſeri ep. VII. ad Heins. in Sylloge epiſtoll. Burm. tom. V. p.* 9. *ſq.*] — 4. circundatus *Ed. Iens. Med. Arg. dein* equipar. *Ed. Arg.* aequiper. *Ed. Iens.*

1 *Phalereo portu*] Exc. Dan. *Phalarico.* An legendum *Phalerico?* Nam Graecis Φαληρικὸς dictus. Diodorus Sic. 11, 41. Ἐπινείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τῷ προσαγορευομένῳ Φαληρικῷ. Epitome Stephani de vrbibus, in Φάληρον· τὰ τοπικὰ, Φαληρόθεν, Φαληρόνδε, Φαληροῖ, καὶ Φαληρικόν. [add. Strab. lib. IX. c. 1, 24.] Librariis *Phalaris* tyrannus notior *Phalero*, demo Atticae. Inde occaſio corruptelae. Neque tamen plane reiiciendum τὸ *Phalereo*. Nam ipſe δῆμος, vbi hic portus fuit, (de quo vid. Meurſ. de pop. Att. p. 136.) non tantum Φάληρον et Φάληρα, ſed etiam *Phalereus* dictus. Stephanus loco paullo ante laudato: λέγεται δὲ καὶ ὁ δῆμος καὶ ὁ δημότης Φαληρεύς.

*triplex Piraeei portus*] Omnes ferme arbitrantur, Piraeeum, [hod. *porto leone* ſiue *draco*,] ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet, nimirum ipſum Piraeeum, Phalerum, et Munychiam. Verum qua ratione Phalerus, et Munychia, *Piraeei portus* dici mereantur, equidem non video, et prorſus omni id ratione caret. Nam quamuis vno murorum clauſtro ſepti eſſent, diuerſi tamen erant portus, maximoque a ſe inuicem diſtabant ſpatio. Sed diſerte docet Pauſanias, iam ante, quam Themiſtocles Phalerum et Munychiam Piraeeo iunxiſſet, tres habuiſſe portus. verba eius I. 1, 2. ſunt: Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε, (τοῖς τε γὰρ πλέουσι ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ᾽ ἑνὸς ἔχειν τοῦ Φαληροῦ) τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο. Nullus itaque dubito, quin ideo triplex dictus ſit Piraeeus, quod tres diuerſae ſtationes in eo eſſent. Et ſane ex his tribus ſtationibus vnam Piraeei nomine fuiſſe inſignitam, facile mihi perſuadeo. Alteram dictam fuiſſe Κανθάρων, videtur innuere Heſychius: Κανθάρων· λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν Πειραιεῖ. Tertia appellata eſt Ζεά. Heſychius: Ζεὰ ἡ Ἑκάτη παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ζεᾶς. ἔχει δ᾽ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. Haec doctiſſ. vir II. Voſſius in not. ad

ſam vrbem dignitate aequipararet, vtilitate ſupe-
raret.[5] Idemque[6] muros Athenienſium reſtituit 2
praecipuo periculo ſuo.[7] Namque Lacedaemonii
cauſſam idoneam nacti propter barbarorum excur-
ſiones,[8] qua negarent oportere extra Peloponne-
ſum[9] vllam vrbem haberi, ne eſſent loca muni-
ta,[10] quae hoſtes poſſiderent, Athenienſes aedifi-
cantes prohibere ſunt conati. Hoc longe alio 3

5. ſuperare *Ed. Arg.* — 6. idem mur. *MS. Leid.* 2. *Boecl. Voſſ.* 1. 2. 3. — 7. ſuo periculo *MS. Ax. Ed. Arg. Steph. Gebh. Keuch.* — 8. excurſ. barbarorum *MS. Ax. Ed. Arg. Keuch. ſtatim* qua re negar. *Ed. Lamb. Steph. Ingolſt.* [*nec omnino displicet Heuſing.* quare.] — 9. Poloponeſſum *MS. Voſſ.* 1. 2. — *tum* vrbem muros habere *MS. Leid.* 2. vrbem habere *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Boecl. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag. Long.* (*qui ſubintelligit* Graeciam.) [*et* vrb. habere *malit Kapp. ac ſubintelligere* muros. *Atque Tzſchuck. illam lectionem in not. ad ed.* 1. *non ſolum comprobauit, ſed etiam in ed.* 2. *in textum recepit* habere. *Sed diſſentit Bremi, et* vrbem *interpretatur locum moenibus circumdatum.*] — 10. punita *Ed. Med. et* quam hoſtes *MS. Leid.* 2.

Scylacis peripl. p. 8. [et Kühn. ad Pauſ. *Fiſch.*] Ac ſecundae quidem ſtationis etiam Ariſtophanes Pace meminit; ſed Κανθάρου λιμένα vocat v. 44. Ἐν Πειραεῖ δήπου 'στὶ Κανθάρου λιμήν. vbi ſcholiaſtes: ὁ Πειραεὺς λιμένας ἔχει τρεῖς, πάντας κλειτούς· (an ex Heſychio legendum κλειστοὺς, i. e. catenis clauſos, vt exponit Meurſius de populis Att. p. 95: ſeu, vt Voſſius l. c. ſepto Munychiae contentos?) εἷς μὲν ὁ Κανθάρου λιμὴν, οὕτω καλούμενος ἀπό τινος ἥρωος Κανθάρου, ἐν ᾧ τὰ νεώρια. Primam Meurſius l. c. Ἀφροδίσιον dictam vult. Sequitur enim apud ſcholiaſten: εἶτα τὸ Ἀφροδίσιον. Sed haec fortaſſe non ſtationem alteram, ſed alium Canthari locum ſignant. nam et mox additur: εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ έ. Ceterum portum hunc, praeter Thucydidem 1, 93. et 2, 13. et Pauſaniam, pulcre deſcribit Strabo lib. 9. E iunioribus vid. Meurſ. l. c.

2 *Idemque muros Athenienſium reſtit. praecip. peric. ſuo*] E multis vide Thucyd. 1. Diod. Sic. 11. Demoſth. Or. ad Lept. Plutarch. in vita, Polyaen. 1. Pauſan. initio lib. 1. Iuſtin. 2, 15. Frontin. Strateg. 1, 1. 10. Pro *Idemque* MS. Boecl. *Idem* ſine copula.

*qua negarent*] Alii addunt *re*: *qua re negarent.* quod tamen abeſt a MSS. melioribus, vt Giſan. Leid. Boecl. editisque omnibus, vt adnotat Schottus. Mox pro *haberi* MS. Boecl. *habere.*

*ne eſſent loca munita*] Iuſtin. 2, 15. 3. *Mittunt legatos, qui monerent, ne munimenta hoſtibus et receptacula futuri belli exſtruant.*

3 *Hoc longe alio ſpectabat*] Adnotat Schottus e libro ſibi conſulto: *Hoc longe animo ſpe-*

ſpectabat,[11] atque videri volebant. Athenienſes
enim duabus victoriis, Marathonia et Salaminia,
tantam gloriam apud omnes gentes erant conſe-
quuti, vt intelligerent Lacedaemonii, de princi-
patu ſibi[12] cum his certamen fore. Quare eos
4 quam[13] infirmiſſimos eſſe volebant. Poſtquam
autem audierunt muros inſtrui,[14] legatos Athenas
miſerunt, qui id fieri vetarent. His praeſentibus
deſierunt,[15] ac ſe de ea re legatos ad eos miſſu-
5 ros dixerunt. Hanc legationem ſuſcepit Themi-
ſtocles, et ſolus primo profectus eſt; reliqui le-
gati vt tum[16] exirent, quum ſatis altitudo muri

11. hoc longe aliter ſpectabant *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens.* hoc longe aliter animo exſpectabant *MS. Ox.* hoc l. animo ſpectabant *MS. Voſſ.* 1. 3. *Mendos.* hoc longe ſpectabant *MS. Voſſ.* 2. hoc longe aliter animo ſpectabat *MS. Ax.* hoc l. alio ſpectabant *Ed. Long. ſtatim* atque vid. vol *omiſit Ed. Mag.* — 12. ſui *MS. Leid.* 2. — 13. quam. *Sic MSS. Bauar. et edd noſtri omnes. Sed aberat MS. Boecl. et Edd. Long. Mag. Ingolſt.* — 14. ſtrui *Ed. Lamb. Steph.* — 15. diſierunt *Ed. Long.* — 16. vt eum *Ed. Med.* tum, *omiſſo τῷ* vt, *MS. Dan. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *dein* extructa *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald.*

*ctabant.* Refingi poſſet: *Aliud longe animo ſpectabant:* etſi verbis, inquit, aliud ferebant, animo tamen ad longe aliam rem collimabant. Ita Gebhardus. De ſenſu non abnuo. ſed mutatione opus non eſſe, facile iudicabit dictioni Nepotis adſuetus.

*Lacedaemonii*] Aberat MS. Boecleri [et Axen.] et poteſt abeſſe.

*quam infirmiſſimos*] Sic e membranis Bauaris Schoppius emendauit Veriſim. 1, 20. A vulgatis particula *quam* abeſt, ſicut et a MS. Boecleri.

4 *Muros inſtrui*] Ita praeter editos MS. Boecl. et membranae Bauarae, Schoppio teſte l. c. Firmatque Gebhardus illo Curtii 5, 1. 25 *murus inſtructus laterculo coctili.* ibid. com. 33, vbi de hortis penſilibus Babylone: *Saxeae pilae, quae totum onus ſuſtinent, inſtructae ſunt: ſuper pilas lapide quadrato ſolum ſtratum eſt.* ſic recte editiones Belgicae, et plerique MSS. *Inſtructae* i. e. exaedificatae, conſtructae. Non videntur cepiſſe vim huius verbi, qui *ſaxo* repoſuerunt; quod etiam in codd. Palatinorum vno fuit. Tacitus 2 H. 22, 3 *Legionarius ſubruit muros, inſtruit aggerem, molitur portas.* Alibi dixit *aggerem ſtruere,* 3 H. 20, 6. 2 A. 18, 2 etc. Caeſar *exſtruere aggerem,* 2 B. G. 29. Solinus cap. 1 *Poſuiſſe ſedes, inſtruxiſſe moenia et oppidum ab ea Rhomen vocaſſe.* ſic enim e MS. legendum

*his praeſent. deſierunt*] Thucydidis 1, 90. ſqq. narrationi

exſtructa videretur, praecepit: interim [17] omnes, ſerui atque liberi opus facerent, neque vlli loco parcerent, ſiue ſacer eſſet, ſiue profanus, [18] ſiue pri-

17. vt interim *Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch.* — 18. ſiue ſacer ſiue priuatus eſſet *MS. Mend. Boecl. Voſſ.* 1. 3. ſiue ſacer eſſet ſiue priuatus *MS. Ernſt. Gif. Put. Sau. Leid.* 1. *Bau. Ed. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* ſiue ſacer, ſiue profanus, ſiue priuatus eſſet *MS. Dan. Voſſ.* 2. *Ax. Boecl. Ed Long. et Arg. in qua tamen ſcriptum eſt* prophanus. ſiue ſacer, ſiue prophanus, ſiue priuatus *Ed. Ieus. Med. Par.* ſiue ſac. eſſet, ſiue prof. ſiue pr. *Ed. Ald. (in qua tamen ſcriptum eſt* prophanus.) *Lamb. Bos.* 1. *Heus.* [*cui tamen in notis haud neceſſaria videntur vocc.* ſiue prof.] *Stau.* 1. *et* 3. [*in ed.* 2. *ſ. min. omiſit vncinos, quibus in duabus* 1. *et* 3. *cum Boſio incluſit* ſiue prof. *recte.* [*Atque recentior edd. non ſolum retinuerunt* ſiue prof. *et recte omiſerunt vncin. ſed etiam Kapp. Tzſchuck. Bremi, Pauſl. bene vindicant illa vocc. Oppoſitio enim eſt concinnior* ſiue ſacer, ſ. profan. (*de quo voc. v. Brem.*) ſ. priu. ſ. publ.]

congruunt Iuſtinus et Frontinus: loca paullo ante laudauimus. [De Theopompi narratione apud Plutarch. in Themiſt. p. 121. Themiſtoclem auro corrupiſſe Ephoros, ne aduerſarentur, et ita opus impedirent, de Themiſtoclis auaritia et magna pecuniae vi ſibi corraſa, copioſe agit Stauer. ad mai. edit.]

[5 *praecepit*] monuit, ſuaſit, ſuggeſſit. ſic Alexander apud Curt. IV, 13, 8. *furum iſta ſollertia eſt, quam praecipitis mihi.*]

*Omnes, ſerui atque liberi opus facerent*] Diodorus Sic. dixit πανδημεὶ τειχίζειν τὴν πόλιν. Thucyd. I, 90.

*ſiue ſacer eſſet, ſiue profanus, ſiue priuatus*] Τὸ *ſiue profanus* eiiciendum, a nimis liberali manu Longolii inuectum, monuit Schoppius, I. Veriſ. c. 20. Sauaro, Schottus, et nec dum obtemperatum. Auctor Scholiorum in Ariſtophanis Equites, v. 811. (vbi totam hiſtoriam habes:) μὴ φειδομένους μήτε ἰδίου, μήτε δημοσίου τινὸς οἰκοδομήματος. in eo diſcrepans, quod tantum profanos, qua privatos, qua publicos, non vero ſacros locos complecti iuſſi fuerint Athenienſes muris ſuis: Nepos autem adfirmet, non parcitum fuiſſe ſacris quoque; quum tamen fuerit praeceptum vetus, μὴ κινεῖν, μήτε βωμοὺς, μήτε τάφους, μήτε ἡρῷα, *non eſſe mouenda ſeu violanda neque altaria, neque ſepulcra aut heroum ſacella.* Vide Zenob. 1, 54. Ita Gebhardus. add. Schopp. Veriſim. 1, 20 et not. Ernſtii. quorum ſententiam firmant MSS. Gif. Put. Sch. Bavarici, Leid. et Ernſtianus: a quibus omnibus τὸ *ſiue profanus* abfuiſſe dicitur. Boecleri tamen habet, hoc modo: *ſiue ſacer, ſiue profanus, ſiue priuatus eſſet, ſiue pub.* Videtur et cod. Danielis habuiſſe. nam excerpta eius nullam heic varietatem adnotant: quum tamen haec verba in Longol. editione reperiantur. Praeterea quomodo ex eo, quod ius tantummodo triplex apud Romanos fuit, ſequitur, apud

vatus, ſiue publicus: et vndique [19] quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum eſt, vt Athenienſium muri ex ſacellis ſepulcrisque conſtarent.

1 . VII. Themiſtocles autem, vt Lacedaemonem venit, adire ad magiſtratus [1] noluit, et dedit operam, vt quam longiſſime tempus duceret: [2]
2 cauſſam interponens, ſe collegas exſpectare. Cum Lacedaemonii [3] quererentur, opus nihilominus fieri, eumque [4] in ea re conari fallere, interim

19. ſed vndique *Ed. Steph. Mag. Gebh. Keuch.* — *tum* ad mun. idoneum *MS. Ax. et* cogerent *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Par. Mag. Ald. Vltrai.* — *denique* ſepulchrisque *Ed. Arg. Ald. Mag. vbique, Long.*

1. ad. ad mag. *ſic MS. Giſ. Dan. Mendos. Ed. Iens. Med. Paris. Sed* adire mag. *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Mag. Long. Steph.* — 2. duceret *MS. Leid.* 2. *Ed. Vltrai.* [*Bos. et recentt.*] *Sed* duceretur *Ed. Iens. Med. Paris. Ald. Lamb. Keuch. Pat.* vt quam long. tempus interponens diceret cauſam *MS. Mendos.* vt qu. long. tempus: interponens cauſſam diceret *MS. Voſſ.* 3. — 3. Lacedaemoni *MS. Voſſ.* 3. — 4. eoque *Ed. Long. ſtatim* in ea re *MS.*

Graecos nulla fuiſſe loca priuata? Sic enim rationem colligant neceſſe eſt, qui Auſonianum verſiculum vrgent. Iam, cur res quaedam profanae erunt; (quid enim aliud ſunt, quas Iureconſulti *humani iuris* vocant?) loca non erunt? Neque verum eſt, locum *profanum* et *priuatum* non differre: nam ſi maxime admittam, priuatum omnem profanum eſſe, non tamen omnis profanus priuatus eſt. Differunt igitur vt genus et ſpecies. Haec quum ita ſint, nolui verba haec plane eiicere; ſed ſatis habui, ſi vncis includerem, vt ſuſpecta, et in quibusdam MSS. et edd. haud reperta. Non repugnabo interim, ſi quis eiicienda putet. [Cic. Verr. 4, 1 neque *priuati* neque *publici*, neque *profani* neque *ſacri*. Quinctil. 5, 10. p. 367. *Fiſch.*]

*et vndique*] Qu. edd. *ſed vndique*. non male. Et mox *cogerent*. ſed *congererent*, quod etiam in cod. Giſ. et ed. Vltrai. fuit, aptius.

1 *Adire ad magiſtratus*] Sic MSS. Giſan. Dan. et Schotti, probante Gebhardo. Et eſt ad iſtum modum et alibi loquutus Noſter, itemque Terentius, Caeſar, alii. Thucydides, quem expreſſiſſe videtur: ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν, οὐ προσήει πρὸς τὰς ἀρχάς. Aberat tamen particula etiam a Leidenſi et Boecleri. [conf. Stau. ad mai. ed.]

*vt quam longiſſime tempus duceret*] Pro *duceret* qu. edd. *duceretur*. De re ipſa, ſiue arte ducendi tempus, quaedam adnotat Forſtner. ad Tacit. 1. p. 385.

2 *Ea re*] MSS. Dan. Boecl. et qu. edd. *in ea re*.

reliqui legati ſunt conſequuti. a quibus quum audiſſet, non multum ſupereſſe [5] munitionis, ad Ephoros Lacedaemoniorum acceſſit, penes quos ſummum imperium erat: [6] atque apud eos contendit, falſa his eſſe [7] delata: quare aequum eſſe, illos viros bonos [8] nobilesque mittere, quibus fides haberetur, [9] qui rem explorarent: [10] in-

*Dan. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Arg. Steph. Gebh. Boecl. Stau.* 2 *et* 3. [*Heus. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Bipont. Ith. Brem. Pauſt. ſed* in *omiſſ. in ed. Bos. Wetz. etc.*] *tum* conati *Ed. Ald.* — 5. ſuperare *MS. Mendos. Voſſ.* 1. [*et hoc, tamquam rarius, eodem ſenſu ac* ſupereſſe *vſurpatum, h. l. praeferre malit Tzſchuck. Aliter ſentit Stauer. ad ed.* 2. *et* 3.] — 6. imperium ſummum erat *MS. Dan.* imper. ſumm. eſt *MS. Ax. Voſſ.* 2. *ſed in huius margine* erat. *MS. Voſſ.* 3. ſummum erat imper. [*quod ſuauius eſt.*] — 7. falſa eſſe *MS. Ax.* — 8. bonos viros *Ed. Iens. Med. Ald. Lamb. Pat.* — 9. haberetur *MS. Dan. Ed. Lamb.* [*et recentt.*] *Sed* adhiberetur *MS. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Iens. Med. Mag. Arg. Paris. Ald. Long. Steph. Gebh.* [*Sed* fidem adhibere *eſt, fide vti, adhibere ſe fidelem;* fidem habere *eſt, credere: et hoc ſenſus huius loci requirit.*] — 10. explorarent *MS. Leid.* 2. *ſtatim* interea ſibi detrahere retinerent *MS. Mendos. Voſſ.* 3. [*vnde hoc ortum eſt? an latet alia lectio verior in illa vitioſa?*]

*ſupereſſe*] Liber Schotto inſpectus: *ſuperare.* quod etiam Gebhardo probatur. Sed quae ab vtroque adducta ſunt Virgilii ac Ciceronis loca, non quadrant. Nam ibi *ſuperare* vel abundare eſt, vel ſuperſtitem eſſe. At ſic plane Liuius: *Multa die ſuperante acceſſit.* et Ouidius: *Pars ſuperat coepti, pars eſt exhauſta laboris.* Idem alibi: — *nec tempora vitae Longa meae ſuperant.* Adi ſis Bangii obſeruation. philologic. lib. 2. p. 789. [Oudendorp. ad Iul. Caes. B. G. II. c. 28.]

*quibus fides haberetur*] Sic Lambinus edidit, et in ſuo codice P. Daniel reperit. Ceteri editi iuxta et manu exarati codd. *q. f. adhiberetur.* quam phraſin, vt parum Latinam, poſt Lambinum reiicit Schoppius in paradoxis litterariis epiſt. 5. Nic. tamen Heinſius apud Ouidium 15 Metam. 361. hanc trium codd. MSS. lectionem probat: *Si qua fides rebus tamen eſt adhibenda probatis:* vbi vulgo legitur *addenda.* eamque firmat illo Auſonii Ep. 12. *Si qua fides falſis vnquam eſt adhibenda poëtis.* Idem Schoppius, totum hoc ex gloſſa vel interpretatione ad oram libri poſita in contextum orationis irrepſiſſe, eoque expungendum, cenſet. *Eſt enim,* inquit, *palam otioſum. Si enim Lacedaemonii ex ciuibus ſuis viros bonos nobilesque Athenas mitterent, qui rem explorarent, fieri aliter non poterat, quin maximam eis rerum omnium fidem ha-*

3 terea ſe obſidem retinerent. Geſtus eſt ei [11] mos, tresque legati, functi [12] ſummis honoribus, Athenas miſſi ſunt. Cum his collegas ſuos Themiſtocles iuſſit [13] proficiſci: eisque praedixit, vt ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent, [14] quam
4 ipſe eſſet remiſſus. Hos poſtquam Athenas perveniſſe ratus eſt, [15] ad magiſtratum, ſenatumque

11. geſtus ei *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* [*et* eſt *carere nos poſſe cenſet Heus.*] — 12. facti *MS. Mendos.* — 13. Them. ſi iuſſit *MS. Voſſ.* 1. [*An* ſic iuſſ. *maluit ſcribere librarius haud eruditus?*] *mox* hisque praed. *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. et* vt quam prius *MS. Voſſ.* 3. — 14. remitterent *MS. Voſſ.* 2. *ſed* dimitterent *ſupra notatum erat.* [*ac* dimitt. *MS. Leid. et ſic legendum cenſet Oudend. ad Frontin. Strateg. I. cap.* 1. *nr.* 62.] demitterent *Ed. Keuch.* — 15. eſt ratus *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb. tum* et ad mag.

*berent.* Sed pro recepta lectione praeter conſenſum librorum omnium, cum illud facit, quod Nepos, ſicut et Iulius Caeſar ac eius aetatis alii, ea addunt aliquando, quae tautologias ſpeciem habent, atque omitti potuiſſe videntur: tum quod alii ſcriptores dicunt petiiſſe Themiſtoclem, ne Lacedaemonii falſo rumori fidem haberent, ſed mitterent, quibus referentibus credi poſſet. Diodorus lib. 11, 40. *παρεκάλεσε τοὺς ἄρχοντας μὴ πιστεύειν κεναῖς φήμαις, ἀλλ᾽ ἀποστέλλειν πρέσβεις ἀξιοπίστους εἰς τὰς Ἀθήνας.* Auctor incertus apud ſcholiaſten Ariſtoph. in Equit. p. 338. *ἔπειθεν αὐτοὺς μὴ ταχέως πιστεύειν τοῖς βουλομένοις εἰς ἔχθραν καταστῆσαι τὴν πόλιν, ἀλλ᾽ ἐπιλεξαμένους αὐτῶν ἄνδρας τοὺς εὐνοίᾳ καὶ πίστει διαφέροντας, ἐπόπτας ἐκπέμψαι.* Frontinus 1, 1. 10 *Contendit, falſum ad eos rumorem perlatum; et rogauit, vt mitterent aliquos ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarum.* qui locus, noſtro huic plane geminus, mire receptam lectionem confirmat. [Plut. Ageſ. p. 73. T. IV. *Fiſch.*]

*interea ſe obſidem retinerent*] Etiam Polyaenus: *ἀρίστους ἐκπέμψατε κατασκόπους, ἐμὲ κατασχόντες.*

3 *Eisque praedixit*] Frontinus: *ſuis clam ſcripſit.* Iuſtinus II. 15, 8. *per ſeruum magiſtratibus ſcribit.* Ergo *praedicere*, monere, interdicere, vetare, et, vt c. 6, 5 loquebatur, *praecipere* eſt. Sic Tacitus 13 A. 36, 1 *ne pugnam priores auderent, praedixit.* Idem 16 A. 33, 2 *praedicto, ne in Rep. haberetur.* Velleius 2, 82. 2 *praedixitque, ne deſtinatum iter peterent.* Liuius 23, 19 *praedictum erat Dictatoris, ne quid abſente eo rei gereret.* Pro *eisque* Boecleri codex *hisque.* [Cic. de diuin. I. 24. *ei ſecundum quietem viſam eſſe praedicere*, vbi v. not. Hottinger. *Fiſch.*]

4 *Ad magiſtratum, ſenatumque*] Iuſtinus: *Adiit deinde concionem Lacedaemoniorum.*

Lacedaemoniorum adiit, et apud eos liberrime profeſſus eſt: [16] Athenienſes ſuo conſilio, quod communi iure gentium facere poſſent, deos publicos, [17] ſuosque patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe. [18] neque eo, quod [19] inutile eſſet Graeciae, feciſſe; 5
nam illorum vrbem vt propugnaculum [20] oppoſitum eſſe barbaris, apud quam iam bis claſſes regias [21] feciſſe naufragium. Lacedaemonios au- 6

*Ed. Keuch. ſed mox in eodem libro ante τὸ* apud *abeſt τὸ* et. — 16. profeſſus eſt *MS. Sau. Dan. Ed. Iens. Med. Paris. Ald.* [*et recentior.*] *Sed* prolocutus eſt *MS. Long.* proſecutus eſt *MS. Put. Giſ. Boecl. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Long.* — 17. deosque publicos *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald.* — 18. ſepiſſe *MS. Voſſ.* 2. ſaepſiſſe *Ed. Iens. Med. Pat.* — 19. neque eo, quod. *Sic MS. Mendos. Boecl. Bau. Voſſ.* 3. *et Edd. noſtri omnes, etiam Long. Sed* neque in eo quod *MS. Dan. Leid.* 1. *Ed. Vltrai.* [*quod, ſtilo Corneliano ſimile, probat Heus. in not.*] neque eos *Ed. Lamb.* [*Brem.*] *Sed hanc lectionem damnat et* neque eo *tuetur Schopp. Veris. I. cap. 20. p. 73. Mox* Greciae *Ed. Med.* — 20. et propugnac. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. tum* oppoſitum eſſe *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Dan. Ed. Iens. Med. Paris. Ald. Lamb. Boecl. Bos.* 1. 2. *Heus.* [*Brem. et vterque defendit* oppoſitum, *quod refertur more haud inſolito (v. Heuſing. praef. ad Cic. de offic. p. XXXXVIII.) ad proximum ſubſtantiuum* propugn. *non ad primarium verbum* vrbem: *Wetz. Bip.*] *ſed* oppoſitam eſſe *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. Stau.* 1. 2. 3. [*quem v. in Obſſ. Miſc. Nou. a. 1744. p. 532 ſqq. Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Heinr. Ith. Pauſl. Schmied.*] — 21. claſ-

*profeſſus*] Reſtituit e MS. ſuo hanc vocem Sauaro, habuitque et P. Dan. codex. Vſus ea et infra eſt 23, 11. 1. Thucydides dixit Φανερῶς εἶπεν: quod Noſter expreſſit. Eſt enim *profeſſus* idem ac palam faſſus. MSS. Puteani, Gifanii, Boecleri, ac plerique editi: *proſecutus.* Longolii: *prolocutus.* Sed vtrumque gloſſema puto.

5 *Neque eo, quod inutile eſſet Gr. ſec.*] Sic diſerte MSS. Bauarici, Boecl. alii. nec video, cur neceſſe ſit cum Puteano et Lambino *neque eos* reponere. Dan. et Leid. *neque in eo.* De re ipſa vide Thucyd. lib. 1. [*inutile* h. e. pernicioſum.]

*claſſem regiam*] MS. Leid. et Boecl. *claſſes regias.* qu. edd. *claſſis regia feciſſe naufrag.* [*Naufrag. feciſſe* h. e. fuiſſe depreſſas aut diſiectas: metaphorice de clade Marathonia, (et ad pugnam Marathoniam Perſae non ponte, ſed nauibus venerant, victique naues repetierant,) ac proprie de clade Salaminia.]

tem male et iniuſte facere, qui id potius intuerentur, quod ipſorum dominationi, quam quod vniuerſae Graeciae, vtile eſſet. Quare ſi ſuos legatos recipere [22] vellent, quos Athenas miſerant, ſe remitterent: aliter illos nunquam in patriam recepturi. [23]

1 VIII. Tamen [1] non effugit ciuium ſuorum inuidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, teſtarum [2] ſuffragiis e
2 ciuitate eiectus, Argos habitatum conceſſit. Hic cum propter multas [3] eius virtutes magna cum

ſem regiam *Ed. Iens. Med. Paris. Ald. Boecl.* [*Bos. item Stau.* 1. *Wetz. Brem.*] *ſed* claſſes regias *MS. Leid.* 1. *Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Arg. Long. Heus. Stau.* 2. 3. [*Tzſchuck.* 1. 2. *Heinr. Harl. Ith.*] claſſis regia feciſſet *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. quod reiicit Munker ad Hygin. p.* 26. *Stau. at* feciſſe *MS. Voſſ.* 3. *aberat.* [*ſed* feciſſe, *loco* feciſſet, *more Liuii, praeſertim Graecis ſolita conſtructione.*] — 22. accipere *Ed. Iens. Med. Paris. Ald.* — 23. eſſent recepturi *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* [*Bos. Heuſing. Ith. Stau.* 1. *Wetz. Heinr.*] *ſed* recepturi *omiſſo* τῷ eſſent (*vt referatur ad* remitterent) *Ed. Keuch. Stau.* 2. 3. [*Tzſchuck.* 1. 2. (*qui, alias, ait, praeſtet* eſſe recepturos, *ſc. dixit,*) *Harl. Brem. et ego expunxi.*] *Paullo ante* aliter *MS. Dan. Ed. Iens. Med. Paris. Ald. Sed* alias *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Arg. Long.*
1. Hic tamen *Ed. Steph. Gebh. Keuch. mox* ciuicorum *MS. Leid.* 1. *et* Milciades *Ed. Arg.* — 2. teſtarum. *Sic etiam MS. Gif. Put. ſed* teſtularum *MS. Sauar. Mendos. Leid.* 1. *Ax. Voſſ.* 2. 3. *Ed. Mag. Long. Steph. Gebh. Keuch.* — 3. per multas *MS. Leid.* 2. [*Dein loco* eius *dicendum erat* ſuas, *iudice Heus. qui, fortaſſe, ait, explicandi cauſſa aliena manu pronomen adſcriptum eſt. Atque verba* propter — virtutes *tamquam ſpuria eſſe notata a Riclefio, animaduertit Tzſchuck. ad ed. 2. at, forte, inquit, ſuam quaſi interpoſuit ſententiam: nec deſunt ſimilia; n. vbi nulla inde exſiſtit ambiguitas.*]

6 *Aliter illos*] Sic MSS. Dan. Sed cod. Boecl. et vulgatae edd. *alias.* Mox τὸ *eſſent* gloſſema videbatur Gronouio not. ad Liu. 34, 29, 9.

1 *non effugit ciuium ſuor. inuidiam*] Vide ex epiſtolis, quae ſub Themiſtoclis nomine circumferuntur, 1 ad Aeſchylum, 2 ad Alcetam, 14 ad Pauſaniam, et 9 ad Habronychum.

*ob eund. timorem*] Sup. 1, 8. 4.

*teſtarum*] In MSS. Sau. Sch. Leid. et qu. edd. vet. erat *teſtularum.* qua voce in eadem re vſus eſt infra 5, 1. 2. [Eſt oſtraciſmus.]

dignitate viueret, Lacedaemonii legatos Athenas miſerunt, qui eum abſentem accuſarent, quod ſocietatem cum rege Perſarum [4] ad Graeciam opprimendam feciſſet. Hoc crimine abſens proditionis eſt damnatus. [5] Id vt audiuit, quod non ſatis tutum ſe Argis videbat, Corcyram [6] demigrauit. Ibi quum eius principes ciuitatis animadvertiſſet [7] timere, ne propter ſe bellum his Lacedaemonii et Athenienſes indicerent, [8] ad Admetum Moloſſorum regem, [9] cum quo ei hoſpi-

4. Perſarum *Ed. Long.* [*et rec.*] *Sed* Perſo *MS. Leid.* 2. *Dan. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Paris.* Perſae *Ed. Iens. Med.* Perſiae *Ed. Ald. Mox* iniiſſet *loco* feciſſet *Ed. Long.* — 5. damnatus eſt *MS. Leid.* 2. *Axen. Ed. Arg.* — 6. Corcyran *Ed. Gebh. mox* vbi *MS. Ax.* — 7. cum eius princeps animadu. *MS. Leid.* 2. cum eius principes animadu. *MS. Mendos.* cum ei. pr. ciuit. animaduertiſſent *Ed. Iens. Med. Long. Arg.* — 8. inducerent *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Par.* inciderent *MS. Voſſ.* 1. *ſed in marg.* alii indicerent. — 9. ad Adm. Moloſſ. regem. *Sic ed. Long.* [*Bos. et rell.*] *Sed* ad Moloſorum Admetum Moloſſum *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. ad Moetum Moloſſum regem *MS. Dan. mox* hoſpicium *Ed. Med.*

2 *Lacedaemonii legat. Athenas miſ. etc.*] Cauſſam, cur Lacedaemonii accuſarent Themiſtoclem, Diodorus 11, 54. hanc fuiſſe ait, quod ipſi ob Pauſaniae proditionem male audirent; Athenienſium vero exiſtimatio inclareſceret, propterea quod nullus dum ipſorum ciuis proditionis conuictus eſſet. Itaque eos parem nomini Athenienſi ignominiae notam inurere properaſſe.

*ſocietatem feciſſet*] Longol. *iniiſſet*, repugnantibus libris. *Facere ſocietatem* etiam infra Noſter dixit 9, 2. 2, ſicut et Cic. pro Quinctio: *facere amicitiam* 7. 6. 4 et 14, 10. 2. *Foedus amicitiamque facere* Iuſtinus 12, 2. 12. [conf. Thucyd. 1, 135.]

3 *Hoc crim. abſens proditionis eſt damnatus*] Nempe proditionis cum Pauſania initae accuſabatur, quoniam familiarius eo vtebatur, ac quotidie litteras et nuncios ad eum miſſitabat. Thucydid. 1, 135. Diod. Sic. 11, 54. Plut. in vita Them. c. 23. Qui tamen omnes ab hoc crimine eum abſoluunt. Adde Plut. lib. de vtilit. ex inimic. capienda, itemque Themiſtoclis epiſt. 14.

*Corcyram*] [hod. *Corfu.*] V. ſup. 2, 2. 1. Totam narrationem de Corcyraeis habes epiſt. 12 et 19 earum, quae Themiſtocli tribuuntur.

*ad Admet. Mol. R. — conf.*] Sic fere Thucyd. 1, 136. Diodor. 11. Plut. in vita c. 24 et ipſe epiſt. 19 et 20 prolixe. Sed de hoſpitio quod Noſter narrat, in eo neminem, quod ſciam, adſentientem habet. Nam Thucydides 1, 136 et plerique

4 tium fuerat, [10] confugit. Huc quum veniſſet, et in praeſentia rex abeſſet, [11] quo maiore religione ſe receptum tueretur, filiam eius paruulam arripuit, et cum ea ſe in ſacrarium, quod ſumma colebatur caerimonia, coniecit. inde non prius egreſſus eſt, [12] quam rex eum data [13] dextra in

10. erat *MS. Dan.* [*Ed. Heinr. et probant Brem. et Wetz. in not. ſed disſentit Tzſchuck. ad ed.* 2. *quia ius hospitii, alias per totam vitam ſeruati, etiam renuntiari poterat, docente Cicer. in Verr.* 2, 36.] *Fiſcher in Addendis*, „erat, *ait, ſi quid video, recte. Nam hoſpitium, h. e. ius ſiue ſocietas hoſpitii per totam vitam colebatur, immo in liberos quoque transibat, vt e Plauti Poenulo* 5, 1. *adparet. Cic. ad Famil.* 13, 19. eum Lyſone Patrenſi eſt quidem mihi hoſpitium vetus, quam ego neceſſitudinem ſancte colendam puto. *De more ac iure hoſpitii ap. veteres totam rem copioſe illuſtrauit Io. Guil. Stuckius Antiqq. Conuiual. lib.* 1. *cap.* 27. *add. Iac. Phil. Tomaſini libr. de teſſeris hoſpitalitatis. Vtini* 1647.“ *Dein* hic *pro* huc *Ed. Boecl.* — 11. rex eſſet *MS. Leid.* 1. rerum abeſſet *MS. Leid.* 2. — 12. inde prius egreſſus non eſt *MS. Boecl.* (*Magius ibi ſe reperiſſe oſtendit* inde vero pr. egr. n. e.) *Voſſ.* 2. *Ax.* — 13. quam rex quem d. *MS. Voſſ.* 3.

hiſtoricorum, itemque Cicero in Bruto, inimicum ei fuiſſe Admetum aiunt. Cauſſam habes ap. Plut l c. et ſcholiaſten Thucydidis p. 90. Ipſe epiſt. 20 ὁ Ἄδμητος ἐμὲ μὲν ἐγνώρισεν, καὶ εὖ οἶδ᾽ ὅτι ἐμίσησεν. Thucydides: ἀναγκάζεται παρὰ Ἄδμητον ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον καταλῦσαι. vbi Longolius negandi particulam non agnouiſſe Nepotem cenſet. Sed ego potius cum Magio dixerim, alios auctores ſequutum eſſe.

4 *Rex abeſſet*] Sic quoque Thucyd. 1 et ipſe Themiſtocles ep. 20. Diodorus tamen vult adfuiſſe et comiter eum excepiſſe. Ceterum in MS. Leid. fuit: *rex eſſet* cui, vt opinor, occaſionem praebuit non intellectum τὸ *in praeſentia*. librarius enim de loco accepit, quum debuerit de tempore.

*filiam ei. paru.*] Immo filium, ſi Thucydidi 1, 136 et Plutarcho credimus. Quare Lambinus exiſtimabat, vel lapſum eſſe Nepotem, vel alios ſequutum, vel erratum eſſe librariorum. Et ante Lambinum Longolius non dubitabat, a Noſtro ſcriptum fuiſſe *filium paruulum*. Epiſtola 19 Themiſtoclis etiam nomen filii addit: Ἡμεῖς δὲ ἐφέστιοι ἐκαθεζόμεθα, οὕτω γὰρ ἐκέλευεν ἡ Κρατεσίπολις. Ἀρίβδας δὲ ὁ μικρὸς ὑποχείριος ἦν ἐμοὶ καὶ ξίφος ἐν θατέρᾳ. Quae ſi ab ipſius manu ſunt, res confecta eſt. Sed notum eſt Graeculorum ſtudium in hoc genus epiſtolis fingendis.

*inde non prius egreſſus eſt*] MS. Boecl. *Inde prius egreſſus non eſt.* elegantius, vt opinor.

*data dextra*] Vid. Marcell. Donat. Dilucidat. ad Capitolini Maximinos p. 644 et ſeq.

fidem reciperet: quam praeſtitit. Nam quum ab 5
Athenienſibus [14] et Lacedaemoniis expoſceretur publice, ſupplicem non prodidit; monuitque, [15] vt conſuleret ſibi: difficile enim eſſe, in tam propinquo loco tuto eum verſari. Itaque Pydnam [16] eum deduci iuſſit, et quod ſatis eſſet [17] praeſidii dedit. Hic [18] in nauem omnibus ignotus nautis [19] 6
eſcendit. [20] Quae quum tempeſtate maxima Naxum

14. nam cum Ath. *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris.* — 15. monuit *MS. Ax.* — 16. Phydnam *MS. Leid.* 2. *Dan. Ed. Iens. Paris.* Phidam *MS. Voſſ* 1. 3. *Ed. Med. Arg.* Fidnam *MS. Ax.* — 17. eſſe *Ed. Iens. Med.* — 18. Hic. [*Antea in edd. Bos. Stau.* 1. 3. *Bip. Ith. Heinr. Pauſl. legebantur* Hac re audita hic.] *ſed MS. Leid.* 2. *Ax. Dan. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Longol. Steph.* [*Lamb. Stau.* 3. *ſiue* 2. *mai. Tzſchuck.* 1. 2. *Brem.*] *abſunt*, [*et ego, quod ſunt ſpuria, atque* hac — hic *moleſtum accidit auribus, expunxi* hac re audita.] *Heuſing. qui in nota copioſe ea damnat*, [*Harl. Wetz.*] *incluſerunt vncinis. Sed* hic re audita *MS. Voſſ.* 3. — 19. nautis *MS. Leid. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Vltrai.* [*Bos.* 2. *Cell.*] *Heus.* [*Ith. Bip. Wetz. Heinr.*] *Sed a MS. Voſſ.* 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Stau.* 1. 2. 3. [*qui ad alteram edit. multis impugnat lection.* nautis, *Tzſchuck. Brem. Pauſl.*] *abeſt.* — 20. eſcendit. *ſic MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ed. Bos.* 2. *Heus.* [*Bipont. Wetz. Heinr.*] *Sed* exſcendat *MS. Voſſ.* aſcendit *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. [*qui in not. ad min. ed. laudat Duker. et Drakenb ad Liu. XXXI.* 29. *et Oudend. ac Dauis. ad Caes. B. G. V.* 7. *ad maior. autem ſiue* 3. *ed. adpellat Burm. ad Phaedr. libr. IV. fab.* 21. *vers.* 9. *docentem, proprium in hac re eſſe verbum* aſcendere; *Ed. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. (*qui ſibi non ſatis liquere*

5 *Ab Athen. et Laced. expoſceretur*] Longa oratione, vt ait Thucydides: cuius ſummam, vna cum reſponſo Admeti habes epiſtola modo laudata, p. 38. 39 edit. Graecolatinae. add. Diodorus 11 p. 270. [*publice* n. miſſis legatis. v. Diod. Sic. XI. 56.]

6 *Hac re audita*] Abſunt haec a quibusdam edd.

*omnibus ignotus nautis*] Τὸ *nautis* inſerui e MSS. Leid. Boecl. et ed. Vltrai. quod in reliquis codd. a praecedenti voce facile ob ſoni ſimilitudinem abſorberi potuit. Thucydides I. 137. ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηΐ. Themiſtocles ipſe ep. 19 τοῖς μὲν ἐν τῇ νηῒ ἀγνὼς ἅπασιν εἶναι ἐδόκουν. Plutarchus: οὐδενὸς εἰδότος ὅστις εἴη τῶν πλεόντων. Schottus tamen gloſſema cenſebat.

*eſcendit*] Non dubitaui et hoc verbum, auctoritate MS.

ferretur, vbi tum [21] Athenienſium erat exercitus: ſenſit Themiſtocles, ſi eo perueniſſet, ſibi eſſe pereundum. Hac neceſſitate coactus, domino nauis, qui ſit, [22] aperit, multa pollicens, ſi ſe conſer-
7 uaſſet. At ille clariſſimi viri captus miſericordia, diem noctemque procul ab inſula in ſalo nauem tenuit in ancoris, [23] neque quenquam ex ea exire paſſus eſt. Inde Epheſum peruenit, ibique Themiſtoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam poſtea retulit. [24]

*ſatetur, quomodo* eſcendo *ſimpliciter poſſit* adſcendo *dici,) Ith. Brem. Pauſl.*] — 21. vbi Athen. tum *MS. Ax. Voſſ.* 2. *paullo ante* fertur *MS. Leid.* 2. — 22. qui ſit *MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 2. 3. *Ax. Ed. Bos.* 2. *Heus.* [*Stau. Tzſchuck. et reliquae recent. meae edd.*] quis ſit *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 1. *Pat. conſ. Cort. ad Salluſt. B. Catil.* 44, 5. — 23. anchoris *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Long. ſtatim* eque quemque *MS. Leid.* 2. — 24. poſt-

codicis P. Danielis, hic reponere: cum idem aliis ſcriptoribus pridem e MSS. reſtituerint, variisque veterum auctorum teſtimoniis firmauerint Gruterus, Gronouius, alii. [v. Gronou. et Drakenb. ad Liu. II. 28. 6 p. 358 ſq. Heuſing. ad noſtrum loc. Snakenb. ad Curt. III. 8 p. 110. Oudendorp. tamen ad Suet. vit. Iul. Caeſ. cap. 61 p 101 in nota de vi rectoque vſu τῶν *adſcendere* et *eſcendere* ſcite diſputat, et Wolf in nou. Suetonii ed. bene defendit cum Oudend. (qui dedit *adſcendit)* et reſtituit *aſcendit.* Quare ego h. l. malim cum Stau. et Tzſchuck. praeferre *in nauem adſcendit;* quamquam Boſius in indic. voc. *eſcendere*, „*eſcendit*, ait, ex MS. P. Dan. edidimus, nulli dubitantes, quin genuina ſit lectio. Nam et aliis vett. ſcriptoribus, Paulo Diacono, Tacito, Ciceroni, Salluſtio, Varroni, Plauto idem verbum reſtituerunt Muretus, Carrio, Guilelmus, Gruterus, Schoppius, alii." Diodor. Sic. XI. cap. 56 aliter narrat, et de hac naui tacet. v. Stauer. ad ſec. mai. edit. *Naxus* hod. *Nicoſia.*]

*vbi tum Ath. erat exercitus*] Naxum oppugnans, vt aiunt Thucyd. 1, Plutarchus, Polyaen. 1.

*qui ſit*] Sic MSS. Dan. et Boecl. recte. *qui* pro *quis*, vt ſaepe apud Plaut. Terent. Cic. Reliqui *quis ſit*. Rem fere eodem modo narrant Thucyd. et Polyaen. 1, adduntque Themiſtoclem minatum, niſi ab ipſo ſeruaretur, ſe dicturum Athenienſibus, illum pecunia ſe corrumpi paſſum. Quod etiam ipſe ep. 19 refert: ſed cetera paullo aliter narrat.

7 [*in ſalo*] conf. Thucyd. libr. I. c. 137 et Abreſch. Dilucid. Thucyd. p. 142.]

*gratiam poſt. retulit*] Nempe ingenti pecunia eum donavit, vt Thucyd. et Plutarch. referunt.

IX. Scio pleroſque ita ſcripſiſſe, Themiſtoclem Xerxe regnante [1] in Aſiam transiiſſe. Sed ego potiſſimum Thucydidi credo, quod aetate proximus erat de iis, qui [2] illorum temporum 1



ea grat. ret. *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* gr. poſt. rettulit *Ed. Med.* gratiam retulit *Ed. Boecl.*

1. Ad Xerxem regnantem *MS. Ern. Bau. Ox. Ern: mox* transiſſe *MS. Bau.* [*v. Schopp. Veriſ. I. cap.* 20. *p.* 73.] *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Keuch. Ingolſtad. Bos.* 1. *Heus.* [*Weiz. Heinr. Stau.* 3. *reliquae* transiiſſe.] miliſſe *MS. Ox. dein* Thucididi *Ed. Arg.* — 2. aetate

1 *Pleroſque*] Ephorum ſcilicet, Dinonem, Clitarchum, Heraclidem, alioſque complures, Plutarcho Them. c. 27. laudatos: cum quibus et Diodorus Siculus 11, 56 ac epiſtola 19 Themiſtoclis faciunt.

*Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam transiiſſe*] Schoppius Veriſim. 1, 20 et Ernſtius e ſuis codd. mallent: *Themiſtoclem ad Xerxen regnantem in Aſiam transiiſſe.* Videndus omnino Petau. 2. Rationar. temp. libr. 3, 10. [Stauer. ad edit. min. conſulere iubet Weſſeling. ad Diod. Sic. XI. cap. 23. 56. 57. et addit, Ducker. ad Thucyd. I. cap. 137 recte obſeruaſſe, ex verbis epiſtolae patere, Themiſtoclem ad Artaxerxem, cuius is patrem Xerxem deuicit ad Salamina, veniſſe. Sed Schlegel. l. c. p. 101 ſq. veroſimilius eſſe credit, probatque, Thucydidem erraſſe, quam Dinonem cum ceteris.]

*proximus de his*] Sic e MS. Dan. legendum puto. Vulgo eſt *proximus, qui ill. t. h. r.* dura admodum ellipſi. Schoppius Veriſim. 1, 20 e Bauarico: *qui aetate proximus ab his qui etc.* Ernſtius e ſuo: *qui aet. proximus ab his erat, qui etc.* Schott. denique e Mendoziano: *proximus erat iis, qui etc.* Quae lectiones omnes contextui repugnant. Neque enim ideo Thucydidi potiſſimum credere ſe, ait Nepos, quod proximus aetate fuerit hiſtoricorum illis, qui res illorum temporum compoſuerant; ſed quod ipſe vetuſtiſſimus inter eos, et temporibus illis proximus. Nam Ephorus, Dinon, Clitarchus, Heraclides, Diodorus ceterique, qui Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam transiiſſe ſcripſere, omnes aetate multo poſteriores fuere. Thucydides autem Olymp. LXXVI anno ſecundo, hoc eſt quadriennio ante exſilium Themiſtoclis natus fuit. Vid. Voſſ. de Hiſtor. Graec. 1, 1 et 4. *De his* igitur eſt *inter hos, ex his*, vt ſupra c. 4, 3 *de ſeruis ſuis, quem habuit fideliſſimum.* cuius ſignificatus ignoratione factum puto, vt tam varie locus hic a librariis interpolaretur. [Taylor ad Demoſth. de cor. pag. 668 tom. I. (cap. 6. p. 84. ed. Altenburg.) corrigebat ita: *Scio pleroſque, qui illorum temporum hiſtoriam reliquerunt, ita ſcripſiſſe, Themiſtoclem, Xerxe regnante, veniſſe.* Sed ego potius Thucydidi credo, quod aetate proximus erat, et eiusdem ciuitatis fuit. *Fiſch.* add. Harl. et Tzſchuckii notas.]

hiſtoriam reliquerunt, et eiusdem ciuitatis [3] fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum veniſſe, atque
2 his verbis epiſtolam miſiſſe. *Themiſtocles veni ad*

— qui. *Sic MS. Dan. omiſſo tamen verbo* erat. *Sed* de his *omiſerunt edd. Mag. Long. Pat.* q. aet. prox. ab his qui *MS. Bau.* qui [quod *legi in cod. Ernſtii, ſcripſit Stau. ad mai. editt.*] aet. pr. ab his erat qui *MS. Ernſt.* q. aet. pr. erat iis qui *MS. Mendos. Voſſ.* 1. qui aet. proximus erat his, qui *MS. Boecl. a prima manu, ſed alia delerat* τὸ his. qui aet. prox. erat qui *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 1. quod aet. prox. erat de his, qui *Bos.* 2. [*Wetz. et ſic quoque Stau.* 1. *et* 3. *Tzſch.* 1. 2. *niſi vt pro* his *habeant* iis; *in min. autem edit.* quod aet. prox. erat, qui.] *Sed* qui aet. prox. de iis, qui *Ed. Heus.* [*Ith. Bipont. Heinr. in quibus tamen, vti in MS. Axen., legitur* de his.] aet. prox. et is qui *MS. Voſſ.* 3. [quod aet. prox. erat qui *Pauſl.* de iis *Stauer. in textum quidem recepit; ſed dubitat, an* proximus de his *loco* ab his *aut* ab iis *vmquam repertum ſit, et ſuſpicatur, Nepotem ſimpliciter ſcripſiſſe,* quod aetate proximus et eiusdem ciuitatis fuit, *quia et Herodotus, qui nullam de huius transitu Themiſtoclis facit mentionem, antiquior fuit Thucydide, et Cicero in Bruto cap. XI. (quem locum Cornelius ante oculos habuiſſe videtur Stauer. quod vero parum credibile videtur Heuſing. in Appendicula adnotatt.)* „quem *(Themiſtoclem), ait,* Thucydides, qui et Athenienſis erat, et ſummo loco natus, ſummusque vir, et paullo aetate poſterior, tantum mortuum ſcripſit.“ *Sed* de his *ſiue* iis, *h. e. ex his, inter eos, reſpicit verba* qui — reliquerunt. *v. not.*] — 3. vt eiusdem

***Is autem ait, ad Artaxerxem eum veniſſe***] Id quod etiam ſcripſerat Charon Lampſacenus, teſte Plutarcho Them. p. 125. ſcriptor Thucydide, ipſoque etiam Herodoto, vt volunt, antiquior. Ceterum cum vtraque ſententia magni nominis ſcriptoribus nitatur; idcirco Petauius, vt componeret hunc disſenſum, duplex regni Artaxerxis exordium conſtituit, vultque decem annos cum patre regnaſſe. Vide eum lib. 10 de doctr. temp. c. 25 et in Ration. temp. Part. 2 l. 3, 10. Wilh. Langius, fere iisdem rationibus inductus, eum anno paterni imperii tertiodecimo regem deſignatum exiſtimat, lib. 2 de annis Chriſti cap. 15. Sed multis vtraque eorum ſententia difficultatibus premitur: vt alibi fortaſſe docebimus. Vſſerius p. 187 mortem Xerxis in annum P. I. 4240; Themiſtoclis tranſitum in proxime ſequentem conjicit. Quod ſi recte ſe habet, ita conciliaueris hunc disſenſum, vt tranſierit quidem ad Xerxem, (quem nondum cognorat obiiſſe:) ſed a filio demum eius Artaxerxe receptus fuerit.

***his verbis epiſtolam miſiſſe***] Haec coram reſpondiſſe ſe Regi ipſum increpanti, ait epiſt. 19 p. 41. id quod etiam Plutarchus tradit. Diodorus quoque nullam epiſtolae mentionem facit; ſed *introductum ad regem,* ait, *illum edocuiſſe, nil iniuſti ſe feciſſe.* [v. Thucyd. I. 137.]

*te, qui plurima mala omnium Graiorum* [4] *in do-
mum tuam intuli, quum mihi neceſſe fuit aduer-
ſus* [5] *patrem tuum bellare, patriamque meam de-
fendere. Idem multo plura bona feci,* [6] *poſt-* 3
*quam in tuto ipſe, et ille* [7] *in periculo eſſe coepit.
Nam quum in Aſiam reuerti vellet,* [8] *proelio
apud Salamina facto, litteris eum certiorem feci,
id agi, vt pons, quem in Helleſponto fecerat,
diſſolueretur, atque ab hoſtibus circumiretur.* [9] *quo*

*MS. Leid.* 2. [*mox* venio ad te *legendum putabat Stau. ad ed. min. quod Thucyd. libr. I. c.* 137. Θεμιστοκλῆς, *ait,* ἥκω παρά σε. *ſed Tzſchuck. ad vtramque ed. recte tuetur* veni; *nam* ἥκω *etiam Graecis idem ſignificat, et Thucydides iam adſuit. Idem tenendum mox eſt de* confugi, *pro quo Lambin. maluit* confugio.] — 4. hominum Graiorum *MS. Voſſ.* 1. 3. [*et ita legere iuſſit Stauer. ſupra ad I.* 5, 1.] — 5. aduerſus *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Harl. Wetz. Tzſchuck.* 2. *Brem. et ego reſcripſi, quod gratius h. l. ad aures accidit, quam* aduerſum, *quod eſt in MS. Dan. et reliquis editt.*] *ſtatim* patrem bellare *MS. Leid.* 2. — 6. orſus fui *MS. Bau.* orſus feci *MS. Ax.* fecit *Ed. Keuch.* [Eidem vero — feci *coniic. Schmieder. quod vero reiicit Tzſchuck. ad ed.* 2. *nam* idem *elegantius eſt pro* ſed et.] — 7. ipſe et ille *MS. Dan.* [*Ed. Bos. et recentt.*] *Sed* ipſe ego et ille *Ed. Mag. Long. Steph. Gebh.* [in tuto ipſa et ille *legendum eſſe, V. D., forſan Bernegger., margini mei exempl Lambin. adſcripſit. conf. etiam Boecleri not.*] — 8. nollet *MS. Mendos. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. mox* Salaminam *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Long. Paris.* — 9. circumiretur. *Sic MS. Dan.* [*Ed. Bos. Stau.* 1. 3. *et recentt*] *Sed* circuiretur *Ed. Stau.* 2. [*Harl.*] circumueniretur *Ed. Long. Steph.* circumueniret *Ed. Mag.*

2 *Quum mihi*] MS. Dan. *quamdiu.* quomodo Thucydides: ὅσον χρόνον τὸν σὸν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκη ἠμυνόμην. Cod. Boecleri: *quod mihi n. f.* An legendum, *quoad mihi nec. fuit?* vel τὸ *quod* pro *quoad* accipiendum?

3 *Bona feci*] MS. Bauarus vetuſtior: *orſus fui*, referente Schoppio Veriſim. 1, 20. Sed Graeca Thucydidis non congruunt.

*quum in Aſiam reuerti vellet*] Xerxem ante acceptum a Themiſtocle nuncium cogitaſſe reuerti, clare docet Herodotus [VIII. 110. vbi ad nr. 73. v. Valcken.] Nam poſtquam narraſſet conſilium Artemiſiae, reditum ſuadentis, ſubiicit: ἥσθη τε δὴ τῇ συμβουλῇ Ξέρξης· λέγουσα γὰρ ἀπετύγχανε τάπερ αὐτὸς ἐνόει. οὐδὲ γὰρ εἰ πάντες καὶ πᾶσαι συνεβούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμενε ἄν, δοκέειν ἐμοί. οὕτω κα-

4 *nuncio ille periculo eſt liberatus. Nunc autem ad te confugi,*[10] *exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam: quam ſi ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus eſt. Ea autem*[11] *rogo, vt de his rebus, de quibus tecum colloqui*[12] *volo, annum mihi temporis*[13] *des, eoque transacto, me ad te*[14] *venire patiaris.*

10. [Nunc ad te autem conf. *Ed. Bos. Stau.* 1. 2. *Wetz.*] nunc confugi ad te *MS. Dan. Voſſ.* 1. 3. *Ax.* [*Stau.* 3. *Brem. Tzſchuck.* 1. 2 *et Heus. malit* nunc ad te conf.] nunc autem conf. *Ed. Iens. Med. Paris. Ald.* Nunc autem ad te conf. *Ed. Lamb.* [*qui etiam malit* confugio, *ſed v. ad n.* 3.] *Mag. Long. Boecl. Gebh. Keuch. Pat.* [*Heus. Harl. Heinr. Bip. Ith. et quia ſuauius eſt, recepi.*] *Mox* amiciciam *Ed. Med.* — 11. id autem — vt his *MS. Leid.* 2. — 12. de quib. tec. loqui. *Sic etiam ed. Lamb. Bos.* 1. 2. *Sed* quas tecum colloqui *MS. Mendos. Bau. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Mag. Ald. Long. Steph. Gebh. Keuch. Pat.* [*Brem. qui tuetur hanc lectionem, quae eſt Graecorum imitatio, et defendi poteſt, docentibus Cortio ad Sall. B. Cat. c.* 5. *nr.* 9. *et Stauer. ad noſtrum locum in ed. mai.*] de quibus tec. coll. *Ed. Heus. Stau.* 1. 2. 3. [*Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *rell. atque ego reſcripſi.*] — 13. annum mihi temporis. *Ita MS. Sau. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* [*Tzſchuck.* 1. *Harl. Wetz. Ith. Brem. Heinr.*] *Sed* annuum mihi tempus *MS. Dan. Bau. Leid.* 2. [*Tzſchuck.* 2. *quod iam Heuſing. veriſſimum eſſe exiſtimauit.*] annu mihi tempus *MS. Gif.* annum mihi temporis ſpatium *MS. Put.* annuum tempus *Axen.* — 14. ad te, *omiſſo* τῷ me, *MS. Voſſ.* 2. 3. *Boecl. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald.* [me] ad te ven. *Heus.* [*Harl. Stau.* 3. me ad te ven. *Lamb. Bos. Wetz. qui negat,* me *poſſe commode abeſſe, et recentt.*]

ταῤῥωδήκει. Quae ſatis, meo quidem iudicio, receptam lectionem tuentur.

4 *Non minus me bonum amicum etc.*] Vide Gebhardo laudatos Tacit. 1 H. 71, 2. 3. Senec. de Ira 2, 34.

*de quibus tecum loqui volo*] Schotti liber, et MSS. Bauari Schoppio laudati: *quas tecum colloqui volo.*

*annum mihi temporis des*] Sic e ſuo cod. emendauit Sauaro, ſuffragante Gebhardo. Dan. et Bauarici: *annum mihi tempus des.* Gif. *annū mihi tempus des.* Put. *annum mihi temporis ſpacium.* Mox Boecl. *ad te venire patiaris,* omiſſo pronomine *me.*

X. Huius rex animi magnitudinem admirans,[1] 1
cupienſque talem virum ſibi conciliari, veniam
dedit. Ille omne illud[2] tempus litteris ſermoni-
que Perſarum dedit:[3] quibus adeo eruditus eſt,
vt multo commodius dicatur apud regem verba
feciſſe, quam hi poterant, qui in Perſide[4] erant
nati. Hic quum multa regi eſſet pollicitus, gra- 2
tiſſimumque illud, ſi ſuis vti conſiliis vellet, il-
lum Graeciam[5] bello oppreſſurum: magnis mu-
neribus ab Artaxerxe[6] donatus, in Aſiam rediit,
domiciliumque Magneſiae ſibi conſtituit. Namque 3
hanc vrbem ei rex donarat, his vſus[7] verbis:

1. admiratus *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *ſed in hoc ſupra notatum erat alia manu* admirans: *mox* cupiens talem *MS. Leid.* 2. *et ab eodem MS.* ſibi *aberat.* — 2. id tempus *Ed. Steph. Gebh. Mag.* [*ſuauius hoc quidem loco.*] — 3. ſe dedidit *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. ſe dedit *MS. Ax.* — 4. Perſida *MS. Sluisq.* — 5. illud Gr. *Ed. Med. Arg. Long.* [*male! nam τὸ* illum *referendum eſt ad Artaxerxem.*] — 6. Artoxerxe *Ed. Paris. mox* Maganen *MS. Leid.* 2. — 7. don. cum duabus aliis his vſus *MSS.*

1 *Admirans*] Boecl. *admiratus.* *veniam dedit*] h. e. conceſſit, adnuit petitioni. *Bos.* [qui hanc dicendi formulam in indic. vberius expoſuit. Add. Weſterhou. ad Terent. Andr. V. 3, 30.]

[*litteris — feciſſe*] conf. Thucyd. I. 138. De ſingulari Themiſt. memoria v. Quinctil. I. O. XI. 2, 50. Cic. de fin. II. 32 init. et Wetzel. not. ad noſtrum locum.]

*vt commodius dicatur*] Vide Hippolyti a Collib. Conſiliarium p. 186. 187, et legatum Frederici de Marſelaer lib. 1 diſſert. 27.

2 *Illum Graeciam bello oppreſſurum*] Id regi eum promiſiſſe, ceteri quoque ſcriptores tradunt, fateturque ipſe epiſt. 11 et 20. quanquam ext. ep. 19 negat ſe hoc vnquam admiſſurum. *ϛϱατεύσομαι*, inquit, *ἐπ' Ἀθήνας ἐγὼ, καὶ τῷ Ἀθηναίων ναυμαχήσαντι μαχοῦμαι. πολλὰ ἄλλα ἔϛαι, τοῦτο δὲ οὐδέποτε.* Tantum ergo Athenienſes Oſtraciſmo ſuo profecerunt, vt eminentes proſcripti, praeſertim ambitioſi et impatientiores, inſtrumenta ſe praeberent opprimendae patriae, quum tutius fuiſſet ſubruere fundamenta, quibus eorum eminentia nitebatur, et velut ſubtractis alimentis ambitionis ignem extinguere. Adi Forſtner. in 2 Ann. Taciti p. 136 ſqq. Boecleri Comment. p. 64 ſeqq. Haec fere Loccenius. Quibus adde iudicium ſcriptoris Itali e libro nuper edito, cui titulus la Secretaria del Apollo p. 947 ſeqq. et notam Buchneri ad 2, 8. 1.

[*magn. muner.*] conf. Iſocr. tom. I. p. 203. *Fiſch.* ſ. panegyr. cap. 41 p. 112 ed. Mor. et Stau. not. ad ed. 3.]

3 *Namque hanc vrbem etc.*] MSS. Magio laudati et quidam

quae ei panem praeberet: ex qua regione quinquaginta [ei] [8] talenta quotannis redibant: Lampſacum autem, vnde [9] vinum ſumeret: Myuntem, [10] ex qua opſonium [11] haberet. Huius ad noſtram memoriam monumenta manſerunt duo: ſepulcrum prope oppidum, in quo eſt ſepultus;

*apud Long.* don. cum duabus aliis, quae panem praeberet *Ed. Long. Mag. Pro* donarat *Ed. Lamb. Mag. Keuch. Patau.* donauerat. *Tum pro* his vſus verbis *MS. Dan.* his quidem vbis, *MS. Leid.* 2. hisque verbis, *MS. Ax.* his verbis. *abſunt Ed. Long.* — 8. [ei] *MS. Voſſ.* 1, 2. 3. *Boecl. Ax. Ed. Iens. Med Arg. Ald. Paris. Steph. Gebh. Keuch. Bos.* 1. *Heus.* [*Bipont.*] *abeſt.* [*vncis id incluſum eſt in ed. Bos.* 2.] *Erat autem in MS. Dan.* [*in mea Lamb. ed.*] *et Stau.* 1. 2. [3. *reliquisque meis recentt.*] *Dein* quot annis *Ed. Iens. Med. et* redibat *MS. Leid.* 2. — 9. Lampſacum autem, vnde *MS. Dan.* (*in quo eſt* Lamſacum,) *Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ax.* [*Bos.* 2. *Wetz.*] *Sed* Lampſacum, vnde *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Bipont. Harl. Ith. Heinr. Brem.*] Lampſacum item *Ed. Long. Loco* vnde *Ed. Arg.* uñ. — 10. Myuntem. *Ita etiam Ed. Ald. Lamb. Bos. ceterique recentiores.* [Myunta *tamen Ed. Heus. Tzſchuck. Harl. Stau.* 3. *Brem.*] *Sed* Myntam *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Long.* Miniham *Ed. Iens. Med. Arg. Paris.* Smyrnam *MS. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ax.* et Myuntem *Ed. Steph.* — 11. obſonium *Ed. Iens. Med. Arg. Steph. Gebh.*

editi: *Namque h. v. ei R. don. cum duabus aliis his vſus verb.* Sed inſerta merito ſuſpecta Lambinus habuit. et abſunt ab optimis libris. Mox MS. Dan. *his quidem verbis.* quod Longolius plane omiſit.

*quae ei panem praeberet*] Similia habes ap. Platon. Alcibiade primo p. 33. [Hutchinſ. ad Xenoph. Cyri exped. 1 p. 38. *Fiſch. quinq. tal.* circiter 50,000 thal.]

*ex qua regione quinquag. ei talenta*] Tò *ei* a plerisque MSS. et edd. vett. abfuit. Quare Lambino videbatur legendum: *ex qua regi quinq. tal. q. r.*

*Lampſacum*] Dan. et Boecl. *Lampſ. autem.* Vulg. edd. *Lampſ. item.* Et certe tale quid requiri videtur, vt cohaereat oratio. Mox pro *Myuntem* MS. Boecl. habebat *Smyrnam.* Sed reliqui ſcriptores, ipſeque Themiſtocles ep. 19 *Myuntem* nominant. [Conf. Steph. Byzant. v. Λάμψακος, Plutarch. tom. I. p. 314. Strab. XIV. p. 943 B. Athen. I. 23. p. 29. F. Ammian. Marcell. 22, 8. Cic. Verrin. 3, 33. *Fiſch. Magneſia* fuit vrbs Cariae ad Maeandrum; *Lampſacus* in Myſia ad Hellespontum; *Myus* in Ionia. conf. Stau. ad min. edit. et Tzſchuck. ad 1. ed. *Opſonium* h. l. ſenſu artiore de piſcibus eſt intelligendum.]

*ſepulcrum prope oppidum*] Athenas ſcil. vbi adhuc Pauſa-

ſtatuae in foro [12] Magneſiae. De cuius morte 4
multimodis [13] apud pleroſque ſcriptum eſt: [14] ſed nos eundem potiſſimum Thucydidem auctorem probamus: qui illum ait Magneſiae morbo mortuum: neque negat, fuiſſe famam, venenum ſua ſponte ſumſiſſe, quum ſe, quae regi de Graecia opprimenda [15] pollicitus eſſet, praeſtare poſſe de-

12. ſtatuat vero *MS. Voſſ.* 3. *et in MS. Voſſ.* 1. *verba* in foro *ab alia erant adſcripta manu. Mox* Magnenſiae *MS. Leid.* 2. [*vocc.* in quo eſt ſepultus *eſſe a librario quodam interpolata, late acuteque probare ſuſtinuit Bremi.*] — 13. multimodis *MS. Dan. Gif. Put. Sau. Voſſ.* 1. *Ed. Gebh. Bos.* 2. *Heus.* [*Bipont. Heinr. Wetz. Schmied. Pauſl.*] *Recte. Cic. Orat. cap.* 45. [*qui, „ſine vocalibus,“ ait, „ſaepe breuitatis cauſſa contrahebant, vt ita dicerent, multi'modis.“*] *Sed* multis modis *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Mag. Long. Steph. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. [3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Brem.*] in multis modis *MS. Ax.* — 14. eſt *MS. Voſſ.* 3. *aberat. mox* eum potiſſ. *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. et* Thucididem *Ed. Arg.* — 15. optinenda *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* [*Atque* obtinenda, *h. e.* occupanda, *haud ſpernendum videtur.*]

niae aeuo, (vixit autem ſub Marco Imp.) ad maximum portum exſtitiſſe, ex Atticis eius ſ. l. 1, 2 discimus. *Oppidi* voce ſupra quoque 1, 4. 2 ita vſus eſt.

4 *De cuius morte*] Hieronymi ep. 11 ad Nep. *Sapiens vir Graeciae Themiſtocles quum expletis centum et ſeptem annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quod tum egrederetur e vita, quando ſapere coepiſſet.* Sed vel corruptus is locus, legendumque *Theophraſtus,* vel ſanctus pater memoria lapſus eſt. Vide Caſaub. ad Theophraſti character. p. 97 et Phil. Carolum Var. lect. 2, 7.

*multimodis*] Sic MSS. Dan. Gif. Put. Sauar. probantque ac tuentur Sauaro, Gifanius in Ind. Lucret. et Gebhardus. quare fidenter in textum recepi. Vſi Plautus, Terentius, et ſaepiſſime Lucretius. Vetus Poëta ap. Cic. de Orat. 3, 58 *Multimodis ſum circumuentus, morbo, exſilio, atque inopia.* [Sed *multimodis* forma poetarum potius eſſe, nec huius aeui ſcriptorum proſaicorum adeoque Nepoti non obtrudenda videtur Stau. ad ed. 3 et Tzſchuckio. De mortis autem illius genere v. ſchol. ad Ariſtoph. Equit. v. 83. Plutarch. in Them. c. 31 et in Cim. c. 18. Cic. Brut. X. 7. XI. 1—5 et de Amicit. c. 12. et Gebhard. ad noſtrum locum. Annus mortis eius ponitur ab Euſebio in Olymp. 78 $\frac{2}{3}$, contra ab aliis in a. 304. aut in ann. 305. Olymp. 82 $\frac{3}{4}$. v. Dodwel. Annal. Thucyd. p. 100 et Corſini Faſt. attic. tom. III. p. 193 et 208.]

*eundem potiſſ.*] MS. Boecl. *eum potiſſimum.* [v. Thucyd. 1 138 et Stauer. ad ed. min.]

5 ſperaret. Idem oſſa eius clam in Attica ab amicis eſſe [16] ſepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis eſſet damnatus, memoriae prodidit.

16. Τὸ eſſe *aberat MS. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Heuſ.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Brem.*]

5 *Eſſe ſepulta*] Τὸ *eſſe* aberat MS. Boecl.

*quoniam leg. non conced. quod proditionis etc.*] Οὐ γὰρ ἐξῆν φανερῶς θάπτειν ἐν Ἀθήναις τὸν ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντα. Vid. Petit. Comment. ad Leges Attic. 7, 4 p. 262, itemque Kirchmann. de funer Rom. append. p. 720 ſeq. et Gutherium de iure Manium 1, 7. [Hudſon et Ducker ad Thucyd. I. c. 134 et 138.]

# III. ARISTIDES.[1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Aemulus Themiſtoclis, mulctatur exſilio. II. Ante tempus reuocatur; praetor contra Mardonium; imperium Athenienſibus conciliat. III. Aerario praeeſt; pauper moritur.*]

ARISTIDES LYSIMACHI F. ATHENIENSIS, 1
aequalis fere fuit Themiſtocli. itaque cum eo
de principatu [2] contendit: namque obtrectarunt
inter ſe. In his autem cognitum eſt, quanto an- 2
teſtaret [3] eloquentia innocentiae. Quanquam [4]
enim adeo excellebat Ariſtides abstinentia, vt
vnus [5] poſt hominum memoriam, quod quidem
nos audierimus, [6] cognomine Iuſtus ſit adpellatus:

1. Ariſtidis vita *Ed. Iens. Med. Paris. Arg. Ald.* — 2. eo princip. *MS. Voſſ.* 3. *mox* obtractarunt *MS. Leid.* 2. — 3. anteſtaret *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Arg. Paris. Ald. Long. Steph. Mag.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Wetz. Brem. quibus ſum obſequutus.* antiſtaret *Bos. et rell.*] conſtaret *MS. Leid.* 2. atteſtaret *Ed. Med.* — 4. cumcum *MS. Dan. addita gloſſa pro* quamquam. *An ſcriptum fuit* camcam? *Veteres enim librarii ſolebant pro* qu *ſcribere* c. *vt* condam *pro* quondam, *ap. Iuſtin.* 3, 2. 3. *et apud Curtium* 8, 14. 12. oblicum *pro* obliquum, *apud Curt.* 4, 15. 1. *etc.* — 5. et vnus *MS. Leid.* 2. — 6. quae

Faciem Ariſtidis exhibet numus, in cuius vno latere caput illius, et: ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ Ο ΔΙΚΑΙΟΣ: in altero mulier ſedens, dextra baculum tenens; infra: ΒΟΥΛΗΣ ΓΝΩΜΗ; circum: ΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ΑΛΛ' ΕΙΝΑΙ. Quae poſtrema fortaſſe reſpiciunt id quod Plutarchus Ariſtide p. 320. [tom. II. p. 338. ſqq. ed. Tubing.] narrat: cum facti in Amphiaraum ab Aeſchylo iambi in theatro recitarentur, Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει etc. omnes reſpexiſſe Ariſtidem, tanquam ad eum praecipue haec virtus pertineret. [Plut. tom. I. p. 317. Pauſan. VIII,52. *Fiſch.*]

1 *Aequalis*] Adde ex Aeliano 13, 44. quod iisdem tutoribus vſi ſunt, et ſimul educati, ac ab eodem praeceptore inſtituti.

2 *Iuſtus ſit adpellatus*] Praeter

tamen a Themiſtocle collabefactus teſtula illa, ex-
3 ſilio [7] decem annorum multatus eſt. Qui quidem quum intelligeret, reprimi concitatam multitudinem non poſſe, cedensque [8] animaduerteret [9] quendam ſcribentem, vt patria pelleretur, [10] quaeſiſſe ab eo dicitur: quare id faceret, aut quid Ariſtides commiſiſſet, cur tanta poena [11] dignus
4 duceretur? Cui ille reſpondit: ſe ignorare Ariſtidem; ſed ſibi non placere, quod tam cupide [12]

quidem nos aud. *MS. Dan.* quam quid. audiemus *MS. Leid.* 2. quem quidem audierimus *MS. Ax.* quidem nos audierimus *MS. Voſſ.* 2. *ſed in marg. al. m.* quod. quod q. nos audiemus *Bos.* 1. [quod quid. nos audierimus *Bos.* 2. *vti rell. edd. etiam habent*,] quid. nos audiuerimus *Ed. Keuch.* — 7. exſulio *Ed. Lamb. vbique.* — 8. ſedensque *Ed. Paris. Ald.* — 9. animaduertiſſet *MS. Dan. Leid.* 1. *Voſſ.* 3. *Ax.* [*idque haud inepte ſcriptum iudicat Heuſing. et probat Wetzel. in not. propter ſequens verbum et tempus* quaeſiſſe] — 10. expelleretur *MS. Leid.* 2. [*ſed nihil mutandum eſt. v. Stau. ad edit. mai.*] *mox* curue *Ed. Long.* — 11. tantam poenam *Ed. Iens. Med. Arg. Paris.* — 12. quod tam cupide. *Ita MS. Dan. Gif. Mendos. Leid.* 1. *Bau. Voſſ.* 1. 3. [*Ed. Bos.* 2. *Heus. et rell. recentt.*] *Sed* tam *aberat Ed. Iens.*

Plutarch. in Ariſtide, (qui multa inſignis iuſtitiae eius exempla adfert,) Herodotus 8. c. 79. Aeſchines or. adu. Cteſiph. et *περὶ παραπρεσβ.* Diodor. Sic. 11. Cicero Or. pro P. Sextio c. 67. et Tuſc. 5, 36 etc. [Quod Ariſtides Sophiſta in Panath ſiue Orat. tom. I. p. 170. de noſtro Ariſtide ſcripſit, *Δίκαιον κληθῆναι μόνον Ἑλλήνων ἀπὸ τούτου*, Stauer. ad noſtrum locum in ed. 2. mai., non peccaſſet, ait, contra hiſtoriam Nepos, ſi ſcripſiſſet *vnus Graecorum p. h. m. — cogn.* IVSTVS *ſit adpellatus*, et de hoc Ariſtidis cognomine laudat Weſſel. ad Diod. Sic. libr. XI. c. 47. nr. 33.]

*tamen a Themiſtocle*] Qui in vulgus ſparſerat, Ariſtidem ſublatis iudiciis, quod omnia iudicaret et diſceptaret, dominatum in ciues voluntarium clam ſibi paraſſe. Plutarch. in vita p. 322. [cap. 7. Herod. 8, 79.]

3 *Cedensque*] Sic MSS. et infra ſimiliter loquutus 5, 5. 2 et 13, 3. 4. Alii *ſedensque.* Mox Dan. et Leid. *animaduertiſſet.*

*quend. ſcribentem*] Plutarchus in vita p. 322 ac in apophthegm. p. 186 et Suidas ruſticum fuiſſe aiunt, ac teſtulam Ariſtidi, vt vni de plebe, tradidiſſe, et rogaſſe, vt Ariſtidis nomen inſcriberet: idque hunc feciſſe.

4 *Quod tam cupide elab.*] Sic e membranis Bauaricis legit Schoppius Veriſim. 4, 2. cuius emendationem confirmant MSS. Dan. Gif. Sch. et Leid. In Boecleriano quoque fuit: *quod*

elaboraſſet, vt praeter ceteros Iuſtus adpellaretur. Hic decem annorum legitimam poenam non pertulit. Nam poſtquam Xerxes in Graeciam deſcendit, ſexto fere anno, quam erat [13] expulſus, populi ſcito [14] in patriam reſtitutus eſt.

*Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* quod ita cupide *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* — 13. quam erat. *Sic MS. Boecl. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Vltrai. Long.* [*Bos.* 2. *Stau. Tzſchuck. et rec.*] *v. Abr. Gronou. ad Iuſtin. p.* 929. *Sed* poſtquam *Ed. Lamb. Bos.* 1. *Keuch.* [*Wetz.*] — 14. populiſcito *MS.*

*ita cupide.* Barthius tamen Adverſar. 24, 18 contendebat, τὸ *tam* omittendum eſſe. *Non enim*, inquit, *tam ſuperfluam affectionem, quam ipſam honeſtam quaerendi nominis iſtius cauſſam indicabat ruſticus ille.* Nobis tot bonorum librorum conſenſus potior viſus. Ceterum etſi laudari iuſtitiae ſtudium in Ariſtide omnino debet; imprudenter tamen egit, quum *tam cupide elaborauit, vt praeter ceteros iuſtus diceretur:* notat enim ingenium plebis, quod nihil eminens ferre poſſet. Quare colere quidem iuſtitiam, non autem oſtentare, debuit. [Cic. Tuſc. V, 36. *Fiſch.*]

5 *Nam poſtq. Xerxes*] V. not. Ernſtii.

*ſexto fere anno*] Immo tertio, iuxta Plut. in vita p. 323. cum quo facit Scaliger ad Euſeb. num. 1133 qui reuocatum ait anno I Olymp. LXXV, eiectum Ol. LXXIV anno II. Schottus *quarto anno* reuocatum ſcribit; ſed includit eum, quo expulſus eſt. Et ſic fortaſſe Nepos ſcripſit; mutauit autem librarius, traiecta virgula, *IVto* in *VIto*. [conf. Corſini Faſt. attic. III. p. 157.]

*quam erat expulſus*] Repoſui lectionem, quam MSS. Schotti et Boecl. ac ed. Vltraiectina exhibent; omiſſa vocula *poſt*, quam in aliis Codd. librarii, quibus haec ellipſis inſueta erat, de ſuo addiderant. Nam ſic ſaepe veteres. Suetonius Claud. 17 *Sexto quam profectus erat menſe, Romam rediit.* Curtius 4, 4. 19 *Tyrus ſeptimo menſe, quam oppugnari coepta erat, capta eſt.* Plinius H. N. 8, 42 de equo: *Terram attingere ore, triduo proximo, quam ſit genitus, negant poſſe.*

*populi ſcito*] Vulgati omnes: *plebiſcito.* ſed neutiquam ſpernendum iudico τὸ *populi ſcito*, quod et heic in MSS. Dan. ac Leidenſi, et in iisdem aut aliis Codd. infra legitur 7, 5 4. 15, 7. 4. 19. 2. 2. Id ſiue quod abbreuiate ſcriptum eſſet, *ppliſcito* vel *pliſcito*, ſeu quod ignotum illis eſſet, imperiti librarii in notius mutarunt. Dicebatur autem apud Romanos *populi ſcitum* lex ſiue iuſſum a populo factum. Feſtus in ſchedis Farneſianis, vt a viris doctis ſuppletae ſunt, col 139 *Scitum populi dicebatur, quod ſine plebe cunctus patricius ordo, rogante patricio, ſuis ſuffragiis iuſſit. quod autem aliquo interrogante ex patribus, et plebe ſuffragante ſcitum eſſet, id iam leges ſcriptae dicebantur. Sed illud*

1 II. Interfuit autem pugnae nauali apud Salamina, [1] quae facta eſt prius, quam poena liberaretur. Idem [2] praetor fuit Athenienſium apud Plataeas [3] in proelio, quo Mardonius fuſus, bar-

*Dan. Leid.* 1. [*Ed. Bos.* 2. *Heus. et rell. recentt.*] *Sed* plebiſcito *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Arg. Paris. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. blebiſcito *Ed. Med.* plebeſcito *MS. Voſſ.* 2.

1. Salaminam *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Mag. Long. mox* prius quam *a MS. Voſſ. aberant.* — 2. *Hinc cap.* 2. *incipit in ed. Patau.* — 3. Plataeas [*gr.* Πλαταια *et* Πλαταιαι] *Ed. Mag. Long. Stau.* 1. 2. 3. *Heus. vbique,* [*atque edd. recentt.*] Plataeeas *Ed. Lamb.*

*plebeiſcitum eſt, quod Tribunus pl. ſine patriciis plebem rogauit, id eſt, conſuluit, plebesque ſciuit.* Tacitus 3 A. 58, 2 *Nulla de eo populi ſcita; non in libris caerimoniarum reperiri.* Ceterum ita dictum, quia *populus ſciuit*, h. e. ſanxit, conſtituit. Idem Feſtus col. 76 *Quod in omnes homines, resue populus ſciuit, lex appellatur.* Boëthius in Topica Cic. lib. 3 *Lex eſt, quam populus centuriatis comitiis ſciverit.* Apte igitur Noſter hac voce expreſſit decreta ſiue ψηφίσματα Athenienſium, quae non a plebe, ſed ab vniuerſo populo in concione ſanciebantur. Nam pſephiſmate reuocatum cum aliis Ariſtidem, clare apparet e Plutarcho, cuius haec ſunt p. 323 verba: λύσαντες τὸν νόμον, ἐψηφίσαντο τοῖς μεθεστῶσι κάθοδον. Similiter Liuius 45, 25 decretum Rhodiorum, quod Polybius 30, 5. 5. ψήφισμα dixerat, *ſcitum populi* vocat. *Societatem*, inquit, *ab Romanis ita volebant peti, vt nullum de ea re ſcitum populi fieret, aut litteris mandaretur: quod niſi impetrarent, maior repulſis ignominia eſſet.* Polybius dixerat: τοῦτο δὲ ἐποίησαν, βουλόμενοι οὐ διὰ τοῦ ψηφίσματος καὶ πρεσβείας ἀποτυχεῖν, ἐὰν ἄλλως δόξῃ Ῥωμαίοις, in Excerpt. Legation. ecloga 93.

1 *Interfuit a. pugnae*] Inter quam adſumtis multis grauioris armaturae militibus genere Athenienſibus, Perſas, qui Pſyttaleam inſulam, vt adnatantes e naufragio ſuos ſeruarent, hoſtes necarent, occupauerant, omnes exceptis quibusdam illuſtribus interemit, vt referunt Herodotus 8 [c. 95. nr. 6 et 9. not. Weſſel. add. Valck. ad Herod. VIII, 81. lin. 5.] et Plutarchus p. 323. [c. 9.]

*Salamina*] Lamb. mallet *Salaminam* aut *Salaminem*, nulla neceſſitate. Vid. ſup. ad 2, 2. 8.

*Idem praetor fuit*] Et quidem αὐτοκράτωρ. Plutarchus p. 325 χειροτονηθεὶς στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὴν μάχην. Poſita autem erat haec αὐτοκρατορία (ſi credimus Petito ad LL. Att. 3, 5 p. 251) tum in belli adparatu adornando, tum in bello pro arbitrio adminiſtrando, plane vt apud Romanos ſolebat Dictator.

*Mardonius*] Quem Xerxes poſt cladem Salaminiam in Graecia reliquit. V. inf. 4, 1. 2, et Plut. Ariſtide p. 324.

barorumque exercitus eſt interfectus. [4] Neque 2
aliud eſt vllum huius in re militari illuſtre fa-
ctum, quam huius imperii memoria; iuſtitiae [5]
vero et aequitatis, et innocentiae, multa: in pri-
mis, quod eius aequitate factum eſt, quum in
communi claſſe eſſet Graeciae ſimul cum Pauſa-
nia, quo duce Mardonius erat fugatus, vt ſumma
imperii maritimi ab Lacedaemoniis [6] transferre-
tur ad Athenienſes. Namque ante id [7] tempus 3
et mari et terra duces erant Lacedaemonii; tum [8]
autem et intemperantia Pauſaniae, et iuſtitia fa-
ctum eſt Ariſtidis, vt omnes fere ciuitates Grae-
ciae ad Athenienſium ſocietatem ſe adplicarent,
et aduerſus barbaros hos duces deligerent [9] ſibi,

*Bos. al.* Plateas *Ed. Iens. Med. Arg. Paris.* — 4. exerc. eſt interf. *Ed. Lamb. Bos.* [*Wetz.*] *Sed* exerc. interf. eſt *MS. Voſſ.* 1. 2 3. *Ax. Ed. Stau.* 1. 2. [3. *Heus. et rell. recentt.*] eſt *omiſſum eſt in Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Mag. Ald. Long. Statim* neque illud *MS. Ax.* — 5. iuſticiae *Ed. Arg. in quo mox etiam* equitatis. — 6. ab Laced. *Sic quoque MS. Dan. Sed* a Laced. *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Mag. Long. Ald. Lamb. Patau.* — 7. namque id ante id *MS. Leid* 2. — 8. tunc *MS. Leid.* 2. *mox* intemp. *omiſſo* τῷ et *MS. Voſſ.* 3. — 9. diligerent *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Med.* delegerent *MS.*

2 [*illuſtre factum*] Heuſing. delendum eſſe cenſet *factum*, Schmieder autem in Lexico etc. p. 7. Nepotem acriter et copioſe adcuſans, quia in proelio Marathonio iam praetor fuiſſet et ſtrenue ſe geſſiſſet, emendandum putabat *tam illuſtre* aut *illuſtrius*, neque arbitrabatur, vocc. *factum* et *memoria* bene ſibi oppoſita videri; ideo potius debuiſſe Nepotem ſcribere: *neque vllius eſt huius in re militari facti, quam huius imperii, memoria illuſtrior.* Sed vereor, ne haec cenſura ſit iuſto ſubtilior.]

*iuſtit. v. et aequitatis*] Exempla commemorat Tullius 3. Offic. 11 et 23. Pro *innocentiae* Schottus putabat *continentiae* reſcribendum. ſed fruſtra. *Innocentia* enim quandoque idem quod abstinentia eſt, et auaritiae opponitur. Vide Cic. pro L. Manil. cap. 13.

*quum in communi claſſe eſſet Graeciae ſimul cum Pauſania*] Ab Athenienſibus dux ad bellum, collega Cimone, miſſus. V. Plutarch. p. 532.

3 *Intemperantia*] Impotentia, ſaeuitia, ſuperbia, βαρύτητι. V. Plut. l. c. [Conf. Herodot. VIII. cap. 3. et ibi Valcken. not. qui obſeruat, hanc rem eueniſſe triennio poſt Ol. LXXX, 4. adnotante Stauer. ad noſtr. loc. in Ed. 3. quem conferes.]

quo facilius [10] repellerent, ſi forte bellum renouare conarentur.

1 III. Ad claſſes aedificandas, exercitusque comparandos, quantum pecuniae quaeque ciuitas daret, Ariſtides delectus eſt, qui conſtitueret. Eius arbitrio [1] quadringena et ſexagena [2] talenta quotannis Delum [3] ſunt collata: id enim commune aerarium eſſe voluerunt: quae omnis pecunia
2 poſtero tempore Athenas translata eſt. Hic qua

*Ax.* — 10. quos quo facil. *MS. Long. Dan. Ax. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Heus. Atque in hoc poſtremo* [*et ed. Bipont. ac Schmied.*] *nouum hinc incipit caput,* [*probante Wetzel. at haeſitante Stau. ad ed.* 3. *disſentientibus vero Tzſchuck. et Bremi.*] *Vir doct. in ed. Patau. coniecit* quos eo facil. *Ceterum etiam in Iens. locus ita diſtinguitur:* quos quo fac. — conarentur: ad claſſ. aedif.

1. eiusque arbitrio *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Dan. Ax.* [*Ed. Wetz.*] — 2. quadringena et ſexagena. *Sic MS. Gif. Dan. Mendos. Boecl.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. Tzſchuck.* 1. 2. (*quo iudice efficiunt circiter ſummam* 600,000 *thalerorum.*) *Ith. et rell.*] *Sed* quadringenta et ſexagena *MS. Voſſ.* 2. *ſed in marg. alia manu* ſexaginta; *Ed. Iens. Med. Arg. Ald.* [*Harl.*] quadringena et ſexaginta *MS. Ax.* quadringena ſexaginta *Ed. Paris. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [quadringenta et ſexaginta *Ed. Lamb. in meo Paris. ex. Schmied.*] *tum* quot annis *Ed. Iens. Med.* — 3. in

*quo facilius repellerent etc.*] Cod. Longolii: *quos quo facilius repellerent, ſi f. b. r. conarentur; ad claſſes aedif. etc.* Sed alteram lectionem diſtinctionemque praeferebat Magius, tanquam manuſcriptorum fide nixam. Τὸ *quos* tamen et in Leid. fuit.

1 *Quantum pecun. quaeque ciuit.*] Vide collecta Meurſio Fortun. Attic. cap. 7. p. 52 et ſeqq.

*Ariſtides delectus eſt*] Ab vniuerſa Graecia. Vid. Plutarch. vita p. 333.

*quadringena et ſexagena tal.*] Sic MSS. Gif. Dan. Sch. et Boecleri. Infra 7, 9. 3 *ex quo quinquagena talenta vectigalis capiebat.* Vulgo editur: *quadringenta et ſexaginta.*

*commune aerarium*] Vide Brodaeum Miſcell. 4, 17. Ioh. Laurentium Polymathiae 1, 1. et not. ad 23, 9. 3. [Propter ſanctitatem templi inſulaeque, v. Liu. XLIV, 29. et conf. Thucyd. I. cap. 96. ac 99. et Stau. ad noſtrum loc. in mai. et min. ed.]

*quae omn. pecunia etc.*] Vid. Iuſtin. 3, 6. 4.

fuerit [4] abſtinentia, nullum eſt certius indicium,
quam [5] quod, quum tantis rebus praefuiſſet, in
tanta paupertate deceſſit, vt qui efferretur, [6] vix
reliquerit. Quo factum eſt, [7] vt filiae eius pu- 3
blice alerentur, et de communi aerario dotibus
datis collocarentur. Deceſſit autem fere poſt an-
num quartum, quam Themiſtocles Athenis erat
expulſus.

bellum *MS. Voſſ.* 3. — 4. hic fuerit *omiſſo* τῷ qua *MS. Voſſ.* 1. — 5. null. e. cert. ind. maiusque, quam *MS. Voſſ.* 2. *ſtatim* quam quum, *omiſſo* τῷ quod, *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long.* — 6. qui efferretur. *Ita etiam MS. Dan. et Edd. noſtri fere omnes.* quibus efferr. *Ed. Long. Mag. Steph.* quo qui eff. *MS. Ax. ſed* quo *eſt gloſſa.* — 7. eſt *aberat MS. Voſſ.* 1. [*Atque Stau. ad ed.* 3. *late docet, hoc verbum ſubſtantiuum ſaepius omitti, et poſſe h. l. facile abeſſe.*] *Statim* aut fil. eius *MS. Leid.* 2. *et* filias *MS. Voſſ.* 3.

2 *In tanta paupert.*] Plutarch. Ariſtide princ. et in Apophthegm. p. 186. Frontin. 4, 3. 5. vbi ſimilia exempla habet ſ. 3 et 4. In dubium vocauit Ariſtidis paupertatem Demetrius Phalereus, cui reſpondet Plut. l. c. [Liu. II, 16. *moritur copiis familiaribus adeo exiguis, vt funeri ſumtus deeſſet.* Id. II, 33. Demoſth. tom. I. p. 690, 3. *Fiſch.* Hic etiam ad *quartum, quam* laudauit Periz. ad Sanctii Min. p. 207. et Vorſt. ad Sulp. Seu. H. S. II, 9. 7.]

3 *Vt filiae eius publ. alerentur*] Alebantur *publice*, i. e. ex publico, ſumtu publico: e Prytaneo ſcil. (vt Plutarch. ait p. 335) vbi bene de Rep. meritis, eorumque poſteris communis victus dabatur. De quo vide Meurſium Athen. Att. 1, 8.

*deceſſit*] De loco mortis et ſepulcro publice ei conſtructo vid. Plut. p. 334 et ſeqq.

*quam Themiſtocles Athenis erat expulſus*] Id quod Diod. Siculus factum ait Ol. LXXVII anno II.

# IV. PAVSANIAS[1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Pugna ad Plataeas. II. Byzantium expugnat, Xerxi ſauet, Graeciae ſuturus proditor. III. Peregre abſentis mores et carcer. IV. Litterarum commercium cum hoſte; perturbatus ſe ipſe indicat. V. In aede Mineruae obſtruitur, et mox interit.*]

Pavsanias lacedaemonivs magnus homo, ſed varius in omni genere vitae[2] fuit. Nam, vt
2 virtutibus eluxit, ſic vitiis eſt obrutus. Huius illuſtriſſimum[3] eſt proelium apud Plataeeas. Namque, illo duce, Mardonius,[4] ſatrapes regius, na-

1 Pauſaniae vita *Ed. Iens. Med, Arg. Paris. Ald.* — 2. vitae *aberat MS. Mendos.* *mox* eluxit virtutib. *MS. Ax.* — 3. induſtriſſimum *MS. Voſſ.* 1. eſt illuſtriſſ. *MS. Ax. dein* Plataeas *Ed. Mag. Patau.* [*Stau. Tzſchuck. Heus. rell.*] Plataeeas *Ed. Lamb. Bos. 1 et 2.* — 4. Maradonius *MS. Voſſ.* 3.

1 *Pauſanias Lacedaemonius*] Cleombroti filius; vt Herodotus 9, Thucydides 1 et 2, Epigramma vetus apud Athenaeum 12, 9. p. 536. B. Plutarchus in Apophth. Lacon. Suidas et alii vocant. Non igitur Ageſilai, aut Hegeſilai. Vid. inf. c. 5, 2. [cf. Pauſan. VIII, 52. *Fiſch.* inprimis Thucyd. I, 128—134. ex quo plurima ſunt verbotenus transſcripta, Schol. ad Ariſtoph. Equit. v. 84. et Stau. ad min. edit. Vetus epigr. inſertum quoque eſt Anthol. ed. Iacobs tom. IV. p. 146. nr. 145.]

*vt virtutibus eluxit, ſic vitiis*] De huiusmodi ambiguis mixtisque hominibus vide Piccart. obſeruat. 1, 8. Forſtner. ad annal. 3. Taciti p. 268. Boecler. in comment. p. 54 et Eraſm. Brochmand. in ſpecim. Ethices hiſtoricae cap. 1 et 4.

2 *Huius illuſtriſſ. eſt proel.*] Proelium hoc prolixe deſcribunt Herodot. 9, 27. vsque ad 70. Plutarchus Ariſtide p. 330. Diodor. Sic. 11, 31. Breuiter narrant Cteſias, Strabo 9. Pauſanias Laconicis et Boeoticis, ſ. V, 23, 1. et IX, 2, 4. Iuſtinus 2, 14 etc. Contigit autem anno II. Olymp. LXXV, archonte Xanthippo ſiue Xanthippide, die III. Boëdromionis, h. e. XXV. Septembr.

tione Medus, regis gener, in primis omnium Perſarum et manu fortis et conſilii plenus, cum ducentis millibus [5] peditum, quos viritim legerat, et viginti millibus equitum, [6] haud ita magna manu Graeciae [7] fugatus eſt, eoque ipſe dux ce-

F 2

5. cum VII. millibus *MS. Leid.* 2. cum duc. milibus *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Steph. Gebh. Boecl.* cum duc. militibus *Stau.* 2. *operarum peccato.* — 6. viginti equitum *MS. Dan. Boecl. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. vig. [millibus] equ. *Ed. Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Stau.* 3.] — 7. Graeciae *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. *ſed in hoc a m. ſec.* Graecia. [*Edit. Tzſchuck.* 1. 2. *Stauer.* 3. *quem vid. et, quos ille laudat, Herodot. IX,* 65—72. *et Diodor. Sic. XI. c.* 31. *atque ſic reſcripſi.* Graecia *vulgo.*]

*regis gener*] Poſſis et hac ratione tueri Noſtrum, ſi cum Sauarone, Gebhardo, et aliis, *regem* Darium intelligas, cuius filiam Artozoſtren Mardonius (vt ex Herodoti 6, 43 cognoſcimus) in matrimonio habuit. Certe hac ratione *regis generum* Pharnabazum dixit 9, 2. 1. Artaxerxis ſcil. cuius filiam duxerat, vt Plut. in Artaxerxe refert. Quare non erat, cur poſt alios Noſtrum erroris argueret Vſſerius p. 183. quod innuat, Mardonium Xerxis generum fuiſſe.

*in primis omnium Perſ. et manu fortis*] H. e. inter omnes Perſas praecipue fortis. Simili phraſi 2, 9. 2 *plurima mala omnium Graiorum in domum tuam intuli.*

*cum ducent. millib. ped.*] Herodotus 9, 31 et Plutarchus Ariſtide c. 10. CCC millia Perſarum numerant, quibus Herodotus addit L millia auxiliariorum Graecorum. Diodorus Sic. 11 ait, exercitum Mardonii vniverſum, ſociis adnumeratis, conſtitiſſe quaſi Iↄ millibus. Cteſias XII tantummodo myriadas cum Mardonio aduerſus Plataeenſes miſſas ſcribit.

*quos viritim legerat*] De more Romanorum, quo vir virum legebat, plura Victorius Varr. Lectt. 16, 19. Turneb. Aduerſ. 25, 7. Sauilius ad Taciti hiſtor. 1, 18. 2 etc. Sed apud Noſtrum nil amplius iſta formula videtur indicari, quam delectos cum cura, non promiſcue adſumtos pedites.

*viginti millibus*] MSS. Dan. et Boecl. aberat vox *millibus*, quaſi ex priore verſu ſubaudienda.

*haud ita magna manu*] Centum millibus hominum, vt Diodorus l. c. et Iuſtinus 2, 14. 4: ſiue, vt Herodotus, CX millibus. Multo pauciores Cteſias habet. Ait enim, *Mardonio occurriſſe Pauſaniam, CCC Spartanos, et cIↄ accolas, ex aliisque vrbibus ſex millia ſecum ducentem,* p. 665. Atque hunc, aut ſimilem ſcriptorem alium, Noſter ſequutus videtur.

*ipſe dux cecidit proelio*] Lapide ictus ab Arimneſto quodam Spartano, vt ait Plutarchus Ariſtide p. 331. [Is Spartanus ab aliis vocatur *Aeimneſtus.* v. interpretes ad Herodotum libr. IX. c. 64. nr. 12. et ad cap. 72. nr. 42. ac Stauer. ad ed. 3.] Et ſic fere reliqui, vt Diodorus, Herodotus, Pauſanias. Etiam Marmor Arun-

3 cidit proelio. Qua victoria elatus plurima miſcere coepit [8] et maiora concupiſcere. Sed primum in eo eſt reprehenſus, [9] quod ex praeda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, [10] epigrammate ſcripto, in quo erat haec ſententia: SVO DVCTV BARBAROS APVD PLATAEEAS [11] ESSE DELETOS EIVSQVE VICTORIAE ERGO APOL-
4 LINI DONVM DEDISSE. Hos verſus Lacedaemonii exſculpſerunt, [12] neque aliud ſcripſerunt,

8. cepit *Ed. Med.* — 9. in eo cum repreh. *MS. Voſſ.* 3. *paullo poſt* quod cum ex pr. *MS. Voſſ.* 3. *Dan. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* [quod, quum, ex pr. *Heus. et in not. vindicauit; ſed acriter refutatur a Stau. ad Ed.* 3.] — 10. potuiſſet *MS. Voſſ.* 3. *mox* haec ſententia erat *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 11. Plataeeas *Bos.* 1. 2. Plateas *Ed. Iens. Med. Arg. Par. vbique.* [Plataeas *Lamb. et rell.*] — 12. exſculpſerunt *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *ſed* expulſerunt *MS. Voſſ.*

dellianum: ΚΑΙ ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΕΝ ΤΗΙ ΜΑΧΗΙ. Cteſias tamen vulneratum aufugiſſe, et poſtea demum, cum ad Apollinis aedem diripiendam miſſus eſſet, grandine oppreſſum periiſſe, ſcribit: quem et Iuſtinus ſequutus videtur 2, 14. 5.

4 *Exſculpſerunt*] Sic omnes MSS. et editi. Magius tamen opinabatur legendum *exſcalpſerunt*, quod *exſcalpere* ſcalpendo delere vel amouere ſignificet, et procliuis deprauatio eſſe potuerit librariis; neque ab vllo Latinorum verbum *exſculpo* pro eo, quod eſt ſculpturas erado, vel deleo, prolatum ſit. Verum nulla correctione opus. Expreſſit enim et heic Nepos Graeca haec Thucydidis I, 132.: τὸ μὲν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τȣ̃ τρίποδος τȣ̃το, καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις κ. τ. λ. Ἐκκολάπτειν, qua voce et Plutarchus lib. de malignit. Herodoti hac ipſa in re vſus, eſt delere, excidere, quod inſculptum aut inciſum fuerat: vt apud Demoſthenem p. 1378. T. 2. ἐκκολάπτειν τὸ ψήφισμα. quod recte vertas *exſculpere decretum* ſive *populiſcitum;* quod ſcilicet antea tabulis, vt fieri mos erat, fuerat inciſum. *Exſcalpere* autem eſt aliquid ex aliquo ſcalpere tanquam e materia; vt *exſcalpere ſignum e ligno etc.* [Epigramma graecum, auctore Thucyd. I. cap. 132. vbi v. Gottleber. tale fuit: Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ ϛρατὸν ὤλεσε Μήδων, Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ᾽ ἀνέθηκε τόδε. Illius autem auctorem facit Pauſanias III, 8, 1. Simonidem, et huic tribuitur in Anthol. gr. ed. Iacobs, tom. I. p. 66. nr. 37. Idem Simonides in caeſorum ſepulcra verſus elegiacos conſcripſiſſe dicitur. v. Pauſan. IX. c. 2. p. 715. ed. Kuhn.]

*neque aliud ſcripſer. etc.*] Vide doctiſſ. viros Boecler. de Auſpicio regio 2, 5 et ſeqq. et Beregg. quaeſt. miſcell. 176.

quam nomina earum ciuitatum, quarum auxilio Perſae erant victi.

II. Poſt id proelium, eundem Pauſaniam 1 cum claſſe communi Cyprum, atque Hellespontum miſerunt, vt ex his [1] regionibus barbarorum praeſidia depelleret. Pari felicitate in ea re vſus, 2 elatius ſe gerere [2] coepit, maioresque adpetere res. Nam quum, Byzantio [3] expugnato, cepiſſet complures [4] Perſarum nobiles, atque in his nonnullos regis propinquos, [5] hos clam Xerxi remiſit, ſimulans ex vinculis publicis [6] effugiſſe; et cum his Gongylum Eretrienſem, [7] qui litteras Regi redderet, in quibus haec fuiſſe ſcripta Thu-

3. exculpſerunt *Ed. Med. Arg. Par. Ald.* exſcalpſerunt *Ed. Steph. Gebh. Courtin.* excalpſerunt *Ed. Mag. Mox* ſcripſerunt *abeſt a MS. Voſſ.* 3.

1. ex iis *MS. Ax.* — 2. elatus gerere *MS. Voſſ.* 1. — 3. Curantio *MS. Leid.* 2. bizantio *Ed. Iens. Med. vbique.* — 4. quem plures *MS. Leid.* 2. quam plures *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Mag.* — 5. regi prop. *MS. Voſſ.* 3. — 6. ex vinclis publ. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long.* publicis vinculis, *omiſſo* τῷ ex, *MS. Leid.* 2. — 7. Gongulum Eretr. *MS. Dan.* Congylum Cretenſem, *Ed. Iens. Med. Paris. Arg. Ald.* Gong. Erethiens. *MS. Dan. Leid.* 2. *Ed. Long.* Gong. Cretenſem *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* Gongulium Eretr. *MS. Voſſ.* 1. Gongulum cretenſem *MS. Voſſ.* 3.

*ſcripſerunt*] Thucyd. ἐπέγραψαν. Plutarchus: ἐνεχάραξαν.

1 *Poſt id proelium*] Anno IV Olympiadis LXXV, a. v. 277. ſi ſequimur Diodorum 11, 44. Meminere praeterea expeditionis huius Thucydides 1, 94. Plutarchus Ariſtide, Iuſtinus 2, 15. 4. [Minus accuratum eſſe h. l. Nepotem in tempore notando, et expeditionem referendam eſſe in a. v. 277. aut 278. 279. cum illud proelium cadat in a. v. 275. animaduertit Wetzel. Proelium ad Plataeas collocat Corſin. in Faſtis Attic. tom. III. p. 169. in Olymp. LXXV ½.]

*cum claſſe communi*] Quae conſtabat L triremibus e Peloponneſo ductis, et XXX Atticis, quibus Ariſtides praeerat. Vid. Diodor. et Thucyd. ll. citt.

2 *Gongylum Eretrienſem*] Sic legendum, non, vt in plerisque MSS. eſt, *Cretenſem.* Ita enim vocant Thucydides 1. [c. 128. ſq. vbi v. interpret. in nou. ed. Lipſ.] et Diodorus Sic. 11. Meminit et Xenophon Ἑλλην. haud longe a principio Gongyli cuiusdam, quem ſolum ex Eretrienſibus Medorum rebus fauiſſe, eoque exſulaſſe ſcribit. Sunt autem haec, et quae ad finem vsque vitae huius ſequuntur, pleraque ex Thucydidis libro 1, 94. deſumta, ſed quandoque liberius conuerſa.

3 cydides memoriae prodidit. *Pauſanias dux Spartae, quos Byzantii*[8] *ceperat, poſtquam propinquos tuos cognouit, tibi muneri miſit; ſeque tecum adſinitate coniungi cupit. Quare, ſi tibi vi-*
4 *detur, des ei filiam tuam nuptum.*[9] *Id ſi feceris, et Spartam,*[10] *et ceteram Graeciam ſub tuam poteſtatem*[11] *ſe, adiuuante te,*[12] *redacturum pollicetur. His de rebus*[13] *ſi quid geri volueris,*[14] *certum hominem ad eum mittas face, cum quo*

8. Byzanti *MS. Dan. Leid.* 1. *mox* vt muneri *MS. Voſſ.* 3. *et* ſe tecum *MS. Leid.* 1. *tum* affinitatem *Ed. Lamb.* [*in mea tamen Lamb. ed. Cutet.* affinitate. — 9. nuptā *Ed. Arg. Paris. Long.* nuptū *Ed. Mag.* — 10. Sparten *Ed. Ieus. Med. Arg. Paris. Long.* — 11. ſub ſua poteſtate *MS. Leid.* 2. pot. ſub tuam *MS. Ax.* — 12. ſe adiuuante, *omiſſo τῷ* te, *MS. Dan. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Ieus. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. pot. te adiuuante redacturum ſe *Ed. Mag. Long. Steph. ſed* reducturum *MS. Dan.* [ſe adiuuante, te redacturum *Ed.* 2. *Tzſchuck. quem vide. Heus. coniecit* te adiuvante redact. *vel* ſub tuam poteſtatem adiuuante te red. *vt* ſe *ſubaudiatur.*] — 13. His de rebus *MS. Mendos. Ed. Vltrai.* [*Bos. et rell. recentt.*] *Sed* hisque de rebus *MS. Voſſ.* 2. *Axen.* his rebus *Ed. Ald.* horum igitur *Ed. Long. Lamb. Pat.* — 14. nolueris *MS. Voſſ.* 1. — *tum* loquatur *MS. Leid.* 2.

3 *Des ei filiam tuam nuptum*] Vide Freinshem. ad Curt. 3, 6. 4.

4 *Se, adiuuante te, redacturum*] Longolius edidit: *te adiuu. redacturum ſe pollic.* ſenſu plano, et proxime ad veram lectionem accedente; ſed inuitis libris, qui conſenſu *τὸ ſe* exhibent in prioribus, in poſtremis non agnoſcunt. Nam in omnibus, tam MSS. quam vett. edd. legitur: *ſe adiuuante redacturum.* Eruditiſſ. Gronouius in litteris ad Ampliſſ. Boeclerum: *Videtur*, inquit, *aut ſuperfluum τὸ* adiuuante, *aut ſcribendum*, redactum iri. *quanquam poſſit intelligi vulgatum, ſi aliud* ſe *ſubaudias. Sed duriſſimum illud, et Nepote indignum.* Mihi paene indubium eſt, Nepotem ſcripſiſſe, vt primi ante ſexennium legendum eſſe coniecimus; nunc autem fidenter in textu Auctoris reſcripſimus. Excidit autem vocula *te*, quoniam eaedem litterae in fine praecedentis vocis legebantur. Nempe vt in tota hac narratione, ita et heic Thucydidem I. 128. expreſſit. Sic autem ille: *γνώμην ποιοῦμαί σοι Σπάρτην τε καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιῆσαι· δυνατὸς δὲ δοκῶ εἶναι ταῦτα πρᾶξαι, μετὰ σοῦ βουλευόμενος.*

*His de rebus*] Sic MSS. et ed. Vltraiectina, probatque et Schottus. Inf. 20, 1. 2. *Sed in his rebus* etc. At Longol. et Lamb. *Horum igitur.* quo-

*colloquatur.* Rex tot [15] hominum ſalute, tam ſibi 5
neceſſariorum, magnopere gauiſus, confeſtim cum epiſtola Artabazum [16] ad Pauſaniam mittit. In qua eum collaudat, ac petit, [17] ne cui rei parcat ad ea perficienda, quae pollicetur: ſi fecerit, [18] nullius rei a ſe repulſam laturum. [19] Huius Pau- 6
ſanias voluntate cognita, alacrior ad rem geren-

15. tot *a MS. Voſſ.* 3. *Mendoſ. aberat. Mox* neceſſarium *MS. Leid.* 2. — 16. Arthabaxum *MS. Voſſ.* 3. Artabaxum *MS. Voſſ.* 1. *ſed in marg.* Artabarem: *at* Artabatem *MS. Voſſ.* 2. Artabarum *Ed. Arg.* Arthabarum *Ed. Iens. Med.* — 17. petit, *omiſſo* τῷ ac, *MS. Boecl. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* [*Mox* polliceatur, *quoniam oratio ſit obliqua, Tzſchuck. ad minor. ed. ſuaſerat, et in ed.* 2. *praeeuntibus Schmiedero ac Ricleſſio, in textum recepit. Atque Schmied. in not. malit* pollicitus eſſet. *Sed nihil temere mutandum eſſe, iam oſtenderunt Heuſing. et Stauer. ad min. ed.*] — 18. perfecerit *MS. Dan. Boecl. Leid.* 1. *Voſſ.* 1, 2. *Ax.* — 19. accepturum *MS. Ax.*

modo Thucydides: *εἰ ὖν τί σε τούτων ἀρέσκει.* [Quod Thucydid. I, 128. fin. ſcripſit *πέμπε ἄνδρα πιςὸν ἐπὶ θάλασσαν*, et c. 129. Xerxem miſiſſe Artabazum, Pharnacis filium, *ἐπὶ θάλασσαν·* putabat Stau. ad ed. 2. forſan ſcripſiſſe Nepotem *ad mare mittas face:* ſed eum recte quoque agnoſſe, nihil ſine codd. eſſe tentandum, monet Gottleber ad priorem locum Thucydidis. Idem poſt Weſſeling. ad Herodot. V, 32. et Stauer. ad noſtrum locum bene notat, duas epiſtolas a Pauſania ſcriptas eſſe; alteram per Gongylum; alteram vero per Argilium quemdam, ad Artabazum, vnde dolus patefactus eſt, vt ex Thucydide I. c. 132. et ex Nepote cap. 4. huius vitae patet.]

5 *Tot hominum*] Membranae priorem vocem delent, neque admodum neceſſariam: inquit Schottus. Mihi elegantius videtur, ſi retineatur. Quod vero Lambinus, cum Puteano, exiſtimat, copula adiecta legendum, *et tam ſibi neceſſariorum;* in eo fruſtra eſt. nam copula elegantius omittitur.

*Artabazum*] Pharnacis filium, vt Thucydides addit. Diodorus 11 *ϛρατηγὸν* vocat.

*ac petit*] MS. Boecl. copula aberat.

*ad ea perficienda*] MS. Dan. [Voſſ. 2.] *ad ea efficienda.*

*ſi fecerit*] Dan. Leid. et Boecl. *ſi perfecerit.* quod e proximo *perficienda* natum videtur. heic certe locum vix habet. Nam quod Xerxes pollicetur, Pauſaniam *nullius rei a ſe repulſam laturum,* id non accipiendum eſt de praemiis ob *perfecta, quae pollicitus erat,* largiendis; ſed de auxilio, quod rex praeſtiturus erat, *ſi faceret,* quae rex fieri volebat, h. e. ſi *nulli rei parceret,* ac neque nocte neque die quieſceret, *ad ea perficienda, quae pollicebatur.* Sic enim apud Thucydidem I. c. 129. (vnde haec nar-

dam factus, in ſuſpicionem [20] cecidit Lacedaemoniorum. In quo facto domum reuocatus, accuſatus capitis, abſoluitur; multatur [21] tamen pecunia: quam ob cauſſam ad claſſem remiſſus non eſt.

1 III. At ille poſt non multo ſua ſponte ad exercitum rediit, et ibi non callida, [1] ſed dementi ratione, cogitata [2] patefecit. Non enim mores

20. ſuſpitionem *Ed. Arg. Par. Ald. tum* Lacedaemio *MS. Leid.* 2. — [21. mulctatur *Ed. Long. et Tzſchuck.* 2. *ſed vid. Arntzen. et reliq. ad Aurel. Victor. de vir. illuſtr. c.* 51. *p.* 214. *ſq.*]

1. calida *MS. Voſſ.* 1. *tum* ratione: *etiam MS. Dan. Sed* oratione *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 2. cogitata *Ed. Vltrai. Lamb.* [*Bos. et rell. recentt.*] *Sed* cognata *MS. Dan.* conata *Ed. Gebh.* cognita *MS. Mendos.*

ratio deſumta eſt,) Xerxes: Καί σε μήτε νὺξ μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν τι, ὧν ἐμοὶ ὑπισχνῇ· μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου δαπάνῃ κεκωλύσθω, μηδὲ στρατιᾶς πλήθει, εἴ ποι δεῖ παραγίγνεσθαι. Vnde clare adparet, non nuptias filiae, aut honores et praemia, quae rex Pauſaniae, *ſi perfeciſſet, quae pollicebatur*, conceſſurus eſſet; ſed pecuniam et militem, vt ea poſſet perficere, promitti.

6. *In ſuſpic. cecidit*] Accuſatum eſſe a Peloponneſiis, ſcribit Diodorus 11. ſed de mulcta, nec ipſe, nec Thucydides quidquam tradunt. Thucydides tantum ait, eum priuatis quibusdam criminibus condemnatum, a maximis abſolutum. [Haec, ait Tzſchucke, et deinceps ſequentia poſt ea reiici debebant, ſi Thucydidem I, 130. ſqq. conſulueris, quae narrat proximo capite inde a §. 1. ad 4.]

*multatur tamen pecunia: quam ob cauſſam ad claſſem remiſſus non eſt*] Poſſis tamen et ideo militiae praefecturam Pauſaniae abrogatam dicere, ne vindictae cupidine moliretur aliquid, traductis in ſuas partes copiis imperio eius adſuetis. Plerumque enim, qui ſiue iure ſiue iniuria damnati, vltionem hoc caſu meditari ſolent. Exemplo Liuius Salinator eſt ap. Liuium 27, 36 et 42.

1 *Cogitata*] Sic e Thucydide Lambinus et diu ante editio Vltraiectina. Alii malunt *conata;* quos adiuuare videtur Cod. Dan. in quo fuit *cognata.* Noſter vtraque voce alibi vſus: quemadmodum et alii veterum. Sed et Thucydides vtrique fauet. Priori quidem in illis: κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκ ἠδύνατο. Alteri vero iſtis: ἀλλ' ἔργοις βραχέσι προὐδήλου, ἃ τῇ γνώμῃ μειζόνως ἐς ἔπειτα ἔμελλε πράξειν. Libri tamen et edd. veteres omnes, vno Danielis excepto, habent *cognita.* quod etſi corruptum, propius tamen ad τὸ *cogitata,* quam ad τὸ *conata*, accedit.

*Non enim mores patrios ſolum etc.*] Vide Themiſtocl. ep. 2 et 14. quibus Pauſaniae hoc ipſum exprobratur.

patrios ſolum, ſed etiam cultum, veſtitumque
mutauit. Adparatu regio vtebatur, veſte Medi- 2
ca: [3] ſatellites Medi et Aegyptii ſequebantur:
epulabatur more Perſarum luxurioſius, quam qui
aderant perpeti poſſent: aditum petentibus con- 3
veniendi [4] non dabat: [5] ſuperbe reſpondebat, et
crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat:
Colonas, [6] qui locus in agro Troadis [7] eſt, ſe
contulerat: ibi conſilia cum patriae, [8] tum ſibi
inimica capiebat. Id poſtquam Lacedaemonii re- 4
ſcierunt, [9] legatos ad eum cum ſcytala [10] miſe-

*Sau. Giſ. Put. Ax. Oxon. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 3. Medico *MS. Leid.* 2. *mox* Egyptii *Ed. Arg.* — 4. conueniundi *MS. Leid.* 2. *Dan.* [*Hoc voc. ſpurium et ex gloſſa intruſum, putant Heinr. et Schmieder. Sed Tzſchuck. ad ed.* 2. *bene animaduertit, poſſe quidem id vtique abeſſe, ſed libros omnes id ſuſtinere, et Nepotem ſorte cauſſam aditus voluiſſe indicare.*] — 5. non dabat. *Sic etiam MS. Dan. Sed* dabat *omiſſo* τῷ non *Ed. Arg. Long. Mox* crudeliter *omiſſo* τῷ et *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Leid.* 2. [et] crudeliter *Ed. Heuſing.* — 6. Colonas *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.* [*Lamb. in meo exemplo*] *Steph. Gebh. Heus. Stau.* 2. 3. [*et rell. recentt.*] *Recte: nam Gr.* Κολῶναι. *v. Stau. in Obſſ. nou. miſc. Belgic. tom.* 8. *p.* 813. [ἐς δὲ Κολώνας τὰς Τρῳάδας ἱδρυθείς, *Thucydid. ait libr. I. c.* 131. *Hodie vocatur Khemali. add. Stauer. ad min. ed. ibique Harl.* Golonas *Ed. Bos. Stau.* 1.] — 7. Troadis *MS. Boecl. Ax. Ed. Heus.* [*Keuch. Bipont. Stau.* 3. *qui tamen in not. coniicit* in Troade, *omiſſo* agro; *Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Heinr. Schmied. et ego reſcripſi; nam, iudicibus Heuſing. et Tzſchuck., Troias foemininum cum* agro *minime congruit. Add. Scheffer. in miſcell. Obſſ. belgicis vol. IX. p.* 203. *Vulgo enim legitur et, quia vt adiectiuum* ager Troias *poſſet explicari, retinuit ac defendit Wetzel.*, Troiade.] — 8. tum patriae *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Med. Arg. Mag.* quum p. *Ed. Par.* — 9. reſcierunt *MS. Ax. Ed. Stau.* 2. 3. *v. quoque Stau. in Obſſ. nou. miſcell. VIII. p.* 813. *Oudendorp. ad Caeſ. B. G. I.* 28. *p.* 42. [*et ego recepi in textum. Vulgo* reſciuerunt.] — 10. ſcytala

2 *Epulabatur more Perſ.*] Contra Lacedaemoniorum victus rigidus et parcus erat; vt docet Meurſius Miſcellan. Laconic. 1, 8.

3 *Superbe reſpond. etc.*] De arrogantia iſta et inhumanitate Pauſaniae vide Thuc. I, 130. Plut. Ariſtide ac Cimone, Diod. Sic. 11 et Ariſtid. rhetorem Orat. de laudib. M. Aurelii, Tomo II. p. 113.

4 *Cum ſcytala*] Scytalen La-

runt: in qua more illorum erat ſcriptum, *niſi*

[*ab Aldo in plurimas, etiam recentt. venit editt.*] *Sed* lana *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Sau. Put. Ed. Iens. Med. Par.* lancea *MS. Ox. Boecl. Ax.* (*in quo leg.* cum l. ad e. m.) *Ed. Arg. Long. Mag.* [*quod genuinum eſſe iudicat Wetz.*] laua *MS. Dan. Gif. Mendos.* cum talea, *quae proprie erat e ligno, reſtituendum Nepoti, exiſtimabat Oudendorp. ad Caeſ. B. G. V.* 12. *quam coniecturam Staver.* [*ad noſtrum quidem loc. in min. ed. haud reiecit, ſed*] *haud probat ad Hygin. p.* 39. *et in Obſſ. miſcell. Belg. vol. X. p.* 102. [cum clana, *h. e. fuſte aut ramo, legendum videtur Giphanio in litteris ad Th. Canter. in ſylloge epiſtolar. ab Ant. Matthaeo adiecta Andr. Alciati epiſtolae ad Bern. Mattium contra vitam monaſticam, Lugd.*

conicam, de qua plura in Indice, heic a Nepote ſignificari, dubitare non licet. Nam diſerte Thucydides I, 131. quem expreſſit: πέμψαντες, inquit, κήρυκα οἱ Ἔφοροι καὶ σκυτάλην. Et ſolitos a Lacedaemoniis ſcytala reuocari imperatores, etiam Lyſander exemplo eſt, apud Plutarch. in vita p. 444. et Polyaen. 8. in Pharnabazo. Immo alia quoque Imperatoribus et praefectis per ſcytalen mandari ſolita, ex eiusd. Plutarchi Alcibiade extr. et Xenophontis hiſt. Gr. 3. apparet. Sed an ipſa voce *ſcytala* Noſter vſus ſit, non aeque certum eſt. Primus enim Aldus eam repoſuiſſe dicitur, nullis vett. libris ſuffragantibus. Nam in Dan. Gif. et Schotti fuit: *cum laua.* vnde P. Daniel et Schottus tentabant: *cum claua*, i. e. ſurculo, cuius formam ſcytale referebat. Sauaro e ſuis et antiquiſſ. editione Veneta laudat: *cum lana:* quod recte reiicit Magius: cum neque in lana ſcriptae ſint litterae, neque lorum illud, quo ſurculus innoluebatur, *lana* dici queat. MS. Boecl. *cum lancea*, quomodo et Longolius edidit: etſi negat, ſe videre, cur ſcytale vocetur *lancea.* Sed omnibus hisce lectionibus repugnat mos Lacedaemoniorum. Nec enim ſurculus ipſe ſiue lignum, ſed lorum tantummodo, ſiue membrana, in qua, ligno circumplicata, litterae ſcriptae fuerant, ad imperatores mittebatur, retento ligno. Sic enim diſerte ſcribunt Plutarchus, in Lyſ. c. 19. Gellius, 17, 9. Suidas, Tzetzes et Scholiaſtes Ariſtophanis, ad Aues, v. 1283. An igitur cum Magio putabimus, auctorem ipſum errore ductum credidiſſe, κήρυκας ſurculum ſiue lignum illud teres, quod charta inſtar lori prolixa conueſtiebatur, ſecum portare ſolitos, atque ideo *lanceam* nuncupaſſe, quod paruam lanceam forma referret? An potius, cum aeque membrana ſiue lorum, ac lignum, circum quod plicabatur, *ſcytale* vocata ſit; (nam vt Plutarch. Lyſandro l. c. ſcribit, καλεῖται ὁμωνύμως τῷ ξύλῳ σκυτάλη τὸ βιβλίον) Graecorum imitatione litteras ipſas *lanceam* vel *clauam* vocaſſe? Vtcunque ſit, vox *ſcytala* nimium a librorum omnium ſcriptura abit; eoque vix ea vſum Nepotem crediderim, niſi in vetuſto aliquo codice reperiatur. [Enimuero Cornelius etiam alibi non abhorret a graecis voce. v. Harl. et de clandeſtinis illis litteris, quibus Lacedaemonii ad duces ſuos vtebantur, v. etiam ſcholiaſt. ad Thucyd. I, 131, 97.

*domum reuerteretur, ſe capitis eum damnaturos.* Hoc nuntio motus,[11] ſperans, ſe etiam pecunia[12] et potentia inſtans periculum poſſe depellere, domum rediit.[13] Huc vt venit, ab ephoris in vincula publica coniectus eſt. Licet enim legibus

*Bat.* 1695. 8. *p.* 80.] — 11. commotus *MS. Sau. Put. Gif. Ax. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau.* 1. 3. *et plur. recentt.*] *Sed* motus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Bos.* 1. *Pat. Stau.* 2. [*cui id in not. ad edit.* 2. *et* 3. *magis adridet, et ed. Harl. qui id recepit propter ingratum plurium* o, *ſi* commot. *retineatur, concurſum: et ego reddidi* motus.] — 12. cum pecunia *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* [tum pec. *Heus. de ſua coniectura, quum alioqui* etiam *ſit otioſum. Atque Schmieder. in ed. reſcripſit* tum; *ſed in Lexico Corn. p.* 9. etiam *h. l. iniquo loco poſitum, et ſcribendum putabat* ſe pec. et pot. inſtans etiam per. — *et* etiam tum *edd. Bip. Ith. Heinr. Pauſler. Stau. vero ad ed.* 3. *ſcribere iubet* cum *vel* tum pec. tum potentia. *Tzſchuck. tamen ad ed.* 2. *retinet h. l.* etiam pec. *et prius voc. explicat* iterum, rurſus, *nectitque cum* pecunia.] — 13. redit *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *tum* ad Ephoros *MS. Voſſ.* 3. *et* vincla

qui praeterea dubitationi, vnde, quum clam ſua ſponte redierit ad exercitum, illam habuerit ſcytalam, ita reſpondet, vt a primo illo imperii tempore illam retinuiſſe dicat.]

*ſe capitis eum damnaturos*] Id enim legibus eorum licebat facere regibus. De quo vide Grotium de I. B. et P. 1, 4. 8 et in notis ad eum locum. Ratio, quia (vt infra Noſter loquitur 21, 1. 1.) *Spartani reges nomine, non poteſtate,* ſeu, vt eſt 17, 1. 2. *nomine magis quam imperio reges* fuere. quod cum alii paſſim docent, tum prolixe oſtendit Arniſaeus de Repub. 2, 6. 2. §. 12 et ſeqq. Tales autem capite puniri poſſe, inter alios Grotius docet loco modo laudato.

5 *Commotus*] Sic MSS. Savaroni inſpecti, vt 14, 4. 1 et 6. 6. 10, 2. 5. 20, 1. 6. 7, 10. 2. Vulgo editur: *motus.*

*ſperans, ſe pecunia et potentia*] Sed neutro valuit. Prudentior hac parte Alcibiades fuit, qui abſens reus violatae religionis factus fuga ſibi conſuluit, infra 7, 4. 3 et 4. In quibusd. edd. legitur: *ſe etiam cum pecunia et pot.*

*Licet enim*] Praeter veteres, Thucydidem lib. 1. c. 131. ſq. Xenoph. de polit. Laced. Ariſtot. Polit. 2, 7. vide Nic. Cragium de rep. Laced. l. 2. cap. 4. add. Vbb. Emmii tom. 3. Graeciae vet. p. 122. ſqq. Arniſae. de rep. 2, 6. 2. §. 30. ſqq. et Meurſ. Miſcell. Lacon. 2, 4. [Stauer. tamen in not. ad 3. edit. refutat Cragium, qui l. c. cap. 11. ex Thucyd. loco refert, Pauſaniam noſtrum fuiſſe tutorem Leonidae, quum eſſet tutor ſeu πρόδικος filii Leonidae, h. e. Pliſtarchi, et Stauer. explicat Diodor. Sic. XI. c. 29. laudatque Pauſan. lib. III. c. 4. et Herodot. lib. IX. c. 10.]

eorum cuiuis ephoro hoc facere regi. [14] Hinc [15] tamen ſe expediuit. Neque eo magis carebat ſuſpicione. Nam opinio manebat, eum cum rege
6 habere ſocietatem. Eſt genus quoddam hominum, quod Helotes [16] vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, ſeruorumque munere fungitur. Hos quoque ſolicitare [17] ſpe
7 libertatis exiſtimabatur. Sed quod harum rerum

*Ed. Lamb. dein* eſt coniect. *MS. Ax.* — 14. licet — regi. *Incluſit vncinis Stau. in ed. min.* [*parentheſi vero Heus. Stauer. in Miſc. obſſ. nou. tom. VIII. p.* 815. *arbitratur*, legibus eorum *vel de ſuo addidiſſe Nepotem vel in codd. aliorum MSS. irrepſiſſe; Leid. vero cod. male exhibere* hoc facere, quod regi. *Tum quod non cuiuis nec vni Ephoro id licuit facere, ſed ex ſuffragiis vel cunctorum, vel trium ſaltem, id fieri potuit, atque Thucyd. I. cap.* 131. *fin. ſcripſit* ἔξεστι δὲ τοῖς Ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶν τοῦτο· *Cornelius vel ipſe erraſſe videtur; vel, vt Stau. ad ed.* 3. *qui multus eſt de hoc loco, putabat, vertere potuiſſe*, licet enim legibus eorum ephoris hoc cuiuis facere regi. *Atqui forſan ſic a Cornelii manu fuit ſcriptum.*] cuius *pro* cuiuis *Ed. Iens. Med.* et haec fac. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long.* — 15. huic *Ed. Iens. Med. mox* ſuſpitione *Ed. Par. vbique.* — 16. Vllote *MS. Leid.* 2. Elote *MS. Voſſ.* 1. Ilote *MS. Boecl.* illote *MS. Voſſ.* 2. 3. *Ax.* illotae *MS. Dan.* Ilotae *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Helotae *Ed. Ald. Long. Mag.* [*et Tzſchuck. in ed.* 2. *quoniam et codd. eo ducant, et Liuius* 34, 27. 9. *eamdem formam omnino librorum fide ediderit. At enim in edit. Drakenb. legitur* Ilotarum.] — 17. ſolici-

*regi*] Qua dignitate pollebat Pauſanias; non ipſe quidem rex, ſed Pliſtarchi, Leonidae, qui ad Thermopylas occubuerat, filii, ac patruelis ſui, tutor. V. Thucyd. l. c. [et Stauer.]

6 *Eſt genus quoddam hom.*] Illuſtris eruditione et meritis in rem litterariam clariſſimus Ioh. Frid. Gronouius in litteris ad Boeclerum: *Mallem*, inquit, *Eſt genus quoddam hominum (Helotes vocantur) quorum etc.* Simile obſeruaui in Floro lib. 3, 3 *Sub ipſis Alpium radicibus aſſecutus (locum Aquas Sextias vocant) quo, fidem hominum! proelio oppreſſit.* Sic enim ſcripſerat ille, vbi vulgo ineptiſſime: *in locum quem.* [Si codd. addicerent, cum Gronouio ſe facturum profitetur Stau. ad ed. 3. De Helotibus, publicis Lacedaemoniorum ſeruis, vid. Harl. et alios, quos ille laudat.]

*Hos quoque ſolicitare ſpe libert.*] Non vanum fuiſſe metum Lacedaemoniorum, docent exempla Romanorum ap. Florum 3, 19.

*ſpe libertatis*] Et ciuitatis, quam illis promittebat, ſi vna exſurgerent, et in vniuerſo ne-

nullum erat apertum crimen, quo argui poſſet, non putabant de tali tamque claro viro [18] ſuſpicionibus oportere iudicari; et [19] exſpectandum, dum ſe ipſa res aperiret.

IV. Interim Argilius quidam, adoleſcentulus, [1] quem puerum Pauſanias amore Venereo [1] dilexerat, cum epiſtolam ab eo ad Artabazum [2] acceпiſſet, eique in ſuſpicionem veniſſet, aliquid in ea de ſe eſſe [3] ſcriptum, quod nemo eorum rediiſſet, qui ſuper tali cauſſa eodem [4] miſſi erant: vincula epiſtolae laxauit, [5] ſignoque detracto co-

tare. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *ſed* ſollicitare *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed. noſtri omnes.* [*conf. Brouckhus. ad Tibull. I.* 8. *verſ.* 30. *inprimis p.* 152. *et Cort. ad Salluſt. B. Cat. cap.* 24. *nr.* 4.] — 18. tamque viro claro *MS. Voſſ.* 2. *Ax. tum* iudicare *MS. Voſſ.* 3. — 19. et exſpect. *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Heus.* [*Ith. Stau.* 3. *Harl. Bip. Heinr. et ego pro vulgata lectione* ſed *repoſui, quoniam* et *poſt propoſitiones negatiuas idem eſt ac* ſed.]

1. Venerio *MS. Dan.* Venero *MS. Voſſ.* 3. — 2. Artabarum *Ed. Iens. Arg.* Arthabarum *Ed. Med.* — 3. eſſet *Ed. Ald. mox* rediſſet *Ed. Mag. Keuch.* — 4. ſuper eodem tali cauſſa *MS. Ax.* — 5. lacerauit. *Sic*

gotio conficiendo ſe adiuuarent. Thucydides l. c.

7 *Non — ſuſpicionibus oportere iudicari*] Vtebantur enim Spartani hac inter ſe conſuetudine, ne quid propere de homine Spartano ſine euidentiſſimis indiciis acerbius ſtatuerent. Thucydides l. c.

1 *Argilius quidam, adoleſcentulus, quem puer. Pauſanias am. Ven. dilex.*] An dicemus, illud *amore Venereo* gloſſema eſſe? Certe, Barthii iudicio, non ſic ſcripſerit Nepos. [At Stau. negat, illa verba eſſe expungenda, et, quippe, ait, ex errore ipſius auctoris orta, qui Graecorum παιδικὰ ποτ᾽ ὢν αὐτȣ̃, (vt ait Thucydid. c. 132. vbi etiam Gottleber. notat Cornelium,) obſcoeno ſenſu interpretatus eſt, quum antiquitus de honeſto amore caperetur. Adi Periz. ad Ael. lib. III. V. H. cap. 12. nr. 5.]

*vincula epiſtolae lacerauit*] Sic membranae Bauaricae, referente Schoppio Veriſim. 4, 2: itemque MSS. Boecl. et Ernſtii. rectius, vt opinor, quam *laxavit*, vt vulgo legitur. Thucydides: λύει τὰς ἐπιϛολάς. Diodorus: ἀνέῳξε τὰς ἐπιϛολάς. At *laxare vincula* non eſt ſoluere aut aperire, ſed remittere aut laxiora facere. Et qui legi potuit epiſtola, ſi tantummodo laxata ſunt vincula, non diſciſſa? quid adtinebat ſigillum ſimile effingere, (quod Thucydides Argilium hunc feciſſe, ait,) ſi vincula integra permanſere? [ſed vid. VV. LL.]

2 gnouit, ſi pertuliſſet, ſibi eſſe pereundum. Erant in eadem epiſtola, quae ad ea pertinebant, quae inter regem Pauſaniamque conuenerant. [6] Has
3 ille litteras ephoris tradidit. Non eſt praetereunda grauitas Lacedaemoniorum hoc loco. Nam ne huius quidem indicio [7] impulſi ſunt, vt Pauſaniam comprehenderent: neque prius vim adhibendam putauerunt, quam ſe ipſe [8] indicaſſet.
4 Itaque huic indici, quid fieri vellent, praeceperunt. Fanum [9] Neptuni eſt Taenari, quod vio-

*MS. Bauar. Boecl. Ernſt. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *et rell. edd.*] *Sed* laxauit *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *et* 2. *in margine a manu ſec.* [*Thott. et probat Schlegel in diſſ. cit. p.* 72.] *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Long. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. probatque Abreſch. in Dilucidatt. Thucyd. pag.* 134. *et prouocat ad ſuas Animad. ad Aeſch. lib. II. p.* 498. [*Atque propter loc. Thucydid. Argilium ſigillum Pauſaniae ſigillo ſimile feciſſe, vt, ſi opinione ſua deceptus fuiſſet, aut etiam ſi quid ille mutare voluiſſet, non agnoſceret, epiſtolarum vincula, (quibus n. colligabantur epiſtolae,) laxaſſe,* (λύει τὰς ἐπιϛολάς,) *Gottleb. ad illum locum p.* 221. *in noſtro Cornelii loco* laxauit *vnice verum eſſe indicauit; idemque probabilius eſſe exiſtimarunt Harl. Wetzel et Tzſchuck. Quare ego reſcripſi* laxauit.] — 6. Erant in — conuenerant *a MS. Leid.* 2. *aberant, ſed Stau. in Miſc. Obſſ. nou. tom.* 8. *p.* 814. *ex Diodoro Sic. lib. XI. p.* 34. *docet, illa verba non eſſe delenda.* — 7. iudicio *Ed. Iens. Med.* — 8. ipſe ſe *Ed. Long. Statim* iudicaſſet *MS. Dan. Ed. Iens. Med. pariter* iudici *et paullo poſt* iudex *Ed. Iens. Med.* — 9. Vanum *MS. Voſſ.* 3. *dein* in araque *MS. Leid.* 2. *Dan.*

*ſi pertuliſſet*] Aberant haec a membranis Schoppii: ſed recte obſeruatum Barthio Aduerſ. 24, 18 et Gebhardo, decedere aliquid ſententiae, ſi eximantur. Non enim ſimpliciter ei pereundum erat, ſed ſi ad Artabazum epiſtolam pertuliſſet. Supra 2, 8. 6 *Senſit Themiſtocles, ſi eo perueniſſet, ſibi eſſe pereundum.* Tamen Thucydides ſolum ait: αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν.

4 *Quid fieri vell.*] Qu. edd. *quae fieri vell.*

*Fanum Nept.*] Meminere templi huius et Strabo 9, Mela 3, 3, Plutarch. Pompeio, Stephanus et alii. Vid. Meurſius Miſcell. Lacon. 4, 11. [Periz. ad Ael. V. H. lib. VI. c. 7. et Staver. ad noſtrum loc.] Ἀσφάλειος autem etiam idcirco dici potuit, quod ibi τοῖς ἱκέταις ἀσφάλεια, vt de eiuscemodi locis ſacris loquitur Pollux 1, 1. 10. Sic enim ibi legendum: non, vt vulgo editur, οἰκέταις. Neque enim ſolis ſeruis, ſed cunctis ſupplicibus, aſyla erant.

lari nefas putant Graeci. Eo ille index confugit:
in ara conſedit. Hanc iuxta, locum fecerunt ſub
terra, ex quo poſſet audiri, ſi quis quid [10] loque-
retur cum Argilio. Huc ex ephoris quidam de-
ſcenderunt. Pauſanias, vt audiuit, Argilium con- 5
fugiſſe in aram, perturbatus eo venit: [11] quem
quum ſupplicem dei videret in ara ſedentem, quae-
rit, cauſſae quid ſit [12] tam repentino conſilio. [13]
Huic ille, quid ex litteris comperiſſet, aperit.
Tanto magis [14] Pauſanias perturbatus orare coe- 6
pit, ne enunciaret, [15] nec ſe, meritum de illo

10. ſi quis aliquid *MS. Ax.* — 11. pert. venit eo *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag.* eo venit *omiſſo* τῷ perturbatus *MS. Voſſ.* 3. *Mendos. Ed. Vltrai.* — 12. quid ſi *Ed. Med. Lamb.* [*n. Francof. a.* 1608. *nam in ed.* 1. *Lamb. Lutet.* quid ſit *legitur.*] — 13. repentini conſilii *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. 2. [*Wetz.*] *Keuch. Sed* repentino conſilio *MS. Dan. Leid.* 2. *Ed. Gebh. Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*Ith. et rell. Vtrumque recte; n. vel ad verbum referas, vel ad ſubſtantiuum; ſed* repentino conſilio *eſt doctior lectio, illuſtrata a Cortio ad Sall. B. Cat. c.* 40. *nr.* 2. *et ab Oudend. ad Caeſ. B. G. lib. V. cap.* 44. *p.* 265. *Hinc eam praetuli.*] — 14. modo magis *MS. Mendos. Bau. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Par. Ald. Vltrai. Long.* mõ (*h. e. vt Scheffer. coni.* multo) magis *MS. Boecl.* [*et Tzſchuck. ad ed. min. cum Heuſing. probauit atque in ed.* 2. *reſcripſit* Multo magis.] *Statim* Pauſanias *aberat a MS. Voſſ.* 3. — 15. ne nunciaret *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* ne nuntiaret *Ed.*

*in ara conſedit*] Vid. Turneb. Aduerſ. 21, 18, Raeuard. Variar. 1, 7, Taubman. ad Plaut. p. 678 etc.

*Hanc iuxta, locum fecerunt ſub terra*] Diodorus διπλῆν σκηνὴν circumdatam Argilio, dicit, in eaque Ephoros occultatos.

6 *Tanto magis*] MSS. Schotti, et, teſte Schoppio Veriſim. 4, 2, duo Bauarici, ac ed. Vltraiectina: *modo magis.* Boecl. abbreuiate: *imo magis.* Id Barthius Aduerſ. 24, 18 exponit ſupra modum. *magis enim,* inquit, *orabat quam qui patribus occultatis excuſari proditionis poſſet.* Sed dubito, an quisquam veterum ita loquutus ſit. Quid ſi exponas: Iam, vel Tum, magis perturbatus? Lambinus mallet *multo magis*, aitque teſtari quosdam, ita in antiquis codd. fuiſſe ſcriptum. Vellem nominaſſet! nam ego quidem in nullo ſic ſcriptum fuiſſe reperio.

*ne enunciaret*] Sic recte Dan. Ernſt. Bauaricus vnus, et meliores alii. Vid. not. Ernſtii. Alii *nunciaret.*

optime, proderet. quod ſi eam veniam ſibi dediſſet, tantisque implicitum [16] rebus ſubleuaſſet, magno eſſe ei praemio [17] futurum.

1 V. His rebus ephori cognitis, ſatius putaverunt [1] in vrbe eum comprehendi. Quo quum eſſent profecti, et Pauſanias, placato Argilio, vt putabat, Lacedaemonem reuerteretur; in itinere, quum iam in eo eſſet, vt comprehenderetur, e vultu [2] cuiusdam ephori, qui eum admonere [3] cupiebat, inſidias ſibi fieri intellexit.
2 Itaque paucis ante gradibus, quam qui ſequebantur, in aedem Mineruae, quae Chalcioecos [4]

*Ald.* ne enunciaret *MS. Dan.* [*atque* enuntiaret, *quod Lamb. Bos. et rell. dederunt, aptius dicitur de rebus arcanis, quam* nuntiaret.] — 16. implicatum *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. 3. *Dan. Ed. Lamb.* [*ſed et Lutet. ſ. Par. et Francoſ. edit. Lamb. praebent* implicitum.] — 17. magnoque ei pr. *Ed. Med. Arg. Long.* magno ſe eſſe ei premio *Ed. Iens. Par. Ald.* (*in quo tamen eſt* praemio.) magno ei pr. *MS. Ax. Ed. Mag. Keuch. Pat.*

1. putarunt *MS. Leid.* 2. *Ax. mox* vt putabat *in parentheſi Ed. Ald. Mag.* — 2. ex vultu *MS. Voſſ.* 3. et ex vultu *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 3. admoneri *MS. Voſſ.* 2. 3. *Boecl. Leid.* 1. *Ax.* ammoneri *MS. Leid.* 2. *Dan.* amoueri *Ox. mox* et inſidias *Ed. Ald.* — 4. Chalcioecos *Ed. Heus.* [*Harl. Heinr. Schmied. Tzſchuck.* 2. *et ego reddidi terminationem graecam.*] χαλκίοικος *MS. Voſſ.* 2. Chalciaecus *Ed. Ald. Mag.* Chalcidicos *MS. Leid.* 2. *Dan.* Calchidicos *MS. Voſſ.* 1. Chalcidicus *MS. Voſſ.* 3. *Ab MS. Ax. aberat, relicto tamen ſpatio.* [Chalcioecus *vulgo.*]

*ſi eam veniam ſibi ded.*] Si hoc ſibi conceſſiſſet, vt ſup. 2, 10. 1. Mox ſcripti libri habent *implicatum*, quomodo et 10, 1. 1 legitur.

1 *Admonere*] Non male Boecl. et Leid. *admoneri.* Dan. quoque *ammoneri.*

2 *Quam qui ſequebantur*] Buchnerus exiſtimabat ſupplendum *comprehenderent*, aut ſimilem vocem aliam. Mallem: *ibant, pergebant etc.* In Cod. Dan. erat: *qui eum ſequebantur.*

*in aedem Mineruae, quae Chalcioecus vocatur, confugit*] Vid. Thucyd. 1, c. 134. Diod. 11, T. 2 p. 226 c. 45. Lycurgus Orat. in Leocratem, Aelian. 9, 41, Polyaen. 8, Plut. in Parall. p. 308, Themiſtoclis epiſt. 2 etc. Deſcribit templum hoc Pauſanias Laconicis, libr. 3, 17. Adde Meurſii Miſcell. Lacon. 1, 3.

*quae Chalcioecus vocatur*] Aedesne, an Minerua? Ad illam referre malim. nam ita et Liuius 35, 36 *Aetoli circa Chalcioecum, (Mineruae eſt templum*

vocatur, confugit. Hinc ne exire poſſet, ſtatim ephori valuas eius aedis [5] obſtruxerunt, tectumque ſunt demoliti, quo facilius [6] ſub diuo

5. valuas aedis *MS. Ax. Leid.* 2. *et* eius *delendum, et dein* ſunt moliti, [*quod verbum aliquando notat demoliri, labefactare, deiicere, v. Gron. ad Liu. XXIV.* 46.] *ex fide cod. Voſſ.* 3. *Leid. legendum cenſet Stauer. in Miſc. Obſſ. nou. tom.* 8. *p.* 814. [*Idem Stau. ibid. quia Diodor. Sic. XI. p.* 35. *dicit, matrem ad introitum aedis lapidem adtuliſſe, antequam Lacedaemonii dubitabundi eiusdem valuas obſtruxiſſent, in Nepote paullo poſt legendum putat:* Dicitur ad templum matrem Pauſaniae veniſſe.] — 6. quo celerius *MS. Ernſt. Leid.* 1. *Bau. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Vltrai. Sed in marg. MS. Voſſ.* 2. quo facilius. *Statim* diuo *etiam MS. Mendos. Giſ. Ax.* [*Ed. Bos. et recc.*] *Sed* dio *Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch.*

*aeneum,) congregati caeduntur.* Aelianus item Var. hiſtor. 9, 41 de Pauſania loquens: *ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ καὶ διεπάλαιε τῷ λιμῷ.* Ceteri plerique Mineruam ipſam Χαλκίοικον vocant. [vt Pauſan. 4, 15 p. 316 *Fiſch.*] Quos ſi Noſter imitari voluiſſet; ſimpliciter, puto, dixiſſet: *in aedem Mineruae Chalcioeci.* Thucydides tamen vocat τὸ ἱερὸν Χαλκιοίκου. [Add. Stau. et Harl. Atque, notante priore ad edit. min., cauſſam, cur Pauſanias ſolus e ſupplicibus, in hanc aedem confugientibus, poena non ſit ſolutus, explicuit homo Byzantius Pauſaniae libr. III. cap. 17 p. 252. nempe ob caedem illuſtriſſimae virginis Byzantinae, nomine Cleonicae, de qua, et inde praedicta ei hac morte v. Plutarch. in Cim. p. 482 et tom. II. de ſera numinis vindicta p. 555 ſiue p. 40 ſq. ed. Wyttenb. cuius animaduerſ. p. 56 conferes. Add. Thucyd. I. c. 134 vbi v. Gottleb. et Bauer. p. 224 quorum poſterior *Chalcioec.* Mineruae epitheton eſſe putat.]

*ſtatim ephori valuas*] Immo pater eius Hegeſilaus, ſi credimus Chryſermo Corinthio lib. 2 hiſtoriae Perſicae. Sic enim ille ap. Stobaeum ſerm. 157 Ἡγησίλαος ὁ πατὴρ τοῦ Παυσανίου περὶ τῶν συμβεβηκότων ἀκούσας, τὸν υἱὸν μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Χαλκιοίκου συνεδίωξεν Ἀθηνᾶς, καὶ τὰς θύρας τοῦ τεμένους πλίνθοις ἐμφράξας, μετὰ τῆς γυναικὸς τὴν εἴσοδον ἐφρούρησε, καὶ λιμῷ τὸν προδότην ἀνεῖλεν, ὃν ἡ μήτηρ ἀείρασα ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἔῤῥιψεν. Quae in Parallela ſua retulit Plutarchus p. 308, ſed patrem Ageſilaum vocat. Male vterque: fuit enim is Cleombrotus, vt ſup. ad 4, 1. 1 diximus.

*valuas eius aedis obſtr. tectumque demol.*] Immo domunculae haud magnae templi, quam, ne ſub dio affligeretur, ingreſſus erat. Ita namque Thucydides. Templi tamen fores obſtructas, etiam Chryſermus, Plutarchus et Diodorus tradunt.

*quo facilius*] Sic praeter edd. vett. plerique manu exarati. Ac ſimiliter infra 18, 6. 4 *Id quo facilius faceret.* At alter Bauaricorum (teſte Schoppio Veriſim. 4, 2) Leidenſis, Ernſtianus, ed. Vltraiectina: *quo celerius.* quod gloſſema puto.

*ſub diuo*] Sic optimi libri MSS. idque recte.

3 interiret. Dicitur, eo tempore matrem Pauſaniae vixiſſe, eamque iam magno [7] natu, poſtquam de ſcelere filii comperit, in primis, ad filium claudendum, lapidem ad introitum aedis adtuliſſe.
4 Sic Pauſanias magnam belli gloriam turpi morte maculauit. Hic cum ſemianimis [8] de templo ela-
5 tus eſſet, confeſtim animam efflauit. Cuius mortui corpus cum eodem nonnulli [9] dicerent inferri [10] oportere, quo hi, qui ad ſupplicium eſſent dati; diſplicuit pluribus: et procul ab eo loco info-

7. magno *aberat a MS. Voſſ.* 1. *at* magno metu *MS. Mendos.* — 8. ſemianimus *MS. Ax. fortaſſe vere.* — 9. non nulli *Ed. Iens. Med. vbique.* — 10. inferre *MS. Ax.*

5 *Dicitur — matrem Pauſ. vix.*] Nomen ei Theano fuit, ſi Polyaeno VIII. 51 credimus. Sed Suidas Anchitheam, Scholiaſtes in Ariſtoph. Equit. v. 84. Alcatheam vocat. [Conf. Thucyd. l. cit. vbi ſcholiaſtes matrem Pauſaniae vocat Ἀλκιθέαν· vid. ibi not. Gottleb. p. 224. Poſt *dicitur* comma poſui, ſuadente Kappio, cum Bipont. Tzſchuck. in ed. 2. et Heinrich. Tzſchuck. quoque recte probat Kappii ſuſpicionem, poſſe melius abeſſe τὸ *vixiſſe.*]

*in primis ad fil. claud.*] Praeter Chryſermum et Plut. paullo ante laudatos, Polyaenus, Thucyd. Diod. Sic. ll. citatis. [Adnotante Stau. ad 3. edit. hoc factum alii adſcribunt Pauſaniae patri, v. Weſſel. ad Diod. Sic. lib. XI. c. 45 nr. 71. Idem Diod. differt a Nepote, ordinem rerum confundente, et alios ſcriptores, ac Thucydidem, qui de hoc facto matris tacet, et Diodorum, quocum faciunt Polyaenus VIII c. 51 et Tzetzes Chil. XII, ſequuto. Ex illis enim adparet, Ephoros non ſtatim, vt Nepos ſcribit, valuas aedis obſtruxiſſe.]

4 *Confeſtim animam efflauit*] Sic et Thucydides. Lambinus ait, Xenophontem hiſt. Gr. 3 ſcribere, eum Tegeam profugiſſe, ibique morbo confectum mortuum eſſe. Sed Xenophon de alio Pauſania, Pliſtonactis filio, loquitur.

5 *Eodem*] Qu. edd. addunt *loci.*

*quo hi, qui ad ſupplic. dati*] Subaudi, *inferri ſolebant.* Thucydides: οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεισαν. Dicebatur autem is locus Καιάδας. de quo adi ſis Cragium de Rep. Lacedaem. 4, 10. [add. Waſſ. et Ducker. ad Thucyd. I. c. 134 nr. 84 aut p. 224 ed. Lipſ. vbi Gottleb. praeeuntibus codd. in textu edidit ἐς τὸν Κεάδαν, pro Καιάδαν.]

*procul ab eo loco*] Thucydides: ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι. An igitur, addita negandi particula, legendum: *non procul ab eo loco?* [Male. v. Obſſ. miſcell. vol. I. p. 387. a. 1732. m. Nov. et Dec. Albert. ad Heſych. tom. I. p. 1131. *Fiſch.* Nec Stau. probat Boſii coniecturam. Ithe tamen etiam arbitratur, ſcri-

derunt, quo [11] erat mortuus. Inde poſterius dei Delphici [12] reſponſo erutus, [13] atque eodem [14] loco ſepultus, vbi [15] vitam poſuerat.

11. quo, *omiſſo* τῷ in, *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Boecl. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus.* [*Bip. Heinr. Wetz. Stau.* 3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Schmied. et ego* in *deleui.* in quo *rell. edd.*] — 12. Delphici, *omiſſo* τῷ dei, *MS. Leid.* 1. 2. *Boecl. Ax. Voſſ.* 2. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Nam* dei *ob ſeq. vocab. omitti facile potuit.* Delfici *MS. Bau.* — 13. exutus *Ed. Iens. Med. Ald.* — 14. eodem *abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb.* [*At in edit. Lamb. Lutet. et Francof. exſtat* in eo loco.] *Erat autem in MS. Dan.* — 15. vt *MS. Giſ. Statim* poſuerat *MS. Mendos. Dan. Leid.* 1. *Bau. Giſ. Ax. Ed. Vltrai. Gebh.* [*Bos.* 2. *et rell. recentt.*] *Sed* finierat *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *e gloſſemate puto.*

ptum fuiſſe a Nepote, *nec procul* vel *et non procul.* Sed *procul* quoque remotionem quamdam a loco breuiorem indicat.] Mox MS. Boecl. *quo erat mortuus*, omiſſa praepoſitione.

*dei Delphici*] Τὸ *dei* aberat a MSS. Leid. Boecl. et quem laudat Schoppius Veriſ. 4, 2. Sed retineri iubent verba Thucydidis: ὁ δὲ Θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τὸν τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν, οὗπερ ἀπέθανε.

*eodem loco ſepultus*] Τὸ *eodem* a quibusdam libris abeſt. Barthius Aduerſar. 24, 18 potius et ex indole Nepotis multo melius putat, ſi et τὸ *loco* deleatur.

*vbi vitam poſuerat*] Repoſui lectionem MSS. Dan. Sch. Leid. Schoppiani et editionis Vltraiectinae; quam et Giſ. confirmat, cuius Excerpta habent: *vbi vt poſuerat.* Vulgo: *vbi vitam finierat. Ponere vitam* dictum, vt *ponere calamum, veſtem, dolorem*, et ſimilia. Propertius 2, 16. 3 *Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Cerauno?* Idem 2. 26 ſub finem: *Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita, Exitus hic nobis non inhoneſtus erit.* Quae loca et I. Gebhardus adduxit. *Ponere ſpiritum* eodem ſenſu dixit Valerius Max. 7, 8. 8.

# V. CIMON [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Heres paternorum vinculorum, ab vxore liberatur. II. Eius virtutes et res geſtae: Perſas eodem die nauali et terreſtri proelio vincit. III. Oſtraciſmo eiicitur. Reuocatus pacem cum Lacedaemoniis conciliat. Citii moritur. IV. Cimonis encomium.*]

1 CIMON [2] MILTIADIS F. ATHENIENSIS duro [3] admodum initio vſus eſt adoleſcentiae. Nam cum pater eius litem aeſtimatam [4] populo ſoluere non potuiſſet, ob eamque cauſſam in [5] vinculis pu-

1. Cimonis vita *Ed. Iens. Par. Ald.* Cymonis vita *Ed. Med. Arg.* Cymon *MS. Voſſ.* 2. — 2. Cymon *Ed. Iens. Med. Arg. vbique* [*ed. Francof.*] Cumon *MS. Ax. ſtatim* Myltiadis filius *Ed. Iens. Med. Arg.* Militiadis *MS. Dan. vbique.* — 3. duro *MS. Sau. Put. Gif. Dan. Sed* diro *Ed. Iens. Med. Arg. Long.* — 4. extimatam *Ed. Iens. Med. Arg.* [*An* exiſtimatam *dare voluit ſcriba cod. aut curator ed. Iens.? Nam* aeſtimare *et* exiſtimare *in codd. confundi ſolent. v. Schwarz. ad Plin. Paneg. c.* 38. *p.* 155.] — 5. in *omiſſum eſt in MS. Voſſ.* 1.

Facies Cimonis in nummorum meorum vno conſpicitur, cum inſcript. ΚΥΜΟΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. In poſtica parte victoria ſeminuda armis inſidens, dextra palmam, ſiniſtra clypeum tenens, in quo: ΝΙΚΗ. Infra: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Circum Victoriam: ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Recentiorem, et ſuperiore ſaeculo cuſum eſſe vix dubito. Hermam eius, ſed capite truncatum, exhibent Vrſini Imagines num. 46. Diuerſus ab hoc Cimon Tiſagorae F. quanquam interdum cum noſtro hoc confundatur. De quo vide Rutgerſ. Var. lect. 1, 9 p. 33 et 37. [Cimonis vitam vberius expoſuit et cum Lucullo Romano comparauit Plutarch. tom. III. pag. 170 ſqq. ed. Reisk. ſ. pag. 244 ſqq. ed. Hutten. Fiſcher etiam in marg. citauit Herod. VI. 136. Demoſth. tom. I. p. 688, 27. Schott. ad Sen. tom. III. p. 629.]

1 *Initio adoleſcentiae*] Quo apud populum male audiuit, ὡς ἄτακτος καὶ πολυπότης, καὶ τῷ πάππῳ Κίμωνι (*Coalemo* ob mentis ſtuporem cognominato) προσεοικὼς τὴν φύσιν· vt ſcribit Plutarchus p. 480. [ſ. p. 248 ed. Hutt.] Valerius quoque Maximus 6, 9 ext. 9 ait, eius *incunabula opinione ſtultitiae fuiſſe referta.*

*Nam cum pater eius*] Supra 1, 7. 6.

blicis deceſſiſſet, Cimon eadem cuſtodia [6] tenebatur, neque legibus Athenienſibus [7] emitti pot-

6. cuſtodi *Ed. Iens. Med. Arg.* — 7. Athenienſibus. *Sic MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Sed* Athenienſium *MS. Ax. Ed. Steph. Gebh. quod mihi placet, quia ſic* κακοφωνία *vitatur.* [*Sic quoque ſuaſerat Lamb. in altera ed. Francof. probante Heuſingero.*] *Dein* mulctatus erat *MS. Boecl.* multatus erat *MS. Ax.* mult. fuerat *MS. Leid.* 2.

*eadem cuſtodia teneb.*] Nihil de hac cuſtodia Herodotus ac Plutarchus, [et Demoſth. l. c. *Fiſch.*] Meminere tamen Diodorus Siculus in Excerpt. Peireſc. lib. 20 p. 254, Valerius Max. 5, 3 ext. 3 et 5, 4 ext. 2, Iuſtinus 2, 15. 19, Seneca Controuerſ. 24 et Quinctilianus Declam. 302. Exſtatque et apud Libanium Tomo I declamatio eius, pro patre in carcerem ire volentis.

*neque legibus Athen. emitti poterat*] Lege apud Athenienſes ſancitum erat, vt ſi quis aerarius, antequam mulctam ſolveret, obierit, liberi eam ſolverent: ſin, et ipſi ἄτιμοι eſſent, donec ſoluerint. Demoſthenes Orat. aduerſus Timocratem ſub finem: *Pater iſtius aerarius eſt, quem bonus iſte vir negligit. Quod ſi is, ad quem illius ignominiae hereditas reditura eſt, ſi quid patri acciderit, tamen ſoluendam eſſe mulctam non cenſet; ſed illius temporis, quod pater vixerit, vſuram eſſe lucri ſaciendam etc.* Ad quem locum Vlpianus: Νόμος γὰρ ἦν, εἴτις ὀφείλων πρὸ τῆς ἐκτίσεως τελευτήσει, τὰς παῖδας ἀποδιδόναι τὸ ὄφλημα. εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτὰς ἀτίμας εἶναι, ἕως ἂν ἀποδῶσιν. Idem Demoſthenes Orat. adu. Androtionem p. 423 meminit *legis, qua Androtioni, quod pater eius fuiſſet aerarius, et mulctam reipub. non ſoluit, iſti nec habere conciones, nec facere decreta licedt.* Et mox Androtionem ſic adloquitur: *Aut igitur patrem tuum non fuiſſe aerarium, id oſtendito: aut carcere non profugiſſe, ſed ſolviſſe pecuniam. Quae ſi oſtendere non poteris, lege vetante, feciſti decretum. heredem enim te lex conſtituit paternae ignominiae,* κληρονόμον γάρ σε καθίστησιν ὁ νόμος τῆς ἀτιμίας τῆς τῦ πατρός. Hac ergo lege Cimon, patre in carcere, mulcta nondum ſoluta, mortuo, et ἀτιμίας et debiti paterni heres, ac aerarius adeo, factus eſt. Tales autem, vt ſupra ad 1, 7. 6 dictum, lex tamdiu in vinculis eſſe iubebat, donec ſoluiſſent. Itaque *nec Cimon emitti poterat, niſi pecuniam, qua pater mulctatus erat, ſoluiſſet.* At quos paullo ante cuſtodiae Cimonis meminiſſe diximus, ad vnum omnes Cimonem ſponte vincula ſubiiſſe aiunt, pietate commotum, vt iis corpus patris ad ſepulturam redimeret. Diodorus: ὁ Κίμων τελευτήσαντος τῦ πατρὸς αὐτῦ ἐν τῇ δημοσίᾳ φυλακῇ διὰ τὸ μὴ ἰσχύσαι ἐκτίσαι τὸ ὄφλημα, ἵνα λάβῃ τὸ σῶμα τῦ πατρὸς εἰς ταφὴν, ἑαυτὸν εἰς τὴν φυλακὴν παρέδωκε, καὶ διεδέξατο τὸ ὄφλημα. Valerius: *Immo ne corpus quidem eius* (Miltiadis) *ſepulturae prius mandari paſſi ſunt, quam filius eius Cimon eisdem vinculis ſe conſtringendum traderet.* Et loco altero: *Cimon, qui patri tuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaſti.* Iuſtinus: *Patrem, translatis in ſe*

erat, niſi pecuniam, qua pater multatus eſ-
2 ſet, ſoluiſſet. Habebat autem in matrimonio ſororem germanam ſuam, nomine [8] Elpinicen, [9] non magis amore, quam more, ductus. [10]

8. nomine *abeſt ab ed. Long. Mag. mox* ſuam germ. *Ed. Steph. Gebh. Mag. Keuch.* — 9. Helpicenem *MS. Dan. Leid.* 1. Helpince *MS. Voſſ.* 1. 2. Helpicene *MS. Voſſ.* 3. Helpinicē *Ed. Arg.* Helpinicem *Ed. Mag. Long.* Elpenicem *Ed. Iens. Med.* Elpenicen *Ed. Par. Ald.* Elpinicem *Ed. Stau.* 1. 2. [*ſed* Elpinicen *Ed. Bos. Stau.* 3. *et rell. recentt. atque* Ἐλπηνίκη *vocatur a ſchol. Ariſtoph. Equit. v.* 851. *aliisque.*] — 10. quam more ductus. *Sic MS. Giſ. Dan. Mendos. Leid.* 1. *Ox. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2.

*vinculis, ad ſepulturam redemit.* Apud Senecam Cimon ipſe: *nec quicquam Cimon habuit, quod dare pro patre, praeter ſe ipſum, poſſet.* Et mox *Miltiadis pretium ſe* et *vicarium* vocat, eumque *redemiſſe*, et *pro eo alligatum* ſe ait. Ac rurſus: *Redemi*, inquit, *corpus tuum, Miltiades, ne funeri quidem interfuturus, in quod me ipſum impenderem.* Et paullo poſt: *Non erat mihi poena, in carcere eſſe: mea voluntate eo perueneram.* Denique Quinctilianus: *Cimoni illi, qui patris corpus vicario corpore redemit.* Haec miror, non adnotaſſe viros doctos, nec ſollicitos fuiſſe, an et qua ratione cum iis, quae Noſter tradit, conciliari poſſint. An dicemus, hos omnes legem illam Athenienſium, moremque, quo paternorum vinculorum hereditas ad liberos transiret, ignoraſſe? An potius, qui hoc caſu aerarii fierent, non, vt ceteros, qui ſua culpa fiebant, vinculis conſtrictos, niſi corpus defuncti parentis ad ſepulturam hoc pacto redimere vellent? Mihi, vt ingenue fatear, non liquet.

*Athenienſibus*] Lambinus mallet *Athenienſium.* nulla neceſſitate. Mox MS. Boecl. *multatos erat.* non male.

2 *Habebat autem in matrim. ſoror. germanam ſ.*] Rutgerſium adi Var. lect. 1, 9 p. 40 ſeq. Adde Sam. Petitum Commentar. ad leges Atticas lib. 6 tit. 1 et Ernſtii prolixam ad h. l. adnotationem. [De ſignificatu vocis *germanus* in Indice Boſius haec ſcripſit: *germana ſoror*, *ὁμοπάτριος*, *conſanguinea*, eodem patre nata, ſed non eadem matre. De vocis vſu adde Giſan. Obſſ. L. L. p. 101. [p. 203 edit. Otho,] et qui verba illius pro more deſcripſit, Pareum in lex. crit. vbi inprimis laudatur l. 1 C. Theod. l. 2 t. 19 de inoff. — Fiſch. in marg. ſcripſit, *ſoror ex eisdem parentibus nata*, Timol. I. 4. v. Andoc. 4 p. 129 tom. 2. Vouer. ad Minuc. Fel. 31 p. 39 ſq. Leid. Herald. Aduerſ. 1, 12. — Add. Weſſeling. Obſſ. lib. 1 cap. 13 et Stau. ad mai. et min. ed. Harl. et Ith. notas.]

*Elpinicen*] Ita Graeci vocant. MSS. Dan. et Leid. *Helpicenem.* alii *Helpinicem.*

*more*] Vulgo addunt *patrio*, quod ab opt. libris Giſan. Dan. Mendoz. Leid. Boecl. abeſt. Gebhardus tamen ſine ſententiae detrimento abeſſe non poſſe, cenſebat; cui adſentire non poſſum. Solent enim haec duo inuicem opponi. Ceterum alii,

Nam [11] Athenienſibus licet, eodem patre natas,
vxores ducere. Huius coniugii cupidus Callias [12] 3
quidam, non tam generoſus, quam pecunioſus,
qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit
cum Cimone, [13] vt eam ſibi vxorem daret: id
ſi impetraſſet, ſe pro illo pecuniam ſoluturum.

*Ed. Vltrai.* [*Bos. Stau. et rell. recentt.*] *Sed* quam ore, *interiecto ſpatio inter* quam *et* ore, *Ed. Iens.* quam more patrio ductus *Ed. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Patau.* quam patrio more d. *Ed. Steph. Keuch.* — 11. namque *MS. Dan.* [*melius h. l.*] — 12. Gallias *Ed. Ald.* — 13. egit Cimone *MS. Leid.* 2.

apud Plutarchum p. 181, ideo nupſiſſe Elpinicen fratri ferunt, quod *ob inopiam ſponſum genere ſuo dignum non inueniret.*

*Nam Athenienſibus licet etc.*] De quo praeter Philonem Ernſtio laudatum, teſtantur Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nebulas 5, 2 p. 200, Minutius Octauio c. 31 vbi v. Wouerium, et Seneca in Apocolocynthoſi, quorum verba poſt alios adduxerunt Rutgerſ. l. c. p. 39. 40 et Sam. Petitus Comm. ad leg. Att. p. 440. Sic Mneſiptolemam, filiam Themiſtoclis ex ſecundis nuptiis genitam, Archeptolis frater non ex eadem matre (ὁ ἀδελφὸς ὐκ ὢν ὁμομήτριος) duxit, vt refert Plutarchus in Themiſtocle p. 128.

[*Huius*] ſcil. Elpinices, coniugium cupiebat Callias. v. Heuſing.]

3 *Qui magnas pec. ex metallis*] Aliam diuitiarum cauſſam narrant Plutarchus in Ariſtide c. 5 p. 322 et Scholiaſtes Ariſtophanis in Nubes v. 1375; a quibus parum diſcrepant Michaël Apoſtolius Paroem. cent. 11, 74, Heſychius et Suidas in λακκόπλυτος: et rurſus aliam ex Heraclide Pontico Athenaeus 20, 9. Ortas e ſpoliatis Perſarum cadaueribus, quae Marathone ſepulta fuerant, innuere videtur Themiſtocles epiſtola 8. Ceterum quod Calliae filiam Cimonem in matrimonio habuiſſe, ac in adulterio deprehenſam interfeciſſe, Seneca Controuerſ. 24 ſcribit, id Rutgerſius Scholaſtico more confictum putat, vt argumentum declamationis eſſet, loc. cit. p. 43. Plura de Callia hoc eiusdemque nominis aliis illuſtris Gronouius obſeruat. 4, 7. Nuperrimus Nepotis interpres eundem eſſe putat, qui cinnabarin ſiue minium inueniſſe dicitur. ingenti metachroniſmo. Nam is, cuius Nepos heic meminit, Olympiadis LXXII anno III pugnae Marathoniae δᾳδῦχος interfuit, occubuitque, vt Gronouius coniicit, Olymp. LXXXVII anno I, victor ad Potidaeam. At cinnabareos conficiendi ratio a Callia, iuxta Theophraſtum lib. de lapidibus, Plinium N. H. 33, 7 et Anonymum Scriptorem Olympiadum, inuenta eſt Olymp. XCIII anno IV, octoginta amplius annis a pugna Marathonia. Alius ergo fuerit a λακκοπλύτῳ: ac fortaſſe is, qui anno praecedenti, iuxta Faſtos, archon fuit, ac in Marmore Arundelliano Καλλίας ὁ πρότερος dicitur. Vid. Meurſius Archont. 3, 12 et Seldenus in Canone Chronico p. 112 et ſeqq. [it. Stan. ad mai. ed. atque de *Callia* δᾳδύ-

4 Is quum talem conditionem aſpernaretur,[14] Elpinice[15] negauit, ſe paſſuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere poſſet;[16] ſeque Calliae[17] nupturam, ſi ea, quae polliceretur, praeſtitiſſet.

1 II. Tali modo cuſtodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum peruenit. Habebat enim ſatis eloquentiae,[1] ſummam liberalitatem, magnam

14. aſpernatur *MS. Leid.* 2. aſpernarent *MS. Voſſ.* 3. — 15. Helpicene *MS. Dan.* Elpenices *Ed. Iens. Med.* Helpinice *Ed. Arg. Mag. Long.* Elpinices *Ed. Par.* Elpenice *Ed. Ald. Mox* Myltiadis *Ed. Iens. Med.* Milcyadis *Ed. Arg. dein* vinclis *Ed. Arg. Lamb.* — 16. quon. proh. poſſet *MS. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. [*Ed. Long. Bos.* 2. *et recent.*] *Sed* quoniam prohiberet *Ed. Ald.* quoniam prohibere *omiſſo* τῷ poſſet *Ed. Iens. Med.* quoniamque prohibere poſſet, ſe (*omiſſo* τῷ que,) Call. n. *Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. quando proh. poſſet *MS. Ax.* — 17. Callias *MS. Voſſ.* 3. Galliae *Ed. Ald.*

1. hab. en. eloquentiae ſatis *MS. Leid.* 2. hab. tum ſatis eloq. *MS. Voſſ.* 2. 3. *Leid.* 1.

χῳ ſchol. ad Ariſtoph. Nub. verſ. 64. — *ſecerat* h. e. acquiſiuerat, confecerat, collegerat. Sic Graeci ἐργάζεσθαι pro acquirere, comparare, lucrari poſuerunt. v. Perizon. ad Aelian. V. H. lib. IV. c. 3 quem et alios laudat Stau. ad mai. ed.]

4 *Quoniam prohib. poſſet; ſeque Call. nupt.*] Sic MS. Boecl. et quidam Lambino laudati. Vulgo eſt: *quoniamque proh. poſſet, ſe Calliae nupt.* Alii: *quoniamque prohiberet, ſe C. n.*

1 *Celeriter ad principatum peruenit*] Prouectus a populo, faſtidio Themiſtoclis; et praeſertim ab Ariſtide, vt haberet, quem Themiſtoclis ingenio et audaciae obiiceret. Poſt etiam a Lacedaemoniis eiusdem Themiſtoclis odio. Vid. Plutarch. p. 481 et 488.

*Habeb. enim ſatis eloquentiae*] Longolius ex eo quoque eloquentiam Cimonis colligebat, quod a Suida dicitur *ἱπποσκοπικὸν βιβλίον θαυμάσιον* ſcripſiſſe. Sed recte animaduertit Magius, non debuiſſe hinc colligi, docte, eleganter, et ornate ſcriptum fuiſſe: potuiſſe enim admirabilem videri propter praeſidia contra equorum morbos praeſentanea tutiſſimaque, a veterinariis etiam vulgo petita etc. [Sed Stauer. ad ed. 3 monet, noſtro Cimoni non tribuendum eſſe, vt facit Suidas, librum de re equeſtri; praeterea a Suida Cimonem confundi cum Simone, cuius mentionem facit Xenophon de re equeſtri p. 736. *Satis* igitur *eloquentiae habebat* Henſing. explicat per *mediocrem*, non artis praeceptis conformatam, ſed communi dicendi vſu politam, quod etiam cum Plutarchi conuenit teſtimonio in vita cap. 4. Cimonem liberalis diſciplinae expertem fuiſſe.]

*ſummam liberalitatem*] De qua infra cap. 4. [Nepotem e

prudentiam cum iuris ciuilis,[2] tum rei militaris,[3]
quod cum patre a puero in exercitibus[4] fuerat
verſatus. Itaque hic et populum vrbanum in
ſua tenuit poteſtate, et apud exercitum plurimum
valuit auctoritate. Primum imperator apud[5] 2
flumen Strymona magnas copias Thracum fuga-
vit: oppidum Amphipolim conſtituit, eoque de-
cem millia[6] Athenienſium in coloniam miſit.
Idem iterum apud Mycalen[7] Cypriorum et Phoe-

2. tum iuris ciu. *MS. Leid.* 2. *Ed. Arg.* quum iuris ciu. *Ed. Paris.* — 3. cum rei mil. *MS. Leid.* 1. *Voſſ.* 2. 3. — 4. exercitibus. *Sic MS. Dan. Giſan.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. et rell. recentt.*] *Sed* exercitu *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Keuch. Bos.* 1. — 5. ad *Ed. Par.* — *dein* Amphipolin *Ed. Heus.* [*Tzſchuck.* 2. *Wetzel. Harl.*] — 6. eoque exercitu *MS. Leid.* 2. τὸ millia *aberat a MS. Dan.* — 7. Micalen *MS. Ax. Ed. Gebh.* Mychalen *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Par.* Mychalem *Ed. Med.* Mychalē *Ed. Arg.* [Michalen *cod. Thott.*] *Statim* Cyprorum *MS. Mend. Giſ. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ax. Ed. Arg.*

Theopompi, a quo paene totus pendebat, libr. X Philipp. ap. Athenaeum XII p. 533 totum fere locum exſcripſiſſe, iam Longolius ad noſtrum locum obſeruauit, et vtrumque Theopompi atque Nepotis locum comparauit Frid. Koch in Prolegomenis ad Theopompum Chium, Sedini 1803. 4. Add. Cicer. de Offic. II cap. 85. fin.]

*iuris ciuilis*] V. not. Ernſtii.

*tum rei militaris*] Vid. Plutarch. p. 481. Ἀγαθὸν ϛρατηγὸν vocat Diodorus Sic. in Exc. Peireſc. p. 254.

*in exercitibus*] Sic lego e Giſ. et Dan. Vulgo eſt: *in exercitu.*

*populum vrb. in ſua ten. poteſt.*] Id quod oſtendunt, quae narrat Plutarchus p. 482 f. et p. 489 b.

2 *Apud flum. Strymona*] Vid. Thucyd. 1, 98. Diod. Sic. 11, Plut. Cimone p. 482 f. c. 7 et Pauſanias Arcadicis.

*oppidum Amphipolim conſtituit etc.*] Vide Meurſ. Fortunae Att. cap. 6 p. 42.

*Idem iter. apud Mycalen*] Deſcribunt hoc proelium Diodorus Sic. 11, 61 et Plutarchus Cimone p. 486 cap. 12 ſq.: memorantque idem lib. de gloria Athenienſium, Thucydides 1, c. 100, Plato in Menexeno, Polyaenus 1, Frontinus 4, 7. 45, Mela 1, 14, Euſebius Chronico, 1, p. 54. ed. Scaliger, Sed hi omnes ad Eurymedontem fluuium, ſiue prope Cyprum, pugnatum ſcribunt, (quanquam non vno modo rem narrent): nemo, ad Mycalen. Et certe ſiue Mycalen Cariae vrbem, cuius Stephanus de Vrbibus meminit; ſiue montem aut promontorium, ſub quo Perſae eodem die, quo ad Plataeas, victi ſunt; ſeu denique inſulam in ora Ioniae

nicum ducentarum nauium claſſem deuictam [8]
3 cepit: eodemque die pari fortuna in terra [9] vſus eſt. Namque [10] hoſtium nauibus captis, ſtatim

8. deuinctam *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Long. in qua etiam male legitur* coepit. — 9. in terra *a MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *aberant.* — 10. nam *MS. Leid.* 1. *mox* capti *MS. Voſſ.* 3.

Plinio H. N. 5, 31 memoratam, intelligas: fieri non potuit, vt claſſis Perſica, quae, Diodoro et Plutarcho teſtibus, ad Eurymedontem ſtationem habuit, apud Mycalem deuinceretur; multo minus, vt eodem die et prope Eurymedontem, et apud Mycalem pugnaretur: nam ea loca longiſſime inter ſe diſtant. Quare parum abeſt, quin adſentiar Chriſt. Frid. Franckenſteinio, Eloquentiae Latinae et hiſtoriarum in Academ. Lipſ. Profeſſori, amico ſummo meo, qui ſubverebatur, ne proelium ad Mycalem, a Leotychide Spartano eadem die, qua illud alterum ad Plataeeas, commiſſum, cum hoc Cimonis Noſter confuderit. Sed ne cultiſſimo ſcriptori tam craſſum errorem impingam, potius dixerim illud, *apud Mycalen*, a ſciolo quodam inſertum eſſe: qui cum in praeced. commate locum proelii additum videret, heic quoque tale quid addendum eſſe cenſuerit. Fortaſſis autem Nepos ſcripſit: *Idem iterum imperator, Cypriorum etc.* nam id, quae praecedunt, videntur requirere. [Conf. Schlegel. diſſ. mem. p. 93 et 94, qui primum culpat Cornelium, quod non notaſſet tempus, quo Cimon poſt patris mortem cuſtodia tenebatur, et quo tandem liberatus ad rem publicam peruenit: Schlegel vero coniicit, non admodum longam fuiſſe Cimonis cuſtodiam. Poſtea Cornelium quoque reprehendit, quod proelium ad Mycalen, quod eſt promontorium Ioniae exaduerſus Samum percelebre, confudiſſet cum proelio, nouem annis poſt commiſſo, Cimone duce, ad Eurymedonta, Pamphyliae fluuium. Tzſchucke tamen, vt Nepotem ab erroris craſſi crimine liberaret, ad min. ed. multus de hac re, acute ſuſpicatus eſt, Mycalen locum obſcurum ad Eurymedontem, Pamphyliae fluuium, fuiſſe, et a nemine commemoratum, aut probabilius forte locum ad Cyprum aeque ignotum, atque Hydrum in Plutarcho cap. 12. vitae Cimon. ad quem Phoenicum naues adgreſſum eſſe et oppreſſiſſe narrat. Add. Harl. et Stauer. ad ed. 3. not.]

*ducentarum nauium claſſem deu. cepit*] Sic fere Thucydides quoque, et Plutarchus: niſi quod hic pluribus, quam CC illis, quae captae ſunt, nauibus claſſem barbarorum conſtitiſſe, cenſet. Idem tamen lib. de glor. Athen. centum triremes Phoeniſſas captas, ſcribit. quod etiam in veteri epigrammate apud Diodorum Sic. et Ariſtidem Orat. Platon. 2 legitur. Diodorus plures, quam centum, vna cum claſſiariis; reliquas vacuas in poteſtatem ſuam redegiſſe Cimonem, tradit: totamque claſſem fuiſſe nauium CCCXL. Perſas CCCL nauibus Cimoni occurriſſe, Ephorus; Ioc. Phanodemus, retulit, teſte Plutarcho l. c.

3 *Eodemque die*] Ita et Thucydides, Plutarchus et Fronti-

ex claſſe copias ſuas eduxit, barbarorum vno concurſu maximam vim proſtravit.[11] Qua victo- 4
ria, magna praeda potitus, quum domum reuerteretur, quod iam nonnullae inſulae, propter acerbitatem imperii, defecerant, bene animatas confirmauit,[12] alienatas ad officium redire coëgit. Scyrum,[13] quam eo tempore Dolopes in- 5
colebant, quod contumacius ſe geſſerant,[14] va-

11. barb. max. vim vno conc. proſtr. *MS. Boecl.* barborumque m. v. v. c. pr. *MS. Leid.* 2. *Ax. Dan.* barbarorumque m. v. v. c. proſtr. *Ed. Arg. Long.* [barbarorumque v. c. max. vim proſtr. *Tzſchuck.* 1. 2.] — 12. bene anim. confirm. *A MS. Ox. Ed. Iens. Med. Par. Ald. abſunt. Sed erant in MS. Mendos.* — 13. Cyprum *MS. Dan. Giſ. Mendos. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Med. Par. dein* delopes *Ed. Med.* — 14. geſſerant [*h. e. Dolopes et reliqui incolae,*] *MS. Voſſ.* 1. 2. *Dan. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Heus.* [*Bip. Ith. Heinr. Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Schmied. Pauſl. et ego reſcripſi.*] geſſerat *Ald. Bos.* [*Stau.* 1. 2. *Wetzel et rell.*] *Mox* vacue fecit *Ed. Med. Arg. Long. dein* poſſeſſores *Ed. Gebh.* [*ſed.* ſeſſores *pro poſſeſſoribus, (vti* ſedere, ſedes *de domiciliis ſ. habitationibus vſurpatur,) eſt lectio doctior. v. Vellei. Pat. lib. I. c.* 3. *init. ibiq. Burm. et, ante illum, Heinſius ad idem cap. §.* 3. *p.* 537. *ed. Ruhnk.*

nus. Diodorus quoque ait, *ſtatim* (παραχρῆμα) poſt naualem victoriam Cimonem ad terreſtres Perſarum copias duxiſſe claſſem.

*ex claſſe copias eduxit*] Armis et habitu Perſarum captis illorum nauibus impoſitos; quos illi ſuos eſſe rati, ſubito oppreſſi ſunt. Ita Diodorus 11, 60. ſq. Polyaenus, et Frontinus. Plutarchus nihil de hoc ſtrategemate. [Pauſan. 8, 52. *Fiſch.* Polyaen. 1, 34. 1. Frontin. ſtrateg. 4, 7. nr. 45.]

*barbarorum vno conc. max. vim*] Cod. Boecl. transpoſitis vocibus: *barbarorum max. vim vno concurſu proſtr.*

4 *Magna praeda*] Nempe, vt Diodorus ait, triremibus CCCXL, virorum XX millibus, et pecuniae multitudine memorabili.

*bene animatas confirmauit*] Haec a quibusd. MSS. et edd. abfuiſſe, ait Magius. In melioribus tamen habentur.

5 *Scyrum*] Sic Thucydides 1, 98. [ibique v. interpretes.] Diodorus 11, et Plutarchus p. 483 vocant. Itaque male quidam codices: *Cyprum.* Ceterum Thucydides et Diodorus haec ante victoriam ad Eurymedontem reportatam contigiſſe volunt. Plutarchus cum Noſtro conuenit. [Scyrus, hod. *Sciro*, in mari Aegaeo. — Dolopes, populi Theſſaliae, qui mare infeſtarant piratica, nec cum reliquis incolis, ibi ſuperſtitibus, imperata facere voluerant. v. Stau. et Harl.]

*quam Dolopes incolebant*] Diodorus 11, 60 addit Pelasgos.

cuefecit, ſeſſores veteres vrbe inſulaque eiecit, agros ciuibus diuiſit. [15] Thaſios opulentia fretos ſuo aduentu fregit. His ex manubiis [16] Athenarum arx, qua ad [17] meridiem vergit, [18] eſt ornata.

1 III. Quibus rebus quum vnus in ciuitate maxime floreret, incidit in eandem inuidiam, quam [1] pater ſuus ceterique Athenienſium principes. Nam teſtarum ſuffragiis, quod illi Oſtraci-

*Praeter tamen rem ibi dubitat Heins. num lectio in Corn. loco noſtro ſana ſit.*] — 15. dimiſit *Ed. Iens. Med.* *ſtatim* et Thracios *MS. Voſſ.* 3. [*ſed Thaſos, inſula maris Aegaei, prope Thraciam ſita eſt.*] — 16. e manubiis *Ed Iens. Med. Par. Ald. Lamb. Mag. Long.* ex manibus *MS. Leid.* 2. ex nauibus *al. Statim* arx Athen. *MS. Dan. Ax. Ed. Arg. Mag. Long. Steph Gebh* [*quae ſuauior eſt lectio.*] — 17. que ad *MS. Leid.* 2. quae ad *MS. Boecl. Voſſ* 1. 2. 3. *Ax. Ed Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 18. pertinet *MS. Ax.* [*quod eſt gloſſema*].
1. in quam *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* [*Ed. Wetzel.*]

*Thaſios*] Qui etiam ab Athenienſibus defecerunt. Vid. Thucyd. l. cap. 100 et ſq. et Plutarch. p. 487.

*opulentia fretos*] V. 1, 7. 2. [Thucyd. l. c. 100. vbi v. interprr. memoriae prodidit, Thaſios defeciſſe ab Athenienſibus, orta inter illos controuerſia de emporiis, quae erant in aduerſa Thracia, et de metallis, quae poſſidebant. Diuites autem erant Thaſii et marmore et aurifodinis in continente. Add. Diodor. Sic. 11, 63. et 70. ibique Weſſel.]

*His ex manubiis*] Sic libri meliores, in his tres Schotto laudati. Firmat Plutarchus p. 486. ſ. c. 13. *πραθέντων τῶν αἰχμαλώτων λαφύρων, εἴς τε τὰ ἄλλα χρήμασιν ὁ δῆμος ἐρρώσθη, καὶ τῇ ἀκροπόλει τὸ νότιον τεῖχος κατεσκεύασεν, ἀπ' ἐκείνης εὐπορήσας τῆς στρατείας.* [Diod. Sic. 2, 62.] Vulgo erat: *Hic ex nauibus.*

*qua ad meridiem vergit*] Τὸ νότιον τεῖχος, vt Plutarchus. Male igitur MS. Boecl. et qu. edd. *quae.* De muro Cecropiae (ſic enim arx haec vocata) plura Meurſius Cecropia cap. 5.

1 *Quum vnus*] V. 1, 8. 1 et 4.

*quam pater ſuus*] Sic et Giſanius e ſuo cod laudat in Collectan. Lucret. voce *Relatiuo.* MS. Boecl. *in quam.*

*ceterique Ath. princ.*] De quibus, praeter Dionem Chryſoſtomum, Erneſtio laudatum, videndus Valerius Max. 5, 3 ext. 3.

*Oſtraciſmum*] De huius nominibus, origine, hiſtoria et ritu e veteribus Diodorus Sic. 11. Plutarchus Ariſtide, Themiſtocle, et alibi; [Plutarch. in vita Periclis c. 10. tom. 1. p. 391. in vita Ariſtid. c. 1. tom. 2. p. 340. in vita Cimon. c. 17. tom. 3 p. 271. ed. Hutten. *Fiſch.*] Ariſtides Orat. Platon. 2; Pollux Onomaſt. 8, 5; Scholiaſtes Ariſtoph. in Equites p. 340. et in Veſpas p. 498; Tzetzes Chil. 13, 489. Heſychius et Suidas in *ὀστρακισμὸς* etc. E iu-

ſimum [2] vocant, decem annorum exſilio multatus
eſt. Cuius facti celerius Athenienſes, quam ip- 2
ſum, poenituit. Nam quum ille forti animo [3]
inuidiae ingratorum ciuium ceſſiſſet, bellumque
Lacedaemonii Athenienſibus indixiſſent, confeſtim

2. hoſtracos *MS. Voſſ.* 1. oſtrachismon *MS. Voſſ.* 2. hoſtratos *Ed. Iens. Med. Arg.* oſtracon *Ed. Par. Ald.* ὀστρακισμὸν *Ed. Mag. Long Steph. Gebh.* Oſtraciſmon *Ed. Heus.* [*Antecedens* quod illi *Tzſchuck.* at quod *tantum Stau. ad ed. 3. eiici poſſe, ſi codd. addicerent, arbitrabantur, quoniam* quod *duriore ſynesi ad praecedens refertur. Sed Perizon. ad Sanctii Mineruam lib. II. cap.* 9. *not.* 4. τὸ quod *defendit: et Tzſchuck. etiam vel* iudicium *repetere iubet, vel latius intelligere* quam rem.] — 3. animo forti *MS. Dan. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag.*

nioribus Vbbo Emmius Vet. Graeciae Tomo 3. p. 37 et ſeq. Beroaldus annot. in var. auct. Tomo 2. Theſaur. Crit. p. 257. Hadr. Iunius animaduerſion. 5, 18. Kekerm. de Rep. Athen. 2, 24. 4. Sigonius de ead. 2, 4. Scaliger ad Euſeb n. 789 et 1533. Mauſſacus ad Harpocrationem p. 193 ſeq. et accuratiſſime omnium Meurſius Attic. lection. 5, 18. et Sam. Petitus Commentar. ad Legg. Atticas lib 4. tit. 9. Iuſtusne. et reip. vtilis, ad eiusque ſecuritatem et ſtatum conſeruandum aptus ſit, olim hodieque disputatum. Ex antiquis ſuperſunt iudicia Ariſtotelis Polit. 3, 9. Dionis Chryſoſtomi Oratione 73. Ariſtidis in Platonicis paſſim, et Valerii Maximi 5, 3 extremo. Inter recentiores notae ſunt prolixae disputationes duorum prudentiſſimorum hominum, Paulli Parutae lib. 1. discurſu 15. et Ludou. Septalii lib. de Ratione Status cap. 6. 7. 8. 9: quorum hic probat, ille improbat. Adde iudicium Arniſaei Doctrin. Polit. 2, 5. et quae ad 2, 8. 1, et 2, 10. 2. dicta ſunt.

*exilio multatus*] Haud dubie hoc praetextu, quod libertati Athenienſium periculum ab eo immineret. Nam et aliquando capitis accuſatus eſt, quod remp. in ſe transferre conaretur. Demoſthenes orat. adu. Ariſtocratem: Κίμωνα, ὅτι τὴν πάτριον μετεκίνησε πολιτείαν ἐφ' ἑαυτὸν, παρὰ τρεῖς μὲν ἀφῆλαν (Athenienſes ſcilicet) ψήφους, τῷ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι· πεντήκοντα δὲ τάλαντα εἰσέπραξαν. Plutarchus quoque refert p. 487. eum, quum Thaſiis deuictis Macedoniae vicinae peperciſſet, ab aduerſariis in iudicium vocatum, quaſi muneribus ab Alexandro rege corruptus eſſet. [Vel quia Laconum rebus fauere credebatur, (Plut. in Cim. p. 487. 488. 489) et quidem ſuaſore atque impulſore Pericle, (Plut. ib. p. 157.) notante Stau. ad min. ed.]

2 *Bell. Lacedaem. Athen. indixiſſent*] Et ingentem cladem ad Tanagram illis intuliſſent. Vid. Plutarchus in Cim. p. 490.

*confeſtim notae ei. virt. deſid.*] Paraphraſeos loco poteſt eſſe illud Taciti Agric. 4, 1. *Cum damna damnis continuarentur, poſcebatur ore vulgi dux Agricola etc.*

notae eius virtutis [4] deſiderium conſequutum [5] eſt.
3 Itaque poſt annum quintum, quam [6] expulſus erat, in patriam reuocatus eſt. Ille, quod hoſpitio Lacedaemoniorum vtebatur, ſatius exiſtimans, contendere [7] Lacedaemonem, ſua ſponte

*Long.* — 4. virtutes *MS. Voſſ.* 1. *ſed ſupra notatum erat* virtutis. — 5. conſequut. *MS. Voſſ.* 1. conſecutum *vulgo.* — 6. quam. *Sic etiam MS. Ax.* [*et ex ed. Bos.* 2. *venit in reliquas.*] *Sed* quo *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Lamb. Bos.* 1. — 7. ſatius exiſt. cont. *Ita MS. Sau. Put. Giſ. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Sed* ſatis exiſtimans verbis contendere *MS. Ox. Ax.* ſatius aeſtimans cont. *MS. Voſſ.* 3. ſatius exiſtimans eos et ciues ſuos inter ſe vna voluntate conſentire, quam armis contendere *Ed. Lamb. Steph.* [*Schmied. in parentheſi.*]

3 *Quam expulſus*] Sic lego e Cod. Dan. quod et Lambinus coniecerat. Similis locutio habetur infra 10, 5. 3.

*ſatius exiſt. contendere Lacedaemonem*] Sic primus diſtinxit Magius, [aut potius Aldus] quum antea male locus hic interpungeretur, hoc modo: *ſatius exiſtimans contendere, Laced. ſua ſp. eſt prof.* Exponit autem hoc ſenſu: Cimonem, quum reuocatus eſſet, noluiſſe ſtatim in patriam redire, quod ſuorum deſiderium patriae poſthaberet; ideoque, etſi ciues ſui non praecepiſſent, Lacedaemonem, quae propter hoſpitium amica ſibi ciuitas videretur, profectum, hoc conſilio, vt pacis auctor conciliatorque eſſet. quod enim Lacedaemoniorum forte opes cerneret eſſe maiores, eamque ob rem patriae timeret, e re Athenienſium potius eſſe cenſuiſſe, ad pacem conciliandam Lacedaemonem, quam Athenas ad bellum adornandum opemque ferendam proficiſci. At Lambinus, pluſculis inſertis, ſic edidit: *ſatius exiſtimans, eos et ciues ſuos inter ſe vna voluntate conſentire, quam armis contendere, Lacedaemonem ſp. ſ. e. prof.* eaque in re acriter reprehenſus eſt a Schotto et Gebhardo, ac ſi locum mutilum ratus, cuius ſenſum non adſequeretur, de ſuo nimis liberalis, tam multa repugnantibus libris adieciſſet: quum tamen in adnotationibus ad h. l. ne verbo quidem indicet, haec ex coniectura ſc. addita eſſe, ſed tantummodo moneat, *hunc locum in libris fere omnibus vulgatis lacerum et mutilum fuiſſe.* Quare paene adducor in eam ſententiam, vt, quae addidit, ex aliquo MSto aut editione vet. deſumta eſſe ſuſpicer. De quo viderint, quibus veteres editiones ad manum ſunt. Diſſimulari tamen non debet, ea ab optimis libris Giſ. Put. Sauar. Schotti, Boecl. Leid. immo ab omnibus, vt opinor, manu exaratis, editisue, quorum variae lectiones a viris doctis adnotatae ſunt, abfuiſſe: eoque non immerito ſuſpecta eſſe, quamdiu non adparet, vnde deſumta ſint.

*ſua ſponte eſt profectus*] Nihil de hac profectione Plutarchus; ſed ſtatim rediiſſe eum

eſt profectus, pacemque [8] inter duas potentiſſimas ciuitates conciliauit. Poſt, neque ita multo, 4
Cyprum [9] cum ducentis nauibus imperator [10] miſſus, cum eius maiorem partem inſulae deuiciſſet, in morbum implicitus, in oppido Citio [11] eſt mortuus.

IV. Hunc Athenienſes non ſolum in bello, 1
ſed in pace, [1] diu deſiderauerunt. Fuit enim tanta liberalitate, quum [2] compluribus locis praedia hortosque haberet, vt nunquam in eis cuſtodem

8. pacem *MS. Voſſ.* 3. *idem paullo poſt* neque multo. — 9. in Cyprum *Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Pat.* — 10. ſuper *MS. Voſſ.* 3. *idem dein* ſed in morbum. — 11. Cythio *MS Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Dan. Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Cytio *MS. Voſſ.* 2.

1. ſed etiam in pace *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Arg.* [*Wetz. Schmied. at vid. Heus. et Harl.*] *mox* deſyder. *Ed. Arg.* 2. liberalitate vſus eſt, vt *MS. Ox. ſtatim* quam pluribus *MS. Voſſ.* 3.

Athenas, ac ciuitates in gratiam reduxiſſe ait, p. 490.

4 *Cyprum — miſſus*] V. not. Ernſtii.

*in morbum implic.*] Alii, teſte Plutarcho, vulnere, quod aduerſus barbaros pugnans acceperat, confectum, tradidere. [Non vulnere confectus, ſed morte naturali (αὐτομάτῳ θανάτῳ, vt ait Schol. Thucyd. lib. I. c. 112.) diem obiit ſupremum. v. Weſſel. ad Diod. Sic. XII. c. 4.]

*in oppido Citio*] Thucydides 1, 112. et cum eo Plutarchus in Cim. c. 19. non in oppido, ſed dum illud obſideret, occubuiſſe Cimonem ſcribunt. Diodorus tamen lib. 12, 3. expugnaſſe, ait.

*Citio*] Diodoro quoque et Plutarcho Κίτιον vocatur. At in Exc. Dan. legitur *Cythio*. Quomodo apud Suidam: ἐν Κυττίῳ. [v. Waſſe et Ducker. ad Thucyd. I. c. 112. p. 188. ed. Lipſ.]

1 *Fuit enim tanta liberalit.*] Totum hunc locum, vsque ad finem capitis, e Theopompo deſumtum, et quaſi ad verbum conuerſum eſſe, notauit Caſaubonus animaduerſſ. in Athenaei 12, 8. [Conſ. Frid. Koch. Prolegg. ad Theopomp. Chium, p. 43 ſq.] Similis munificentia Gilliae Agrigentini fuit; de quo Valerius Maxim. 4, 8 ext. 2. De Cimonis autem liberalitate Lactantius 6, 9. breuiter: *egentibus ſtipem dedit, et pauperes inuitauit, et nudos induit.*

*vt nunquam in eis cuſtodem*] Plutarchus in Cim. c. 10. eleganter hac de re: Ἐν τῇ χώρᾳ καρπῶν ἑτοίμων ἀπαρχὰς, καὶ ὅσα ὧραι καλὰ φέρουσι, χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ἅπαντα τοῖς ξένοις παρέχων, τρόπον τινὰ τὴν ἐπὶ Κρόνου μυθολογουμένην κοινωνίαν εἰς τὸν βίον αὖθις κατῆγεν. Adde eund. in Pericle p. 156. Theophraſtus apud Cic. Offic. 2. cap. 18, 16. haec ad curiales ſiue contribules Cimonis reſtrin-

impoſuerit [3] fructus ſeruandi gratia, ne quis im-
pediretur, quo minus eius rebus, quibus quis-
2 que [4] vellet, frueretur. Semper eum pediſequi [5]
cum nummis ſunt ſecuti, vt, ſi quis opis eius in-
digeret, haberet, quod ſtatim daret, ne differen-

tium.

3. impoſuerit. *Ita MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Sed* eis — poſuerit *MS. Giſ. Ed. Gebh. Plin.* 9. *ep.* 37, 3. cuſtodes fructibus ponam. *At* eis cuſtodes inpoſuerit *MS. Leid.* 2. eis cuſt. impoſuerit *Ed. Lamb. Steph. Pat.* — 4. quisque. *Sic praeter MS. Dan. Leid.* 1. *et Boecl. etiam Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax.* [*Ed. Bos.* 2. *et recentt. praeter Tzſchuck.* 1. 2. *a quibus* quisque, *vti*] *ab Edd. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Pat. abeſt.* — 5. pediſequi *Edd. Lamb. Stau.* 2. 3. *Heus. vbique, et plurimae recc.* [pediſſequi *contra metri legem et monumentorum fidem Ed. Bos. Ith. Wetz. et aliae an-*

git: ait enim, eum *ita inſtituiſſe, et villicis imperauiſſe, vt omnia praeberentur, quicunque Laciades in villam ſuam deuertiſſet. Ciuibus* vniverſe hoc permiſiſſe eum, ſcribit Theopompus apud Athenaeum l. c. Simile quid de Ephialte refert Heraclides in politia Athenienſium, quod nempe *permiſerit ex agris ſuis fructus decerpere, qui vellent; atque inde multis cibum praebuerit.*

*in eis cuſtodem impoſuerit*] Sic plerique MSS. et editi, niſi quod praepoſitio in quibusdam deeſt. Barthius Aduerſ. 24, 18. mallet: *in eis cuſtodem vnum poſuerit.* Schoppius Veriſim. 4, 2 e vet. libro: *nunquam eis cuſtodem poſuerit.* Quomodo Propertius: *Quos igitur tibi cuſtodes, quae limina ponam?* Eaque lectio et Gebhardo placebat; qui duobus Ciceronis locis firmabat: vno Philipp. 2, 18. vbi patrem Curionis *cuſtodes poſuiſſe* Antonio, *ne limen intraret;* altero Orat. pro Flacco, c. 19. vbi Hermippum *cuſtodem frumento publico poſitum;* ait: vno item Caeſaris B. Gall. 1, 20. quo ſe *cuſtodes Dumnorigi poſuiſſe* ſcribit, *vt, quae agat, quibuscum loquatur, ſcire poſſet.* Pro vulgata lectione facit illud Ciceronis Or. pro Cn. Plancio c. 25. pariter a Gebhardo adductum: *ſin enimus, quem villicum imponeremus, quem pecori praeficeremus.* Videturque Nepos expreſſiſſe verba Theopompi: ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ τοῖς κήποις ὀδένα τοῦ καρποῦ καθίςα φύλακα. [Graeu. ad Cic. Verr. 1, 10. *Fiſch.*]

*quibus quisque vellet*] Reſtitui τὸ *quisque* auctoritate MSS. Dan. Leid. Boecler. et quos Schottus inſpexit. nil enim cauſſae video, cur reiici debeat.

2 *Semper eum pediſequi*] Plutarchus p. 484. vocat νεανίσκους συνήθεις, aitque, eos tuliſſe pecuniam copioſam, adſtitiſſeque elegantioribus inopum (τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων) nummulosque ſilentio in manus ieciſſe. Δύο ἢ τρεῖς νεανίσκοι, ait Theopompus, ap. Athen. p. 533. B. Non admodum diſſimile eſt, quod de L. Veratio narrat Gellius A. N. 20, 1.

*quod ſtatim daret*] Sic Tiberius Caeſar *ſi quid alicui*

do videretur negare. Saepe, quum aliquem, offenſum fortuna, videret minus bene veſtitum, ſuum amiculum [6] dedit. Quotidie [7] ſic coena ei 3
coquebatur, [8] vt, quos inuocatos [9] vidiſſet in fo-

*tiquiores.*] — 6. aminiculum *Ed. Iens. Med. Arg. Long.* amic. ſuum *MS. Ax.* .. — 7. quottidie *Ed. Arg.* cotidie *Ed. Ald. vbique.* — 8. quoquebatur *Ed. Iens. Med.* — 9. inuocatos. *Sic MS. Dan. Giſ. Put. Sau. Mendos. Ax. Ernſt. Bau. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Vltrai.* [*Bos. et recc.*] *Sed* non vocatos *Ed. Lamb. Steph.* conuocatos *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. quod ex* non vocatos *exſtitiſſe videtur.*

*largiebatur, id confeſtim numerari, ſe inſpiciente, iubebat.* Teſtis Dio Caſſius lib. 57. p. 608.

*ne differendo*] Auſonius: *Gratia quae tarda eſt, ingrata eſt gratia; namque Quae fieri properat gratia, grata magis.*

[*offenſum fortuna*] h. e. caſu obuium, fortuito oblatum. v. Heuſing. ad h. l. ſed Wetzel. Schmied. aliique interpretantur infortunatum, quem offenderat fortuna aduerſa. Enimvero Plutarch. in Cim. cap. 10. Εἴτις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀςῶν πρεσβύτερος ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς.]

*ſuum amiculum*] Immo alicuius e pediſequis, ſi Theopompo et Plutarcho credimus. Sic enim ille: ὁπότε τῶν πολιτῶν τινα ἴδοι κακῶς ἠμφιεσμένον, κελεύει αὐτὸν μεταμφιέννυσθαι τῶν νεανίσκων τινὰ τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ. Hic vero p. 484 αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθεις, ἀμπεχόμενοι καλῶς, ὧν ἕκαςος, εἴτις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀςῶν πρεσβύτερος, ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς, διημείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια.

*amiculum dedit*] [h. e. pallium.] Simile quid de S. Martino epiſcopo praedicat Sulp. Seuerus in eius vita: et de Smyrnaeis Tacitus 4. A. 56, 3. v. Lactant. lib. 6, 9. §. 8. *Fiſch.*]

3 *Quotidie ſic coena*] Sic fere et Theopompus ac Plutarchus. Sed Ariſtoteles, apud Plutarchum, non omnibus Athenienſibus, ſed curialium eius Laciadarum cuiuis, qui vellet, coenam paratam fuiſſe, ait.

*inuocatos*] Ita MSS. Dan. Giſ. Put. Sauar. Schot. Ernſt. et, Schoppio Veriſ. 4, 2. teſte, alter e Bauaricis: probantque, praeter Sauaronem, Schottum, ac Schoppium, Giſanius Ind. Lucr. v. *Relatiuo*, Gebhardus, alii. Sic Terentius Eunucho 5, 9. 29. — *vt mihi tua domus Te praeſente, abſente, pateat: inuocato vt ſit locus Semper.* vbi vetus interpres: INVOCATO, *non vocato ſignificat.* IN *etenim auget et minuit dictionem.* Et mox: INVOCATO. *Male intelligitur precibus vocato, quum ſit αὐτομάτῳ i. e. etiam non inuitando, quin vltro venire debeat ſuam domum.* Apud Plautum Captiu. 1, 1. 2. Paraſitus: *inuocatus ſoleo eſſe in conuiuio.* Vulgo erat: *quos conuocatos.* Vnde Lambinus faciebat: *quos non vocatos.* Barthius Aduerſ. 24, 18 *quoscunque inuocatos.* Sed neutro opus, cum MSta lectio ſatis pla-

ro, omnes deuocaret: [10] quod facere nullum diem praetermittebat. Nulli ſides eius, nulli opera, nulli res [11] familiaris defuit. multos locupletauit: complures [12] pauperes mortuos, qui, vnde efferentur, [13] non reliquiſſent, ſuo ſumtu extulit. Sic
4 ſe gerendo, minime eſt mirandum, [14] ſi et vita eius fuit ſecura [15] et mors acerba.

10. deuocaret. *Ita etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Dan. Ax.* [*Ed. Lamb. Bos. et recentt.*] *ſed* deuoraret *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Iens. Med. Mag.* deuorarēt *Ed. Arg. Long.* — 11. nulla res *MS. Voſſ.* 2. — 12. quam plures *MS. Voſſ.* 3. — 13. efferentur *MS. Voſſ.* 1. — 14. admirandum *MS. Leid.* 3. — 15. ſecuta *MS. Voſſ.* 1.

na ſit. [Conf. Theopomp. ap. Athen. p. 533. B. Plutarch. p. 258. tom. III. ed. Hutt. *Fiſch.*]
*deuocaret*] Sic MSS. Lambinus mallet *conuocaret*, aut *vocaret*. Eſt enim, inquit, *deuocare* proprie *deorſum* vocare, vt apud Horat. epod. 17. *refixa caelo deuocare ſidera.* et apud Ciceron. Tuſc. 5. *Socrates primus philoſophiam deuocauit e caelo.* Et tamen mox ſubiicit: *Niſi dicamus* DEVOCARE *etiam valere, de loco vocare; vt idem Cicero: Nihil eſt quod eum de prouincia deuocent.* Quid igitur dubitas, Lambine? *Deuocabat omnes Cimon;* de foro ſcil. domum ſuam.

4 *Fuit*] MS. Boecl. pro *fuit* habet *fuerit.* [Vid. acta erud. Lipſ. a. 1737. p. 305. *Fiſch.* — *acerba* ſcil. ciuibus.]

# VI. LYSANDER[1]

## [ARGVMENTVM

*Cap. I. Athenarum victor; decemuiros Graeciae ciuitatibus imponit. II. Crudelis in Thaſios. III. Reges tollere et oraculum corrumpere conatur; adcuſatus abſoluitur: occiditur a Thebanis. IV. Lyſander ſuus ipſe adcuſator.*]

Lysander Lacedaemonivs,[1] magnam reli- 1
quit ſui famam, magis felicitate,[2] quam virtute,

H 2

1. Lyſandri vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 2. fortuna *MS. Ernſt.*

1 *Lyſander*] Ariſtocliti F. qui ex gente Heraclidarum fuit. Plutarchus in Lyſ. p. 434. Mothacum vnum fuiſſe Lyſandrum, ſcribunt Phylarchus apud Athenaeum 6, 20. et Aelianus Var. hiſtor. 12, 43. [fin. vbi v. Perizon.] Quam vere, dubitat Vbbo Emmius Tomo 3. Vet. Graeciae p. 133. Dicebantur autem Mothaces pueri, qui cum locupletiorum Lacedaemoniorum liberis educabantur, et ſinguli, bini, vel etiam plures, cum iisdem in gymnaſiis concertaturi mittebantur, ac vniuerſae inſtitutionis participes fiebant. Heſychius et Aelianus l. c. ſeruos fuiſſe volunt; ſed Phylarchus et Athenaeus liberos, non tamen Lacedaemonios. Quos Meurſius Miſcellan. Laconic. 2, 6. ita conciliare inuicem nititur, vt dicat fuiſſe quidem ſeruos, ſed libertate donatos, ſic tamen, vt non pleno iure, velut ceteri Lacedaemonii, fruerentur. Plura de iis praeter Meurſium, Cragius de rep. Lacedaemon. 1, 5, Emmius l. c. et Caſaubonus ad Athenaei 6, 20. Cragius et Caſaubonus volunt eosdem fuiſſe, quos Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum et Equites, Heſychius et Suidas, μόθωνας vocant: ſed Meurſius l. c. negat temere confundendos. Vereor, vt ſatis bene. [Conf. Stau. ad ed. 2. et 3. In hac notat, Lyſandrum perpetuo adpellari Lacedaemonium; attamen non natum fuiſſe, ſed factum, laudatque interpretes ad Aelian. H. V. lib. XII. cap. 8. Lyſandri autem vitam vberius expoluit Plutarch. tom. III. p. 131 — 174. ed. Hutten.]

*famam magis felicit. quam virt. partam*] De verſutia Lyſandri teſtantur Plut. in vita p. 437. et Cicero 1 Offic. 30. Idem tamen in Catone maiore, c. 17, 2. *virum ſummae virtutis* vocat.

*felicitate quam virtute*] MS. Ernſtii: *fortuna q. v.* Et ſic praeter Noſtrum 8, 1. 1. paſſim auctores. Vid. Freinshemii not. ad Flor. praef. 2. [*virtus* h. l.

partam. Athenienſes enim in Peloponneſios [3] ſexto et viceſimo anno bellum gerentes confeciſſe ad-
2 paret. Id qua [4] ratione conſequutus ſit, latet. Non enim virtute ſui exercitus, ſed immodeſtia factum eſt aduerſariorum: [5] qui quod dicto audientes imperatoribus ſuis non erant, diſpalati in agris, relictis nauibus, in hoſtium venerunt poteſtatem. quo facto Athenienſes ſe [6] Lacedaemoniis
3 dediderunt. [7] Hac victoria Lyſander elatus, quum

3. in Peloponneſſo *MS. Leid.* 2. in Peloponneſſios *MS. Voſſ.* 2. in Peloponeſios *MS. Voſſ.* 3. [*Ed. Lamb. Wetz.*] in Peloponnexios *Ed. Med.* in Peloponneſos *Ed. Arg.* aduerſus Pelop. *MS. Ax. e gloſſemate. mox* vigeſ. *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* — 4. cesqua *MS. Voſſ.* 3. *inde Struchtmeier. pag.* 52. nec qua. — 5. factum aduerſ. *MS. Voſſ.* 3. — 6. ſe *aberat a MS. Ax.* — 7. dede-

in oppoſitione ſ. comparatione cum felicitate intelligenda eſt. Nam alioqui exempla virtutis eius tam bellicae quam moralis laudantur. v. Stan. ad ed. min.]

*ſexto et viceſimo anno*] Nam coeperat bellum illud anno I Olympiadis LXXXVII, Periodi Iulianae 4283, a. v. c. 323. vt docent Scaliger de Emendat. tempor. lib. 5. Meurſius in Archontibus Athenienſ. lib. 3, 3. Petauius de doctrina temporum 10, 27. et Parte 2 Rationarii tempor. lib. 3, 11. Langius de annis Chriſti 2, 16 etc. [Add. Corſin. Faſt. Attic. tom. III. p. 228. et Weſſeling. ad Diod. Sic. lib. XII. c. 38. inprimis Thucyd. V. cap. 26.] Pugna vero ad Aegos flumen, de qua hic ſermo, ſecundum Diodor. Sic. 13. aliosque contigit anno IV. Olymp. XCIII, Periodi Iul. 4309.

2 *Id qua rat. c. ſ. latet*] Confer tamen notam Ernſtianam. [Ernſtius nempe *non latet* olim ſcriptum fuiſſe, minus probabiliter opinabatur. Nam, obſeruante Heinrich. dicere voluit Nepos, non intelligi, quomodo tam incaute agere potuerint, vt tandem ſine lege vagati, opprimerentur. Lyſander vero, narrante Plutarcho in vita Cim. c. 10. ſq. dolo ſecuros reddidit Athenienſes. Wetzel. tamen legere iubet *patet.* Heuſing. *ratione* interpretatur conſilio rei agendae et perficiendae; ſed diſſentientibus Tzſchuck. ad min. ed. et Schmieder in Lexico Corn. p. 14.]

*immodeſtia*] Vide Frontinum 2, 1. 18.

*imperatoribus ſuis*] Iterum adi notas Ernſtii. [v. Alcib. 8, 5. *Fiſch.*]

*relictis nauibus*] Reſpexit, credo, hanc victoriam, qui cudi fecit numum, cuius penes me ectypum eſt; in cuius antica parte caput Lyſandri cum inſcr. ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ ΛΑΚΩΝΟΣ: in poſtica, Victoria currui ab equis marinis per mare tracto inſiſtens, et: ΝΙΚΗ ΝΗΙΤΙΣ.

3 *Hac victoria Lyſ. elatus*] Vide 4, 1. 3.

antea ſemper factiosſus, audaxque fuiſſet, ſic ſibi indulſit,[8] vt eius opera in maximum odium Graeciae Lacedaemonii peruenerint. Nam quum hanc 4
cauſſam Lacedaemonii dictitaſſent[9] ſibi eſſe belli, vt Athenienſium impotentem dominationem refringerent, poſtquam apud Aegos[10] flumen Lyſander claſſis hoſtium eſt potitus, nihil aliud molitus eſt, quam vt omnes ciuitates in ſua teneret poteſtate,[11] quum id ſe Lacedaemoniorum cauſſa facere ſimularet.[12] Namque vndique, qui Athe- 5
nienſium rebus ſtuduiſſent, eiectis, decem delegerat[13] in vnaquaque ciuitate, quibus ſummum imperium poteſtatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum[14] nemo admittebatur, niſi qui aut eius hoſpitio contineretur, aut ſe illius fore proprium[15] fide confirmarat.

runt *MS. Voſſ.* 1. 3. *Mendos. Ed. Iens. Med. Ald.* [*quod rectius eſſe putat Stau. ad ed.* 3. *laudatque Cortium ad Sall. B. Iug. c.* 75, 5. *ac Dauis ad Caes. de B. Ciu. lib.* 3. *cap.* 11.] — 8. indulxit *MS. Voſſ.* 3. — 9. dictaſſent *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Long.* — *Tum* bellum *Ed. Arg. Long. Mox in Ed. Iens. Med. Arg. eſt* in potentem, *et in Arg. etiam* refrigeret. — 10. Egos *MS. Dau.* eghos *Ed. Iens. Med. Arg. mox* claſſe *Ed. Vltrai. dein* eſt molitus *MS. Ax.* — 11. in ſuo tenore pot. *MS. Voſſ.* 3. — 12. ſimulauit *MS. Voſſ.* 2. *ſed a manu ſec.* ſimularet. *Statim* nanque *Ed. Ald. Lamb. vbique.* — 13. delegarat *MS. Voſſ.* 1. *ſed ſupra notatum erat* delegerat. *Tum* vna quaque *Ed. Iens. Med.* — 14. in numero *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.* — 15. ſe fore ill. proprium *MS. Ax. mox* confirmarat *etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Sed* confirmaret *Ed. Gebh. Keuch. Pat.*

4 *Belli*] Sic libri meliores. Alii *bellum.*

5 *Quibus ſummum imperium etc.*] Arcanum dominationis, quo populos ciuitatesque nuper ſubactas in officio continere ſtudent victores. Vide Forſtner. ad Taciti Ann. 12, 32.

*horum in numerum*] MS. Boecl. et aliquot edd. *hor. in numero.*

*eius hoſpitio contineretur*] *Cum quo ei hoſpitium eſſet,* vt 2, 8. 3. loquitur.

[*fide*] Gronou. ad Senec. beneff. 4, 35. intelligi iubet *data. Fiſch.* Conf. Taylor in Lyſiae vita, tom. II. oratt. Lyſiae p. 123. ſqq. ed. Reisk. et de clade ac mutata forma Athen. Stau. ad min. edit.]

1 II. Ita decemuirali[1] poteſtate in omnibus
vrbibus conſtituta, ipſius nutu omnia gerebantur:
cuius de crudelitate ac perfidia ſatis eſt vnam
rem, exempli gratia, proferre, ne de eodem[2]
2 plura enumerando defatigemus[3] lectores. Victor
ex Aſia quum reuerteretur, Thaſumque deuer-
tiſſet,[4] quod ea ciuitas praecipua fide fuerat
erga Athenienſes, proinde[5] ac ſi iidem[6] firmiſſi-
mi ſolerent eſſe amici, qui conſtantes fuiſſent
3 inimici, eam peruertere concupiuit. Vidit autem,
niſi in eo occultaſſet voluntatem, futurum,[7]

1. decem virali *Ed. Iens. Med. Arg. vt mox cap.* 3, 1. — 2. eadem *MS. Ax. Voſſ.* 2. *ſed ſupra notatum erat* eodem. — 3. defatigemus *MS. Mend. Giſ. Ax. Dan. Voſſ.* 1. 2, 3. *Ed. Stau.* 1. 2. 3. [*Heus. Ith. Hurl. Tzſch.* 2. *Bip. Heinr. Pauſl. et ego reſcripſi. v. Stau. de vi illius verbi et aliorum, quibus praepoſita eſt praepoſitio* de, *quae vim intendit.*] *Sed* fatigemus *Ed. Long. Lamb.* [*Bos.* 1. 2. *Wetzel.*] *reliquique editi noſtri.* — 4. diuertiſſet [*Ed. Bos. Stau.* 1. 2.] *Sed* deuertiſſet *Ed. Steph.* [*Lamb.*] *Heus. recte* [*et ſic Ed. Stau.* 3. *et rell. recentior., atque ego repoſui. Atque Bos. in indice in voc.* deuertere *noſtro loco* deuertiſſet, *ſcil. ex itinere in vrbem, legere iubet probatque. Add. Erneſt. clauem Cic. voc.* deuertere, *et Burm. ad Quinctil. II.* 3. *fin. ad Petron. cap.* 9. *et ad Suet. Tib. cap.* 12.] *Pro* Thaſum *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Paris. Lamb.* Thaſſum. — 5. perinde *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Mag. Long. Steph.* — 6. idem *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* [iisdem *Tzſchuck.* 1. 2.] *Ceterum Long. et Mag. locum ita legunt:* perinde ac ſi iidem firmiſſimi ſolerent eſſe inimici, qui conſtantes fuiſſent amici. *Ed. Vltrai. in margine* perinde ac ſi non iidem f. ſ. e. a. q. c. f. inimici. *Vt Boſius edidit, ita eſt etiam in ed. Lamb.* [*Atqui Thaſios, antea Lacedaemoniorum ſocios atque amicos, omnia prius expertos, triumque annorum obſidionem paſſos eſſe, quam ſeſe Athenienſibus dederent, Ith. poſt Lambin. aliosque ex Thucyd. I. capp.* 100 *et* 101. *docuit.*] — 7. futuram *MS. Voſſ.* 2. 3. 1. *(in quo tamen ſupraſcriptum*

1 [*decemu. poteſt.*] v. Iſocr. tom. II. p. 484. *Fiſch.* In Paneg. cap. 32. qui adpellat *magiſtratum decemuirorum.* δεκαδαρχίας. v. not. Mor. qui citat, praeter Iſocr. Panath. p. 357. aliosque, Diodor. Sic. lib. 14, 3. 10. 15. ibique Weſſel. Xenoph. nominat illum magiſtratum δεκαρχίας. v. Sturzii Lexic. Xenoph. tom. I. p. 643 ſq.]

*fatigemus*] MSS. Schotti, Giſ. et Dan. *defatigemus.* quae fortaſſe vera lectio. [v. varr. lectt.]

3 Similis perfidia fuit, quam Mileti exercuit: de qua Polyae-

vt Thaſii dilaberentur, [8] conſulerentque rebus ſuis. Itaque . . . . .

III. Decemuiralem [1] ſuam poteſtatem ſui [2] [1] ab illo conſtitutam ſuſtulerunt. Quo dolore incenſus iniit conſilia, reges Lacedaemoniorum tollere. Sed ſentiebat id ſe ſine [3] ope

*erat* futurum). *Mox* Thaſſii *Ed. Par.* [*Lamb.*] — 8. liberarentur *MS. Voſſ.* 3. *Poſt verba* rebus ſuis *in Ed. Lamb. Steph. Gebh. Pat. ſpatium trium verſuum relictum, adiectis verbis his:* Deſideratur hic exemplum Lyſandri crudelitatis et perfidiae in Thaſios. *In reliquis editis noſtris, Iens. Med. Paris. Ald. Mag. Long. coniunguntur cum ſequentibus verbis, nullo intermiſſo ſpatio.* [rebus ſuis. . . . . Itaque *Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 2. *Wetzel. Ith.*]

1. itaque hi decemu. *MS. Dan. Boecl. Leid.* 1. τὸ itaque *aberat a MS. Voſſ.* 1. 2. 3. [Ita decemu. *Schmied. Pauſl.*] — 2. ſui *aberat MS. Dan. Boecl. Leid.* 1. *Ax. Gronou. de pecun. vett. p.* 647. *legit:* Itaque hi decemuir. pot. ab illo conſtitutam. [*Schmied.* ſui *de Lacedaemoniorum regibus intelligit, quod in illos primum effuderit vltionem, et vocc.* ab illo conſtitutam *ex gloſſa, ad explicandum* τὸ ſuam *ab aliquo adſcripta, male irrepſiſſe putat. Sed disſenſum bene lateque declarat Tzſchuck. ad ed.* 2. *Hic tamen ad ed.* 1. ſui *ob praecedens* ſuam *haud probarat et coniecerat* vi ab illo.] — 3. id ſe ſine *MS. Dan.* [*Ed. Lamb. Bos. et recentt.*] *Sed* id ſine *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Statim* deorum ope *Ed. Mag.*

nus lib. 1. p. 71 et Plutarchus p. 443.

1 *Itaque decemu. ſuam pot. ſui ab illo*] MS. Boecl. Dan. et Leid. *itaque hi d. ſ. pot. ab i. c.* Ceterum lacuna fortaſſe rectius incipiet poſt vocem *Itaque*, quam antecedentia requirunt. [Atque ego, ſuadente Boſio, quem ſequuti ſunt Heuſing. Bipont. Harl. Stauer. in ed. 3. Tzſchuck. Heinrich. poſt *Itaque* poſui puncta, ſigna lacunae, quam quidem longiorem fuiſſe putabat Heuſing. Contra, a librario nonnullas tantum lineas vel periodos praetermiſſas, ita vt, quum in deſcribendo is veniſſet ad voc. *itaque*, et periodus paullo poſt ſequens incepiſſet ab eadem particula coniunctiua, priorem aut priores periodos per incuriam praetermittere, et ſtatim ſuperiori *itaque* add..et *decemuir. poteſt.*, acute oſtendit Kapp. et legit *rebus ſuis. Itaque . . . . Itaque decemu. pot.* Lacuna autem ſuppleri poteſt ex Polyaeno Strateg. I. cap. 45.]

*ſuſtulerunt*] Vid. Plutarch. p. 445.

*iniit conſilia reges Lac. toll.*] Vid. Ariſtot. Polit. 5, 1 et 7, Plutarch. p. 447. [ſ. in vita Cim. c. 23. qui refert, Lyſandrum ideo fuiſſe incenſum, quia ſe vidiſſet ab Ageſilao, a plerisque Spartanis domi forisque neglecto, deſpici ac deprimi. v. Stau. ad ed. min. qui etiam copioſe

deorum facere non poſſe, quod Lacedaemonii
2 omnia ad oracula referre [4] conſueuerant. Primum Delphos [5] corrumpere eſt conatus. Quum id non potuiſſet: Dodonam adortus eſt. Hinc quoque repulſus, dixit ſe vota [6] ſuscepiſſe, quae Ioui [7] Hammoni ſolueret, exiſtimans, ſe Afros [8] faci-
3 lius corrupturum. Hac [9] ſpe quum profectus eſſet in Africam, multum [10] eum antiſtites Iouis fefellerunt. Nam non ſolum corrumpi non potuerunt, ſed etiam legatos Lacedaemona [11] miſe-

4. deferre *MS. Voſſ.* 3. *Sed ſupra notatum erat* referre. — 5. Delphos. *Sic etiam MS. Ax.* [*Ed. Lamb. et recentt.*] *Sed* Delphi *MS. Dan. Gif. Mendos. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Med.* Delphis, *(vti coniec. Bos.) MS. Leid.* 2. *Ed. Paris.* itaque Delphos *Ed. Steph. Gebh.* — 6. voto *MS. Ax.* — 7. quaequae Ioui *MS. Voſſ.* 1. quaeq. Ioui *MS. Voſſ.* 3. *Statim* Amoni *MS. Voſſ.* 2. Hammoni *MS. Dan. Ed. Iens. Med. Steph. Gebh. Mag. Pat.* [*Harl. Tzſch.* 2. *recte. v. Drakenb. ad Sil. Ital. I.* 39. *Harl. ad Cellar. Orthogr. lat. p.* 109 *et* 173. *quare repoſui.* Ammoni *vulgo.*] — 8. Aphros *Ed. Par. Mox in Ald. eſt* corrumpturum. — 9. ac ſpe *MS. Voſſ.* 3. — 10. multum. *Sic etiam MS. Dan. Sed* multi *MS. Ax. Ed. Arg. Long. Mag.* — 11. Lacedaemonem *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Dan.* [*Ed. Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Sed* Lacedaemona *Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 2. *Heus. (cuius not.* docet, Nepotem h. l. non clare ſe expreſſiſſe, et Lyſandrum noluiſſe reges tollere, h. e. regum Lac. poteſtatem abrogare, ſed operam dediſſe, vt regiae dignitatis ius vel omnibus Spartanis vel Heraclidis tantum, ex quibus ipſe ortus erat, nulla Proclis et Euryſthenis poſterorum ratione habita, concederetur. Docte autem oſtendit Wetzel., Cornelium tempus iterum confudiſſe.]

2 *Delphos*] MSS. Sch. Gif. Dan. *Delphi.* An legendum *Delphis;* vt *primum* nominaliter accipiatur, ſubaudiaturque *oraculum?* Certe aliquid latet. [Sed nihil mutandum eſſe, docuerunt Stau. et Heuſing. *Delphos* intellige ſacerdotes Delphicos, more Graecorum, qui *Delphi* tam de ciuibus, quam de vrbe ipſa dixerunt. Ita mox per *Dodonam* huius vrbis ciues ſiue oraculi Dodonaei vates, et per *Afros* Iouis Hammonis antiſtites ſoli intelliguntur. Omnes autem Graecos, inprimis Lacedaemonios, oraculis plurimum tribuiſſe, oſtendit Schlegel. in diſſ. cit. p. 80 ſq. Add. Cic. de diuinat. I. cap. 43. ibique Davis. atque Hottinger. et I. cap. 34.] De re vide Diod. Sic. et Plut. Lyſandro p. 447.

3 *Multum*] Sic libri meliores. In aliis *multi.*

*legatos Lacedaem. miſerunt*] Ita et Diodorus, ac Plutarchus p. 448.

runt, qui Lyſandrum accuſarent, quod ſacerdotes fani [12] corrumpere conatus eſſet. Accuſatus 4
hoc crimine, iudicumque abſolutus [13] ſententiis, Orchomeniis miſſus ſubſidio, occiſus eſt a Thebanis apud Haliartum. [14] Quam vere [15] de eo 5
foret indicatum, oratio indicio fuit, quae [16] poſt mortem in domo eius reperta eſt, in qua ſuadet Lacedaemoniis, vt, regia poteſtate diſſoluta, ex omnibus dux [17] deligatur ad bellum gerendum; ſed ita ſcripta, vt deorum videretur congruere ſententiae, [18] quam ille ſe habiturum, pecunia fidens, non dubitabat. Hanc ei ſcripſiſſe Cleon Halicarnaſſeus [19] dicitur.

*vid.) Harl. Bip. Ith. Heinr. Schmied.*] Lacedaemonē *Ed. Arg. Mox* adcuſarunt *Ed. Mag.* — 12. phani *Ed. Iens. Med. Arg. Long.* — 13. abſolutū *Ed. Arg. Mox* Orchomenis *MS. Voſſ.* 3. Orchemenis *MS. Dan.* Orchomoins *Ed. Mag.* — 14. alyarthum *Ed. Iens. Med. Arg.* Alyartum *Ed. Paris.* — 15. fere *MS. Voſſ.* 3. vero *Ed. Iens. Med. Par. tum* foret de eo *Ed. Arg. Mag. Long.* — 16. indicio, quae, *omiſſo* τῷ fuit, *MS. Voſſ.* 1. inditio f. *Ed. Iens. Med. Arg.* — 17. dux *a MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax. aberat: ſtatim* eligatur *MS. Voſſ.* 3. *Mendos.* — 18. ſed ſcripta, vt dicit, non videntur congruere ſententiae *MS. Mendos. Voſſ.* 3. ſed ſcripta, vt d. v. c. ſ. *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. A MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. aberant. Statim* quo ille ſe hab. *MS. Boecl. Voſſ.* 2. qua ille ſe h. *Ed. Iens. Med. Arg.* quod ille ſe hab. *MS. Ax. Voſſ.* 3. 1. *in quo tamen ſupra notatum erat* quam. — 19.

4 *Occiſus eſt a Th.*] Vide Diod. 14, 82, Pauſan. III. 5, 4. IX. 32, 4. Iuſtin. 6, 4. 6. [et Stau. Comp. Xenoph. M. S. III. 5, 4. ibique Erneſti not.]

5 *diſſoluta*] h. e. abrogata. Ita Graeci καταλύειν.

*ex omnib. dux delig.*] MS. Boecl. *dux* aberat.

*ſed ita ſcripta, vt deorum videretur congruere ſententiae, quam ille*] In MS. Boecl. deſunt, quae de oratione hic habentur. ſtatim enim poſt vocem *gerendum*, ſequitur, *quo ille ſe habiturum.* In Schotti Cod. erat: *ſed ſcripta, vt dicit, non videntur congruere ſententiae.* Inepte vtrumque.

[*quam — non dubitabat*] h. e. quam oraculi ſententiam pro ſe obtenturum non dubitabat. Vnde vero Lyſander has opes ſibi fecerit, copioſe inquirit Stau. ad 3. edit.]

*Halicarnaſſeus*] Ita et Plutarchus vocat, vbi hanc rem narrat. At MSS. Dan. Gif. Sanar. Put. *Alicarnas.* corrupte, credo, vt ſolent in nominibus propriis codices manu exarati, quantumuis optimae notae.

1 IV. Atque hoc loco non [1] eſt praetereundum factum Pharnabazi, ſatrapis [2] regii. Nam quum Lyſander praefectus claſſis in bello multa crudeliter auareque feciſſet, [3] deque his rebus ſuſpicaretur ad ciues ſuos eſſe perlatum, petiit [4] a Pharnabazo, vt ad ephoros [5] ſibi teſtimonium daret, quanta ſanctitate bellum geſſiſſet, ſociosque [6] tractaſſet, deque ea re accurate ſcriberet: magnam enim eius auctoritatem in ea re [7] futu-
2 ram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum grauem [8] multis verbis conſcripſit, in quo ſum-

Halicarnaſſeus. *Ita etiam Ed. Long.* [*Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* Alicarnas *MS. Dan. Gif. Sau. Put.* Halicarnas *MS. Voſſ.* 1. 3. Alicarnaſeus *MS. Voſſ.* 2. Alyçarnaſeus *Ed. Arg.* Alycarnias *Ed. Iens. Med. Par.*

1. hec non *MS. Leid.* 1. — 2. ſtrapis r. *MS. Voſſ.* 2. ſtrupis regis *MS. Ax. an* ſatrapae? [*At vtraque forma,* ſatrapis *et* ſatrapae, *vſum obtinet, Tzſchuck. iam adnotante.*] *Tum* Barnabazi-regis *MS. Voſſ.* 3. — 3. auare fec. *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Long.* — 4. petiit *abeſt ab Ed. Long.* — 5. aut Ephoros *MS. Voſſ.* 3. *ſed a manu ſec.* aput Eph. *Etiam in ed. Arg. eſt* aut Eph. *MS. Ax.* aliud ſibi ephoros. — 6. ſocioque *MS. Voſſ.* 3. *mox* de eaque re *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb. Put.* — 7. in eius re *MS. Voſſ.* 3. *Mox* hinc ille *Ed. Iens. Med. Paris.* — 8. grauem *etiam MS. Boecl. Ax. Sed* gran-

1 *Hoc loco*] Tò *loco* aberat Leid. MS.

*multa crudeliter*] Vid. Plut. p. 443.

*auareque*] Continentiam tamen eius, et opum munerumque contemtum, laudat Plutarchus p. 434 et 450. [Quia forſan in tempore ſimularat illam continentiam opumque contemtum. v. Aelian. H. V. libr. III. cap. 20. ibique Periz. et reliquos interpret. Tamen, opibus multum largiendo forſan exhauſtis, pauper mortuus eſt. v. Theopompum ap. Plutarch. vit. Cim. cap. 31. et Aelian. V. H. lib. VI. cap. 4. ibique Kuhn. et Periz. add. Wetzel.]

*deque his rebus*] Plutarchus haec prolixe, ſed tamen paullo aliter, narrat, p. 444. Vid. et Polyae. 7 in Pharnabazo.

*ad ephoros*] A quibus, ſcytala miſſa, reuocatus fuerat, vt narrant Plut. et Polyaenus ll. citt.

2 *Librum grauem*] MSS. Gif. Dan. et Ed. Vltraiect. *grandem,* quod probabat Gebhardus. Altera tamen lectio etiam in MS. Boecl. reperitur, nec mutatione opus. *Grauem*, ſcil. pondere; quippe *multis verbis conſcriptum.* Plutarchus et Polyaenus modo ἐπιϛολὰς, modo γράμματα, modo βιβλία, vocant. [v. Harl. et Tzſchuck.]

*in quo ſummis etc.*] Cod.

mis eum effert laudibus. [9] Quem quum legiſſet probaſſetque, dum obſignatur, [10] alterum pari magnitudine, [tanta ſimilitudine] [11] vt discerni non poſſet, ſignatum ſubiecit, in quo accuratiſſime eius auaritiam perfidiamque accuſarat. [12] Hinc [13] Lyſander domum quum rediſſet, poſtquam de ſuis rebus geſtis apud maximum magiſtratum, [14] quae voluerat, dixerat, teſtimonii loco librum [15]

dem *MS. Dan. Gif. Ed. Vltrai.* — 9. in quo ſ. e. eff. laud. *Ita quoque MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. (niſi quod in Ald. vti in Long. eſt* in quibus, *quod etiam in ed. Patau. e Iens. laudatur,) Lamb. Bos.* 1. 2. [*Wetz.*] *Sed* in quibus eum ſummis fert laudibus *MS. Gif. Voſſ.* 3. *Ed. Vltrai.* in quo eum ſum. fert laudibus *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ed. Gebh.* in quo ſum. eum fert laud. *Ed. Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Bip. Heinr. Schmied.*] *In MS. tamen Voſſ.* 3. *vitioſe erat ſcriptum* fere, [*vnde Heus. coniec.* ferret.] in quo ſ. e. offert laudibus *MS. Ax.* in quo ſ. e. laudibus effert *Ed. Mag.* — 10. dum ſignatur *MS. Boecl. Voſſ.* 2. 3. *Ed. Arg. Long.* dum deſignatur *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* dum ſignaretur *Ed. Mag.* — 11. tanta ſimilit. *Erant in MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Leid. Dan. Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Bos.* 2. *Patau. Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*et reliquis recentt. ſine vncinis.*] *Sed in aliis libris, vt MS. Mendos. Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb. Keuch. Bos.* 1. *non leguntur.* — 12. accuſauit *MS. Voſſ.* 3. accuſaret [*MS. Ax. Ed. Vorſt.*] *Ed. Patau.* — 13. hunc *MS. Voſſ.* 1. 2. — 14. maximos magiſtratus *MS. Leid.* 1. *vti coniec. Graeuius ad Iuſtin.* 2, 10. 13. — 15. libro

Gif. et Ed. Vltrai. *in quibus eum ſummis fert laudib.*

*dum obſignatur*] MS. Boecl. et alii Lambino laudati, *dum ſignatur.* quomodo mox: *ſignatum ſubiecit.* et Martialis: *Iam ſignat meus annulus lagenam.*

*tanta ſimilitudine*] Sic MSS. Boecl. Leid. et, Magio teſte, Burgenſis ac Venetus. Neque aliter habuiſſe Cod. Danielis, ex eo colligo, quod in Excerptis illius non adnotatur, haec verba, quae in edit. Longolii, cum qua collatus eſt, habebantur, adfuiſſe. In aliis tamen defuere, credo, quod ob ſimilem vocum terminationem alterutrum membrum, vt fieri ſolet, a librariis omiſſum eſſet. Eiicere igitur nolui; praeſertim quum et apud Plutarch. ac Polyaenum Pharnabazus dicatur commutaſſe βιβλία μηδὲν διαφέροντα τῇ ὄψει. quod non tam ad *magnitudinem,* quam ad *ſimilitudinem* pertinet. Immo ſi maxime *pari magnitudine* fuiſſent, facile discerni poterant, ni et *ſimilitudo* interceſſiſſet. Vncis tamen incluſi, vt intelligeret lector, a quibusd. libb. abeſſe.

a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, ſubmoto Lyſandro, quum ephori cognoſſent, [16] ipſi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipſe ſuus [17] fuit accuſator.

*MS. Voſſ.* 1. 2. *Mox* ſubmoto *MS. Voſſ.* 3. [*Ed. Heus. Stau. Tzſchuck. Bip. Harl. Heinr. Schmied. Sed* ſummoto *rell.*] — 16. cognouiſſent *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* cognoſcerent *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag. Long. Pat. male. Mox* ipſae *MS. Voſſ.* 2. *et* dederunt *aberat a MS. Voſſ.* 3. — 17. ſui *MS. Ax. et* fuit *abeſt ab ed. Ald. male.* [*v. Harl. not.*]

3 *Suus*] Plura huiusmodi, ſeipſos prodentium, exempla collegit Piccartus Obſeruat. hiſtoricopolit. dec. 16, 9.

# VII. ALCIBIADES [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Excellens in virtutibus et vitiis. II. Iuuenis educatio et mores. III. Dux contra Syracuſanos. In ſuſpicionem venit. IV. Domum reuocatus aufugit. Lacedaemoniis inſeruit. V. Lacedaemoniis ſuſpectus tranſit ad Perſas. Athenienſibus reconciliatur. VI.Glorioſe excipitur. VII. In inuidiam recidit. In Thracia proſpere pugnat. VIII. Ciuibus Atticis bene conſulit. IX. In Aſiam tranſit. X. In Phrygia interficitur. XI. Alcibiadis laus et vituperatio.*]

1 ALCIBIADES CLINIAE F. ATHENIENSIS. In hoc [2] natura, quid efficere poſſit, videtur experta. Conſtat enim inter omnes, qui de eo memoriae prodiderunt, nihil eo [3] fuiſſe excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus.
2 Natus [4] in ampliſſima ciuitate, ſummo genere, omnium aetatis

1. Alcibiadis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald.* — 2. in quo *MS. Leid.* 1. [*Ed. Wetz.*] *Statim* quid natura *MS. Dan.* — 3. illo *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Put.* [eo *Ed. Bos.* 2. *et rell.*] *Mox* viciis *Ed. Arg. vbique, Long.* — 4. natus. *Ita etiam MS. Ernſt. Giſ. Put. Sau. Sed* nam *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb.*

Alcibiadis vitam et res geſtas politica commentatione illuſtravit Italico ſermone Virgilius Malvezzus.

1 *Alcibiades Cliniae F.*] Vid. not. Ernſtii. [Hic vero c.. at Aelian. H. V. lib. 2. c. 1. et Dion. Chryſoſt. Orat. 25. Eodem adnotante, nomen eſſe Laconicum *Alcibiadem*, obſeruauit Cael. Rhodigin. lib. 13. Lectt. antiq. cap. 37.] De quatuor diverſis hoc nomine vocatis Meurſius Att. lect. 6, 12.

*in hoc natura*] MS. Leid. *In quo natura.*

2 *Summo genere*] Vide Meurſ. l. c.

*omnium act. ſuae m. formoſiſſim.*] Vnde et ſculptores Athenis Hermas Alcibiadi adſimilabant, vt refert Clemens Alexandrinus Admonit. ad Gentes p. 35. Add. not. Ernſtii. Imagi-

ſuae [5] multo formoſiſſimus, ad omnes res aptus, conſiliique plenus. Namque Imperator fuit ſummus et mari [6] et terra. diſertus, vt inprimis dicendo valeret: quod tanta erat [7] commendatio oris atque orationis, vt nemo ei dicendo poſſet
3 reſiſtere. diues; [8] cum tempus poſceret, labo-

5. ciuitatis ſuae *MS. Ox.* aetatis *omiſſo* τῷ ſuae *MS. Voſſ.* 1. aetates *Ed. Mag.* — 6. et mari. *Ita MS. Leid.* 1. *Boecl. Ax. Sed* mari *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Mag. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *In Ed. Heus.* [*Bip. Wetz.*] *verba* n. — terra *vncis ſunt incluſa.* [*Sed bene disſentit Tzſchuck. ad ed.* 2.] — 7. quod tanta. *Sic MS. Dan. Gif. Boecl. Leid.* 1. *Voſſ.* 1. *Ax. Sed* et tanta *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Long. Lamb. Keuch. Bos.* 1. *Pat. Heuſing. verba* quod — reſiſtere *vncis incluſit.* [*Neque iſta placent Tzſchuck.*] — 8. diues. *Ita MS. Gif. Dan. Mendos. Voſſ.* 1. *Sed* deinde *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Heus.* [*Bip. Ith. Heinr.*] idem *Ed. Lamb. Steph. Boecl.* [*Wetz. Schmied.*] *quod placet. Epamin.* 3, 2. *Nepos docere vult, Alcibiadem fuiſſe ad omnes res aptum, cum fuiſſe excellentem et in vitiis et in virtutibus.* [*ſed v. not.*]

nem eius e gemma exhibent Vrſinianae num. 4. De aliis vide notas Ioh. Fabri. Eſt et in nummo, qui penes me eſt, caput Alcibiadis imberbe cum inſcr. ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ: in poſtica parte Cupido auem manibus dimittens; pone fax, pharetra et arcus, Amoris inſignia.

*et mari*] Repoſui copulam e cod. Leidenſi, quae a reliquis libris et edd. aberat.

*quod tanta*] Sic opt. notae MSS. Boecl. Gifan. Dan. bene. Cauſſam enim eius, quod dixerat, ſubiicit. Vulgati *et tanta.*

[*commendat. oris*] Haec pertinet ad ſuauitatem pronuntiationis, vt *orationis comm.* ad eloquium rerumque aptam et ſuauem declarationem. Quare *diſertus* fuiſſe dicitur. Atque ipſa blaeſa lingua ſ. balbuties eius, (quod λ pro ῥ dixit,) grata viſa fuit. v. Plutarch. in vita cap. 1. et Stau. atque Heuſing. ad noſtrum locum. De Alcibiadis eloquentia docte agit Ruhnken. in Hiſtoria crit. orator. graecorum, praemiſſa editioni P. Rutilii Lupi, pag. XXXIX.]

3 *Diues; cum tempus poſceret, laborioſus*] Non potui, quin reponerem lectionem, quam dudum e libris ſuis produxerant Gifanius, Schottus, et Pet. Daniel, probauitque et Gebhardus. Neque enim vllam rationem animo poſſum concipere, qua factum ſit, vt librarii pro *Deinde*, quod in aliis codicibus et edd. legitur, *Diues* reſcripſerint. Sed nec ita ſolet Nepos. Denique, vt e Diodoro Siculo conſtat, Alcibiades non modo *nobilitate*, ſed etiam *diuitiis* (πλȣ́τῳ) primus Athenienſium fuit. quod a Noſtro omiſſum eſſe, quis credat? Ceterum, vt recte Gebhardus adnotauit, illa *quum tempus poſceret* ad ſequentia referri debent: quanquam illius

rioſus, patiens, liberalis, ſplendidus, non minus in vita, quam victu:[9] affabilis, blandus, temporibus callidiſſime inſeruiens. Idem, ſimul 4
ac ſe remiſerat,[10] neque cauſſa ſuberat, quare animi laborem perferret, luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intemperans reperiebatur; vt omnes admirarentur,[11] in vno homine tantam ineſſe[12] diſſimilitudinem, tamque diuerſam naturam.

9. non minus — victu *abſunt ab ed. Vltrai.* in victu *MS. Ax. mox* calidiſſime *MS. Voſſ.* 1. *et* ſeruiens *MS. Dan. Leid.* 2. — 10. praemiſerat *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Statim* neque cauſſa *etiam MS. Dan. Leid.* 1. *Ax. Sed* nec cauſſa *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Keuch. Pat.* — 11. admirentur *Ed. Gebh.* — 12. tantam eſſe *MS. Mendos. Boecl. Ox. Ax. (a quo etiam* τὸ in *aberat ante* τὸ vno,) *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Arg. Long.* tantam *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Pat.* tantam morum *Ed. Mag. Steph. Gebh.* tantam eſſe morum diſſim. *Ed. Long.*

explicatio ſubtilior, quam verior, videtur. Τὸ *idem*, quod Lambinus repoſuit, non fert continens periodus, ab eadem voce incipiens. [Comparat Fiſch. in margine Vellei. Paterc. II. cap. 105. ibique not. Ruhnken. p. 411.]

*non minus in vita, quam victu*] Praeclare haec, vt ſpuria et abunde inculcata, ab Vltrai. editore omiſſa cenſet Gebhardus. Cui ego adſentiri non poſſum. V. Ind. *victus*. [Ibi n. *victus* et *victa* ſic diſtinguuntur, vt *vita* exteriorem inter homines et in publico conſuetudinem, *victus* autem interioris et familiaris vitae inſtrumenta, domumque ac menſam innuat. Fiſcher. in marg. laudauit Athen. libr. IV. p. 184. D. qui prodit, Alcibiadem didiciſſe tibia ludere a Prosnomo, tum ſummam artis gloriam conſequuto.]

*inſeruiens*] Excerpta Dan. *ſeruiens*, quod Gebhardus praefert; allegans illud Lucani: *Temporibus ſeruire decet;* et Ciceronis ad Atticum: *Seruire tempori cum neceſſe ſit:* itemque quod Noſter infra 22, 1. 3 *paci ſeruire* dixit Sed *inſeruiendi* voce hac ipſa vita Noſter ea ratione vſus eſt cap. 11, 3.

4 *Neque*] Sic Exc. Dan. Vulgo eſt *nec*.

*luxurioſus etc.*] Vid. Plutarchum in vita, et Athenaeum 12, 9 et alibi.

*tantam ineſſe diſſim.*] MSS. Schotti et Boecl. *t. eſſe diſſ.* Gebhardus *ineſſe* mauult. quod elegantius nemo negauerit, quanquam et altera lectio ſatis Latina ſit. A quibusdam libris verbum hoc plane abeſſe, notat Lambinus: neque neceſſarium exiſtimat Schottus. De re vid. Athenaeum et Plutarch. ll. citt. Similia fere de Catilina prodidit Cicero in Coeliana cap. 5 et 6.

1 II. Educatus eſt in domo Periclis:[1] priuignus enim eius[2] fuiſſe dicitur; eruditus a Socrate:[3] ſocerum habuit Hipponicum, omnium Graeca lingua loquentium ditiſſimum:[4] vt, ſi ipſe fingere vellet, neque plura bona reminiſci,[5]

1. Pericli *MS. Leid.* 1. *Dan. vt* Neocli 2, 1. 1. — 2. priu. e. eius. *Ita etiam MS. Ax. Den. Sed* priu. en. ſuus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.* — 3. Societate *MS. Voſſ.* 1. — 4. om. graecae linguae eloquentia ditiſſ. *MS. Dan. Mendos. Giſ.* [*Ed. Bos. Stau.* 1. 2. *Wetz. Brem. qui tamen probat Heuſing. emendation.*] *Sed* omn. gr. l. eloq. diſſertiſſimum *MS. Boecl.* [*Thott. probatque Schlegel diſſ. cit. p.* 72.] *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Boecl. Pat.* omnium Graecorum diuitiſſimum *Ed. Lamb. Steph.* omnium graeca lingua loquentium diuitiſſimum *Ed. Heus.* [*Ith. Bip. Harl. (cuius not. vid.) Stau.* 3. *Ita quoque Tzſchuck.* 1. 2. *et Schmied. niſi quod leg.* ditiſſimum.] *Certe vulgatam repudiat vel res vel lingua.* [*Quare, quum Hipponicus a nemine laudetur ab eloquentia, ego cum aliis viris doctis repoſui Heuſingeri emendationem, ſeruato τῷ* ditiſſimum; *quamuis Wetzel. eam vocaret inſolentem.*] — 5. [eminiſci *h. e. excogitare, ea, quae mens fingit, aperire, indicare, legendum cenſuit Heus. ad h. l. et in Emendationum libro, edito a Frid. Heuſing. Gothae* 1751. *p.* 402. *adſentitque Bremi in not. at diſſentiunt Stau. ad ed.* 3. *in primis Tzſchuck. qui putat,* reminiſci *aut poſitum eſſe pro* comminiſci, *aut proprie valere,* ex omni memoria aliquid repetere. *Verba,* neque mai. conſequi poſſet, *Schmied. ſuperflua eſſe; praeter neceſſitatem opinabatur in Lexico. v. Harl. not.*]

1 *Priuignus en. ei. f. d.*] Immo, ſi credimus Diod. Sic. 12 et Suidae, ſororis eius filius. Vnde Valerius Max. 3, 1 ext. 1 et Gellius 15, 17. Periclem *auunculum* eius vocant. Videri tamen Periclem, ſi non Alcibiadis, eius tamen vxoris, vitricum fuiſſe, notat Magius; cum Alcibiades in matrimonio habuerit Hipparethen, filiam Hipponici, cuius vxorem poſtea Pericles duxit, vt Plutarchus in Pericle ſcribit.

*eius*] Ita libb. meliores. alii *ſuus:* quomodo locutus 5, 3. 1. 13, 3. 4 et 25, 10. 4. V. Ind.

*eruditus a Socrate*] Socratis diſcipulum etiam faciunt Xenophon lib. 1 Memorab. p. 711 et Lactantius Diu. Inſtit. 3, 19: quod tamen negat quoque Iſocrates in Buſiride, Polycratem id adſerentem redarguens. [v. Iſocr. tom. 2. p. 435. *Fiſch.*]

*omnium Gr. ling. eloquentia ditiſſ.*] *Diſertiſſimum* non ſolum vulgg. libri, ſed etiam optimae notae Cod. Boecleri exhibet. quod cum Lambinus parum Latine dictum, et praeterea falſum, neque a quoquam memoriae proditum, poſtremo nihil ad rem pertinere, exiſtimaret, eiectis duabus vocibus, ac totidem immutatis, corrigebat: *omn. Graecorum diuitiſſimum.* Sed ei nemo doctorum auſcultauit.

neque maiora poſſet conſequi, quam vel fortuna
vel natura tribuerat. [6] Ineunte adoleſcentia ama- 2
tus eſt a multis more Graecorum: [7] in eis a So-
crate, de quo mentionem facit Plato in Sym-
poſio. Namque eum induxit commemorantem
ſe pernoctaſſe cum Socrate, neque aliter ab eo
ſurrexiſſe, ac filius a parente debuerit. [8] Poſtea 3
quam robuſtior eſt factus, non minus multos

6. quae — — tribuerant *MS. Leid.* 1. quam vel natura vel fortuna tribueret *MS. Dan.* — 7. amore Gr. *MS. Giſ. Dan. Leid.* 1. *Statim* in eis Socrate *MS. Dan. Ax.* in eis Socratem *MS. Voſſ.* 2. — 8. debuerat *MS. Leid.* 1.

Vt nos edidimus, legunt MSS. Daniel. Schotti et Giſanii. *quae lectio*, ait Gebhardus, *cum ſit ſtabilita Vett. libris, cur coniecturis nihili lectoribus imponatur? Intelligit vero Hipponicum eloquentia iſtac luculentas opes acquiſiuiſſe.* Sed Schottus ac Giſanius Ind. Lucret. l. c. *ditiſſimum* de facultate dicendi accipiunt, quomodo Ouidius *diuitem ingenio* dixit. Vtcunque legas, certum eſt Hipponicum a Plutarcho in vita Alcibiadis, Lyſia orat. ὑπὲρ τῶν Ἀριϛοφ. χρημ. Iſocrate orat. περὶ ζεύγους, aliisque, vt opibus abundantem, ac *diuitiis Graecorum primum*, et qui *plurima omnium Graecorum poſſidere exiſtimatus ſit;* vt eloquentiſſimum vero a nemine, quod ſciam, praedicari.

2 *More Graec.*] De quo ſupra praef. 4. Cicero quoque in Fragmentis libri 4 de rep. *Apud Graecos,* inquit, *opprobrio fuit adoleſcentibus, ſi amatores non haberent.* adde not. ad praef. et, praeter ibi laudatos, Xenophont. de repub. Lacedaem. ac Aelian. var. hiſt. 3, 12. In MSS. Dan. et Gif. erat: *amore Graec.* quod praeter illos etiam tuentur Schottus et Gebhardus. Sed pro vulgata lectione facit cum Cicero Tuſc. 5, 20, cum ait, *Dionyſium, Syracuſanorum tyrannum, habuiſſe* MORE *Graeciae quosdam adoleſcentes amore coniunctos;* tum Xenophon lib. 2 Cyropaedias p. 50. ed. Leuncl. apud quem Cyrus ad manipularium quendam, nomine Sabaulam: ἢ καὶ σὺ, κατὰ τὸν ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ ΤΡΟΠΟΝ, ὅτι καλόν ἐϛι, περιάγεις τοῦτο τὸ μειράκιον, τὸ παρακατακείμενόν σοι; Ceterum de caſto ac honeſto amore loqui Nepotem, indicare videntur, quae de Socrate ſubiicit. Confer tamen, quae ad h. l. annotauit Ernſtius.

*a Socrate*] Praepoſitio aberat MS. Danielis.

[*Sympoſio*] cap. 34. 9. p. 111 ed. Wolfii, cuius not. conf.]

*neque al. ab eo ſurrexiſſe, ac filius a par. deb.*] Ita et Plutarchus orat. 1 de fortuna Alex. M. et Petronius in Satyrico, c. 128 vbi v. Gonſal. Accuſatum tamen Socratem, quod adoleſcentulos corrumperet, e Diog. Laërtio in vita eius, et Xenophonte 1 Memorabilium cognoſcimus: qui poſterior tamen eum prolixe ab hoc crimine vin-

amauit, in quorum amore, quoad licitum [9] eſt, odioſa multa delicate [10] iocoſeque fecit: quae referremus, niſi maiora potioraque [11] haberemus.

1 III. Bello Peloponneſiaco [1] huius conſilio
atque auctoritate Athenienſes bellum Syracuſanis
indixerunt: ad quod gerendum ipſe dux delectus
eſt. Duo praeterea collegae dati, Nicias et La-
2 machus. [2] Id quum adpararetur, prius quam
claſſis exiret, accidit, vt vna nocte omnes Her-
mae, qui in [3] oppido erant Athenis, deiiceren-

9. quo adlic. *Ed. Ald.* — 10. delicata *MS. Voſſ.* 2. — 11. potiora *MS. Dan.*

1. Peloponneſio *MS. Dan. Leid.* 1. *Ed. Keuch. Heus.* [*Ith. Bip. Heinr. Harl. Tzſchuck.* 2. *Schmied. Sed* Peloponneſiaco *Brem. Stau. qui ad ed.* 3. *defendit, quia incolae quidem vocentur* Peloponneſii, *bellum vero ipſum* Peloponneſiacum. *Cum vnico* n Peloponeſiaco *Ed. Wetz.*] Peloponneſſio *MS. Voſſ.* 2. Peloponneſſo *MS. Voſſ.* 1. [*quae quidem falſa ſcriptura confirmat probabiliorem aliorum lectionem* Peloponneſio.] *Mox* auctoritate, *omiſſo* τῷ atque, *Ed. Gebh.* — 2. Micia et Lamauchus *MS. Leid.* 1. Nitia et Lam. *MS. Voſſ.* 1. Niſias Ed. Lam. *MS. Voſſ.* 2. Mitia et Lammachus *MS. Dan.* Nicias et Lamacus *Ed. Iens. Med. Arg. Mox* appareretur *Ed. Med.* — 3. quae in *Ed. Iens. Med. mox* Athenis *forte gloſſema.* [*Fordicat.* [Conf. Xenoph. M. S. I. 2. ſect. 2. Stau. ad min. ed. ibique Harl. et Fr. Iac. Baſt *Kritiſch. Verſuch über den Text des platoniſch. Gaſtmahls.* Lips. 1794. 8. p. 80. ſqq.]

3 *Odioſa*] Barthius malebat *otioſa.*

*potioraque*] MS. Dan. *potiora*, omiſſa copula.

1 *Peloponneſiaco*] Cod. Dan. *Peloponneſio.*

[*Nicias*] Vita eius ap. Plutarch. pag. 353. ſqq. Reisk. p. 364. ſqq. 370. ſqq. de bello Syracuſano, et de Alcibiade ac Lamacho, Niciae collegis. Add. Thucyd. VI. cap. 15. ſqq. cap. 27. ſqq. [de Hermis conciſis, vbi v. Ducker. et Waſſe, tom. II. p. 43. ed. Lips.] Pauſan. lib. 4, 33. p. 361. Andocid. I. p. 18. p. 30. tom. 2. *Fiſch.* Add. de Nicia et Lamacho Stau. ad h. l. in min. et in mai. 2. ed.]

2 *Athenis*] Vereor, ne gloſſema ſit. nam Athenas *oppidum* abſolute vocare ſolet, ſupra 1, 5. 1 et 2, 10. 3.

*deiicerentur*] Immo circumciderentur aut mutilarentur. Sic enim Thucydides 6. c. 27. Diodorus 13 pr. Plutarchus in Alcib. et Andocides orat. de myſteriis. qui omnes περικοπὴν vocant. Modum circumcidendi ſcholiaſtes Thucydidis eo loco tradit. In Cod. Dan. fuit *deiceretur.* Vnde legerim *deicerentur.* ita enim ſcribebant veteres.

tur, [4] praeter vnum, qui ante ianuam erat Andocidi. Itaque ille poſtea Mercurius Andocidis vocitatus eſt. [5] Hoc quum adpareret, non ſine ma-



*te pro* oppido *legendum eſſe* foro *coniecit Stau. ad ed. min. et tert. Sed vulgatam lect. tuetur Bremi.*] — 4. deiceretur *MS. Dan.* deicerentur *MS. Voſſ. 2. Leid.* 1. — 5. qui ante ianuam erat, Andocides vocatus eſt *MS. Boecl.* qui ante ianuam erat Andocidi. Itaque ille poſtea Mercurius Androcydes vocitatus eſt *MS. Dan.* qui — itaque ille poſtea Mercur. Androclidis vocatus eſt *Ed. Vltrai.* qui ante ianuam Androclidi, Androclidisque vocatus eſt *MS. Ox.* qui ante ianuam erat Androclides; itaque ille poſtea vocit. eſt

*qui ante ian. erat Andocidi etc.*] Plerique vulgati habebant, *qui ante ian. eius erat, Andocidesque vocatus eſt.* Atqui ex Aeſchine orat. aduerſus Timarchum, [p. 56. Taylor.] Plutarcho in Alcibiade, Nicia, c. 13. et vitis Rhetorum, Andocide ipſo in orat. de myſteriis, et Harpocratione in Ἀνδοκίδȣ Ἑρμῆς, conſtat, hunc lapidem prope domum Andocidis, non Alcibiadis, et a tribu Aegeide poſitum, ac *Andocidis Hermen* dictum fuiſſe. Lambinus hiſtoriam et veritatem ſequutus emendabat: *qui ante ian. Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus eſt.* recte, quod ad priora; non item quod ad poſteriora: quibus et hiſtoria repugnat, vt mox dicemus; et libri manu exarati, quorum nullus, quod ſciam, aut *τὸ Hermes*, aut copulam agnoſcit. Boecleri liber: *qui ante ian. erat, Andocides vocitatus eſt.* Sed longe auctius ed. Vltrai. et cod. P. Danielis. nam illa: *Itaque ille poſtea Mercurius Androclidis vocatus eſt.* hic: *erat Androcidi: itaque ille poſtea Merc. Androcydes vocitatus eſt.* Vnde vix dubito, ſic ſcripſiſſe Nepotem: *qui ante ianuam erat Andocidi. Itaque ille poſtea Mercurius Andocidis (vel Andocides) vocitatus eſt.* quare et in textu fidenter ita reſcripſi. Nam ad hunc plane modum Plutarchus in Alcib. p. 201. [c. 21.] vbi de Andocide ob Hermas truncatos in vincula coniecto: *ὕποπτον δὲ ȣ̓χ ἥκιςα τῆς τῶν Ἑρμῶν περικοπῆς ἐποίησεν ὁ μέγας Ἑρμῆς, ὁ πλησίον αὐτȣ̃ τῆς οἰκίας, ἀνάθημα τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς ἱδρυμένος· ἐν γὰρ ὀλίγοις πάνυ τῶν ἐπιφανῶν, μόνος σχεδὸν ἀκέραιος ἔμεινε· διὸ καὶ νῦν Ἀνδοκίδȣ καλεῖται, καὶ πάντες ȣ̔́τως ὀνομάζȣσι, τῆς ἐπιγραφῆς ἀντιμαρτυρȣ́σης.* Vides, poſtea demum ita dictum, quam ceteri deiecti eſſent. id quod indicant, quae in ed. Vltrai. et MS. Dan. ſunt adiecta. Ea vt in aliis codd. omitterentur, fecit repetitio nominis *Andocidis.* Saepe enim librarii, cum vox aliqua in eadem periodo, vel etiam pagina, bis occurreret, quae interiacebant, feſtinatione vel errore omiſerunt. cuius rei illuſtre exemplum praebet Ioſephi liber *περὶ λογισμȣ̃ αὐτοκράτορος*, ſiue, vt vulgo inſcribitur, *de Maccabaeis.* nam is hac vna cauſſa in editis codd. miſere mutilatus eſt, vt e membr. vett. adparet, e quibus eum breui, *σὺν Θεῷ*, au-

gna multorum conſenſione [6] eſſe factum, quod non ad priuatam, [7] ſed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor [8] eſt iniectus, ne qua repentina vis in ciuitate exiſteret, quae
4 libertatem opprimeret populi. [9] Hoc maxime conuenire in Alcibiadem videbatur, [10] quod et potentior et maior quam priuatus, exiſtimabatur.

*MS. Leid.* 2. qui ante ianuam erat; itaque ille p. Merc. Androclides vocitatus *MS. Voſſ.* 1. qui ante i. er. Andocidis; itaque i. p. Androclis Hermes vocitatus eſt *MS. Voſſ.* 2. qui ante ianuam erat Androclydes vocitatus eſt *MS. Ax.* qui ante ianuam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus eſt *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. qui ante ianuam eius erat Andocidesque vocitatus eſt *Ed. Mag.* qui — Andocidesque vocatus eſt *Ed. Long.* qui ante ianuam eius erat Androcydesque vocatus eſt *Ed. Par.* qui ante i. erat Androcydesque v. e. *Ed. Ald.* qui a. i. e. Androclides vocatus eſt *Ed. Ieus. Med.* qui ante i. e. Androclides vocitatus eſt *Ed. Arg. In ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Bip. Schmied. Wetz. Heinr.*] *pro* Andocidi [*quod leg. quoque in edd. Stau.* 1. 2. *Harl. Ith.*] *etiam eſt* Andocidis. *Taylor in Lectt. Lyſiac. p.* 690. *ſ. p.* 252. *tom.* 2. *Reisk. auctor eſt, locum in MS. vetuſto melius hoc pacto legi*, ante ianuam Andocidis erat. Itaque ille poſtea Mercurius Andocidis vocatus eſt. [*Add. Harl. prol. de Mercurii ſtatuis etc. in Opuſc. p.* 473 *ſq. de noſtro loco.*] — 6. confuſione *MS. Leid.* 2. *mox* quae non *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. — 7. priuatum *Ed. Iens. Med. et* ſed publicam *MS. Leid.* 2. *Ed. Mag.* — 8. timor *aberat a MS. Leid.* 2. — 9. quae populi lib. opprim. *Ed. Lamb. Patau.* — 10. vi-

ctiorem multo, purioremque dabimus. Id ergo heic quoque factum. Certe in codice Boecleri hac ratione peccatum eſſe, manifeſtum eſt. Ceterum Nepos *Andocidi* ſcripſit; vt alibi *Neocli*, *Procli*, *Pericli*; vt item alii *Thucydidi*, *Euripidi*, *Archonidi*, *Timarchidi*, *Perſi*, *Demoſtheni*, *Ariſtoteli etc.* gignendi caſu dixerunt. de quo videndus Voſſius de analog. 2, 9. Quanquam autem in eo Herma non *Andocidis* nomen, ſed aliud, erat inſcriptum, vt e Plutarcho colligitur: attamen in alio fuit, quem capite truncatum Fuluii Vrſini Imagines Illuſtrium num. 13. exhibent, cum inſcriptione: ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΛΕΩΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ,

3 *Quod non*] MS. Boecler. *quae non*. ſc. conſenſio. quod a librarii ingenio eſt, vt opinor; qui putabat, vocem hanc ad praecedens *conſenſione* pertinere, ac pronomen eſſe, cum ſit coniunctio, cauſſam indicans, cur hoc facto *magnus ſit multitudini timor iniectus*: quia ſcil. *multorum* in hac re *conſenſio ad publicam rem*, quippe conſpirationem prae ſe ferens, *pertinebat*.

Multos enim liberalitate deuinxerat, plures etiam opera [11] forenſi ſuos reddiderat. Quare fiebat, 5
vt omnium oculos, quotieſcunque [12] in publicum prodiſſet, [13] ad ſe conuerteret, neque ei par quisquam [14] in ciuitate poneretur. Itaque non ſolum ſpem in eo [15] habebant maximam, ſed etiam timorem, quod et obeſſe plurimum et prodeſſe poterat. Aſpergebatur etiam infamia, quod in 6
domo ſua facere myſteria dicebatur: quod nefas erat more Athenienſium: idque non ad religionem, ſed ad coniurationem pertinere exiſtimabatur.

IV. Hoc crimine in concione [1] ab inimicis 1
compellabatur. [2] Sed inſtabat tempus ad bellum

debantur *MS. Leid.* 2. — 11. opere *MS. Sau.* opera forenſis *Ed. Mag.* — 12. quotienscunque *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Arg. Long.* [*conſ. Cellar. Orthograph. lat. ed. Harl. cum huius additament. p.* 336. *Auctore Pontedera in Antiquitatum latinarum graecarumque enarrationibus atque explicatt. Patau.* 1740. 4. *p.* 20. totiens *eſt, quum* tot vices *ſint, et* quotiens, *quum* quot vices *ſint.*] — 13. prodiſſent *MS. Leid.* 2. — 14. quisquam *aberat a MS. Leid.* 2. — 15. in eo ſpem *Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mag.*

1. in concione. *Ita e coni. Cl. Puteani Lambinus, in cuius tamen editione vbique ſcribitur* contio, *vti in Iuſtino Bon-*

5 *Obeſſe plur.*] Hinc Timon ille, quem μισάνθρωπον Lucianus ſing. libello inducit, Alcibiadem adamabat, quod praeſagiret magno illum malo fore aliquando Athenienſibus; vt refert Plutarchus.

6 *Myſteria*] Sacra Cereris, ſiue Eleuſinia. vid. Ind. [in quo laudantur Iuſtin. 5, 1. 1. Briſſon. I. formul. Alex. ab Alex. 6, 19. et copioſe Caſaubon. adu. Baron. exercit. 16, 43. Petit. comm. ad LL. attic. lib. 1. Iac. Gothofr. exercit. 2. de eccleſ. et incarnat. Chriſti, et inprimis Meurs. libr. ſingul. quem *Eleuſinia* inſcripſit. Add. de ſacris non euulgandis Broukh. ad Tibull. III, 5, 7. Iac. de Rhoer in Feriis Dauentrienſibus, Traiecti ad Rh. 1758. 8 p. 83. ſq. Fiſcher. ad marg. citauit Andocid. 1. p. 6. tom. II. ed. Reisk. Thucyd. VI, 28.]

*quod nefas er.*] Erat enim capitale myſteria euulgare: de quo vide praeter ſcriptores ex Indice laudatos, Bernegg. ad Iuſtin. 5, 5. 1. Ceterum Alcibiadem hoc crimine accuſatum ſcribunt etiam Xenophon 1 de reb. Graec. Thucydides 6, 10. Diodorus 13, 5. et Plutarchus Lyſandro. A quo tamen eum purgat Iſocrates Orat. de Bigis.

1 *In concione ab in. compellab.*] Hanc correctionem in-

proficiſcendi. Id ille intuens,[3] neque ignorans ciuium ſuorum conſuetudinem, poſtulabat, vt,[4] ſi quid de ſe agi vellent, potius de praeſente[5]

*garſius edidit. ſed* in contentionem *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Ald. Steph. Gebh. Keuch. Mag. Patau.* [*Tzſchuck.* 2. *et probat Wetz.*] in contentione *MS. Mendos. Dan. Giſan. Boecl. Ax. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 2. compellabatur. *Ita MS. Dan. Giſ. Boecl. Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Lamb. Bos. et plurimae recentt.*] *Sed* compellebatur *MS. Mendos. Leid.* 2. *Ax. Ed. Med. Ald. Mag Steph. Gebh. Keuch.* [*Wetzelio et Tzſchuck. ad ed.* 1. *placuit, et vero ab hoc in ed.* 2. *in textum eſt receptum.*] — 3. intuens *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau. Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Ith. Bip. Schmied. atque ego id repoſui.*] *Sed* metuens *MS. Boecl.* [*Ed. Bos. Stav.* 1. 2. (*ad quam ille contra Heus. multis tueri ſtuduit* τὸ metuens) *et* 3. *Brem. Wetz. At nihil praeceſſit, quod metueret. v. Schmied.*] — 4. vt *vncis incluſit Heus.* [*ac Schmied.*] *et abeſt a MS. Boecl. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. Par. Ald.* [*Schmied. atque a librariis ſuppletum eſſe videtur Tzſchuckio.*] — 5. praeſenti *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.*

genio Claudii Puteani debitam produxit Lambinus, firmauitque partim auctoritate Thucydidis, Diodori, et Plutarchi, qui perſpicue oſtendunt, Alcibiadem accuſatum eſſe apud populum, atque adeo *in concione:* partim tribus locis Ciceronis, quorum duobus, puta, Epiſt. ad famil. 8, 12. et Orat. pro domo ſua, verbum *compellare* eodem ſignificatu vſurpetur; tertio, nempe Epiſt. ad Attic. 2, 2. dicatur, *Nigidium minari, in concione ſe iudicem, qui non adfuerit, compellaturum.* quae tamen verba aliter diſtinguuntur in edit. Gruteri, ac illud *in concione* non cum verbo *compellare*, ſed τῷ *minari* iungitur. A populo, et *in concione* damnatum Alcibiadem, etiam e Noſtro cap. 6, 4. colligas. ibi ergo et accuſatus fuit. In vulgg. et MS. Schotti erat: *in contentionem ab in. ſu. compellebatur*, h. e. vt Schottus et Gebhardus, (qui ab hac ſcriptura, tanquam Latiniſſima, et elegantiſſima, ne latum quidem vnguem diſcedendum cenſent,) exponunt, ab aduerſariis, Theſſalo Cimonis F. et Androcle, cogebatur et quaſi obtorto collo trahebatur ad dicendam cauſſam. At meliores libri, puta Dan. Giſan. Boecl. legebant, vt etiam Longolius ediderat: *in contentione ab inimic. compellabatur*, h. e. Schotto interprete, forenſi in lite appellabatur. Quod ſi quis reponi velit, equidem non multum repugnauerim: certe Schottianae lectioni anteferendum puto. Lambinianam tamen, vt ingenue dicam, veriorem exiſtimo.

*Id ille metuens*] Ita et MS. Boecl. Alii *intuens.* vt inf. 10, 8. 1. 12, 1. 2 et 12, 2. 3. Mox idem MS. *poſtulabat, ſi quid d. ſ. a. v.* [Thucyd. VI, 29. *Fiſch.*]

quaeſtio haberetur, quam abſens inuidiae crimi-
ne accuſaretur. Inimici vero eius quieſcendum 2
in praeſenti,[6] quia noceri[7] non poſſe intellige-
bant, et illud tempus exſpectandum decreuerunt,
quo exiſſet,[8] vt ſic abſentem aggrederentur: ita-
que fecerunt. Nam poſtquam in Siciliam eum 3
perueniſſe crediderunt, abſentem, quod ſacra
violaſſet, reum fecerunt. Qua de re quum ei
nuntius a magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet,[9] vt
domum ad cauſſam dicendam rediret, eſſetque in
magna ſpe prouinciae bene adminiſtrandae, non
parere noluit,[10] et in trierem,[11] quae ad eum

*Patau. Statim* queſtio *Ed. Iens. Med. Arg.* — 6. in praeſentia *Ed. Mag. Steph. Gebh.* — 7. noceri. *Ita MS. Gif. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos.* 2. *et recc.*] *Sed* nocere *MS. Leid.* 1. *et ſupra ſcr. in MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Long. Mag.* nocere ſe ei *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Pat.* [*quod ferri poſſe, putat Wetz.*] — 8. quo ſi exiſſet, abſ. aggr. *MS. Leid.* 1. quo ſi ex. vt abſ. aggr. *MS. Boecl. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Patau.* [*probatque Heus. in not.*] quo ſi ex. vt ſic abſ. aggr. *MS. Voſſ.* 2. quo ſi exiſtet, vt a. a. *MS. Voſſ.* 1. quo ex. vt ſi abſ. ag. *MS. Leid.* 2. *et* adgred. *Ed. Long.* [itaque fec. *eſt* et ita fec. *nec mutandum cum Oudendorp. in* idque fecerunt.] — 9. eſt *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Ox. dein* eſſetque magna ſpe *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* — 10. voluit *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* — 11. triremem [*MS. Thott.*] *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.*

*inuidiae crimine*] Editio Vltraiectina: *inuidia criminis.*

2 *In praeſenti*] Sic MSS. Magius edidit *in praeſentia.* Venit Schotto in mentem reſcribere *in praeſens rati.* nugae. Similiter loquutus Nepos infra 25, 12. 5.

*noceri non poſſe*] Ita MSS. Gif. Dan. Boecl. Alii, in his ed. Longol. et MS. Leidenſis, *nocere non poſſe.* Lambinus duobus vocabulis auctius: *nocere ſe ei non poſſe.* Primusne, et cur, iuxta cum ignariſſimis ſcio. nam ipſe tacet penitus.

*quo exiſſet, vt ſic abſ. ag.*] Cod. Leid. *ſi ex. a. a.* MS. Boecl. et ed. Pariſ. *quo ſi ex. vt a. a.* An legendum, *quo ſic exiſſet, vt abſentem aggrederentur?* h. e. quo tam longe receſſiſſet Athenis, vt tueri ſe non poſſet. Neque enim ſtatim atque vrbe exiſſet, ſed *poſtquam in Siciliam eum perueniſſe crediderunt,* reum fecerunt, vt mox ſequitur.

3 *Trierem*] Ita Gifanius laudat in Obſeruation. Lat. linguae, voce *Triſtis,* haud dubie ſui codicis fide. Vulgo erat *trire-*

4 deportandum erat [12] miſſa, aſcendit. Hac [13] Thurios in Italiam peruectus, multa ſecum reputans de immoderata ciuium ſuorum licentia, crudelitateque erga nobiles, vtiliſſimum ratus [14] impendentem euitare tempeſtatem, clam ſe a cuſtodibus ſubduxit, et inde primum Elidem, [15] deinde The-
5 bas venit. Poſtquam autem ſe capitis damnatum,

*Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus.* [*Ith. Tzſchuck.* 1. 2. *Heinr. Schmied.* *Sed* trierem *Bos.* 2. *Stau.* 1. 2. 3. *Ith. v. not.*] — 12. deport. erat *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Bip. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. quos ego ſum ſequutus. Sed* erat dep. *Ed. Bos.* 2. *Stau. Brem.*] — 13. Hac Thur. *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Bip. Ith. Heinr. Harl. Wetz. Schmied. et ego, vt oratio ſuauiore connexione procederet, recepi.*] haec Thur. *MS. Leid.* 2. [ac Thur. *Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 2. *Brem. cum antiquioribus.*] — 14. raptum *MS. Leid.* 2. — 15. Eludem *MS. Leid.* 2. *Statim* dein *MS. Dan.*

*mem.* vid. Ind. [In ind. n. dicitur Hieronym. chronico nr. 944. vſus eſſe voc. *trieris*. Heuſing. reiicit in not. id voc. nec ſcit, quis e Latinis voce ea graeca vſus fuerit; ſed Stau. ad ed. 3. defendit illam et conſulere iubet Oudendorp. ad Hirtium de B. Africano cap. 44. (vbi ex 5 codd. et ed. Scalig. ab Oudend. editum eſt, *nauis trieris,*) ac Drakenb. ad Liuium lib. XXX. cap. 25, 4. In loco autem Liuii in cod. Flor. 2. a manu pr. *datae trieris duae,* quae quidem lectio doctior eſſe videtur Drak. qui ad Liu. XXIX. c. 9, 8. notat, voc. *nauis hexeris* etiam graeca forma ibi et aliis locis occurrere. Bremi quoque lect. *trierem* h. l. multis tuetur. Schlegel tamen in diſp. cit. pag. 69. iudicat, immutationem perperam eſſe a Boſio factam: nec probat Tzſch. ad ed. 1 et 2. Nauis autem fuit *Salaminia*, quae adhibebatur ad reos, peregre agentes, ad iudicium abducendos. v. not. ſeq.]

*quae ad eum erat deport. miſſa*] De naue Salaminia ad Alcibiadem miſſa vide Thucydidem 6. (cap. 53. vbi Waſſe etiam citat ſchol. Ariſtoph. ad Aues v. 147. et 1204. it. Thucyd. lib. 6. cap. 61. qui vtroque loco hiſtoriam ipſam vberius enarrat.) Diodorum 13, 5. Plutarchum in Pericle et Lyſandro, Suidam etc. De vtraque Petitum ad leges Attic. 3, 2. p. 153. Thucydides tamen et Diodorus ſcribunt, eum in propria naui, ſed vna cum Salaminia, vectum. [add. Stauer.]

4 *Ac*] MS. Boecl. *hac.* ſcil. naui. Niſi tamen adſpiratio a librarii manu eſt, vt ſaepe alias.

*vtiliſſimum ratus*] V. Plutarchum in Alcib. et apophth. regiis, tom. II. p. 186. Aelianum 13, 38. [conf. Stau.]

*deinde*] Dan. *dein.*

5 *Poſtquam autem ſe cap. damn.*] Praeter Thucydidem,

bonis publicatis, audiuit, et, id quod vſu vene-
rat, Eumolpidas[16] ſacerdotes a populo coactos,
vt ſe deuouerent, eiusque deuotionis quo teſta-
tior[17] eſſet memoria, exemplum in pila lapidea
inciſum, eſſe poſitum in publico, Lacedaemonem
demigrauit. Ibi, vt ipſe praedicare conſueue- 6
rat,[18] non aduerſus patriam, ſed inimicos ſuos,[19]
bellum geſſit, quod iidem[20] hoſtes eſſent ciuita-

16. Olympiadas *MS. Ax. Leid. 2. Ed. Arg. Long. (qui iam vidit,* Eumolpidas *legendum eſſe.)* Olympidas *MS. Dan. Voſſ. 1. 2. Sau. Put. Giſan.* Olympiadae *Ed. Iens. Par.* Olympiade *Ed. Med. [v. not.]* — 17. teſtatio *MS. Leid. 2. Statim* eſſe *Ed. Ox. operarum errore.* — 18. conſuerat *Ed. Arg. Long. et τὰ* vt ipſe pr. conſueuerat *in parentheſi in ed. Mag.* — 19. ſuos *aberat a MS. Leid. 2.* — 20. eidem *MS. Dan. Leid. 2.*

Diodorum, et Plutarchum, vide Aelianum l. c. et Iuſtinum 5, 1. 3 et 4.

*capitis damnatum, bonis publicatis*] Nam capital erat, myſteria euulgare; et ſacrilegii rei capite damnabantur, bonaque eorum publicabantur. vid. Petitus ad LL. Attic. 1, 1. p. 33 et 8, 4. p. 562. Alcibiadem autem *myſteria enuntiaſſe* creditum, e Iuſtino; *ſacrilegii damnatum*, e Noſtro inf. c. 6, 4. adparet.

*Eumolpidas*] Sic recte Aldus, et qui eum ſequuti ſunt. nam Eumolpidas deuouere ſolitos, docent, quae Lambinus e Thucydidis 8. et Suida in Εὐμολπίδαι adduxit. quanquam ſcripti plerique *Olympidas*, quidam, Longolio teſte, *Molpades* legunt. Sed quod idem Aldus, et qui eum ſequuti ſunt, expuncta voce *ſacerdotes*, quae in MSS. habetur, *et Cerycas* repoſuerunt, id merito reiecit Magius; etſi paſſim *Eumolpidas* et *Cerycas* Graeci, et hac ipſa in re Plutarchus, Alcib. c. 22. iungunt. quod fecit, credo, vt Aldus contra librorum fidem heic quoque reponeret. id quod etiam infra cap. 6, 5. fecit, vbi eadem, quae hoc in loco, librorum ſcriptura, eademque ratione emendanda eſt. [Falſter. in Amoenitatt. philol. vol. II. cap. 34. arbitratus, Eumolpidas fuiſſe foeminas, hic et in cap. 6. corrigere *coactas* et pro virili foemininum genus ſubſtituere eſt conatus; ſed refutauit eum cum cenſor in Actis erudit. Lipſ. a. 1733. m. April. p. 175. tum inprimis Rhoer in Feriis Dauentrienſ. cap. XVI. p. 82. ſqq. vbi de Eumolpidis et noſtro loco copioſe docteque agit. Add. Harl. not. atque Apollodor. biblioth. II. cap. 5, 12. p. 141. III. c. 15, 4. et ad vtrumque locum Heyne p. 429. et 860 ſq. 864. ed. prior. Meurſium in Eleuſin. c. 2. Lomeier. Eumenid. ſiue de vett. gentilium luſtrationibus p. 150.]

*Lacedaem. demigr.*] Vid. Iuſtin. 5, 1. Cauſſam migrationis exponit Maluezzus p. 183 ſeqq.

6 *Quod iidem*] Dan. *quod eidem.*

ti. Nam quum intelligerent,[21] ſe plurimum prodeſſe poſſe[22] reipublicae, ex ea eieciſſe,[23] pluſque irae ſuae, quam vtilitati communi, paruiſſe.
7 Itaque huius conſilio Lacedaemonii cum Perſarum[24] rege amicitiam fecerunt: deinde Deceliam[25] in Attica munierunt, praeſidioque perpetuo ibi[26] poſito in obſidione Athenas tenuerunt. Eiusdem opera Ioniam a ſocietate auerterunt Athenienſium. Quo facto, multo ſuperiores bello eſſe coeperunt.

1 V. Neque vero his rebus[1] tam amici Alcibiadi ſunt facti, quam timore ab eo alienati. Nam quum acerrimi viri praeſtantem prudentiam in omnibus rebus cognoſcerent:[2] pertimuerunt,

21. cum illi int. *Ed. Long.* — 22. poſſe *eſt in MS. Dan. Boecl. Ax. Leid.* 2: [*Ed. Bos. et plurimis recentt.*] *Sed abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Wetz. cui langue τὸ* poſſe. *vncinis inclus. Ed. Harl.*] — 23. ieciſſe *MS. Leid.* 2. *In ed. Long. locus legitur* [*aut, iudice Magio, deprauatus eſt*] *ſic:* nam cum illi intelligerent, ſe plurimum obeſſe reip. quod ex ea illum eieciſſent: videbat eos plus irae ſuae, quam vtilitati communi paruiſſe. [*poſt* eieciſſe *deeſſe* ſe, *animaduertit Schmied.*] — 24. Perſe *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Par.* Perſiae *Ed. Ald.* — 25. deinde Celeam *MS. Leid.* 2. dein Deceleam *MS. Voſſ.* 1. deinde Deceleam *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Long. Steph.* [*nec male. graec.* Δεκέλεια.] *Statim* in Affrica *MS. Leid.* 2. — 26. ibi perp. *MS. Dan. Ax.*

1. his verbis rebus *MS. Voſſ.* 2. — 2. congnoſcerent *Ed. Ald.*

*prodeſſe poſſe*] Sic MSS. Dan. et Boecl. Ab aliis τὸ *poſſe* aberat.

7 *Itaque huius conſilio*] Vid. Plutarch. Alcib. c. 23. et in apophth. reg. Thucyd. [6. cap. 88—93. lib. 7. c. 17—19. et lib. 8. c. 5.] Iſocrates or. de Pace et de Bigis, Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas 5, 4. v. 1469. Aelian. 13, 38. Polyaen. 1 etc. [add. Stau.]

*perpetuo ibi*] Dan. inuertebat: *ibi perp.*

*in obſid. Ath. ten.*] Scholia Ariſtoph. loco citato: ἡ δὲ Δεκέλεια χώρα ἐν Ἀττικῇ, ἧς τειχισθείσης μέγας ὁ κίνδυνος Ἀθηναίοις μὴ δυναμένοις ἐξελθεῖν. Aberat autem Athenis maxime ſtadia CXX. Teſtis Thucydides lib. 7.

1 *Nam quum*] Alias odii et timoris cauſſas vide apud Plut.

ne caritate patriae ductus aliquando ab ipſis de-
ſciſceret, et cum ſuis in gratiam rediret. Itaque
tempus eius interficiundi [3] quaerere inſtituerunt.
Id Alcibiadi diutius celari non potuit. Erat 2
enim ea ſagacitate, vt decipi non poſſet, praeſer-
tim quum animum adtendiſſet ad cauendum. Ita-
que ad Tiſſaphernem [4] praefectum regis Darii ſe
contulit. Cuius quum in intimam [5] amicitiam 3
perueniſſet, et Athenienſium, male geſtis in Si-
cilia rebus, opes ſeneſcere, contra Lacedaemo-
niorum [6] creſcere videret: initio cum Piſandro [7],
praetore, qui apud Samum exercitum habebat,
per internuntios colloquitur, et de reditu ſuo fa-
cit mentionem. Erat enim eodem, quo [8] Alci-
biades, ſenſu, populi potentiae non amicus, et
optimatum [9] fautor. Ab hoc [10] deſtitutus, pri- 4

3. interficiundi *MS. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau.* 1. 2. 3] *Sed* interficiendi *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus.* [*et rell.*] interfaciendi *MS. Leid.* 2. *Mox* caelari *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 4. Thiſſaphernem *MS. Leid.* 2. Thyſaphernem *MS. Voſſ.* 1, *Dan. Ed. Med.* Tiſapharnem *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Long.* Tyſaph. *Ed. Iens.* Tyſſaph. *Ed. Par.* — 5. cuius quum int. *MS. Leid.* 2. — 6. Lacedaemonium *MS. Leid.* 2. — 7. Pyſandro *MS. Voſſ.* 1. Pidico *MS. Leid.* 2. Piſancho *Ed. Iens. Med. Par.* — 8. quo *aberat a MS. Voſſ.* 2. — 9. optimatium *MS. Voſſ.* 1. *Statim* fauctor *MS. Voſſ.* 2. — 10. adhoc *MS. Mendos. mox* Traſyb. *MS. Voſſ.* 1.

Alcib. et Thucydid. 8. c. 46. ſqq. Adde Iuſtin. 5, 2. 4 et 5.

*ab ipſis*] MS. Boecl. *ab his.*

*interficiundi*] Sic MS. Dan. ἀρχαϊκῶς.

2 *Erat enim ea ſagac.*] Aliter Iuſtinus 5, 2. qui per vxorem Agidis, quam adulterio cognouerat, id eum reſciſſe ait. [Antea pro *Alcibiadi — celari,* quae quidem rarior eſt ſtructura, Heuſing. ſecundum linguae lat. regulam malit, *id Alcibiades diutius celari non potuit,* quod etiam terſius et latinius eſſe iudicat Ithe. At Stau. ad ed. 3. dubitat, et nihil mutat.]

3 *Cuius quum in int. amic.*] Alias intimae huius amicitiae cauſſas affert Iuſtinus 5, 2. 5. et ſeqq. Adde Maluezz. p. 207 ſqq.

*male geſtis*] V. Thucyd. 8. c. 46. ſqq. et Diodor. Sic. 13, 41.

4 *Ab hoc deſtitutus*] Immo a Piſandro adiutum auctor eſt Thucydides 8, 49 ſq. 53. Itaque Schottus e ſuo codice malebat

mum per Thraſybulum Lyci[11] filium ab exercitu recipitur, praetorque fit apud Samum: poſt ſuffragante Theramene populiſcito[12] reſtituitur, parique abſens imperio praeficitur ſimul cum Thra-
5 ſybulo et Theramene. Horum imperio[13] tanta commutatio rerum facta eſt, vt Lacedaemonii, qui paulo ante victores viguerant, perterriti[14] pacem peterent. Victi enim erant quinque proeliis terreſtribus, tribus naualibus: in quibus ducentas[15] naues triremes amiſerant, quae captae in
6 hoſtium venerant poteſtatem. Alcibiades ſimul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas praeterea vrbes Graecas, quae in ora ſi-

11. Lycei *MS. Dan. Giſ. Mendos. Axen. Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos.* 2. *Heus. Bipont. Ith. Stau.*] *Sed* Licet *MS. Leid.* 2. Lyci *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Bos.* 1. *Pat.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Brem. Heinr. Harl. Wetz. et ego repoſui. Sic enim infra in vita Thraſybuli cap.* 1. *et* Θρασύβουλος ὁ τοῦ Λύκου *eſt ap. Thucyd. VIII,* 75. *Add. Schlegel. l. c. p.* 95.] — 12. populiſcito. *Sic MS. Dan. Ax. Giſ. Leid.* 1. *Ed. Vltrai.* [*Bos.* 2. *et rell. recentt.*] *Sed* plebiſcito *MS. Mendos. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. plebeſcito *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. — 13. horum imperio. *Sic etiam Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. 2. [*Tzſchuck.* 1. 2. *Wetz.*] *Sed* horum in imperio *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Arg. Long. Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*Harl. Ith. Brem. Schmied. Pauſl.*] — 14. praeterriti *MS. Voſſ.* 1. perteriti *Ed. Iens. Med.* — 15. trecentas *MS. Ax.*

*Ad hoc deſtitutus*, et exponebat, Praeterea ab amicis deſertus. quod ineptum eſſe, cuilibet contextum recte inſpicienti manifeſtum eſt.

*Lycei*] Sic Dan. Gifan. Sch. codices. Alii *Lyci.* [vid. V. L.]

*populiſcito*] Repoſui et heic vocem immerito eiectam, auctoritate codicum Gifan. Dan. Leid. et editionis Vltraiectinae adductus. nam in aliis omnibus erat *plebiſcito.* Vide ſupra ad 3, 1. 5. [De Theramene docte copioſeque agit Stauer. ad h. l. in ed. min. add. ibid. Harl.]

*parique abſ. imper. praef.*] Membr. Schotti, [MS. Mendos.] *parique abiens imp. reficitur.*

5 *Horum imperio*] MS. Boecler. *Horum in imp.*

*tanta rerum commutatio facta*] Vide Liuium 2, 39.

*pacem peterent*] Vid. Polyaen. 1. Diod. Sic. 13, 52.

[*quinque proel. terreſtr.*] Cellarius ad h. l. „Difficile eſt, ait, hunc numerum ex hiſtoria probare. Diodor. 13, 50. tan-

tae [16] ſunt Aſiae: quarum expugnarant complures; [17] in his Byzantium. Neque minus multas conſilio ad amicitiam adiunxerant, quod in captos clementia [18] fuerant vſi. Inde [19] praeda onu- 7
ſti, locupletato exercitu, maximis rebus geſtis Athenas venerunt.

VI. His cum obuiam vniuerſa ciuitas in 1
Piraeeum [1] deſcendiſſet, tanta fuit omnium exſpectatio viſendi Alcibiadis, vt ad eius triremem

— 16. hora *MS. Dan. et* ſita *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 17. quar. exp. complur. *Sic etiam MS. Dan. Mendos.* [*Ed. Bos.* 2. *Heus. et rell. recentt.*] *Sed* quar. exp. quam plures *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. *in quo tamen erat* expngnaverant: *vt Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. primo ediderant.* qu. expugnauerant quamplures *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. in duabus tamen poſterioribus eſt* expugnauerat. *Mox* Biſantium *MS. Voſſ.* 2. Bacantium *MS. Leid.* 2. Bizantium *Ed. Iens. Med. Arg. Long.* — 18. dementia *Ed. Iens. Med.* — 19. ita *MS. Dan. Ax. Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* in *Ed. Iens. Med. Debebat ſcribi* iñ. *Mox* honuſti *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Tum* locupleto *MS. Voſſ.* 1.

1. Pyreum *MS. Leid.* 2. Piraeum *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Par. vbique.* Pyraeum *Ed. Arg. vbique, Long.* [Pyraeeum *Ed. Bos.* 2. *Stau. Wetz. Heus. Bipont. vitioſe; et tamen paullo poſt in ed. Bos. recte ſcriptum eſt* Piraeeum; *gr. enim* Πειραῖος, Πειραιεύς. *Quare ego cum Mag. Lamb. et rell. recentt. hic correxi* Piraeeum *et ſic quoque ſuaſit Schlegel l. c. p.* 58.]

tum vnius meminit terreſtris apud Cyzicum: Plutarch. ſ. 207 ſq. praeter illud Cyzicenum, aliquot pugnas aduerſus auxilia Spartanorum, quae Pharnabazus adduxerat, memorauit, etiam vrbes expugnatas, eiecto Peloponeſiorum praeſidio. Navales autem pugnae facilius numerantur. Duae apud Abydum, (quamquam priori Alcibiades non interfuit,) Diodor. 13, 40. et 46. tertia apud Cyzicum, idem cap. 50." De ducentis nau. v. Weſſel. ad Diod. Sic. lib. 13. cap. 68.]

6 *Quarum expugnarant complures*] Sic et MS. Dan. ac Sch. praeferebatque etiam Lambinus. Alii *quamplures*. Pet. Daniel putabat leg. *quas exp. complures*. ſed inuitis libris.

*in his Byzantium*] Vide auctores modo laudatos. Plutarch. c. 28—31.

*quod in captos clementia fu. vſi*] Vide Gebhardo laudatos Curtium 9, 1. 22 ſeq 7, 16. 17. 8, 14. 41 et Diodorum prooem. lib. 15.

7 *Inde*] Quaedam edd. *Ita.*

vulgus conflueret, proinde[2] ac ſi ſolus aduenifſet.
2 Sic enim populo erat perſuaſum, et aduerſas[3] ſuperiores, et praeſentes ſecundas res acci-diſſe eius opera. Itaque et Siciliae amiſſum,[4] et Lacedaemoniorum victorias culpae ſuae tribuebant, quod talem virum e ciuitate expuliſſent.[5] Neque id ſine cauſſa arbitrari videbantur. Nam poſtquam exercitui praeeſſe coeperat, neque ter-
3 ra, neque mari hoſtes pares eſſe potuerant.[6] Hic vt naui[7] egreſſus eſt, quamquam Theramenes et Thraſybulus eisdem rebus praefuerant, ſimulque venerant in Piraeeum, tamen illum vnum[8] omnes proſequebantur, et, id quod numquam antea

2. perinde *Ed. Med. Arg. Paris. Ald. Steph. Gebh. Boecl.* [*Bos.* 2. *Stau.* 1. *Heus. Ith. Wetz. Schmied. Bip. Brem.*] *Sed* proinde *MS. Dan. Leid.* 2. *Ed. Lamb.* [*Stau.* 2. 3. (*qui laudat Oudend. ad Iul. Caes. III. B. Ciu. cap.* 1. *p.* 661.) *Tzſchuck.* 1. 2. *quos ſum ſequutus.*] — 3. aduerſus *Ed. Iens. Med.* — 4. amiſſum. *Sic MS. Dan. Gif. Leid.* 2. *Ed. Par. Ald. Sed* amiſſum imperium *MS. Voſſ.* 1. admiſſum *MS. Ax. Mendoſ. Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Weſterhou. ad Terent. Eun. I.* 2. 81. *coniecit* Siciliam amiſſam. [*ſed v. Stau. ad ed.* 3.] — 5. extuliſſent *Ed. Med. Mox* cauſa *MS. Leid.* 2. *dein* ceperat *Ed. Arg. Long.* — 6. potuerunt *Ed. Arg. Long.* — 7. vt e naui *MS. Leid.* 1. 2. *Mox* iisdem *Ed. Mag.* — 8. vnum illum *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ax. Leid.* 2. *Statim* omnes *aberat a MS. Leid.* 2. *et deinde idem liber exhibebat* perſequebantur: *quae ipſa lectio eſt Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. ſollemni permutatione.*

1 *Perinde*] MS. Dan. *proinde*, vt 6, 2. 2 et infra ſ. 4.

2 *Sic enim populo*] Praeter ſcriptores modo laudatos v. Iſocrat. or. ad Philipp.

*amiſſum*] Sic Aldus edidit, firmantque MSS. meliores, in his Dan. et Gif. Vid. Gif. Ind. Lucr. v. *Refutatus.* Dictum vero, vt *emiſſus* ap. Lucretium 4, 205 et ſimilia alia, collecta eidem Gifanio in *coniectus*, et eruditiſſ. Gronouio Obſeruat. 3, 21. Magius tamen et Schedae Schotti *admiſſum.* quod poſſis exponere, peccatum, erratum: nam *admittere* interdum eſt committere, perpetrare. Sed altera lectio haud dubie melior.

*potuerant*] Alii *potuerunt.*

3. *Hic vt naui*] Leid. *Vt e naui.* Mox Dan. *vnum illum.*

*proſequebantur*] Quidam libri, teſte Lambino, *perſequebantur.*

vſu venerat, [9] niſi Olympiae victoribus, coronis aureis aeneisque vulgo donabatur. Ille lacrimans [10]

9. euenerat *Ed. Arg. Long.* vſ venerat *Ed. Iens.* vsuenerat *Ed. Med.* — 10. lacrimans *MS. Voſſ.* 1. [*Ed. Stau. et al.*] lacrumans *MS. Dan.* [*Ed. Tzſchuck.*] lachrymans *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. vbique.*

*niſi Olympiae victoribus*] *Atqui nemo (ni ſallor) coronas Olympicas aureas aeneasue fuiſſe litteris prodidit: in reliquis quoque ſacris Graeciae agonibus nullus dicit, victoribus tales datas eſſe coronas. Nam, (vt a quibusdam ſcriptum inuenio,) qui Olympicis certaminibus viciſſet, coronam ex olea, vt aliis placet, ex oleaſtro reportabat: qui Pythiis, lauream coronam cum malis: qui Iſthmiis, ex pinu confectam: qui vero Nemaeis, apio coronabatur.* Ita Magius ad h. l. quem et Lambinus ſequitur. Quare ita exiſtimat, *Noſtrum non innuere, conſuetudinem in Graecia fuiſſe, vt Olympiae victores aureis aeneisque coronis donarentur; ſed genera duntaxat coronarum in Alcibiade expreſſiſſe, in Olympionicis vero non item: ad hos enim genus, ad Alcibiadem ſpecies intendere.* Olympionicas tamen denique non oleaginis modo coronis, vt antiquitus, ſed aliquando aureis quoque, donatos fuiſſe, etiam e Pindaro Olympior. 8 ſtroph. 1, Thucydide lib. 4. ſub ſin. et Tertulliano de anima c. 29 pridem docuerunt viri docti, in his Muretus Var. lection. 15, 7 et Pet. Faber Agoniſtici 2, 22. Quanquam apud Pindarum ἀέθλους χρυσοςεφάνους, quorum *mater* Olympia dicitur, καλλιςεφάνους interpretantur non modo recentiores Interpretes, ſed etiam Scholia Graeca vetera, ipſamque oleam victoribus datam καλλιςέφανον cognominari volunt. quod prolixe refellit Faber.

*coronis aureis*] Plura Freinſhemius ad Curtii 4, 5. 11. De Romanis exempla habes apud Plinium 33, 3 extr. et eiuſd. lib. cap. 4.

*aeneisque*] Muretus, loco paullo ante laudato, quum haec Nepotis verba adduxiſſet, *Cur,* inquit, *aeneas quoque coronas addat, non immerito quaeri poteſt. Nam vt Glauci Homerici vecordia ridetur, permutantis χρύσεα χαλκείων; ita ridicula videri poteſt haec χρυσέων καὶ χαλκείων permiſtio. Ego vero non dubito, quin verba corrupta ſint, ita vt legendum ſit* taeniisque. *Solebant enim ſere taeniae cum coronis coniungi. Empedocles:* Ταινίαις τε περίςεπτος ςίφεσί τε θαλείοις. *Idque manifeſto confirmat, quod apud Thucydidem (lib. 4 c. 121.) de Braſida legitur: quem Scionaei re praeclare geſta, vt Olympionicen excepiſſe, et vt Graeciae liberatorem corona aurea et taeniis reuinxiſſe dicuntur. Athletam enim quum dicit, Olympionicen intelligit.* Haec Muretus, quem, ſed ſuppreſſo illius nomine, ſequitur nuperus ſcriptor Agoniſticae ſacrae, Iacobus Lydius, cap. 45 p. 175. Gebhardus tamen ineptum cenſebat, cogitare, Hiſtoricum breuitatis diligentem, prolixum eſſe voluiſſe commemorandis coronarum acceſſoriis, quae adeſſe, illis temporibus nemo ignoraret. Quare tuebatur vulg. lectionem, et

talem beneuolentiam [11] ciuium ſuorum accipiebat,
4 reminiſcens priſtini temporis acerbitatem. Poſtquam aſtu [12] venit, concione aduocata ſic verba

11. beniuol. *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mox* reminiſci *MS. Dan.* — 12. aſty *Ed. Ald. Lamb. Boecl. Keuch.* [*Bos.* 1. 2. *Wetz.*] *Sed* aſtu *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Stau.* 1. 2. 3. *Pat. Heus.*

explicabat, Alcibiadem a populo duplici coronarum genere, pro facultatibus cuiuslibet, eſſe donatum: a diuitibus, *aureis;* a pauperibus, *aeneis.* Boeclerus aliquando legendum arbitrabatur *aureis aeneisque ſtatuis,* ductus ſimilitudine loci 16, 5. 5. vbi Pelopidam interſectum *coronis aureis et ſtatuis aeneis donauerunt.* Quam emendationem idcirco reiicit nuperus Corneliani Indicis interpolator, quod Nepos vocem *ſtatuis* praemiſſurus potius fuerit; quo modo in duobus alteris locis 16, 5. 5. 23, 9. 3, hoc modo *ſtatuisque aeneis:* praeſertim cum h. l. aliud ſubſtantiuum iam praemiſerit adiectiuo, ſcripſeritque *coronis aureis*, non *aureis coronis.* At quis neſcit, plerosque ſcriptores veteres non adeo accurate ſemper verba ordinare? Quod autem ipſe mauult τὸ *aeneis* abſolute poſitum, ſubaudiendumque ſubſtantiuum *ſtatuis*, vt in illo Varronis apud Nonium: *Hic Demetrius aeneas tot aptu'ſt*, (ſic ſcribere debebat) *Quot luces habet annus abſolutus:* id quam ineptum ſit, nemo non videt. Quis enim credat, tam obſcure et ambigue loqui potuiſſe Noſtrum? nemo enim haec lecturus erat, quin τὸ *aeneasque* ad *coronas* referret. Mihi, dum melior nulla ſuppeditat, expoſitio Gebhardi placet. praeſertim quum *aeneis coronis* veteres vſos fuiſſe, clare adpareat e Plinio Nat. hiſt. 21, 2 et 34, 8. quanquam idem inter Romanos vſitatas lib. 22, 3. non memorat. [Ruhnken. ad Timaei Gloſſ. p. 176. ed. pr. *Fiſch.* Stau. ad ed. 3. malit cum Mureto praeferre *taeniisque*, quod Plutarch. in Alcib. p. 210 ſimpliciter ſcribat eum coronatum στεφάνοις χρυσοῖς. Idem Plut. addit, eum terra marique στρατηγὸν αὐτοκράτορα eſſe creatum, id quod confirmatur a Nepote cap. 7. et a Diodoro Sic. libr. XIII. cap. 69.]

*lacrimans*] Vt multi alii, quibus inſperata aut ſubita felicitas obtigit. De cuiusmodi lacrimis, earumque cauſſis et exemplis, paſſim viri docti: in his Rittershuſius ad Guntheri Ligurinum 8, 2. Lindenbrogius et Weitzius ad Terentii Adelph. 3, 4. 46; hic etiam ad Heautontimor. 2, 3. 65; Caſaubonus ad Suetonii Aug. 58 et prolixe Tob. Magirus in Polymnemone, tit. *Gaudium*, a num. 27 ad 37 vsque, et tit. *Lacrimae*, num. 5. Ex gaudio ortas plerique volunt. Sed recte obſeruauit magnus Voſſius Theolog. gentil. 3, 47. in multis huiusmodi exemplis fletum obtingere potius ex recordatione prioris fortunae aut miſeriae, quam gaudio ex praeſenti felicitate. Quomodo et Noſter recordationi *priſtini temporis acerbitatis* lacrimas Alcibiadis imputat.

*reminiſcens*] Cod. Dan. *reminiſci.* An igitur expungendum τὸ *accipiens*, et verbum *lacrimans* actiue, vt commate ſequenti, accipiendum?

fecit,[13] vt nemo tam ferus fuerit, quin eius caſum lacrimarit, inimicumque his ſe[14] oſtenderit, quorum opera patria pulſus fuerat, proinde[15] ac ſi alius populus, non ille ipſe, qui tum flebat, eum ſacrilegii damnaſſet. Reſtituta ergo[16] huic ſunt publice bona: iidemque[17] illi Eumolpidae[18] ſacerdotes rurſus reſacrare[19] ſunt coacti, qui eum

[*Tzſchuck. et rell. v. ad II.* 2, 8.] *Statim* cepit, e conc. *MS. Voſſ.* 2. — 13. facit *MS. Voſſ.* 2. *tum* cauſam *ed. Vltrai. et* lacrumarit *MS. Dan.* — 14. iis ſe *MS. Voſſ.* 1. *Mox* epulſus *MS. Voſſ.* 2. — 15. perinde *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Pat. Recte, vt ſect.* 1. [*Sed melius* proinde *Ed. Lamb. Bos. et rell.*] — 16. ergo *aberat a MS. Leid.* 2. — 17. eidemque *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Leid.* 2. iidem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.* — 18. Olympidae *MS. Mendos. Gif. Dan. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. Olympiadae *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Olmpide *MS. Ax. Statim* ſacerdotes ac Ceryces *Ed. Ald. Lamb.* — 19. reſacrare. *Ita MS. Dan. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb.* [*Bos. Heus. et rell.*] *Sed* reſecrare *Ed. Gebh. Keuch.*

4 *Ac ſi alius populus*] Similiter Tacitus 1. Hiſt. 45, 1, vbi de Othone ad imperium euecto: *Alium crederes ſenatum, alium populum etc.* Et 11. Hiſt. 90, 1. de Vitellio: *tanquam apud alterius ciuitatis ſenatum populumque magnificam orationem de ſemetipſo promſit.* Apud eundem primores ciuitatis 2. Hiſt. 64, 3. *Populi mobilem animum; et ſi ſe ducem praebuiſſet, easdem illas adulationes pro Veſpaſiano fore.* Simile inconſtantiae popularis exemplum in Cicerone habes, olim expulſo, et poſt humeris totius Italiae reportato. Praeſens pluribus illuſtrat Maluezzus p. 222 ſeqq.

5 *Eumolpidae*] MSS. *Olympidae.* ſed vide ad c. 4, 5 dicta.

*rurſus reſacrare*] Lambinus mallet *reſecrare.* v. ind. MS. Ernſtii vox *rurſus* aberat. Sed vide denuo Indicem, voce *Rurſus.* [Primum in indice *reſacrare* explicatur, religione deuotionis ſoluere; exſecrationem in alicuius caput factam irritam facere. Tum citantur Feſtus in *reſecrat*, et ex Ernſtii nota, Petri Pithoei libr. I. Aduerſar. ſubſeciuor. cap. 14. et Heraldi animadu. ad Arnobii libr. I. p. 33. quibus adduntur Turneb. aduerſar. 18, 25. et interpretes ad Plaut. Aulular. 4, 7, 4. et Perſ. 1, 1, 48. Schottus autem rectius eſſe ait *reſecrare*, quomodo etiam ap. Plaut. loco cit. ac Feſtum l. c. ſcribitur. Sed v. Stau. ad ed. 3. h. l. qui addit, non ſemper in compoſitis veteres ſonum ſimplicis voc. mutaſſe, prouocatque ad Broukh. ad Propert. II. 24, 22. Sed conf. ibid. not. Burmanni II. Sic etiam *detractare* et alia. v. Gottl. Kortte diſp. de vſu orthogr. lat. cap. III. §. VI. et VII. in tom. II. Cellar. Orthogr.

deuouerant: pilaeque illae,[20] in quibus deuotio fuerat ſcripta, in mare praecipitatae.

1 VII. Haec Alcibiadi[1] laetitia non nimis[2] fuit diuturna. Nam cum ei[3] omnes eſſent honores decreti, totaque reſpublica domi bellique tradita, vt vnius arbitrio gereretur; et ipſe poſtulaſſet, vt duo ſibi collegae darentur, Thraſybulus et Adimantus,[4] neque id negatum eſſet: claſſe iam[5] in Aſiam profectus, quod apud Cymen[6] minus ex ſententia rem geſſerat, in inuidiam[7]
2 recidit. Nihil enim eum non efficere poſſe du-

20. pilasque illas *MS. Ax. Voſſ.* 2. *et Boecl. a manu ſec. et* praecipitare *iidem.*

1. Hoc Alc. *MS. Voſſ.* 2. *In ed. Arg. eſt* laeticia *vbique.* — 2. non nimis. *Sic MS. Gif. Mendos. Boecl. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos. et rel. recc.*] *Sed* minus *Ed. Long. Lamb. Mag. Pat.* [*Stau.* 2. *ſ. ed. min. quod temporis breuitati exprimendae aptius videtur Heuſing.*] nimis *MS. Dan.* — 2. ei *aberat a MS. Leid.* 2. *Statim* omnes eſſent *MS. Dan. Leid.* 2. [*Ed. Bos. Stau. Heus. Ith. Brem. Schmied.*] *Sed* eſſent omnes *Ed. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Wetz.*] eſſent *omiſſo* τῷ omnes *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.* eſſent *aberat a MS. Ax. Voſſ.* 2. — 4. Thraſibulus et Adamanthus *MS. Voſſ.* 1. Traſib. et Adim. *Ed. Ald.* — 5. iam. *Sic MS. Ax. Aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Pat.* — 6. Symen *Ed. Long. et Mag. etiam ſect.* 2. — 7. in-

lat. edit. Harles. p. 58 ſqq. et 62 ſqq. ac Burm. ad Ouid. Metam. V. 246 et Triſt. II. 337. De pleonaſmo *rurſus reſacr.* in indice *redire rurſum* ap. Terent. Eun. 4, 2, 6. *redire rurſus* ap. Flor. 1, 3, 9 et 1, 11, 14. aliaque adferuntur, et Stauer. laudat Snakenb. ad Curt. libr. 3. cap. 11. §. 14.]

1 *Non nimis*] Sic repoſui e MSS. Gif. Schot. et Boecl. apparentque huius lectionis veſtigia etiam in Excerptis Dan. quae habent *nimis.* Vulgo erat *minus.*

*omnes eſſent*] Sic Dan. Alii inuertunt. [Plutarch. c. 33.]

*vt duo ſibi collegae*] V. ſupra ad c. 3, 1.

[*Thraſybulus*] Conſentit Diodor. Sic. lib. XIII. c. 69. vbi v. Weſſel. Sed pro Thraſybulo Xenoph. in Hiſt. Gr. I. c. 4, 21. memorat *Ariſtocratem.*]

*claſſe iam in Aſ.*] Ita MS. Boecl. Alii τὸ *iam* abeſt.

*quod apud Cymen minus ex ſentent. rem geſſ.*] Plura de hoc vulgi more, eiusque cauſſis, Maluezzus p. 228 et ſeqq. De Alcibiade adde Plutarchum p. 211. c. 35 ſq.

*in inuidiam*] Ita et Xenophon [Hiſt. Gr. 1, 5, 16.]. Plutarchus

cebant. ex quo fiebat, vt omnia minus proſpere
geſta eius [8] culpae tribuerent, quum eum aut [9]
negligenter, aut malitioſe feciſſe loquerentur:
ſicut tum [10] accidit. Nam corruptum a rege ca-
pere Cymen noluiſſe, arguebant. Itaque huic 3
maxime putamus malo fuiſſe [11] nimiam opinionem

K 2

vidiam, *omiſſo τῷ* in, *MS. Leid.* 2. — eius *aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ax.* — 9. aut eum *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Mox* loqueretur *MS. Leid.* 2. — 10. tum. *Ita MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Long.* [*Bos. Heus. et rell. recc. praeter Tzſchuck.* 2. *in qua legitur* tunc.] *Sed* tamen *MS. Leid.* 2. *Abeſt ab Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Paullo poſt Tzſchuck. ad ed.* 2. *coniic.* Cymen voluiſſe.] — 11. maximo malo imputamus cauſſam fuiſſe *MS. Boecl. Voſſ.* 2.

ait, a Thraſybulo accuſatum idque multis criminibus; Diodorus 13, 73 ſq. partim a Cumaeis, quod vrbem ſociorum oppugnaſſet, agrumque vaſtaſſet; partim a militibus quibusdam, quod Lacedaemoniorum rebus ſtuderet, et amicitiam cum Pharnabazo coleret.

2 *Eius culpae*] MS. Boecl. *eius* aberat.

*negligenter aut malitioſe*] V. Iuſtin. 5, 5. 4 ſeqq.

*capere Cymen noluiſſe*] Atqui foederata vrbs Cyme, ac proinde capi ne quidem debuit. Et accuſatum idcirco a Cymaeis Alcibiadem Diodorus ait. Quid igitur? An legendum *voluiſſe?* Atqui repugnant, quae praeceſſere. Neque Diodorus ait, *capere voluiſſe Cymen*, ſed agros eorum vaſtaſſe, ipſosque ad pugnam prouocaſſe. An de alia vrbe cogitabimus? Ita volebat vir doctus. Sed quid prohibet, etiam foederatam vrbem tentatam Athenienſium arcano iuſſu credere? Certe Diodorus l. c. non ait, idcirco deiectum imperio, quod Cymaeos aggreſſus fuiſſet, ſed tantum ob *τὰ περὶ τὴν Κύμην ἡμαρτημένα, ea quae circa Cymen peccaſſet.* [Sed Weſſeling. ad Diod. Sic. l. c. reiicit Boſii opinionem de arcano Athenienſium iuſſu. Conf. Stau. not. ad ed. 2 et 3.]

3 *Maxime put. malo fu. n. o.*] Sic Lambinus edidit. Dictumque, vt *eſſe calamitati, inuidiae, gloriae, opprobrio, perniciei, praeſidio.* quarum locutionum exempla vide in Ind. v. *Eſſe.* Cicero ad Att. 14, 21 de Caeſare: *clementiam illi malo fuiſſe, qua ſi vſus non eſſet, nihil ei tale accidere potuiſſe.* Vulgati fere omnes: *imputamus malo cauſſam fu.* plane inepte et soloece, Lambini iudicio. A Codice tamen Danielis *τὸ cauſſam* aberat. MS. Boecl. *huic maximo malo, imputamus cauſſam fu. n. o.* Locus haud dubie corruptus, cui vix medeare ſine meliorum codicum auxilio.

*nimiam opinionem ingenii atque virtutis*] Nepos non tam Alcibiadis ipſius, quam populi *opinionem* de ingenio ac virtute eius deſignat.

ingenii atque virtutis. Timebatur enim non minus, quam diligebatur; ne ſecunda fortuna, magniſque opibus elatus, [12] tyrannidem concupiſceret. Quibus rebus factum eſt, vt abſenti magiſtratum abrogarent, et alium in eius locum ſubſtituerent.
4 Id ille vt audiuit, domum reuerti noluit, et ſe

*Ax.* maxime imputamus malo cauſſam f. *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* maxime putamus malo cauſſam fuiſſe *MS. Voſſ.* 1. [*Ed. Harl. Similiter Stau* 3. *et Tzſchuck. niſi vt in ed.* 1. *eſſet* fuiſſe cauſſam, *in ed.* 2. *autem τὸ* cauſſam, *quia langueat, vncinis includeretur.*] maxime imputamus malo fuiſſe *MS. Dan.* [*Lectio Lamb. a Boſio (v. not.) recepta, eſt quoque in ed. Stau.* 1. 2. *Heus. Ith. Brem. Bip. Wetz. Schmied. Heuſing. tamen in notis coniecit,* huic maxime malorum putamus cauſſam fuiſſe: *et conſentit Kapp. etiam ſuſpicatus* huic maximorum putamus malorum c. f. *Bremi autem putabat, ſi τὸ* cauſſam, *forſan minus recte eiectum, retineatur, legendum eſſe* malorum fuiſſe cauſſam.] — 12. elatus opibus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. melius, puto.*

*alium*] Cononem ſuffectum ait Iuſtin. 5, 5. 4 et 5, 6. 1. [Alii plures, aut decem memorant, et Cononi primum tribuunt locum. v. Xenoph. Hiſt. Gr. 1, 5. 10 et Diodor. Sic. 13, 74. Plutarch. in Alcib. p. 211. ἑταίρους, ait, εἵλοντο στρατηγούς. Conf. Stau. not. ad min. f. 2. edit.]

4 *Et ſe Pactyen c.*] Mira in libris varietas. Vulgati ante Longolium *Pataram* exhibent, quod merito ſuſpectum Longolio. Patara enim Lyciae ciuitas, vt e Scylacis periplo, Strabone 14, Mela 1, 15, Plinio 5, 17, Ptolemaeo 5, 2, Euſtathio ad Dionyſium, aliisque cognoſcimus. At Alcibiadem *in Thraciam ſe contuliſſe*, ſequentia docent. Et Patara longius diſtabant Hellesponto, circa quem hucusque egerat. Praeterea Patara plurali, non ſingulari numero dicta, Graece τὰ Πάταρα. nullus ergo locus τῷ *Pataram* relinquitur. Idem Longolius ait, vet. codicem habuiſſe *Parinthum.* Itaque legendum putabat *Perinthum.* quod in textum recepere Lambinus, Sauaro, et quicunque poſt eos Nepotem ediderunt. etſi iam Magius monuerat, ſe in nullo exemplari *Parinthum* aut *Perinthum* legiſſe. quod neque poſtea quisquam, quod ſciam, reperit. neque iuuat Longolium, quod *Byzia*, cuius mox Noſter meminit, haud longe Perintho abſit. nam et falſum hoc, cum Byzia haud procul Salmydeſſo ſinu ad Pontum Euxinum; Perinthus haud longe ab oſtio Propontidis ſita fuerit: et, corruptam eſſe eam vocem, mox patebit. Denique veteris editionis, in qua Lambinus ait fuiſſe *Peritam*, non maior eſt auctoritas, quam aliarum, quae *Pataram* habent. E manu exaratis Puteaneus habuit *patere pactis;* Sauaronis *Petye;* Danielis optimus, *Pactyae.* Vnde

Pactyen [13] contulit, ibique tria caſtella commu-

*Mox in Ed. Arg.* factum, *omiſſo* τῷ eſt, *et* abrogaret, *operarum errore pro* abrogarēt. — 13. Pactyen. *Probat hanc lectionem Weſſeling. ad Diodor. Sic. tom. I. p.* 600. [*et ſic ex Bos.* 2. *reſcripſerunt Heus. et rell. re-*

non dubitaui cum Ortelio reponere *Pactyen.* Fuit autem Pactye, Graecis Πακτύη, vrbs in Iſthmo Cherſoneſi Thracicae haud procul ore Propontidos ſita: cuius meminere Periplus, qui vulgo ſub nomine Scylacis Caryandenſis circumfertur, p. 27, Scymnus Chius in fragmento Peripli, ab Hoeſchelio primum ſub nomine Marciani Heracleotae edito, prope finem, Excerpta Strabonis ſub fin. libri 7, Solinus 16, Ptolemaeus 3, 11. Corruptum eius nomen apud Plinium N. H, 4, 11 *Illuſtrant duae vrbes vtrinque littora, quae haud disſimili modo tenuere: Pactiae a Propontide, Cardia a Melane.* legendum *Pactye.* Huc ſe contuliſſe Alcibiadem, facile ſibi perſuadebit, qui in *Thraciam* eum *introiiſſe*, ſiue *ad caſtella ſua* in Cherſoneſum nauigaſſe; et, quum fruſtra Cymaeorum agrum vaſtaſſet, *Mitylenen*, Lesbi vrbem, *regreſſum*; denique paullo poſt *propinquum* claſſe Athenienſium, quae ad Aegos potamos ſubſiſtebat, fuiſſe, cogitauerit: quorum illud Nepos et Xenophon Hiſt. Graec. iſtud Diodorus, hoc Plutarchus p. 212, tradunt. Et dubitationem omnem tollit Diodorus 13, 74: qui quum retuliſſet, *Alcibiadem, magiſtratu cedentem, Cononi*, nouo praetori, *tradidiſſe exercitum*, diſerte ſubdit, *deſperato Athenas reditu, cum vna triremi Pactyen Thraciae conceſſiſſe.* μετὰ δὲ τριήρους μιᾶς εἰς Πακτύην τῆς Θράκης ἀπεχώρησε. quem locum miror viros doctos non obſeruaſſe. Magius tamen opinabatur, Nepotem regionem quandam potius, quam vrbem, ſignificare voluiſſe: quod addat, Alcibiadem *ibi tria caſtella communiuiſſe.* Abſurdum enim eſſe cenſere, ea fuiſſe in vrbe communita. At quis dubitet, poſſe τὸ *ibi* et tractum circumuicinum, vt alibi, ſignificare? Non magis probare poſſum, quod addit, videri caſtella haec non in Thracia, ſed alibi, munita: quum Nepos dicat, Alcibiadem, poſtquam ea muniuiſſet, *manum collegiſſe, et in Thraciam introiiſſe.* Nusquam enim ait, id *poſtea* demum factum: ſed ſolummodo, *primum* Graecorum *manu collecta in Thraciam introiiſſe.* Et ſtatim illuc transiiſſe, clare docent verba Diodori, modo adducta. Plutarchus quoque in Lyſandro p. 435 *e caſtris in Cherſoneſum* (Thracicam puta) *nauigaſſe*, ait.

*tria caſtella*] Quae in Cherſoneſo Thracica habebat. Xenophon 1. hiſt. Graecae: Λαβὼν τριήρη μίαν, ἀπέπλευσεν ἐς Χερῥόνησον, ἐς τὰ ἑαυτοῦ τείχη. Plutarchus Lyſandro p. 438 ἐτύγχανε (Ἀλκιβιάδης) περὶ Χερῥόνησον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ τείχεσι διαιτώμενος. Prope Biſanthem ſita fuiſſe, ex eodem Plutarcho in Alcibiade colligas: qui ait inter capita accuſationis Alcibiadis fuiſſet et τῶν τειχῶν κατασκευὴν, ἃ κατεσκεύασε ἐν Θράκῃ περὶ Βυσάνθην (ſeu, vt in Codice Vulcobiano fuit, περὶ Θράκην ἐπὶ Βυσάνθην) αὐτῷ καταφυγήν. Niſi tamen τείχη illa de muris aut propugnaculis circa ipſam Byſanthen exſtructis accipienda ſunt.

niuit, [14] Bornos, Biſanthen, Neontichos: [15] ma-

*centt.*] *Sed* Pataram *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* Pateram *MS. Ax.*, *Voſſ.* 2. *in cuius marg. notata erat gloſſa* proprium nomen loci. Pactyes *MS. Leid.* 2. Pactyae *MS. Dan.* Pethye *MS. Voſſ.* 1. Perinthum *Ed. Lamb. Sau. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* Parinthum *MS. Long.* Perye *MS. Sau.* patere pactis *MS. Put.* — 14. communiit *Ed. Ald. Stau.* 2. — 15. [Biſanth *Ed. Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Ith. Brem. Heinr. Schmied. quia codd. quidam exhibent vel* Biſan *vel* Biram, *et ego reſcripſi.* Byſanth. *Bos.* 2. *Stau. Heus. Wetz.*] Biziam, Themeontichos *MS. Leid.* 2. Byzam, Themeontichos *MS. Voſſ.* 1. Byzam, Themeonticos *MS. Voſſ.* 2. Biram, Themeonticos *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* Bizam Themeonticos *Ed. Arg. Long. Mag.* Byziam Themeontieos *Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. Biſan *MS. Ax.* Byziam Macrontichos *Ed. Gebh. Keuch.* [Neonteichos *Ed. Heinr.* Neontichos *reli.*]

*Bornos*] Nuſquam alibi, quod ſciam, huius loci mentio. Itaque verane ſit lectio, an corrupta, adfirmare non poſſumus. *Ornos* inter XIV vrbes Prouinciae Thraciae Europae recenſet Notitia veterum Prouinciarum et vrbium Imperatori Romano Conſtantinopoli ſedenti ſubiectarum, apud Carolum a S. Paulo in Parergo Geographiae ſacrae, p. 20. Qui an heic reponi poſſint, diſpiciant doctiores.

*Byſanthen, Neontichos*] Vulgo eſt *Byziam, Themeonticos.* Alii *Bizam* habent: vetuſti codices, Magio teſte, *Byram. Byziam* Thraciae vrbem, et quondam arcem regum Thraciae ſignificari volunt Longolius et Lambinus. Meminere eius Plinius Nat. hiſt. 4, 11 et Solinus cap. 16. Graeci Βιζύην ſcribunt, vt Ptolemaeus 3, 11, Stephanus, et Notitia Prouinciarum paullo ante laudata. Notitiae Patriarchatuum et Epiſcopatuum Vaticana et Pariſienſis, apud Carolum a S. Paulo, et Nilus Doxapatrius apud Leon. Allatium de Conſenſ. eccleſ. Orient. et Occident. 1, 24, inter ſedes Archiepiſcopales Thraciae Europae recenſent. Epiſcopos eius, Lucianum Acta Concilii Chalcedonenſis actione 16; quae et parte 3 epiſtolam eius ad Leonem Imp. exhibent: Theodorum, Acta Synodi quintae Generalis, collatione 8, memorant. Sed vix credibile eſt, hanc ab Alcibiade munitam; quum ad ſinum Halmydeſſum, vt diximus, et verſus Haemum montem ſita, eoque remotior a Pactye, quo conceſſerat, fuerit, quam vt *ibi* communita poſſit dici. *Bizae* et *Byrae* nemo veterum meminit. Circa Byſanthen exſtructa ab Alcibiade τείχη, ſupra e Plutarcho diximus. Itaque Abr. Ortelius putabat, legendum, *Byſanthen, Macrontichos. Byſanthen,* Thraciae oppidum, medio fere inter Perinthum et Pactyen collocat Ptolemaeus 3, 11, aitque et *Rhaedeſton* dici. Mela 2, 2, 72. [p. 143. ed. Abr. Gron.] vocat *Byſanthen Samiorum,* quomodo et Epitomae Stephani eſt ἄποικος Σαμίων: ſed perperam *Macedoniae vrbs* κατὰ Θρᾴκην Ἑλλήνις dicitur. Plinius quoque ad Propontidem in finibus Cherſoneſi conſtituit, Nat. Hiſt. 4, 11. Ac, niſi fallor, idem mox *Reſiſton* vocat, in Cherſoneſo ad Propontidem

nuque collecta [16] primus Graeciae ciuitatis [17] in

16. collecta. *Ita Ed. Long. Lamb.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* coniecta *MS. Dan. Mendoſ. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. — 17. ciuitatis. *Legebatur in MS. Leid.* 2. *Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2.

*ex aduerſo Coloniae Pariae* ſitam: quam et Itinerarium, quod Antonino tribuitur, ſemel iterumque inter Apion et Heracleam interponit. Quanquam non ignoro, Ortelium in Tab. veteris Thraciae Reſiſton a Byſanthe diſtinguere ac in interioribus ad flumen Arzum collocare. *Macrontichos*, Graecis μακρὸν τεῖχος, Mela inter Byſanthen ac Cypſellam et Lyſimachiam; Ptolemaeus (quem ſequitur Graecia Sophiani) inter Byſanthen et Pactyen ponit. Plinius cum Cypſella et Biſanthe coniungit, ſed addit, *a Proponide ad Melanem ſinum inter duo maria porrectis muris, procurrentem excludere Cherſoneſum.* Et mox *Longos muros* vocans, quinque millibus paſſuum Lyſimachiam inde diſtare ſcribit. Atque hunc ſequi videtur Ortelius, Macrontichos aequali fere ſpatio a Cardia et Lyſimachia remouens, inque medio Iſthmo conſtituens. In Tabulae Peutingerianae ſegmento 6 corrupte *Macronteros* dicitur, poniturque inter Heracleam et Callipolin. Potuit igitur, ſi locorum ſitum reſpicimus, et *Byſanthe* et *Macrontichos* eſſe inter caſtella ab Alcibiade prope Pactyen communita. Sed quoniam poſterior a vulgata lectione aliquanto longius recedit, potius eſt, vt cum doctiſſimo viro, et de vetere Geographia egregie merito, Iſaaco Voſſio in not. ad Iuſtini 9 legamus *Byſanthen, Neontichos.* Fuit autem Νέον τεῖχος Thraciae oppidulum, haud procul Heraclea et Perintho. Docet Periplus, quae ſub Scylacis nomine circumfertur, in deſcriptione Thraciae: Μετὰ τὴν Χεῤῥόνησον ἐστι Θράκια τείχη τάδε· πρῶτον, Λευκὴ ἀκτὴ, Τειρίστασις, Ἡράκλεια, Γάνος, Γάνιαι, Νέον τεῖχος, Πέρινθος πόλις καὶ λιμὴν etc. Ortelius in tabula Thraciae inter Byſanthen et Pactyen collocat, vocatque *Nouum murum Xenophontis.* Eodem nomine fuit oppidum quoddam Aeolidis, Plinio 5, 20, Stephano, et Suidae; et aliud in Iſthmo Cherſoneſi Tauricae, Ptolemaeo 3, 5 memoratum. Fuit qui legeret, *Byzantium, Macronticos.* quam bene, ſatis docent quae diximus.

*manu collecta*] Etiam Plutarchus p. 211. ſ. c. 36. συναγαγὼν ξένους, ἐπολέμει τοῖς ἀβασιλεύτοις Θρᾳξὶν ἰδίᾳ. Nihili igitur eſt, quod in MSS. Dan. et Schotto inſpectis fuit, *manuque coniecta.*

*primus Graeciae ciuitatis in Thraciam introiit*] Non paſſus ſum diutius exulare vocem *ciuitatis*, quam libris inuitis primus eiecerat Lambinus: quem poſtea reliqui ſequuti ſunt. *Ciuitas Graeciae* ſine *Graecia*, vel gens Graecorum vniuerſe eſt; quomodo Caeſar 1. Bell. Gall. 12. dixit *omnem ciuitatem Helvetiam in quatuor pagos diuiſam eſſe:* vel aliqua e Graeciae ciuitatibus; vt ſenſus ſit, primum fuiſſe Alcibiadem ex Graecarum ciuitatum ciuibus, qui manu collecta Thraciam ingreſſus ſit. Fateor tamen, ſuſpectum mihi hoc eſſe; quum tot coloniae ante Alcibiadem a Graecis in Thraciam deductae ſint, vt vel e Noſtri Miltiade

Thraciam introiit, glorioſius exiſtimans barbarorum praeda locupletari, quam Graiorum. Qua ex re creuerat cum fama, tum opibus,[18] magnamque amicitiam ſibi cum quibusdam regibus Thraciae pepererat.

1 VIII. Neque tamen a caritate[1] patriae potuit recedere. Nam quum apud Aegos[2] flumen

[*Ed. Bos.* 2. *Heus. et recentt. praeter Cellar. nec non Schmied. qui repoſuerunt* ciuitates Thracia; *ſed forſan, vti in nota ſcripſit, dare voluit* ciuitates in Thracia, *et vertit, ſummum virum Graeciae ſe contuliſſe ad gentes Thracicas: et Wetz. in not. adſentit Cellario.*] *In ed. Ald. eſt* ciuitates in Thracia. *Abeſt τὸ* ciuitatis *ab Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Claud. Ciuilis ſ. Withof in Obſſ. miſcell. nou. Nou. a.* 1740. *p.* 153. *ſq. coniec.* primus Graeciae priuatus in Thraciam introiit. [*Riclef.* priuatus *legere malit pro* primus. *Sed Tzſchuck. ad ed.* 2. *bene animaduertit, mirum eſſe, ſi in voc. tam noto aberrauerint omnes librarii.*] *Statim* in Threciam *MS. Dan. Sic etiam mox ſ.* 5. *et cap.* 9, 1. *dein* glorioſus *MS. Leid.* 2. — 18. cum fama, tum op. *Ita MS. Dan. Voſſ.* 1. *Sed* creuerat fama tum opibus *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* creuerat tum fama tum op. *MS. Leid.* 1. creuerat fama, *omiſſis ceteris, MS. Leid.* 2. creu. fama cum op. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Keuch. Bos.* 1. creu. eius fama cum opibus *Ed. Lamb. Steph. Boecl. A verbis* Qua ex re *incipit cap. VIII. in ed. Patau.*

1. charitate *Ed. Par. Ald. vbique. Mox* recedere potuit *MS. Ax. Voſſ.* 2. — 2. Egos *MS. Dan. Ed. Iens. Med.*

c. 12 et 8. conſtare poteſt. An igitur legendum *ciuitates in Thracia;* vt intelligantur liberi Thracum populi, nec regibus ſubiecti? Plutarchus c. 36. ſane ſcribit, Alcibiadem τοῖς ἀβασιλεύτοις Θρᾳξὶ, *liberis Thracibus bellum intuliſſe.* [Boſii lectionem haud probat Kappius, et lectionem, quae eſt in textu, copioſe interpretatur atque illuſtrat. Alcibiades in eam Thraciae partem, quae libera erat, in qua barbari habitabant, nec Graecorum erant coloniae, infeſtis armis ingreſſus eſt, eaque ſubacta regum quorumdam, (n. Medoci et Seuthis, v. Diodor. 13, 105.) amicitiam ſibi conciliauit. v. Stau. ad ed. 3. et Tzſchuck. ad ed. 2.]

5 *Creuerat cum fama tum opibus*] Sic opt. liber Danielis, probante Gebhardo. Etiam Leidenſis: *Creu. tum fama, tum opibus.* Vulgati: *Creu. eius fama cum opib.*

1 *Neque tamen a caritate patriae potuit recedere*] Plura in hanc rem doctiſſimus vir, Io. Ludou. Praſchius, libro de caritate patriae; itemque Pufendorfius disſertatione de obligatione aduerſus patriam.

Philocles [3] praetor Athenienſium claſſem conſtituiſſet ſuam, neque longe abeſſet Lyſander, praetor Lacedaemoniorum, qui in eo erat occupatus, vt bellum quam diutiſſime duceret, quod ipſis pecunia [4] a rege ſuppeditabatur, contra Athenienſibus exhauſtis, praeter arma et naues, [5] nihil erat ſuper: Alcibiades ad Athenienſium venit 2
exercitum, [6] ibique praeſente vulgo agere coepit: ſi vellent, ſe coacturum Lyſandrum aut dimicare, aut pacem petere: [7] Lacedaemonios eo nolle confligere claſſe, [8] quod pedeſtribus copiis plus quam nauibus valerent; ſibi autem eſſe facile, [9] 3
Seuthen regem Thracum deducere, [10] vt eos ter-

*Arg. Par.* — 3. Phylocles *MS. Voſſ.* 1. Philopedes *MS. Leid.* 2. Philoclees *Ed. Long.* Philodes *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Atque ſic quoque paullo inferius ſ.* 4. — 4. pacientia *MS. Leid.* 2. *Mox verba* a rege *aberant a MS. Ax.* — 5. nauis *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 6. ad Ath. venit exerc. *Sic editi noſtri vett. omnes.* [*etiam Ed. Stau.* 1. *Brem. Wetz. Tzſchuck.* 1. 2.] *Sed* ad exercitum venit Athenienſium *MS. Dan. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Stau.* 2. 3. [*Ith. Heinr. Schmied. Harl.*] — 7. Lyſand. dimicare aut pacem petere reſponderet *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. Lyſ. dimicare aut pac. petere. Reſpondent *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Mag.* Lyſ. dim. aut p. pet. reſpondẽ *Ed. Par.* — 8. claſſe confl. *MS. Dan. Statim* quot *Ed. Ald.* — 9. fatale *MS. Leid.* 2. *Statim* Seuthem *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Keuch. Pat.* Seucem *Ed. Iens. Med. Par.* Seucẽ *Ed. Arg.* Scotym *Ed. Ald.* Vthen *MS. Ax. Tum* Threcum *MS. Dan. vt c.* 9, 2. — 10. inducere *Ed. Vltrai.*

[*Philocles*] qui illo die imperium claſſis habuit. v. Bos. ad ſect. 4. Poſtea *a rege* h. e. Cyro, Darii filio.]

*nihil erat ſuper*] pro *ſupererat.*

2 *Ad Athen. ven. exerc.*] Cod. Dan. transponebat, *ad exerc. venit Athenienſium.* et mox: *nolle claſſe confligere.*

*ſe coacturum Lyſ.*] Paullo aliter Plut. p. 212. c. 36. et 37. et Diod. 13.

*Lacedaemonios*] Inepte quaed. edd. praeponunt verbum *reſpondent.*

3 *Deducere*] Libri alii *inducere*; quod eſſet ſubdolis artibus permouere. Infra 23, 8. 1. 9, 3. 1. Tacit. 12. A. 9, 1. *Memmium Pollionem ingentibus promiſſis inducunt.* Ita Gebhardus. ſed nulla mutatione opus. *Deducere* h. l. eſt, ex Thracia vt huc veniat, efficere, accire.

*vt eos terra depell. etc.*]

ra depelleret:[11] quo facto, neceſſario aut claſſe
4 conflicturos, aut bellum compoſituros.[12] Id etſi
vere dictum Philocles[13] animaduertebat: tamen
poſtulata facere noluit, quod ſentiebat, ſe, Alcibiade
recepto, nullius momenti apud exercitum
futurum: et ſi quid ſecundi eueniſſet, nullam in
ea re ſuam partem fore: contra ea, ſi quid adverſi
accidiſſet, ſe vnum eius delicti[14] futurum
5 reum. Ab hoc diſcedens Alcibiades, quoniam,
inquit, victoriae patriae repugnas, illud moneo,
iuxta hoſtes[15] caſtra habeas nautica: periculum
eſt enim, ne immodeſtia militum noſtrorum[16] occaſio
detur Lyſandro noſtri[17] opprimendi exerci-
6 tus. Neque ea res illum fefellit. Nam Lyſander,
quum per ſpeculatores comperiſſet, vul-

— 11. vt eum ex terra depelleret *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *add. not.* — 12. conflicturum — compoſiturum *MS. Boecl. Leid.* 2. *Dan. Voſſ.* 2. *Ax.* — 13. Philodes *MS. Leid.* 2. Phylocles *MS. Voſſ.* 1. — 14. eis del. *Ed. Ald.* — 15. hoſtem *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* [*quae lectio iure placet Stau. in not.*] — 16. veſtrorum *MS. Dan. Ax.* — 17. veſtri *MS. Dan. Ax.* noſtris *in ed. Stau.* 2. *operarum pec-*

MS. Boecl. *Vt eum ex terra depelleret, q. ſ. n. a. c. conflicturum a. b. compoſiturum.* vt ad Lyſandrum referatur. Similiter Excerpta Dan. niſi quod *τὸ ex* omittunt: et in gloſſa pro *eum* adſcribunt *eos*.

4 *Philocles*] Xenophon hiſt. Gr. 2, 26. Diodorus 13, 106. et Plutarchus Alcibiade c. 37. tradunt, Athenienſium praetores, et maxime Tydeum ac Menandrum, iuſſiſſe eum abire: *ſe enim, non illum, exercitui praeeſſe.*

*et ſi quid ſecundi eueniſſet etc.*] Haec de cunctis Athenienſium praetoribus, non de ſolo Philocle, Diodorus tradit.

[5. *Caſtra — nautica*] h. e. ſtationes nauium, *naualia caſtra* in Liuio 30, 9. 6. Naues enim erant in portu. v. Tzſch. not. Boſius in indice laudat Scheffer. de mil. nau. vett. 3, 4. Contra Heuſing. intelligit et late explicare ſuſtinet, (eique accedunt Ith. et Wetzel. in indic. voc. *caſtrum*,) praeſidia in proximo litore locata, quae nauium ſtationem e terra tuentur, cincta vallo foſſaque in ſemicirculum ductis.]

*ne immodeſtia militum etc.*] Quod, vt praedixit, factum. Vide ſupra 6, 1. 2.

*noſtrorum*] MS. Dan. *veſtrorum.* et mox: *veſtri opprimendi ex.*

6 *Per ſpeculatores*] Paullo aliter Xenophon lib. 2. Diodorus 13. et Polyaenus lib. 1.

gum [18] Athenienſium in terram praedatum exiſſe,
nauesque paene inanes relictas, tempus rei geren-
dae non dimiſit, eoque impetu totum bellum [19]
deleuit.

IX. At Alcibiades, victis Athenienſibus, non 1
ſatis tuta eadem loca ſibi arbitratus, [1] penitus in
Thraciam ſe ſupra Propontidem abdidit, ſperans
ibi facillime ſuam fortunam occuli poſſe. Falſo. [2]
Nam Thraces, [3] poſtquam eum cum magna pe- 2
cunia veniſſe ſenſerunt, inſidias ei [4] fecerunt:
qui ea, [5] quae adportarat, abſtulerunt, ipſum ca-
pere non potuerunt. Ille cernens, nullum locum 3
ſibi tutum in Graecia, propter potentiam Lace-
daemoniorum, ad Pharnabazum in Aſiam trans-
iit: [6] quem quidem [7] adeo ſua cepit humanitate,
vt eum nemo in amicitia [8] antecederet. Namque
ei Grunium [9] dederat in Phrygia caſtrum, ex quo

*cato.* — 18. vulgus *Ed. Vltrai.* [*Sed haud neceſſaria eſt haec mutatio. v. Harl.*] *Mox* praedatam *Ed. Med. Arg.* — 19. bellum totum *MS. Dan.*

1. arbitratus. *Ita MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax.* [*Ed. Bos. et rell. recentt.*] *Sed* arbitrans *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 2. poſſe. Falſo. *Ita et MS. Dan. Sed* poſſe falſo *Ed. Long.* Sed falſo *MS. Ax. v. Gronou. ad Liu.* 42, 64, 4. — 3. Threces *MS. Leid.* 2. — 4. ei *aberat a MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 5. quia ea *MS. Leid.* 2. *Statim* apportarat *MS. Dan. Ax. Voſſ.* 2. 3. *Leid.* 2. *Ed. Keuch. Heus.* [*Stau.* 3. *Harl. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Pauſl.*] *Bene.* [*et ego repoſui. Vulg. etiam ed. Brem.* apportauit.] *Tum* abstulerant *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Long.* — 6. tranſit *MS. Voſſ.* 1. tranſiuit *MS. Leid.* 2. — 7. quandoquidem *Ed. Mag. dein* coepit *Ed. Arg. Long.* — 8. amiciciam *Ed. Med.* amicitiam *Ed. Par.* — 9. Grinium *MS.*

***totum bellum deleuit*]** Vid. Diodor. 13. Iuſtin. 5, 6. Plutarch. c. 37.

1 *Penitus*] Schottus mallet *penitius.* non opus. Nam *penitus — abdere* eſt in interiora Thraciae ſe conferre. [Plutarch. c. 37. Bithyniam, (cuius tunc partem Thraces incolebant,) eum petiiſſe narrat.] Mox Exc. Dan. habent *apportarat.*

*in Thraciam*] Vnde apud Scylacem p. 32 et 33. Θρᾷκες Βιθυνοὶ, et ἡ Βιθυνῶν Θρᾴκη.

3 *Adeo cepit ſua humanitate*] Seu potius ſingulari vi ani-

4 quinquagena [10] talenta vectigalis capiebat. [11] Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedaemoniis ſeruire poterat pati. [12] Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione.
5 Sed videbat, id ſine rege Perſarum [13] non poſſe fieri: ideoque eum amicum ſibi cupiebat adiungi, neque dubitabat, facile ſe conſequuturum, ſi modo eius conueniundi [14] habuiſſet poteſtatem.
6 Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare Lacedaemoniis adiuuantibus, ſciebat. id ſi ei [15] aperuiſſet, magnam ſe [ab eo] [16] initurum gratiam videbat.

*Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Arg.* Grimium *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* Grynium *Ed. Long. Mag. Steph.* — 10. quinquagena. *Ita MS. Dan. Mendos. Ed. Ald. Vltrai.* [*Bos.* 2. *et rell. recentt.*] *Sed* quinquaginta *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* quadringena et ſexagena *MS. Gif. Boecl.* — 11. capiebat. *Sic MS. Dan.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* habebat *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Patau.* — 12. poterat pati. *Sic MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed* pati *Ed. Gebh. Keuch.* — 13. Perſe *MS. Dan. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 1. *a quo etiam aberat* τὸ rege. *Statim* fieri non poſſe *MS. Leid.* 2. — 14. conueniundi *MS. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Harl.*] *Sed* conueniendi *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus.* [*et rell. recentt.*] — 15. τὸ ei *aberat a MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag. Long. Incluſit in ſua edit. vncinis Heus.* [*Item Stau. in ed.* 3. *qui in notis, multus de ellipſi huius pronominis, ſuſpicatur, poſſe vel* τὸ ei *vel* τὸ ab eo, *quod etiam multi codd. non agnoſcunt, facile abeſſe; nec non Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Schmied.*] *tum* apper. *Ed. Med. Arg.* — 16. *Vncini abſunt ab Ed.*

morum attractrice. de qua plura hic Maluezzus p. 242 et ſqq.

*quinquagena*] Sic MSS. Dan. ac Schotti, et ed. Vltrai. quomodo et ſup. 3, 3. 1. In Gif. Sch. Boecl. erat *quadringena et ſexagena.* Vulgo eſt *quinquaginta.* Pro *capiebat* alii *habebat.* ſed alterum libri meliores firmant.

5 *Perſarum*] MS. Dan. *Perſe.*

6 *Cyrum fr. ei bellum clam parare*] De quo Xenophon, ſiue potius Themiſtogenes Syracuſanus (eius enim hos libros eſſe vult Vſſerius ad ann. per. Iul. 4313) principio operis de expeditione Cyri, Plutarchus Artaxerxe, Ephorus apud Diodor. Sic. 14. Iuſtinus 5, 8.

*id ſi ei aper.*] Τὸ *ei* aberat MS. Boecl.

*ab eo*] Vncis incluſi haec duo vocabula, quod a melioribus li-

X. Haec [1] quum moliretur, peteretque a 1
Pharnabazo, vt ad regem mitteretur, eodem tempore Critias [2] ceterique tyranni Athenienſium certos homines ad Lyſandrum in Aſiam miſerunt, [3] qui cum certiorem facerent, *niſi Alcibiadem ſustuliſſet, nihil earum rerum [4] fore ratum, quas ipſe Athenis conſtituiſſet. Quare, ſi ſuas res geſtas manere vellet, illum perſequeretur.* His 2
Laco rebus [5] commotus ſtatuit, accuratius ſibi agendum cum Pharnabazo. [6] Huic ergo renunciat, quae regi cum Lacedaemoniis eſſent, irrita futura, niſi Alcibiadem viuum, aut mortuum tra-

*Lambin. Steph. Long. Mag. Gebh. Boecl. Bos.* 1. *Patau.* [*Brem.*] *recte.* [*ac Wetz. quod ſenſus illa deſideret, vncinos haud admittit; ea tamen parentheſi incluſit.*] *Verba ipſa aberant a MS. Dan. Boecl Ax. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. repugnante numero.*

1. Hoc *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ax. tum* molliretur. *MS. Voſſ.* 2. *Statim* preterque *MS. Leid.* 2. — 2. Chryſias *MS. Leid.* 2. [*De Critia copioſe agit Stau. ad ed. min.*] — 3. miſerat *Ed. Arg. Long.* miſerant *Ed. Mag.* — 4. rerum *abeſt ab Ed. Med. Arg.* — 5. Laco rebus. *Sic MS Dan. Ax. Sau. (in quo tamen erat* Lacon. *v. Oudendorp.* [*et Burmann.*] *ad Lucan. I,* 214.) *Voſſ.* 2. *Leid.* 2. [*Ed. Bos. et rell. recc.*] *Sed* Lacon rebus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh.* latoribus *MS. Gif. Put. Bau. Mox* accurantius *MS. Leid.* 2. — 6. ag. cum Pharn. ſocietatem *MS. Voſſ.* 2. *Boecl. Leid.* 1. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. v. not.*

bris Dan. Boecl. et Leid. abfuerint.

1 *Haec*] Dan. *Hoc.*

2 *His Laco rebus*] Sic MSS. Dan Sauar. alil. At Gif. Put. et membranae Bauaricae Schoppio Veriſimil. 4, 8. laudatae: *His latoribus.* quod recte ſpreuit cum Sauarone Gebhardus. *Laconem* vocat Lyſandrum, vt infra 13, 1. 3 et 17, 2. 3. Ageſilaum. Similiter de Gilippo Diodorus 13. ταῦτα διαλεχθέντος τοῦ Λάκωνος.

*huic ergo renunciat etc.*] Ita libri meliores; niſi quod Boecleri cum Leidenſi poſt nomen *Pharnabazo* addit *ſocietatem,* et ante τὸ *tradidiſſet* cum Exc. Dan. interponit *ſibi.* Lambinus, [ac Steph.] partim coniectura ductus, vt ait, partim ex veſtigiis antiquae ſcripturae, locum mire contaminatum perpurgaſſe ſibi viſus, pluscula inſerſit, hoc modo: *Huic ergo renuntiat, ſocietatem, quae regi cum Lacedaemoniis eſſet, ſtare non poſſe, foederaque irrita futura, niſi etc.* quorum partem dudum auctoritate MSS. Bauaricorum recidit Schoppius loco modo laudato: illa tamen, *ſocietatem ſtare non poſſe,* re-

3 didiſſet.[7] Non tulit hoc[8] ſatrapes, et violare clementiam, quam regis opes minui, maluit. Itaque miſit Syſamithren et Bagaeum[9] ad Alcibiadem interficiendum, quum ille eſſet in Phrygia,
4 iterque ad regem compararet.[10] Miſſi clam vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium,[11] vt eum interficiant. Illi, quum eum fer-

— 7. mort. tradidiſſent *MS. Leid.* 2. mort. ſibi tradidiſſet *MS. Boecl. Ax Voſſ* 1. mort. trad. ſtare non poſſe *Ed. Iens. Med. Arg Par. Ald. Mag. Poſtrema verba nata videntur e gloſſemate. Scripſerat quis ad verba:* quae regi — futura, *interpretamentum* ſocietatem ſtare non poſſe. *Haec poſtea a librariis ineptis distracta, et alieno loco collocata ſuſpicor.* — 8. hunc *MS. Leid.* 2. hanc *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Mox* claem. *Ed. Med. Arg vbique.* — 9. Suſametrem et Galgenem *MS. Leid.* 2. Suſametrem et Bageum *MS. Voſſ.* 1. Suſametrem et Bagaeum *MS. Dan.* Suſamithrem et Bageum *MS. Mendos. Ed. Sau.* Siſametiem et Bagrum *Ed. Iens. Med. Par.* Suſametrē et Mageum *Ed. Arg. Mag.* Syſamethem et Bagoam *Ed. Ald. Lamb. Keuch.* et Bagoam *Ed. Pat.* Suſamithrem et Magaeum *Ed. Long. Steph.* — 10. pararet *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* compararet *etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Dan. et Edd. noſtri reliqui veteres [et recentiores] omnes.* — 11. miſſi clam in ciuitatem, in q. t. A. erat, introeunt; quibus datum negotium *MS. Mendos. Etiam in MS. Voſſ.* 1. *pro* vicinitati *erat* in ciuitatem; *ſed in marg.* vicinitati: *et*

tinet. A MS. Schotti et ed. Vltraiect. [Sau. Gebh. Keuch. Pat.] etiam illud *irrita futura* aberat: atque ſic et Sauaro edidit, Schotto et Gebhardo probantibus.

3 *Bagaeum*] Sic libri meliores: atque ita fortaſſis et apud Plutarchum c. 39. reſcribendum, qui Μαγαῖον vocat. notum, μ et β litteras ſaepe in MSS. confundi. Lambinus edidit *Bagoam*, quod nomen et in libro Iudith. c. 12, 10. ac apud Ioſephum 17, 13. Strabonem 15. Arrianum de rebus Alex. lib. 4. Diodor. Sic. 16 et 17. Plutarchum Alexandro, et orat. 2. de fort. Alexandri, Athenaeum 13, 8. Curtium 6, 3. 12. 6. 4. 10. 6, 5. 23. 10, 1. 25. Perſis plerumque et Eunuchis tributum legitur. Ac Perſas ita vocare ſpadones, ait Plinius Nat. Hiſt. 13, 4.

*compararet*] Exc. Dan. *pararet.* quomodo 24, 4. 1. *Aegyptumque proficiſci pararet.*

[4. *Miſſi clam — dant*] Haec ſunt coniungenda, et comma, quod in edd. Lamb. Bos. aliisque ſcribitur poſt *Miſſi*, eſt delendum. v. Diodor. Sic. 14, 11. qui, adnotante iam Stauer., ſua cum Nepote hauſit ex Ephoro. Tum in *vicinitate* propter *interficiant* et *illi* per ſyneſin latent *vicini.* Add. Harl. not.]

*quum eum ferro aggr. non aud.*] Libri quidam vett., Lambino teſte, *cum ſecuro aggredi.* MS. Leid. *Illi cum fer-*

ro adgredi [12] non auderent, noctu ligna c tule-runt circa caſam eam, [13] in qua quieſcebat, eam-

*in MS. Leid.* 2. *et Voſſ.* 2. datum negot. *pro* dant negot. — 12. cum ferro, *omiſſo τῷ* adgredi, *MS. Leid.* 1. cum ferro aggr. *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Ald. Long. Mag.* cum [eum] ferro adgr. *Ed. Heus.* cum ſecuro aggr. *MS. Mag. Ed. Ieus. Med. Par.* — 13. *Vid. not. Sed* circa ſarmeam *MS. Leid.* 2. circa ſamineam *MS. Giſ. Sau. Voſſ.* 1. *Ed. Ieus. Med. Ald. Mag.* circa Saminea *Ed. Arg. Par. Long.* circa ſanneam *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* circa Samenam *MS. Put.* circa ſammeam *MS. Dan. Mendos.* circa Sameum *MS. Voſſ. ap. Mag.* circa domum ſtramineam *Ed. Lamb. Steph.* circa ſtramineam caſam *Ed. Patau.* [*Add. Stau. ad mai. et min. edit. atque Harl.*]

ro *non auderent*, omiſſo altero verbo. Quam lectionem ſi admittas, *audere* abſolute dictum erit, vt ſaepe apud Tacitum: Hiſt. 1, 35. 2. *Ignauiſſimus quisque, et in periculo non auſurus, nimii verbis.* 2 H. 25, 4. *modica ſilua adhaerebat: vnde rurſus auſi promtiſſimos praet. equit. interfecere.* Eod. lib. c. 71, 4. *ingratus Principi, vt aduerſus Neronem auſus.* 5 H. 11, 1. *Iudaei ſub ipſos muros ſtruxere aciem, rebus ſecundis longius auſuri.* Nil tamen muto. [Add. Stauer. ad ed. 3.]

*circa caſam eam*] Sic, Giſanio praeeunte, Schoppius emendauit Veriſim. 4, 8. probatque Gebhardus. Et fauent libri, in quibus fere legitur *ſammeam, ſamenam, ſamineam.* quod poſtremum Longolio placebat, quum ita vocetur oppidulum Phrygiae Pacatianae, iuxta quod vicus Meliſſae, in quo Alcibiades obiiſſe dicitur. Sed recte notauit Magius, abſurdum eſſe dicere, ligna circa oppidum allata, oppidumque hac vna cauſſa incenſum a vicinis, vt Alcibiadem interficerent; praeſertim quum Plutarchus c. 39. non oppidum, ſed *τὴν οἰκίαν, domum*, in qua erat, ſuccenſam dicat: praeterea illud, *in qua quieſcebat*, domum aut cubiculum innuere. denique Iuſtinum 5, 8, 14. Alcibiadem *in cubiculo crematum* ſcribere; Athenaeum 13, 4. in Meliſſa Phrygiae vico occubuiſſe. Quare Lambinus edidit *circa domum ſtramineam*; ita tamen, vt non reiiceret, quod alius coniecerat, *circa caſam ſtramineam*; (quomodo et Ouidius Amorum 2, 9. 17. et Propertius 2 eleg. 13. (aliis 16) v. 20 loquuti;) vel, quod ipſe, *circa ſcenam ſtramin.* Quam temeritatem merito caſtigat Schottus: cuius tamen coniecturae *circa ſcanduleam*, vel *circa ſcamillum, quo quieſc.* legentis, etiam ipſius iudicio, incertae ſunt. Vir ſummus in notis ad Iuſtin. 5, 8. legit *circa domum Saniſenam. Saniſena*, inquit, *adpellatur tractus in confinio Phrygiae et Galatiae.* Sed voci *domus*, quod etiam Boeclerus adnotat, nullus heic locus, ſicut omnes teſtantur, qui MSS. codices inſpexerunt. Et quomodo *domui* nomen integri tractus tribueret? Praeterea Strabo l. 12. qui ſolus, quod ſciam, Saniſenes meminit, non in confinio Galatiae et Phrygiae ponit; ſed partem Paphlagoniae, Bithyniae conterminam, facit.

que ſuccenderunt: vt incendio conficerent, [14] quem manu ſuperari poſſe diffidebant. Ille autem, vt ſonitu flammae eſt excitatus, [15] etſi gladius ei [16] erat ſubductus, familiaris ſui ſubalare telum eripuit. Namque erat cum eo quidam ex

14. conficeretur *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Long. Mag. Sed* conficerent *MS. Dan.* [*et rell. editt.*] — 15. ille autem vt ſonitu fl. eſt exc. *Ita MS. Boecl. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax.* [*Ed. Bos.* 2. *Heus. et rell.*] *Sed* ille vt in ſon. fl. excit. *MS. Bau.* ille autem in ſon. flammae eſt excit. *Ed. Iens. Med. Par. Mag.* ille autem in ſon. fl. excitatus *Ed. Ald.* ille autem vt ſon. fl. exc. *Ed. Bos.* 1. ille aut. ſonitu fl. excitatus *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* *Statim* etſi *etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Sed* quod *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Pat.* — 16. ei *aberat a MS. Ax. Mox* taelum *Ed. Arg. vbique, et* erripuit *MS. Voſſ.* 2.

Mihi tantiſper emendatio Schoppii placet, dum alii meliorem afferant. Et valde veriſimile eſt, quod ille exiſtimat, ſyllabam *ca*, quae bis ſcribenda fuerat, ſemel omiſſam culpa librarii. Ceterum Ariſtoteles hiſtor. animal. 6, 29. in Arginuſa, vbi Elaphus mons, Alcibiadem occubuiſſe ſcribit.

*conficerent*] Ita libri meliores. Alii *conficeretur*.

*quem manu ſuperari poſſe diſſidebant*] Non tam ob eius ſolertiam et artes cauendi, quod vir doctus putabat, quam ob fortitudinem eius. nam, vt Plutarchus refert, barbaros conſpectu ſuo disſipabat; neque quisquam praeſtolabatur eum, vel cominus congredi audebat.

5 *Ille autem vt ſonitu fl. eſt excitatus*] Sic MSS. Boecl. et Leid. probante Boeclero. Liber quoque Bauaricus habuit, *vt in ſonitu fl. eſt excit.* quomodo et Magius haec verba mox ad ſ. 6. laudat, vbi *τὸ in* a librariis inculcatum putabat Schoppius l. c. Vulgo legitur: *Ille ſonitu fl. excitatus.*

*etſi gladius*] Sic omnes libri et edd. vett. nec ſatis cauſſae habuit Lambinus, cur *τὸ etſi* in *quod* mutaret. quod et in aliis editionibus perperam retentum eſt.

*ſubalare telum*] Dictum, vt *ſubalares* ſiue *plumae* ſiue *culcitrae*, (varie enim diſtinguunt locum,) apud Lampridium Elagabalo cap. 19. Plutarchus *ἐγχειρίδιον* vocat. Non eſt igitur cur vel *ſubulare*, quod Barthio in mentem veniebat; vel, quod nuperrimo interpreti, *ſubarmale* reponamus, praeſertim ſi *ſubarmalia* ſiue *ſubarmales*, genus veſtis Spartiano in Seuero c. 8. Trebellio Pollioni in Claudio c. 14. et Vopiſco in Aureliano c. 13. memoratum, non inde dictum ſit, quod ſub armos reiiceretur, vel fibula ſub armis annecteretur, vt viſum Caſaubono ad Seuerum, et Salmaſio ad Pollionem: ſed, quod cum Turnebo Aduerſar. 18, 19. mauult Ferrarius de re veſtiaria 6, 17. quod ſub armis more tunicae geſtaretur, vt illa melius corpori inſiderent.

Arcadia [17] hoſpes, qui numquam diſcedere voluerat. [18] Hunc ſequi ſe iubet, et id, quod in praeſentia veſtimentorum fuit, arripuit. [19] His in ignem eiectis, flammae vim [20] tranſiit. Quem vt 6
barbari incendium effugiſſe [eminus] [21] viderunt, telis miſſis interfecerunt, caputque eius ad Pharnabazum retulerunt. [22] At mulier, quae cum eo

17. quidam cum eo ex Arc. *MS. Leid.* 2. *Etiam in MS. Voſſ.* 1. 2. *erat τὸ* ex, *non item in MS. Sluisqu.* — 18. diſc. vol. *Ita MS. Dan. Sed* diſcedere ab eo vol. *Ed Long.* ab eo diſc. vol. *MS. Ernſt.* — 19. arripuit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus. Patau.* [*Stau.* 3. *Harl. Tzſch.* 1. 2. *Bip. Ith. Heinr. Schmied. Pauſl. et ego recepi, quod ſequitur* tranſiit.] *Sed* arripit *MS. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Wetz. Brem. Stau.* 1.] erripuit *MS. Boecl.* abripit *Ed. Stau.* 2. [*Ricklef.*] — 20. flammium *MS. Voſſ.* 1. fl. viam *Ed. Ald. Statim* tranſiit *etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed* tranſit *Ed. Keuch.* — 21. effugiſſe, *omiſſo τῷ* eminus, *MS. Boecl. Ax.* effug. eminus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Pat.* [*Ith. Wetz.*] *In MS. Leid.* 1. *et Dan. legitur τὸ* eminus *poſt τὸ* telis; [*atque* viderunt, telis eminus miſſis, *Bremi, Heinr.* (*qui tamen τὸ* eminus *vncinis incluſit,*) *et Tzſchuck. in ed.* 2. *melius dederunt. Harl. coniec.* viderunt, eminus telis miſſis] *vti exſtat in ed. Gebh.* — 22.

*ex Arcadia hoſpes*] Quidam libri *Arcadia hoſpes*, omiſſa praepoſitione. quod dictum fuerit, vt *hoſpes Zacyntho*, *Epheſo* apud Plautum, et ſimilia alia, quae ad ea Plauti loca collegit Taubmannus.

*diſcedere*] Addunt quidam MSS. et edd. *ab eo*. ſed melioribus abſunt. V. not. Ernſtii.

*arripit*] Ita Exc. Dan. melius, quam vulgati *arripuit*. [vid. VV. LL.]

6 *Incendium effug.* [*eminus*] *vid.*] *Eminus*, quod MSS. Dan. et Leid. tranſponunt, et voce *telis* ſubiiciunt, (quod etiam Gebhardo placebat,) a Boecleriano codice plane aberat. Plutarchus tamen [c. 39. tom. 2. p. 57.] Gebhardo fauet: ἀποστάντες, inquiens, ἔβαλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασιν.

*telis miſſis interf.*] Adſtipulantur Plutarchus et Diodorus. Iuſtinus vero 5, 8. 14. et Oroſius 2, 15. viuum Alcibiadem in cubiculo, in quo dormiebat, crematum aiunt.

*quae cum eo viuere conſueverat*] Τὸ *viuere* expungit ed. Vltrai. probantque poſt Schottum Paſcaſius Groſippus in Paradox. litterar. Epiſt. 8. et ὁ μαχαιρίτης Buchnerus in acceſſionibus ad Fabrum. quomodo Plautus Ciſtell. 1, 1. 88 *tun' vnquam cum quiquam viro conſueuiſti?* Terentius Phorm. 5, 6. 33. *cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum.* Hecyra 4, 1. 40. *quicum tot conſueſſet annos.* vbi Donatus: *Conſueſſet proprie dicitur in ſtupro.* Cicero Verr. 5. *mulieres, quibuscum iſte*

viuere [23] conſuerat, muliebri ſua veſte contectum, aedificii incendio mortuum cremauit, quod ad viuum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus, diem obiit ſupremum.

1 XI. Hunc infamatum a plerisque, tres grauiſſimi hiſtorici ſummis laudibus extulerunt: Thucydides, [1] qui eiusdem aetatis fuit; Theopompus, qui fuit poſt [2] aliquanto natus; et Timaeus: qui quidem duo maledicentiſſimi, neſcio quo modo,

rettul. *Ed. Iens. Med. Arg.* — 23. viuere *abeſt ab ed. Vltrai. Sed erat etiam in MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax. Statim* conſuerat *MS. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Heus. et recc. fere omnes.*] *Sed* conſueuerat *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Ith.*]

1. Tucyd. *Ed. Iens. Med.* — 2. qui poſt *MS. Ax. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. qui [fuit] poſt *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.*] *Dein* Thimaeus *MS. Leid.* 2. Thymaeus *MS.*

*conſueuerat.* adde Gell. 2, 23 et 4, 3. Subaudiendum autem verbum *concumbere, rem habere,* aut ſimile. quemadmodum et ad verbum *ſolere* in illo Plauti Ciſtell. 1, 1. 37. *viris cum ſuis praedicant nos ſolere.* de quo Scaliger ad Catullum. adde Schoppium l. c. Pro *conſueuerat* Exc. Dan. *conſuerat.* bene. [De vſu voc. *conſueſcere* verecundo v. Harl. not. Mulier autem iſta vocatur *Timandra* a Plutarch. in Alcib. c. 39. ſed *Theodota* ab Athenaeo 13, 4.]

*muliebri ſua veſte*] i. e. pallio, vt ait Cicero 2. de diuinat. c. 69. Valerius Max. 1, 7 ext. 9. Qui et Alcibiadis ea de re ſomnium narrant: de quo praeterea apud Plutarchum et Suidam legimus.

*veſte contectum — cremauit*] Vide Kirchmann. de Funerib. Rom. 1, 10.

*cremauit*] More Graecorum, de quo idem Kirchmannus 1, 2.

1 *Summis laud. extulerunt*] De huiusmodi iudiciis vide quae diſſerit Boeclerus in Commentario p. 55.

*Theopompus, qui fuit*] Poſtrema duo vocabula non agnoſcebat Cod. Leidenſis. [De eo copioſe agunt Perizon. ad Ael. V. H. lib. 3. c. 18. fin. Stauer. ad noſtrum loc. in ed. 3. inprimis Frid. Koch in Prolegomenis ad Theopompum Chium. Sedini, 1803. 4. qui oſtendit, eum fuiſſe a Cornelio Nepote compilatum. Add. Wetz. not. qui etiam docet, Alcibiadem, a. 350. occiſum, ad minimum quadraginta quinque annos compleviſſe; item Ducker ad Thucyd. V. c. 43. de Alcibiadis aetate.]

*duo maledicentiſſimi*] Plura hac de re Voſſius de hiſtor. Graec. 1, 7 et 12. et in Addendis ad locum poſteriorem.

in illo vno laudando [3] conſcierunt. [4] Namque ea, 2
quae ſupra diximus, de eo praedicarunt, [5] atque
hoc amplius, quum Athenis ſplendidiſſima ciuitate natus eſſet, omnes [Athenienſes] [6] ſplendore
ac dignitate ſuperaſſe vitae: [7] poſtquam inde ex- 3
pulſus Thebas venerit, adeo ſtudiis eorum inſeruiſſe, [8] vt nemo eum [9] labore corporisque viri-



*Voſſ.* 1. *Dan.* — 3. in illo vno conſ. *Ed. Keuch.* in illo laudando *MS. Leid.* 2. — 4. conſenſerunt *Ed. Ald. Long. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Bos. Stau.* 1. *Heus. in textu, Bip. Ith. Brem. Schmied. Wetz. Pauſl.*] *Sed* conſcierunt *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Boecl. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Vltrai. Stau.* 2. 3. [*Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *probatque Heus. in not. item Oudendorp. ad Caeſ. de B. G. I. c.* 28, 1. *p.* 42. *et recepi. v. quoque Fiſcheri praeſ. p. XVI. not.* ††.] Conſuerunt *MS. Dan. Giſ. Ed. Vltrai. marg. Mox* Namque ea *MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Harl. Tzſchuck.* 2. *isque in not. ad ed.* 1. *atque Heus. in not. id praetulerunt.*] nanque ea *Ed. Iens. Med.* nam *vulgo.* — 5. praedicatur *MS. Voſſ.* 2. — 6. omnes [Athenienſes]. τὸ Athenienſ. *aberat a MS. Dan. Boecl. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. *Ax. Ed. Arg. Long. Mag. Patau.* [*Tzſchuck.* 2. *Schmied. Pauſl. et bene abeſſe poteſt, quia facile ſecundum ſenſum ſuppletur atque ſubintelligitur, quum praeceſſerit* Athenis. *v. Harl. not.*] *Sed abſunt duo illa verba ab Ed. Iens. Med. Par.* Omnes Athen. *ſine vncis Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Ith. Brem. Wetz.* τὸ Athen. *vncinis eſt incluſum in Ed. Bos.* 2. *Stau. Tzſchuck.* 1. *Heus. Bip. Harl. Heinr.*] — 7. ſuperaſſe vitae *MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. melius, credo.* [*Et ego ſic transpoſui vocc.* vitae ſuperaſſe *Ed. rell.*] — 8. inſeruiiſſe *Ed. Keuch. ſed* inſeruiſſe *etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Paullo ante* Thebas venit *Ed. Mag.* — 9. cum *Ed. Iens. Med. Arg. deinde* aequiperare *Ed. Iens. Ald.* —

2 *Splendidiſſ. ciuitate*] Neſcio, cur haec Lambino ac Gebhardo ſuſpecta fuerint; quum in MSS. codd. habeantur. Et ſimiliter ſupra loquutus Noſter c. 1, 2. et infra 8, 2. 1.

*omnes Athenienſes*] MSS. Dan. Boecler. Leid. poſterior; aliis prior; iis, quos Magius inſpexit, vtraque vox abfuit. Igitur hic vtramque ab Aldo confidentius aequo additam, Lambinus quoque delendam putabat, ſed ita, vt in praecedentibus legatur, *cum Athenis natus eſſet, ſplendidiſſimam ciuitatem ſplendore ac d. v. ſ.* quod recte lubidini eius imputat Gebhardus: qui tamen poſteriüs nomen retinet. Ego prius malim; praeeuntibus optimis, quos dixi, libris. neque video, quomodo vtroque eiecto ſenſus ſibi conſtet.

bus poſſet aequiparare. Omnes enim Boeotii [10]
magis firmitati corporis, quam ingenii acumini
4 inſeruiunt. Eumdem apud Lacedaemonios, quo-
rum moribus ſumma virtus in patientia poneba-
tur, ſic duritiae [11] ſe dediſſe, vt parſimonia vi-
ctus atque cultus omnes [12] Lacedaemonios vince-
ret: fuiſſe apud Thracas, homines vinolentos, [13]
rebusque Venereis deditos; hos quoque in his
5 rebus anteceſſiſſe: veniſſe ad Perſas, apud quos
ſumma [14] laus eſſet fortiter venari, luxurioſe vi-
vere; horum ſic imitatum conſuetudinem, vt illi
6 ipſi eum in his maxime admirarentur. Quibus

10. Boetii *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Dan. Ed. Arg.* — 11. duritie *MS. Leid.* 2. duricie *Ed. Iens. Med. Arg. fortaſſe pro* duritiei, *vt* fide *ap. Horat. etc.* duritiei *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* duriciae *Ed. Long. Mox* dediſſe *Ed. Mag.* — 12. omnis cultus *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Mox* trachas *Ed. Iens. Med. Arg.* Thracos *Ed. Long.* — 13. violentos *MS. Leid.* 2. *Statim* rebus *ſine* que *MS. Ax. et* Veneriis *MS. Dan.* — 14. ſinoma *Ed. Iens.*

4 *Eumdem apud Lacedaemon. etc.*] Eadem referunt Athenaeus 12, 9. Plutarchus in Alcib. p. 203. et in lib. de adul. et amici discr. p. 52. [ſ. cap. 10. p. 170. tom. 7. ed. Tubing. add. Plutarch. tom. 2. p. 32. ed. Tub. Suid. v. εὐτράπελον, et ibi Küſter. *Fiſcher. Ponebatur*, pro *poni ſolet.* v. Stau. ad ed. 3.]

*duritiae ſe dediſſe*] Quod ſolent aliquando magna ingenia, de quo plura Maluezzus p. 191 ſeqq.

*cultus omnes*] MS. Boecler. *omnis cultus.* [*cultus* de veſtitu maxime. v. Stau.]

*rebusque Venereis deditos*] Suſpectum hoc Schotto, cum Thraces ſimplici ingenio homines, et frigido caelo nati ſint; quare *reique veterinae deditos* reponebat: eoque referebat, quod Plutarchus Alcibiaden ἐν Θράκῃ μεθυστικὸν et ἱππαστικὸν fuiſſe ſcribit. Sed intercedit Gebhardus, et poſtquam e Martiali, Varrone, Scholiaſte Ariſtophanis ad Acharn. v. 162. Tacito 14, 2. 1. Valerio Max. 2, 1. 5. ebrietatis pedisſequam Libidinem eſſe, neque fortius homines in Venerem ſtimulari, quam quum mero incaluerunt, oſtendiſſet, idem de Thracibus exiſtimandum ſubdit. Cur, inquit, Thracas aliter affectos putemus? An ſunt ſimplici ingenio et frigido caelo nati? Prius nego; alterum intendendam ad libidinem non minimum conferre, norunt omnes: praeſertim quum interiore parte per frigus cohibitus calor vino, quaſi ſuffuſo oleo, grauius ſuccendatur. Neſciiſſe hoc dicemus Ouidium, qui Thraces gentili vitio libidinoſiores canit? lib. 6. Metam. de Tereo: *Digna quidem facies, ſed et hunc innata libido Exſtimulat; pronumque genus regionibus illis*

rebus effeciſſe, vt apud quoscunque eſſet, princeps [15] poneretur, habereturque cariſſimus. [16] Sed ſatis de hoc: reliquos ordiamur. [17]

*Med.* — 15. principes *Ed. Iens. Med. Par.* poneretur princeps *Ed. Ald. Lamb. Patau.* [*Melius.*] *mox* haberetur *Ed. Keuch.* — 16. kariſſimus *MS. Dan.* [*Ed. Bos. Stau.*] *Sed* chariſſ. *Ed. Ald. Long. Mag.* cariſſimus *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Par. Lamb.* [*et rell.*] — 17. ordinamur *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Lamb.*

*In Venerem eſt, flagrat vitio gentisque ſuoque.* [Add. Heus. Stau. ad ed. min. et Harl.]

6 *Princeps*] Male qu. libri *principes.*

*kariſſimus*] Ita Cod. Dan. ἀρχαϊκῶς. [Romani Alcibiadem iudicarunt fortiſſimum Graiae gentis. v. Plin. H. N. 34, 12. init. *Fiſch.*]

# VIII. THRASYBVLVS [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Patriam a tyrannis liberat. II. Phylen confugit; Munychiam occupat; parcit ciuibus. III. Pace facta, legem fert obliuionis. IV. Corona oleagina ornatur. Ad Ciliciam a barbaris interſicitur.*]

1 THRASYBVLVS LYCI [2] F. ATHENIENSIS. Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, dubito, an hunc primum omnium [3] ponam. Illud ſine dubio; neminem huic praefero [4] fide, conſtantia, magnitudine animi, in patriam amore.

1. Thraſybuli vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. Lici *Ed. Arg.* — 3. omnium primum *MS. Leid.* 2. *Ante* ponder. eſt *MS. Ax.* — 4. illud ſine dubio; nem. h. pr. *Ita MS. Giſ. Dan. Boecl. Mendos. Ax. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Vltrai.* [*Bos. Heus. Ith. Stau. et plur.*] *Sed* illi ſine dubio neminem praefero, *omiſſo* τῷ huic, *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Schmied.*]

Thraſybuli penes me nummus, in cuius vno latere caput imberbe, et ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΥ; in altero inter capram et ſuperuolantem cum caduceo in capite ciconiam: ΤΗ ΑΡΕΤΗ.

1 *Illud ſine dubio; neminem huic praefero fide*] Sic lego e MSS. Giſ. Dan. Schott. Leid. et ed. Vltraiect. probabatque Gebhardus, hac mente: eſſe apud ſapientes extra dubitationis aleam, quod virtus ſeorſim ſine intuitu fortunae ſit ponderanda: idcirco ſe anteferre Thraſybulo virtute clarum neminem. Ego malim ad ſequentia referre, hoc ſenſu: ſi maxime non debeatur primus Thraſybulo locus inter illuſtres imperatores; id tamen certum eſſe, neminem ei illis, quas ſubiicit, virtutibus praeferendum. Atque ſic paſſim loquuntur boni ſcriptores. Etiam Noſter ad eum fere modum 23, 12. 3 *His Pruſias negare auſus non eſt: illud recuſauit, ne id etc.* Et 25, 11. 3 *Difficile eſt omnia perſequi: illud vnum intelligi volumus etc.* Quod ſi vulgata lectio retineri debeat, legerim: *nam illi neminem praefero etc.* vt particula *nam* ab vltima ſyllaba vocis praecedentis abſorpta fuerit.

Nam quod multi voluerunt, pauci [5] potuerunt, 2
ab vno tyranno patriam liberare; huic contigit,
vt a triginta [6] oppreſſam tyrannis ex ſeruitute in
libertatem vindicaret. Sed neſcio, quo modo, 3
quum eum nemo anteiret his [7] virtutibus, multi
nobilitate praecucurrerunt. [8] Primum Pelopon-
neſio [9] bello multa hic ſine Alcibiade geſſit, ille
nullam rem ſine hoc: quae ille [10] vniuerſa natu-
rali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen 4
omnia communia imperatoribus cum militibus et
fortuna: quod in proelii concurſu abit res a

5. paucique *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax.* — 6. vt triginta *MS. Leid.* 2. *Mox* e ſeruit. *Ed. Long. Mag. et* vendicaret *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg.* — 7. his *aberat a MS. Leid.* 2. — 8. praecucurrerunt *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Long. Mag. Gebh. Heus.* [*Stau.* 3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Bip. Ith. Heinr. Schmied. et ego recepi.* praecurrerunt *Ed. Lamb. Bos. et rell.*] — 9. Peloponenſio *MS. Dan.* Peloponneſſio *MS. Voſſ.* 1. Peloponeſi *MS. Voſſ.* 2. Peloponneſi *MS. Boecl.* [*rectius, opinabatur Scheffer. in Obſſ. miſc. Belg. Vol. IX. p.* 207. *ſi ſcribas* Peloponnenſi.] Peloponenſi *MS. Ax.* — 10. quae illa *MS. Voſſ.* 2.

2 *Pauci*] Dan. *paucique.*
3 *Nobilitate*] Celebritate, gloria. Neque enim de nobilitate ſanguinis, quod nonnullis viſum, hoc accipi debet.

*praecurrerunt*] Quaed. edd. *praecucurrerunt*, adſentiente Gebhardo. quomodo Plautus Sticho 2, 2. 67 *praecucurri, vt nuntiarem nuntium exoptabilem.* et Tertullianus 1 ad vxorem: *oportebat legis adimplendae cauſſas praecucurriſſe.* Sic apud alios *decucurri, excucurri, percucurri, concucurri.* de quo videndi Lud. Carrio Antiq. lect. 3, 5, Voſſius de analogia 3, 19, et Tho. Bangius Obſervat. Philolog. lib. 1 p. 597 et ſeqq.

*Peloponneſio*] Cod. Dan. *Peloponenſio.* quomodo paſſim in MSS. *Peloponenſe*, et alicubi *Proconenſe*, pro *Proconeſio.*

*multa hic ſine Alcibiade*] Eſt elegans formula, qua etiam alii vſi. Cicero pro Mur. c. 9 *Maximo in bello ſic eſt verſatus, vt hic multas res et magnas ſine imperatore geſſerit, nullam ſine hoc imperator.* De Parmenione Curtius 7, 2. 33 *multa ſine rege proſpere, rex ſine illo nihil magnae rei geſſerat.* Sidonius Apollinaris Paneg. ad Auitum: *Nil ſine te geſſit, cum plurima tu ſine illo.*

4 *Abit res a conſil. ad vires vimque pugnantium*] Ita vulgati omnes. Lambinus legebat *ad vires virtutemque pugn.* Claud. Puteanus *ad vices vimque pugn.* ac *vices* exponebat partes, mu-

conſilio ad * vires, vimque pugnantium." Itaque iure ſuo nonnulla ab imperatore miles,

11. abiit *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ. Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* [*nec displicet Stau. ad ed.* 3. *pro* abire ſolet.] ab. res — ad vires cuiusque pugnantium *MS. Mendos.* ab. res —

nus. In MSS. Codd. mira varietas. Schotti liber: *ad vires cuiusque pugnantium.* quod ille tuetur. Sauaronis: *ad vires noſtrum cuiusque pugn.* Puteani: *ad vires vndique pugnantium.* Leidenſis: *ad vires vsque pugn.* Boecleri denique: *in p. h. huit* (ſuperducta lineola) *res a c. ad vires vimque pugn.* Primo certum eſt, *vires vimque*, cum eadem ſit vox, inepta repetitione coniungi: ac proinde alterutrum in mendo cubare. Deinde, *vim* pugnantibus optime conuenire; cum et ſupra 1, 5. 3 iis tribuatur. Praeterea ex iis, quae praecedunt ac ſequuntur, colligere eſt, requiri hic aliquid, quod ad *fortunam*, et aliquid, quod ad *milites* pertineat. nam et cauſſam reddit, cur in bello multa *communia ſint imperatoribus cum militibus et fortuna.* et hinc porro colligit, *iure ſuo nonnulla ab imperatore militem, plurima vero fortunam vindicare.* Ergo dubitari non debet, heic quoque *fortunae* mentionem a Nepote ſactam. Non displicet igitur, quod Puteanus coniecit, pro *vires* legendum *vices.* nam ea voce ſubinde veteres de fortuna pariter ac bello vtuntur. De fortuna Lucanus 2, 12 *Siue nihil poſitum eſt, ſed ſors incerta vagatur, Fertque refertque vices, et habent mortalia caſum.* Seneca Controuerſia 1 *Venit ſubito deformis ſqualore, lacrimis. O graues, fortuna, vices tuae!* Ita recte emendavit ὁ πάνυ Gronouius, quum vulgo pariter legeretur *vires.* Eiusdem epitome lib. 5 declam. 1 *Mutentur vices felicitatis humanae; proſcriptus aliquando proſcripſit.* De bello et praelio Virgilius Aeneid. 2, 432 *Teſtor in occaſu veſtro, nec tela, nec vllas vitauiſſe vices Danaum.* vbi Seruius: Vices, *pugnas, quia per viciſſitudinem pugnabatur.* et mox: *De bello vſurpatum eſt. nullum enim proelium caret periculo: ergo vices periculi.* bene. *Vices* enim proprie viciſſitudinem et variationem deſignant. Tacitus Ann. 6, 35. 2 *Modo equeſtris proelii more, frontis et tergi vices.* Idem Agric. 18, 1 *Hunc Britanniae ſtatum, has bellorum vices Agricola inuenit.* Statius: *bellica iura, vicesque armorum.* Hac voce in *vires* mutata, videntur librarii, animaduerſo inepte *vimque* addi, poſteriorem hancce in *vsque, cuiusque, vndique* corrupiſſe. Τὸ *huit* autem, quod in Boecl. fuit, et ex *habuit* abbreuiatum videtur, ex ſimilitudine ſoni natum. Sed vnde τὸ *noſtrum*, quod in ſuo Sauaro inuenit? Vt ingenue fatear, haereo, et vereor, ne quid aliud lateat. [Struchtmeyer. libr. I. Animadverſſ. critic. cap. 10. p. 52. malit *vices fortunae;* at neque hoc placet. An *ad vices fortis?* quod vltimum, ſi additur, vocabulum concinnitatem iuuat, ac reſpondet τῷ *fortunae*, et facilius abſorberi potuit ab antecedentis vocabuli vltima ſyllaba concurſuque plurium *s*, per ſcribae negligentiam. Sed nihil definio decernoque.]

plurima vero fortuna vindicat,[12] ſeque hic plus valuiſſe, quam ducis prudentiam, vere poteſt

ad vires noſtrum cuiusque pugn. *MS. Sau.* ab. res — ad vires vndique pugn: *MS. Put.* ad vires vsque pugn. *MS. Leid.* 1. huit [*quod Scheffero in Obſſ. miſc. Belg. vol. IX. p.* 207. *paene mutandum videbatur in* fluit *aut* ruit,] res a c. ad vires vimque pugn. *MS. Boecl.* in praeliis concurſu habuit etc. *MS. Voſſ.* 2. ad vires vimque p. *Ed. Bos.* 1. *Stau.* [*et recentt.*] abit res conſilio ad vireis v. p. *Ed. Lamb.* abiit res conſ. ad vires *Ed. Ald.* [*Heus. coniec.* abit res ad vir. vtrimque pugnant. *cuius tamen ſententiae ſubſcribere dubitat Stau. in not. ad ed.* 3. *Huic autem ad ed. min. placuit emendatio Lambini, legentis,* vires virtutemque pugn. *vel* ad vim virtutemque pugn. *et Curtius noſtrum imitatus videtur, qui libr IX. c.* 7. §. 16. ob eximiam, *ait*, virtutem virium. *Heinr., Nepotem omnino ſcripſiſſe,* ad vir. fortunamque pugn. *aut ſimile quid, arbitratus, a ſcripturae veſtigiis nimis diſceſſit, iudice Tzſchuck. ad ed.* 2. *qui ſuſpicatur* caſusque, *quod ad lectionem nonnullorum codd.* cuiusque *quam proxime adcedat. Idem cum Wetzel. et Brem. haud probat Puteani emendationem, ab Harl. probatam et illuſtratam* ad vices vimque pugn. *Bene defendit Kapp. vulgatam lection. v. not. Harl.*] — 12. plurima — his plus val. *Ita MS. Dan. Ed. Keuch.* [*Bos. Stau.* 1. 2.] *Sed* plurima vero a fortuna vindicat, ſeque his plus val. quam duc. prudentia vere pot. praed. *Ed. Ald. Steph.* plurima vero fort. vind. ſeque hic plus val. quam duc. prudentiam, v. p. praed. *Ed. Lamb.* plurima vero a fortuna *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* vendicat *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. et* hic plus val. *MS. Voſſ.* 1. 2. *Boecl. Ed. Lamb. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſch.* 1. 2. *et rell. recentt. et ego recepi. Recte vero Tzſchuck. ad min. ed. retulit τὸ* hic *non ad bellum Peloponneſiacum, vti Harl. (cuius not. vid.) fecerat, ſed, quum ſententia ſit generalis, ad proelium omnino in ſuperioribus notatum:* hic *nempe in proelii ſorte atque euentu. Add. not.*]

*plurima vero fortuna*] Locus obſcurus, et quem vellem diligentius viri docti excuſſiſſent. Vulgati fere ſic habent: *plurima vero a fortuna vindicat, ſeque his plus val. qu. duc. prudentia vere p. praedicare.* quod merito ſuſpectum Lambino fuit. nam, vt e praecedentibus adparet, Nepos *imperatori militem* et *fortunam*, non *militem imperatori* et *fortunae* opponit: neque verum eſt, *plura* militem a fortuna, quam ab imperatore, multo minus, *plurima* eum *a fortuna* ſibi *vindicare*, quin potius plurimum in bello fortuna ſibi vindicat. Cicero pro Marcello cap. 2 *Certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus, multum iuuant: maximam vero partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi vindicat, et quidquid eſt proſpere geſtum, id paene omne ducit ſuum.* quem locum a Noſtro expreſſum cenſe-

praedicare. [13] Quare illud magnificentiſſimum factum, proprium eſt Thraſybuli. Nam quum triginta [14] tyranni, praepoſiti a Lacedaemoniis, ſeruitute oppreſſas tenerent Athenas, plurimos ciues, quibus in bello parſerat [15] fortuna, partim

13. praedicari *MS. Voſſ.* 1. 2. iudicari *MS. Axen.* — 14. nam triginta *MS. Leid.* 2. — 15. parſerat. *Sic MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. [*Ed. Bos. Heus. Stau. Ith. Brem. Harl. Bip. Pauſl. Izſchuck. Heinr.*] *Sed* pepercerat [*MS. Thott. probatque Schlegel. in disp. laud. p.* 68.] *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* [*Wetz. Schmied.*]

bat Schottus. Caeſar B. Ciu. 3, 68 *Fortuna, quae plurimum poteſt, cum in reliquis rebus, tum praecipue in bello.* Iſocrates Archidamo: Τῶν μὲν ἐν πολέμῳ γιγνομένων τὸ πλεῖϛον μέρος τῇ τύχῃ μέτεϛι. Recte igitur Lambinus aliique delerunt praepoſitionem: quae et Dan. codice aberat. reliqua idem Lambinus, *his* in *hic*, et *prudentia* in *prudentiam*, (quod etiam in Colon. ed. haberi ait,) mutato, ſic reſtituit: *ſeque hic plus valuiſſe quam ducis prudentiam, v. p. praed.* Suſpicatur tamen, cum τὸ *his* in omnibus libris inueniatur, totum illud, *quam ducis prudentia,* ſubditum, itaque legendum eſſe: *pl. vero fortuna vindicat, ſeque his plus val. v. p. praed.* Cui coniecturae parum abeſt, quin ſubſcribam. Certe ſententia aperta eſt. Quoniam tamen omnes tam editi, quam MSS. Codices haec verba habent, delere non auſim. Τὸ *his* autem vel mutari poteſt in *hic*, vel ad illud *plurima* referri: quamquam prius illud malim. In MS. Boecl. erat *praedicari.* corrupte, opinor. niſi τὸ *ſe* ad fortunam referas: quod tamen duriuſculum. [Add. Heuſing. et Harl. notas. Kapp. cenſet, *his* pro *is* a librariis, more ſueto, fuiſſe exaratum. Acute quidem. At vereor, ne ſenſus enaſcatur ſubobſcurus.]

5 *Plurimos ciues*] Vide Iuſtin. 5, 8 et 9, Oroſ. 2, 15. [Mille quingentos amplius ciues, indicta cauſſa, fuiſſe necatos, Lambinus iam docuit ex Aeſchine contra Cteſiphontem, (p. 628. ed. Reiskii.) Add. Stau. in min. ed. ad h. l. et Taylor in vita Lyſiae, tom. II. huius oratt. p. 128 ſqq. et p. 132 ſqq. ed. Reiskii.]

*parſerat*] Sic diſerte Cod. Dan. idque a librarii manu eſſe, vix crediderim. Eumdem in modum Plautus Trinum. 2, 2. 35 *parſi ſedulo.* Curcul. 2, 3. 11 *niſi eam mature parſit.* Trucul. 2, 4. 24 *rei parſiſſem meae.* Terentius Hecyra 3, 1. 2 *hanccine ego vitam parſi perdere.* vbi Donatus: PARCO, *conſeruo*, PARSI *facit.* Phorm. 1, 9. 10 *quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo comparſit miſer.* Cornelius Fronto de differentiis vocum: *Parſi ſemel; peperci ſaepius.* Cato apud Feſtum: *meo labori non parſi.* vnde *parſurus* apud Liuium 35, 44. V. Voſſ. de analog. 3, 25. qui et apud Gellium 6, 14 ait legi *parſiſſe.* quod tamen in meis codicibus non inuenio.

patria expuliſſent, partim interfeciſſent, plurimorum bona publicata inter ſe diuiſiſſent, non ſolum princeps, ſed et ſolus initio bellum his indixit.

II. Hic enim, quum Phylen [1] confugiſſet, 1
quod eſt caſtellum in Attica munitiſſimum, non plus habuit ſecum, quam [2] triginta de ſuis. Hoc initium fuit ſalutis Actaeorum; [3] hoc robur libertatis clariſſimae [4] ciuitatis. Neque vero hic 2

1. Phylem *MS. Leid.* 2. Philen *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 2. quam *aberat a MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 1. 2. *Boecl. Ed. Iens. Med. Arg. Long. Sed vncis incluſit Heuſing.* [*Contra tuentur Stau. ad ed.* 3. *et Tzſchucke, quia* plus *ſine* quam *ponatur, ſi ſtatim id praecedat numero, non, vti h. l., ſi quaedam intercedant vocabula.*] *v. Ruhnken. ad Vellei. Paterc. II.* 1. *p.* 76. *qui τὸ* quam *retinet.* — 3. Acteorum *MS. Dan.* Atticorum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Tzſchuck.* 2. *cod. Thott. idque vnice probat Schlegel. in diſp. laud. p.* 69. *Stau. quoque, qui quidem, vti rell. edd., edidit* Actaeorum, *in not. ad ed.* 3. *miratur, Nepotem hoc voc. non niſi poetis proprio vſum eſſe.*] *Sed a MS. Leid.* 2. *aberant verba:* Hoc in. ſ. ſ. Act. hoc robur. — 4. clariſſ. *Ita MS. Dan. recte. Sed* cariſſimae *Ed. Long. librariorum, credo,*

1 *partim interfeciſſent*] Initium caedis ab Alcibiade factum, ait Iuſtinus 5, 8. 12.

[*princeps*] h. e. primus. v. Stauer. ad ed. 3.]

1 *Phylen confugiſſet*] Plura Meurſius de populis Atticae p. 144 ſeqq. [Xenoph. hiſt. gr. 2. p. 367. Iſocr. tom. 1. p. 416. Plutarch. tom. 3. p. 169. *Fiſch.* Illa pars fuit tribus Oeneidis, finitima Tanagriae, centum ſtadiis diſtans Athenis. Conf. Stau. ad ed. 3. et Ariſtoph. Plut. v. 1147. ibique Hemſterh. p. 438 ſqq. Xenoph. hiſt. gr. II. 4, 1. Diod. Sic. 14, 32.]

*Actaeorum*] Ita lego, ſequutus veſtigia Codicis Dan. in quo fuit *Acteorum*. *Actaei* enim dicti Athenienſes ab *Acte*, quod antiquiſſimum Atticae nomen fuit, vt pluribus auctorum locis docet Meurſius de Regib. Athenienſ. 1, 2. quibus addas licet Suidam in Ἀκτὴ, et Euſtathium Schol. ad Dionyſ. Perieg. p. 60. Stephanus: Ἀκτή· οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκταῖος, καὶ Ἀκταῖα κ. λ. Vnde Ἀκταίων λύκοι apud Lycophronem Caſſandra, hoc eſt, vt Tzetzes expouit, οἱ τῶν Ἀθηνῶν ἅρπαγες· et *Actaea Ceres* Statio Silu. 4, 8. *Actaea arua* Ouidio 1 Metam. *iuga* Claudiano 3 de raptu Proſerpinae; et *Actaeae orae* Val. Flacco libr. 1. Adi Meurſ. l. c. ſub finem.

*clariſſ. ciuitatis*] Vide 7, 11. 5. Male qu. edd. *cariſſimae.*

2 *Neque vero hic non cont. e. p. a tyr. atque eius ſolitudo*]

non contemtus eſt primo a tyrannis, atque eius ſolitudo:[5] quae quidem res et illis contemnentibus, pernicii;[6] et huic deſpecto, ſaluti fuit.

*incuria: cuius et alia veſtigia ſunt in illo libro.* — 5. neque vero — ſolitudo. *Sic legit MS. Mendos. Dan. Leid.* 1. *Sau. Voſſ.* 1. *Ed. Vltrai.* [*Bos. Stau. et rell. recentt.*] *Sed in MS. Boecl. Bau. pro* atque *erat* neque. *MS. Ernſt. Ed. Lamb. Keuch.* neque vero hic contemtus eſt primo a tyrannis, ſed eius ſolitudo. [*atque ſic correctum eſt a manu docta in meo Lambini exemplo.*] *MS. Leid.* neque vero hic neque etc. *MS. Long. Voſſ.* 2. *Ed. Long. Mag. Steph.* neque vero hic modo, etc. *atque* contemptus *Ed. Long. Mag.* [*Stau.* 2. 3. *male.*] *Tum* neque eius ſolitudo *MS. Leid:* 2. *Ax.* ſed et eius ſolitudo *MS. Voſſ.* 2. ſed eius ſolitudo *MS. Mag. Ed. Mag. Steph.* neque eius ſolicitudo *Ed. Iens. Med. Arg.* ſed eius ſolicitudo *Ed. Long.* neque eius ſollicitudo *Ed. Paris. Ald.* — 6. pernicii. *Sic MS. Giſ. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. Ith. Heinr. Tzſchuck. Brem.*] *Sed* perniciei [*cod. Thott. probante Schlegel. in disp. cit. p.* 68. *nec reluctante Tzſchuck. ad ed.* 2. *quum noſter ſic dicat in Chabria* 4, 2.] *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Wetz. Schmied.*]

Lectio MSS. codicum Schotti, et Leid. itemque Sauar. ac Vltrai. editionum; quam, vt omnium optimam, poſt Schottum et Gebhardum probat Boeclerus. Conſentiunt edd. antiquae et MSS. Boecl. ac Bauarici Schoppio Veriſim. 4, 2 laudati: niſi quod pro *atque* habent *neque.* Qui negandi particulam eiiciunt, (vt Lambinus et Barthius Aduerſ. 24, 18, itemque codex Ernſtianus,) h. m. *neque vero hic cont. e. pr. a tyr. ſed eius ſolit.* eos continens verſiculus redarguit. nam eo diſerte *deſpectus* a tyrannis Thraſybulus dicitur. niſi tamen, quod valde vereor, et illud *deſpecto*, et, quod praecedit, *contemnentibus* ab aliena ſunt manu. [Boſio adſentit Wetz.] MS. Curionis, et quidam editi: *neque vero hic modo contemtus eſt pr. a t. ſed ei. ſol.* Vnde Barthius faciebat: *ſed et ei, ſolitudo.* Voſſius pater malebat: *neque vero hic tam contemtus eſt a tyr. atque eius ſolitudo.* Sed vix ita loquutum crediderim Nepotem. [Senſus eſt: Neque hic ſolum contemtus eſt; ſed eius quoque ſolitudo, h. e. inopia et infrequentia ſociorum, auxiliantium, n. triginta. At Xenoph. hiſt. gr. 2, 4. 2. numerat ſeptuaginta.] Ceterum Xenophon 2, Diodorus 14, Iuſtinus 5, 9, aliique hanc rem narrantes nihil de contemtu hoc, ſed tyrannos ſtatim obuiam Thraſybulo iuiſſe, tradunt.

*ſolitudo*] Male alii *ſolicitudo*, vt antecedentia docent.

*pernicii*] Sic e vet. codice laudat Gifanius Ind. Lucret. voce *Rabies*, reperitque in ſuo et Pet. Dan. Similiter Siſenna hiſtor. 6 *Romanos inferendae pernicii cauſſa veniſſe.* Cicero pro Roſcio c. 45 *quorum nihil pernicii cauſſa factum putamus etc.* Ita vtrumque locum laudat Gellius 9, 14, docetque

Haec enim illos ad perſequendum ſegnes,[7] hos autem, tempore ad comparandum dato, fecit robuſtiores. Quo magis praeceptum [8] illud omnium 3
in animis eſſe debet: *Nihil in bello oportere contemni.* nec ſine [9] cauſſa dici: *Matrem timidi flere non ſolere.* Neque tamen [10] pro opinione 4
Thraſybuli auctae ſunt opes. Nam iam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loqueban-

7. ſegnes ad perſeq. *MS. Voſſ.* 2. *Dan. Ax.* *Statim* hoſtes autem *Ed. Long.* *tum* rubuſtiores *MS. Voſſ.* 2. — 8. praeceptorum *Ed. Arg.* — 9. neque ſine *MS. Voſſ.* 1. 10. Neque tum *MS. Voſſ.* 2.

eadem ratione aliis dictum *facii, dii, progenii, luxurii, acii, ſpecii.* Adde Voſſ. de analog. 2, 19 et Bangium l. 1. p. 98. Laudat vtrumque locum et Nonius cap. 8, 24, ſed corrupte vtrobique *pernici*, et in priore pro *inferendae, in re cerne* legitur. Mox Dan. mutato verborum ordine, *ſegnes ad perſequendum.*

*hos autem tempore*] Pro *hos* qu. edd. *hoſtes.* ſed alterum meliores libri firmant.

*ad comparandum*] Suſpectus Lambino locus; legendumque videtur *ad ſe comparandum*, ſeu *ſe comparandos*; vel *ad exercitum comparandum*; vel hoc totum vt ſuperuacaneum delendum. cui recte Gebhardus cenſuit dandum elleborum. Solent enim hoc et aliis huiusmodi verbis ſcriptores abſolute vti. Plane ad hunc modum Liuius 35, 44 *vt Romani tempus ad comparandum habeant.* et 42, 52 *extractam hiemem, vt tempus ad comparandum haberent.* Idem 38, 12 *Attalum fratrem domum ad comparandum dimittit.* Ita enim e MSS. legendum docuit Gronouius. Noſter infra 23, 7. 1 *Quum in apparando acerrime eſſet occupatus.* Subaudiendum autem vel *ſe*, vel *copias, exercitum, bellum*, aut aliquid ſimile. [Add. Stau. ad ed. 3.]

3 *Nihil in bello oportere contemni*] Vide Polyaenum 2. in Ageſilao. De hoſte vero non contemnendo Liuius 21, 43 *Saepe contemtus hoſtis cruentum certamen edidit.* Et Curtius 6, 3. 11 *Nihil tuto in hoſte deſpicitur.* vbi vid. Commentar. Freinshemii. Cauſſam reddit Xenophon 3 Memorabil. p. 768 τὸ μὲν θάρσος ἀμέλειάν τε καὶ ῥαθυμίαν, καὶ ἀπείθειαν ἐμβάλλει· ὁ δὲ φόβος προσεκτικωτέρους τε καὶ εὐτακτοτέρους ποιεῖ. Idque mox nautarum exemplo illuſtrat. Exemplis plenae ſunt hiſtoriae, quorum luculentam partem habes apud Piccartum Obſeru. hiſtoricopolitic. dec. 3, 18.

[4 *Auctae ſunt opes*] Notantibus tamen Lambino et Tzſchuckio, Diodor. Sic. 14, 33. tradit, breui tempore conueniſſe homines mille et ducentos. Xenoph. in hiſt. Gr. 2, 4, 5. habet ſeptingentos, qui paullo poſt (9, 10.) ad 1000 adcreuiſſent.]

*iam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant*]

5 tur, quam pugnabant. Hinc in Piraeeum [11] tranſiit, Munychiamque muniuit. Hanc bis tyranni oppugnare ſunt adorti: [12] ab eaque turpiter repulſi, protinus in vrbem, armis impedi-
6 mentisque [13] amiſſis, refugerunt. Vſus eſt Thraſybulus non minus prudentia, quam fortitudine. Nam cedentes violari [14] vetuit: *ciues* enim *ciuibus parcere aequum* cenſebat. Neque quisquam eſt vulneratus, niſi qui prior impugnare voluit. neminem iacentem veſte ſpoliauit: nil [15] adtigit, niſi arma, quorum indigebat, et quae ad [16] vi-
7 ctum pertinebant. In ſecundo proelio cecidit Critias [17] dux tyrannorum, quum quidem [18] exaduerſus Thraſybulum fortiſſime pugnaret.

11. Pireum *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. Pyraeum *Ed. Long. tum* Minthiamque *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *ſed in marg.* al. Munichiamque, *vt Ed. Med. Arg. Gebh.* Munichiumque *Ed. Long.* — 12. adorſi *Stau.* 2. 3. [*Harl. repugnante Tzſchuck.*] — 13. impedimentis *MS. Voſſ.* 1. — 14. violari *etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. — 15. nil. *Sic quoque MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Sed* nihil *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 16. et quae id *MS. Voſſ.* 1. quae ad, *omiſſo* τῷ et, *MS. Voſſ.* 2. quaeque ad *MS. Dan.* — 17. Chritias *MS. Voſſ.* 2. Cricias *Ed. Iens. Med. Arg.* — 18. quomodo *MS. Bau.* aliquid *MS. Voſſ.* 2. *Boecl.* quo *MS. Ax. Statim* exaduerſus *MS. Gif. Ax. Dan. Boecl. Voſſ.* 2. *Bau. Ed. Sau.* [*Bos.* 2. *Heus. et rell. recentt. Sed non omnino placet Tzſchuck. ad ed.* 2.] Ex aduerſo *MS. Leid.* 2. [*et ſic legere malit Burm. ad Sueton. Tiber.* 2. *disſentit tamen Kapp. cuius et Harl. not. vid. Burmanno autem adſentit Oudendorp. ad Suet. vit. Caeſ. c.* 39. *p.* 64. *et ad vit. Tiber. c.* 33. *p.* 401.] aduerſus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.*

Videtur Nepos, vt etiam Magio obſeruatum, tecte carpere Romanorum ignauiam, qui Caeſaris aliorumque tyrannidem verbis magis, quam facto, oppugnabant. Vide Cicer. ad Attic. 14, 6 et 15. [et Schlegel l. c. p. 22. *Boni* ſunt optimates, nobiles, omnino boni ciues, ac *fortius* eſt maiori et fortiori animo, conſtantius. v. Stauer.]

5 *Munychiamque*] Corrupte Dan. *Minthiamque.*

6 *Neque quisq. eſt vuln. niſi qui prior impugn. vol.*] Vide Grot. de I. B. et P. 3, 11. 10.

7 *Quum quidem exaduerſus Thraſybulum fort. pugn.*] Sic iam Sauaro edidit, haud dubie MSS. codicum fide. Nec aliter Gif. Dan. Boecl. et quem Schoppius Veriſim. 4, 2. laudat, niſi

III. Hoc deiecto, Pauſanias venit Atticis 1 auxilio, rex [1] Lacedaemoniorum. Is inter Thraſybulum et eos, qui vrbem tenebant, fecit pacem, his conditionibus: [2] *ne qui praeter triginta tyrannos et decem, qui poſtea praetores creati, ſuperioris more crudelitatis erant vſi, adſiceren-*

1. rex auxilio *MS. Voſſ.* 1. — 2. condicionibus *Ed. Lamb. Statim* neque praet. *MS. Voſſ.* 2. nequi *Ed. Par.*

quod hic pro *quidem, quomodo;* et pro *Thraſybulum, Thraſybulus:* Boecl. vero pro *quidem, aliquid.* vnde tentabam: *quum aliquandiu,* vel, *quum alioquin exadu. Thraſybulum ſ. p.* Praefero tamen *cum quidem;* quomodo et 23, 2. 6 ac 24, 2. 2 loquutus. *Exaduerſus Thraſybulum* dixit, vt ſup. 2, 3. 4 *exaduerſum Athenas.* vbi vide, quae adnotauimus. Schoppianam lectionem recte improbat Barthius Aduerſ. 24, 18.

1 *Hoc deiecto*] H. e. interfecto, proſtrato. Id enim ſaepe hoc verbi notat. Nimium ſubtilis h. l. Gebhardus, qui exponit *immolato, ac mactato.* Nam *deiicere,* inquit, verbum eſt ſacrificiorum. Tyranni autem *vt pacis victimae trucidantur;* quomodo hac ipſa in re Iuſtinus loquitur 5, 10. 9. Quid adtinet tam longe petere, quod in propinquo eſt? [Proprie de alto quodam gradu deiicere; Graec. καταβάλλειν. metaphorice igitur, aliquem cum vi priuare dignitate, poteſtate potentiaue. tum de caede tam hominum, quam ferarum in venatu aeque ac ſacris. v. Stauer. ad ed. 3. qui ad ed. min. ſ. 2. hiſtoriam ipſam, praecipue de decem praetoribus, docte lateque explicat, et laudat Weſſeling. ad Diodor. Sic. lib. XIV. c. 23.]

*fecit pacem*] Non *miſericordia,* vt Iuſtin. ait 5, 10. 7. ſed *ſimul quod Lyſandro,* (qui paullo ante Lacedaemone tyrannis auxilio venerat,) *inuideret, ſimul etiam, quod Spartam male apud Graecos audire intelligeret.* Diodorus l. c. Adde Xenophontem hiſt. Graec. 2. [per totum caput quartum, cum notis Mori. Add. Stau. et Harl. not. ad noſtrum locum.]

*qui poſtea praetores creati, ſuperioris more crudelitatis erant vſi*] Vide not. Berneggeri ad Iuſtin. 13, 3. 2. [v. Xenoph. l. c. §. 15. ibique Mor. Henr. Vales. Emendat. libr. I. c. 33. erroris adcuſat Nepotem, eumque, arguit, confudiſſe decem magiſtratus, quos Athenienſes, abdicatis triginta tyrannis, (quos quidem non integrum annum tenuiſſe rempublicam, docet Morus ad Xen. l. c. §. 13. p. 98.) creauerant, cum decem magiſtratibus Piraei; ſed Stau. ad ed. 3. curate copioſeque defendit, ſaltem excuſat Nepotem. Pari modo refutari aut caſtigari forſan poteſt Taylori opinio in vita Lyſiae p. 136 ſq. ed. Reiskii, erraſſe Nepotem, quod ſcripſit, *et decem, qui poſtea praetores creati:* atque hiſtoriam illius temporis et variorum magiſtratuum, qui illo fuerunt anno, quo triginta tyranni imperarunt, bene docteque expoſuit Morus ad Xenoph. loc. cit. §. 12. p. 96 ſq.]

*ſuperioris more crudelitatis*] Hoc eſt, vt Iuſtinus 5, 10. 5.

*tur exſilio: neue bona publicarentur:* [3] *reipublicae*
2 *procuratio populo redderetur.* Praeclarum hoc [4] quoque Thraſybuli, quod reconciliata pace, quum plurimum in ciuitate poſſet, legem tulit: *ne quis* [5] *ante actarum rerum accuſaretur, neue multaretur:* eamque illi [*legem*] [6] *obliuionis* adpellarunt.

3. neue cuiusquam bona publ. *Ed. Lamb.* — 4. in hoc *MS. Leid.* 2. — 5. nequis *Ed. Par. Sic mox* anteactarum. — 6. legem *aberat a MS. Dan. Boecl. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. *Ax. Vnci abſunt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Ith. Brem. Heinr. Wetz.*] *tum* appellarent *Ed. Mag.*

de iisdem ſcribit, *nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crudelitatis aggreſſi.*

*neue bona*] Ed. Lambini inſerit *cuiusquam.*

2 *Praeclarum hoc quoque Thraſybuli*] Narrant Xenophon hiſt. Gr. 2. c. 4. Andocides orat. de myſteriis, [p. 39 43. etc. ed. Reisk.] Aeſchines orat. contra Cteſiphontem, p. 83. Cicero apud Dionem Caſſium 44. Valerius Max. 4, 1. ext. 4. Iuſtinus 5, 10. 11. et Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plut. 5, 1. Hiſtoricopolitica commentatione illuſtrarunt viri doctiſſimi, Boeclerus in Diſſert. de Amneſtia, olim cum Velleio edita: et Ioh. Strauchius in Thraſybulo Nepotis, Lipſiae, quum ibi humaniores litteras doceret, edito. Inter glorioſa Athenienſium facta recenſet Plutarchus extr. lib. de gloria Athenienſium.

*legem tulit*] Cuius fragmentum Petitus in Commentario ad Leges Atticas 8, 4. §. X. putat legi apud Lyſiam orat. contra Cteſiphontem, ap. Suidam in Ἀπείπατο, in his verbis: *καὶ τὺς μὲν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων παῖδας, ὧν οἱ πατέρες βοηθήσαντες ὑμῖν ἔτι ζῶσι, ἀπειπεῖν ἐν τοῖς νόμοις* ΜΗΤΕ ΑΔΙΚΟΝ ΜΗΤΕ ΔΙΚΑΙΟΝ ΛΕΓΕΙΝ. Quam recte, viderint alii.

*ne quis ante actarum rerum accuſaretur, neue multaretur*] Valerius Maximus: *ne qua praeteritarum rerum mentio fieret.* Ipſius legis haec aut ſimilia videntur fuiſſe verba: *μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων*· quod Andocides l. c. [p. 43.] decretum ait. Scholia Ariſtophanis [ad Plut. v. 1147.]: *ψηφίσασθαι ἔδοξε, μὴ μνησικακῆσαι ἀλλήλοις καθάπαξ τὺς πολίτας.* Cicero apud Dionem: *μηδὲν τὸ παράπαν μήτε ἐγκαλέσειν ποτὲ, μήτε μνησικακήσειν τινί.* In formula quoque iurisiurandi, quo legi illi cuncti ciues ſe obſtrinxerunt, quaeque apud Andocidem p. 217. (vnde deſcripſere Petitus l. c. et Boxhornius de Amneſtia ſ. 2.) habetur: *ὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν ὐδενί.* quod etiam Xenoph. et Aeſchines innuunt.

*legem obliuionis*] Plura in hanc rem, praeter Boeclerum et Strauchium iam laudatos, Berneggerus orat. 4. Boxhornius diſſertatione peculiari, et Forſtnerus in not. ad Taciti Annal. 12, 19. [Muret. varr. lectt. lib. 2, 15. et Stau. ad noſtr. loc. in ed. min.]

*legem obliuionis adpella-*

Neque vero [7] hanc tantum ferendam curauit, ſed 3
etiam, vt valeret, effecit. Nam quum quidam ex his, [8] qui ſimul cum eo in exſilio fuerant, [9] caedem facere eorum [10] vellent, cum quibus in gratiam reditum erat, [11] publice prohibuit: et id quod pollicitus erat, praeſtitit.

IV. Huic pro tantis meritis honoris corona 1
a populo data eſt, facta duabus [1] virgulis oleagi-

7. vere *MS. Leid.* 2. *idemque mox* efficit. — 8. ex iis *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Lamb. Patau.* — 9. fuerunt *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ax.* — 10. eorum *aberat a MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *et* facere *abeſt ab ed. Keuch.* — 11. reditum fuerat *Ed. Steph. Gebh.*

1. e duabus *Ed. Lamb. Patau.*

*runt*] Adde, praeter ea, quae paullo ante diximus, Gebh. ad noſtr. loc. Boeclerum de Amneſtia c. 2, 1 et ſeqq. ab eoque laudatos; itemque Franc. Fabricium not. in Oroſ. 2, 17. et Nic. Abramum Commentario in Cicer. Philippic. 1. p. 479 et ſeq. Quid vero ſit μνησικακεῖν, et quomodo a τῷ μνημονεύειν differat, docent Scholia in Ariſtophanis Lyſiſtratam p. 874. et Vlpianus in Demoſthenis orationem contra Ariſtocratem; cuius locum adduxit Boeclerus c. 2, 14. Porro MSS. Dan. Leid. Boecler. aberat vox *legis*, quae ex proximo poteſt repeti. quare vncis incluſi. Fortaſſis autem Nepos ſcripſit, *eamque illi obliuionem adpellarunt.* nam id proprie ἀμνηστία eſt. Atque ſic et Valerius Max. interpretatur; ſicuti Cicero Philipp. 1, 1. [vbi vid. Graeu.] *non recordationem;* vti quidem is locus in membranis noſtris ceteroqui non malis legitur. Sic enim illae: *Graecum etiam verbum vſurpaui amneſtiam, id eſt, non recordationem, quod cum in ſedandis discordiis erat ciuitas illa.* quae ſi genuina ſunt, fruſtra disputauerint viri docti, quodnam vocabulum Cicero reſpexerit. ſed vereor, ne gloſſema ſit. In iisdem membranis paullo ante prima manus ſcripſit: *Ego quum ſperarem aliquando ad veſtrum conſilium auctoritatemque reuocatum.* fors non male. Vulgo eſt, *rempub. eſſe reuocatam.* quod etiam in noſtro codice ſuperſcriptum, neſcio an ſatis congruat ad verbum *ſperarem. Reuocatus* autem dictum fuerit, vt *amiſſus,* et ſimilia, de quibus ſupra ad 7, 6. 2. Pro recepta tamen Nepotis lectione facit, quod etiam a Plutarcho in praeceptis politicis ψήφισμα ἀμνηστίας, et a Velleio *decretum obliuionis* dicitur.

3 *Vt valeret*] Vid. Forſtner, ad Taciti An. 13, 51.

*publice prohibuit*] An noua lege, Archino rogante lata, de qua ex Iſocrate Petitus l. c.?

1 *Honoris*] Male Lambinum contra conſenſum librorum addidiſſe *ergo*, iam Schotto et Gebhardo adnotatum. Mox in eiusd. et aliis edd. legitur, *facta e duabus virg. ol.*

nis: quae, quod [2] amor ciuium, non vis, [3] expreſſerat, nullam habuit inuidiam: magnaque fuit 2 gloria. [4] Bene ergo Pittacus ille, qui ſeptem ſapientum numero eſt habitus, quum ei Mitylenaei [5] multa millia iugerum agri munera darent, [6]

2. quia quod *MS. Dan.* qui quod *MS. Leid.* 2. quam quod *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med.* [*Ed. Heus. Stau.* 3. (*qui ad ed.* 1. *et* 3. *hanc antiptoſin vtriusque linguae admodum familiarem copioſe illuſtrat,*) *Ith. Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Bipont. Heinr.* quae, quod *Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 2. *Brem. Schmied.* (*qui in nota hanc tuetur lectionem; in Lexico autem Cornel. p.* 23. *ſq. nec* quae, *nec* quod *probat,*) *Pauſl.*] — 3. et non vis *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax.* [*Stau.* 3. *ſed τὸ* et *h. l. quum ſit in oppoſitione, neque denotet* nec potius, *quod contra Heuſing. bene obſervat Tzſchuck., videbitur barbarum, nec latinis auribus ferendum.*] — 4. magnaque fuit gloria. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* magnae f. gloriae *Ed. Lamb.* [*Haud male quidem. ſed vid. not.*] *Mox* Pithacus *MS. Leid.* 2. — 5. Militeni *MS. Leid.* 2. Mitileni *MS. Voſſ.* 1. *Dan.* Mityleni *Ed. Iens. Med. Arg.* Mitylenei *Ed. Par.* Mitilenaei ei *MS. Ax.* — 6. muneri dar. *Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Bos.* 1. 2. *Ith. Bipont. Heinr. Wetz. Pauſl. Schmied.*] *Sed* et agri munera dar. *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax.* agri munera dar. *Ed. Heus. Stau.* 1. 2. 3. [*Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Brem. Vtrumque recte dicitur: ſed mihi cum Tzſchuck. placuit, codices ſequi, quum, vt ille ait, ex adpoſitione probetur et ſoni variationem inferat.*] iugerum agri et munera *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.*

*quae, quod am. ciu.*] Lambinus emendabat, *quae, quod eam amor ciu.* nulla neceſſitate. MS. Dan. *quia quod amor ciu. expr.* An fuit *quam quod am. c. e.?*

*quod amor ciuium, non vis, expreſſerat, nullam habuit inuidiam etc.*] Videtur et heic Nepos Caeſarem perſtringere, cui non amor ciuium, ſed vis, et metus tot honores, (de quibus ad 1, 6. 1.) peperit.

*magnaque fuit gloria*] Lambinus praefert, quod in aliis codd. fuit, *magnaeque fuit gloriae.* Et ita plerumque Noſter: vtitur tamen alicubi et altera ratione. V. Ind. *eſſe.*

2 *Quum ei Mitylenaei*] Scriptores varie narrant. v. Diogenes Laërt. lib. 1. in Pittaco, ſ. 75. ibique Menag. Plutarchus praecept. polit. tom. II. p. 820. et Valerius Max. 6, 5. ext. 1.

*multa mill. iugerum agri muneri darent*] Aldina lectio: quae an et in MSS. reperiatur, ignoro. Illud ſcio, in aliis edd. legi, *multa mill. iugerum agri et munera dar.* Exc. Dan. *m. m. iugerum et agri munera d.* quod fortaſſe mutari non debuit. Nam vtrumque Latine dicitur, *dare aliquid alicui munus,* et *muneri.* Propertius 2. eleg. 28. *Munera Dianae debita redde choros.* Vet. In-

*Nolite, oro vos,*[7] inquit, *id mihi*[8] *dare, quod multi inuideant, plures etiam concupiſcant. quare ex iſtis nolo amplius, quam centum iugera, quae et mei*[9] *animi aequitatem et veſtram voluntatem indicent.* Nam parua munera, diutina: locupletia, non propria eſſe conſueuerunt.[10] Illa igitur 3
corona contentus Thraſybulus, neque amplius requiſiuit, neque quemquam honore ſe anteceſſiſſe exiſtimauit. Hic ſequenti tempore, quum prae- 4
tor claſſem ad Ciliciam[11] adpuliſſet, neque ſatis



7. oro vos. *Ita MS. Ax. Leid.* 1. *Dan. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Sed* rogo vos *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. (rogo vos) *Ed. Ald. Lamb.* — 8. id mihi. *Sic etiam MS. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *et recentt.*] *Sed* mihi, *omiſſo τῷ* id, *MS. Dan. Boecl. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 9. meam *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus.* [*Ith. Bipont. Heinr. Schmied. Pauſl.* mei *Ed. Bos.* 2. *et rell.*] — 10. conſuerunt *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Par. Ante* locupleta *Ed. Mag.* — 11. ad Ciliciam. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. [*Edd. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* ad Siciliam *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* Ci-

ſcriptio apud Gruterum p. 16, 2. I. O. M. IVNIA. DONACE. CORON. ET. SCEPTR. EX. ARG. MVNVS. ADTVLIT. Alia p. 47, 10. *Sume libens ſimulacra tuis quae munera Cilo Aris Vrbanus dedicat ipſe ſacris.* Sic *dare, ferre, ponere quid alicui donum.* In Priapeis: *obſcoenas rigido deo tabellas Dat donum Lalage.* Inſcriptio Auguſtana p. 5, 6. IOVI. IVNON. MINER. ANTONIA. M. LIB. APHRODISIA. SCYPHOS II. VENEREVM. SPECVLVM. DONVM. DEDIT. Eborenſis p. 125, 3. VENERI. GENETRICI. CESTVM. MATRONAE. DONVM. TVLERVNT. Liuius 4, 20. *Dictator coronam auream in Capitolio Ioui donum poſuit.*

*nolite, oro vos, id mihi d.*] Vulgo eſt, *Nolite, rogo vos, m. d.* Sed, vt edidi, legit Cod. Leidenſis. Tò *oro* etiam in Dan. et Boecl. fuit. Tò *id* vero in iisd. et reliquis praeter Leidenſem omnibus abſorpſit vltima ſyllaba vocis *inquit.*

[*propria*] h. e. diutina, ſtabilia, perpetua. v. Stau. ad ed. 3. et Harl.]

4 *Ad Ciliciam*] Sic legendum, e veſtigiis ſui codicis, in quo fuit *Silicium*, non *Siciliam*, vt eſt in plerisque MSS. et edd. vett. recte monuit Longolius, Magio et Lambino probantibus. Eurymedon enim et Aſpendus, circa quem locum occiſus eſt, (vt e Xenophonte h. Gr. 4, 8. 30. et Diodoro 14.

diligenter in caſtris eius [12] agerentur vigiliae, a barbaris, ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus eſt.

ciliam *MS. Voſſ.* 1. ad Silicium *MS. Long.* — 12. ſuis *MS. Leid.* 2.

[99. vbi v. Weſſel.] cognoſcimus,) Thraſybulus, in Cilicia ſunt, aut certe in Pamphylia, ad quam refertur a Scylace, Dionyſio v. 852. Strabone 14. Mela 1, 14. Plinio 5, 27. Ptolemaeo 5, 5. Stephano, aliis. Cilicia autem et Pamphylia ſunt inter ſe finitimae; et in vtriusque confinio ad Eurymedontem ſita Aſpendus. Confines autem prouincias confundi ab hiſtoricis, nihil nouum. Immo, ſi recte rem putamus, fieri potuit, vt caſtra Thraſybuli, in quae Aſpendii noctu irruperunt, *ad Ciliciam*, (ita enim dixit Nepos, non *in Cilicia*,) id eſt prope Ciliciam, fuerint.

*a barbaris*] Aſpendiis, vt e Xenoph. et Diodoro l. c. conſtat.

*interfectus eſt*] [a. v. 364. ante C. N. 390.] Sepultus Athenis in Ceramico extra oppidum, vt e Pauſania docet Meurſius in Ceramico gemino, c. 21.

# IX. CONON.[1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Peloponneſio bello bene meretur de republica. II. Exſul Perſis vſui eſt aduerſus Lacedaemonios. III. Accuſaturus Tiſſaphernen, per litteras agit cum Artaxerxe. IV. Vincit Lacedaemonios ad Cnidum. Graecia liberatur, et Athenienſium muri reficiuntur. V. A Tiribazo in vincula coniicitur.*]

CONON ATHENIENSIS Peloponneſio[2] bello acceſſit ad rempublicam, in eoque eius opera magni fuit.[3] Nam et praetor pedeſtribus exerciti- 1

1. Cononis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. Peloponneſſio *MS. Voſſ.* 1. 2. *et ſic quoque* §. 2. *Voſſ.* 2. — 3. in eoque eius opera magni fuit. *Sic primus reſcripſit*

Caput Cononis exſtat in nummorum meorum vno, cum inſcr. ΚΟΝΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. In poſtica parte mulier ſedens, haſtam puram ſiniſtra tenens: pone eam thorax cum clypeo. Ante ara accenſa, cui ſuperuolat Victoria, lauream mulieri porrigens. Infra, vt videtur: ΕΡΚΟΣ ΑΘΗΝΩΝ.

1 *Conon*] Ab eo diuerſus Conon, Aſtrologus Samius, aequalis Archimedis et familiaris: cuius meminere cum alii, vt Archimedes ipſe praefatione libri de Sphaera et Cylindro, Callimachus apud Theonem in Aratum, Ptolemaeus de apparentiis inerrantium, Catullus carm. 67. Propertius 4, 1: tum Virgilius Eclog. 3, 40; cuius verba perperam de noſtro hoc accepiſſe Seruium, obſeruatum Schotto, et Salmaſio in Plinianis. [add. Stau. ad ed. min.]

*in eoque eius opera magni fuit*] [ſcil. aeſtimata.] Sic reſtituit hunc locum Lambinus, Cl. Puteani coniecturam ſequutus, quam etiam Sauaro et Gebhardus probant. Et iuuant MSS. Giſan. Dan. et Put. in quibus erat, *in eoque eius opere magni fuit.* a quibus hoc vno differunt MS. Sauar. Ed. Ven. et antiquiſſ. exempla Lambino laudata, quod pro *magni* habuerunt *magnus:* corruptela haud dubie ex ignoratione elegantiſſimi loquendi modi nata: denique et infra Nepos ita loquutus eſt 14, 1. 2. et 24, 1. 4. Longolius edidit, *in eoque opere magnus fuit.* Aldus et alii: *in eoque eius operae magnus fuit vſus.* Vtrique inuitis libris, in quibus legitur *eius*, abeſt *vſus.*

*praetor pedeſtrib. exerc. praefuit*] Primum anno belli

bus praefuit, et praefectus claſſis res magnas [4] mari geſſit. Quas ob cauſſas praecipuus ei honos habitus eſt. Namque omnibus vnus inſulis praefuit. in qua poteſtate Pheras [5] cepit, coloniam

*ex coniectura Puteani Lambin.* [*quem ſequuti ſunt Bos. et reliqui recc. editores.*] *Sed* in eoque eius opere magni fuit *MS. Gif. Dan. Put.* in eoque eius opere magnus fuit *MS. Voſſ.* 1. *Sau. Ed. Iens. Med. Arg. Par. et Long. in qua tamen omiſſum eſt τὸ* eius. in eoque eius operae magnus fuit vſus *Ed. Ald. Mag. Steph.* in eoque eius opera magna fuit *MS. Leid.* 2. in eoque eius operae magni fuit *MS. Voſſ.* 2. — 4. claſſis magnas *MS. Dan.* cl. et res magn. *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Ab MS. Leid.* 2. *verba* et praef. cl. — — praefuit *aberant.* [*Atque Heus. opinabatur, poſſe τὸ* praefectus claſſis *abeſſe, at nihil eſt mutandum.*] — 5. Pheras. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Ax. Leid.* 2. *ſed* ſperas *MS. Boecl.* [Spheras *MS. Thott.*] Spaeras *MS. Voſſ.* 2. Pharas *Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Pat. Vales. ad Exc. Polyb. Peireſc. tom.* 3. *p.* 171. *Lipſ.* Theram *Ed. Gebh. probatque Rutgers. varr. lectt.* 4, 10. *p.* 352. [*item Schlegel. l. c. p.* 83. *At v. Harl. not.*]

huius XXII, quum Corcyram praeſidio firmaret. Diodorus 14, 84. Κόνων δὲ ὁ ϛρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων πλεύσας εἰς Κέρκυραν etc. Dein anno XXV, cum aliis nouem Alcibiadi ſuffectus, vt idem Diodorus cum Xenophonte hiſt. Gr. 1. et Iuſtino 5, 5. 4. narrant.

*praefectus claſſis res magnas mari geſſit*] MS. Dan. aberat *res.* Tentabam igitur: *claſſes magnas mari rexit.* Saepius enim hoc bello claſſibus Athenienſium praefuit. nam Corcyrae praeſidium illaturus cum XL nauibus, vt Diodorus ait, eo nauigauit. Triennio poſt ab Alcibiade, et rurſus anno XXVII, reliquis praetoribus poſt victoriam a Lacedaemoniis ad Arginuſas reportatam abdicatis, claſſem accepit. Nil tamen mutare audeo.

*namque omnibus vnus inſulis praefuit*] Qua de re videndi Diodorus 14, 84. et Xenophon hiſt. Gr. 4. [8, 6. ſq. ibique Mor. p. 215. ſq.] qui poſterior et *Pheras nauigaſſe eum*, ac *Pharnabazo pollicitum, velle ſe nauales copias ex inſulis alere,* ſcribit. Atqui Nepos ita hanc rem narrat, vt facile adpareat, eum de tempore belli Peloponneſiaci, eoque *non extremo* loqui. Mox enim ſubiicit: *Fuit etiam praetor extremo Peloponneſiaco bello.* Quare paene eſt, vt vel tempora confudiſſe eum, vel de alia Pherarum occupatione loquutum credam.

*Pheras cepit*] Ita conſtanter MSS. et edd. vett. niſi quod Boecl. *ſperas* habet, quod e ſoni adfinitate, librario *Sphaeras* pro *Pheras* excipiente, natum vix dubito. quod autem Rutgerſius Var. lect. 4, 10. laudat *Theras*, vellem addidiſſet, in qua editione id reperiſſet. Atqui *Pherae vrbs eſt Theſſaliae, neque vnquam eo colonia a Lacedaemoniis eſt deducta.* Ita Lambinus: qui proinde pri-

Lacedaemoniorum. Fuit etiam extremo Pelopon- 2

mo exiſtimabat, legendum *Patras*, (ea vrbs Achaiae fuit) quo coloniam Lacedaemone ductam e Pauſaniae Laconicis et Plinio N. H. 4, 4. conſtet: poſtea tamen *Pharas* praeferebat, vrbem Achaiae, Pauſaniae Achaicis et Stephano memoratam. idque nomen et apud Xenophontem l. c. ac Plinium 4, 5. putabat reponendum. Rutgerſius l. c. et Meurſius Miſcellan. Laconic. 1, 7. *Theram* reponi volunt, quam Strabo lib. 10. ἄποικον Λακεδαιμονίων, et apud eundem lib. 8. Callimachus Θήρην Λακωνίδα vocat; Pauſanias vero Achaicis et Laconicis a Thera Thebano, Auteſionis F. qui vno ſaeculo prius, quam Iones Athenis proficiſcerentur, Lacedaemonios et Minyas e Lemno eiectos eo deduxerat, nomen accepiſſe, ſcribit: id quod pariter Strabo l. 8. tradit. Atque ſic et apud Xenophontem hiſt. Gr. 4, 8, 7. vbi Conon Perſarum claſſi praefectus Φερὰς *delatus*, *oram illam vaſtaſſe* dicitur, legi vult Meurſius, non, vt Lambinus arbitratur, Φαράς. *Non enim*, inquit, *de vrbe aliqua*, *ſed de inſula*, *loqui vtrumque*, (Xenophontem puta et Nepotem,) *ſat ex verbis vtriusque*, *ſi adtendas*, *manifeſtum*. At vnde manifeſtum eſt, optime Meurſi? An ex eo, quod *inſularum* vterque meminit? Nepos quidem, quum *Cononem omnibus vnum inſulis praefuiſſe*; Xenophon autem, quum *inſulas et oppida maritima circumuectum cum Pharnabazo*, *Harmoſtas Laconicos eieciſſe*, et poſtea *per inſulas cum claſſe Melon nauigaſſe* ait? neque enim praeter haec quicquam apud eos de *inſulis* legitur. Atqui neutiquam hinc ſequitur, Cononem *inſulas*; multo minus, nil aliud, quam *inſulas*; minime omnium, *Theram* aut *cepiſſe* in hac poteſtate, aut hoc itinere *deuaſtaſſe*. Immo Xenophontis verba, ſi recte inſpiciantur, clare oſtendunt, eum non loqui de inſulis. En illa: Ἅμα τῷ ἔαρι ναῦς τε πολλὰς συμπληρώσας, καὶ ξενικὸν προσμισθωσάμενος, ἔπλευσεν ὅ Φαρνάβαζός τε, καὶ ὁ Κόνων μετ' αὐτοῦ, διὰ νήσων εἰς Μῆλον· ἐκεῖθεν δὴ ὁρμώμενος εἰς τὴν Λακεδαίμονα, καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Φερὰς, ἐδῄωσε ταύτην τὴν χώραν· ἔπειτα καὶ ἄλλοσε ἀποβαίνων τῆς παραθαλαττίας, ἐκακούργει, ὅ, τι ἐδύνατο. Φοβούμενος δὲ τήν τε ἀλιμενότητα τῆς χώρας, καὶ τὰ τῆς βοηθείας, καὶ τὴν σπανοσιτίαν, ταχύ τε ἀνέστρεψε, καὶ ἀποπλέων ὡρμίσθη τῆς Κυθηρίας εἰς Φοινικοῦντα. Vides Cononem primo *per inſulas*, (Cycladas puta, quas eum adduxiſſe in partes ſuas, antequam Cythera nauigaret, etiam Diodorus Siculus l. 14. refert,) *Melon nauigaſſe*; *inde profectum Lacedaemonem*; hoc eſt, ad Laconicam. Tota enim regio haec antiquitus *Lacedaemon*; vrbs autem princeps *Sparta* adpellata, (quomodo et Xenophon vocare ſolet,) vt ex Herodoto l. 7. Scholiaſte Homeri, Strabone 8. p. 253. [ſ. 8. cap. 4. §. 1. 4 ſqq. tom. III. p. 156. 162 ſqq. ed. Siebenbenk. etc.] Pauſania Laconicis p. 179. et principio Meſſenicorum, obſeruatum Cragio de Repub. Lacedaem. 1, 1. Idem Pauſanias et principio Laconicorum tradit, ac Euſtathius ad Homeri Iliad. β, 581. Praeter Homerum et Herodotum ita Geographi quoque antiquiores hoc nomine vſi. Periplus Scylacis: Λακεδαίμων, ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Ἀσίνη, Μοθώνη. Ἀχιλλέως λιμὴν κ. λ. Scymnus Chius, vt

neſio bello praetor, quum apud Aegos flumen[6]

6. Egos fl. *MS. Dan. Ed. Iens. Med.* egeos fl. *MS. Leid.* 2. eghos fl. *Ed. Arg.*

volunt, in fragmento Periegeſeos: Ἤλιδος δ' ὑπάρχειν Ὄξυλον Ἡγεμόνα, Κρεσφόντην δὲ τῆς Μεσσηνίας, Εὐρυσθένην δὲ καὶ Πρόκλην Λακεδαίμονος. Vnde *Spartani a Lacedaemoniis* olim diſtincti. Diodorus Siculus 11. τῶν μὲν Λακεδαιμονίων ἦσαν χίλιοι, καὶ σὺν αὐτοῖς Σπαρτιάται τριακόσιοι. quod etiam magno Caſaubono ad 8. Strabonis adnotatum. Ad Laconicam igitur profectus Conon, *primum Pheras nauigans, regionem illam vaſtauit.* Erat illa pars *Meſſeniae.* Strabo 8. recitatis Homeri verſibus Odyſſ. φ, 15 et 16. Τῆς Φηρῆς, inquit, τὴν χώραν λέγει, ἣ μέρος ἦν τῆς Μεσσηνίας. ita recte MSS. Vulgo editur: ἧς μέρος ἦν καὶ ἡ Μεσσηνία. perperam. Meſſeniae enim longe vltra Pherarum ditionem et Pamiſum, in occaſum et ſeptentrionem ad Nedam flumen et ſinum Cypariſſium vsque porrigebatur. Idem Strabo paullo ante: Διαβᾶσι τὸν Πάμισόν ἐστι πολλὴ τῆς Μεσσηνίας, εἶθ' ἡ τῶν Φηρῶν ἐπαρχία ἅπασα. Nomen accepit a Pheris, Meſſeniae oppido, de quo mox plura. Meſſenia vero olim pars Laconicae fuit. Rurſus docet Strabo eod. libro: [c. 4. §. 1. p. 154. tom. III.] αὕτη (Μεσσηνία) δ' ἐπὶ μὲν τῶν Τρωϊκῶν ὑπὸ Μενελάῳ ἐτέτακτο, μέρος οὖσα τῆς Λακωνικῆς. et paullo poſt: εἴρηται, ὅτι καὶ αὕτη μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς. Meſſenia ſcilicet. Denuo: ὅτι Λακεδαίμων ὁμωνύμως λέγεται, καὶ ἡ χώρα, καὶ ἡ πόλις, δηλοῖ καὶ Ὅμηρος· λέγω δὲ χώραν σὺν τῇ Μεσσηνίᾳ. Et mox comparatione aliquot verſuum Homeri docet, Pherarum ditionem, quae in Meſſenia eſt, *Lacedaemonis* nomine ab eo comprehenſam. Videri et Euſtathius poteſt loco, quem paullo ante diximus. Atque hinc factum, vt in Periplo Scylacis inter Lacedaemonis vrbes recenſerentur *Aſine, Mothone,* et *portus Achilleus;* quae Meſſeniae omnes accenſent. Recte igitur Xenophon ſcribit, Cononem ad Lacedaemonem nauigantem, Pherarum regionem, partem videlicet Laconicae, vaſtaſſe. Perſequamur iam reliqua itineris. *Deinde et in alia loca orae maritimae deſcendens, damno adficiebat, quicquid poterat.* oram maritimam intellige, quae ſinu Meſſeniaco adluitur, ad quem et Pherae ſitae, vt ſtatim dicemus. *Veritus* autem *regionem importuoſam,* (nullus enim in eo ſinu portus, quod ſciam, memoratur, quamquam Pheras Strabo ait habere ὕφορμον θερινόν·) *et auxilium* (vicinorum Lacedaemoniorum puta) *et commeatus penuriam,* (aberat enim a Cycladibus, quas ſuas fecerat, aliquanto longius,) *mox conuerſo curſu diſceſſit, et ad Cytheriae portum Phoenicunta adpulit;* vti quidem poſtrema haec verba verti vult πολυμαθέστατος Bochartus de coloniis Phoenicum 1, 22. Equidem nusquam *Phoenicuntem portum* in Cythera inſula, ſed in Meſſenia tantum, Creta, Sicilia, Libya, denique in Aſia ad Mimantem montem, reperio. De primo Pauſanias Meſſenicis: Μετὰ δὲ τὸν Ἀκρίταν, λιμήν τε Φοινικοῦς, καὶ νῆσος κατ' αὐτὸν Οἰνοῦσαι. Inter Acritan puta et Mothonem; non autem inter Aſinem et Colonides, ſiue ad initium ſinus Meſſeniaci, quo loco

copiae Athenienſium a Lyſandro ſunt deuictae.

a I. Laurembergio in Tabula Peloponneſi ponitur: id enim repugnat verbis Pauſaniae, qui exaduerſus Oenuſas ſitum ait, et mox de Mothone ſubiungit, quae ad occidentem Acritae eſt. Secundi meminit Ptolemaeus 3, 18; tertii 3, 4; quarti 4, 5; quinti Thucydides 8, quum ait, Athenienſium naues, quae tres Chias inſecutae fuerant, fugiſſe *εἰς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα Φοινικοῦντα καλούμενον.* Meminit et Stephanus, ſed eius verba hodie corrupta leguntur: Ἔστι καὶ Φοινικοῦς λίμνη. Θουκυδίδης ὀγδόῳ. Legendum: *Φοινικοῦς λιμήν.* Εὐλίμενος tamen Cythera etiam a Strabone lib. 8 p. 250 vocatur. Et duos in eo portus recentiores Tabulae exhibent; vnum S. Nicolai, ad ſeptentrionem; alterum Delphinum ad auſtrum. Fieri itaque potuit, vt etiam horum alteruter *Phoenicus* diceretur, a Phoenicum adpulſu, a quibus haec inſula, vt Bochartus exiſtimat, aliquando occupata. Cytheram autem nauigaſſe in hac expeditione Cononem, etiam Diodorus 14 teſtatur. Ceterum haec accuratius expendenti, facile adparebit, *Pheras Meſſeniae*, non autem *Theram* inſulam, a Conone inuaſam fuiſſe. Primo namque e Melo ad Laconicam profectus iam praeteruectus erat Theram, quippe ad dextrum Meli latus eodem gradu longitudinis ſitam. non igitur in eo itinere vaſtare potuit. Deinde χώραν illam vaſtaſſe dicitur; qua voce de inſula tam parua Xenophontem vſum, vix crediderim. potius dixiſſet ὅλην τὴν νῆσον. χώραν autem Φήρης, ſeu Φηρῶν, partem Meſſeniae, adeoque Laconicae veteris, dictam, e verbis Strabonis paullo ante adductis manifeſtum eſt. Praeterea ora maritima fuit, quam inuaſit vaſtauitque Conon: ſtatim enim ſubiicit Xenophon, *cum et in alia loca orae maritimae deſcendiſſe.* Talis igitur et illa fuit, quam antea vaſtauerat. Atqui aliud eſt ora maritima, aliud inſula, diſtinguitque Xenophon ipſe libro 3, quum ait: *πόλεσι παρήγγειλαν ταῖς ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ταῖς ἐπιθαλαττιδίοις.* add. lib. 4. p. 534. Denique Conon, regione, quam vaſtauerat, cum vicino littore relicta, *conuerſo curſu* Cytheram contendit: quod fieri non potuit, ſi Theram vicinamque oram vaſtauit. Haec enim e Cythera ad Iſthmum Corinthiacum nauiganti demum praeternauiganda erat. At ſi *Pheras* retineamus, cuncta exacte congruunt. Nam ea maritima vrbs fuit, ad oſtium Nedonis fluuii, et ſiniſtram Pamiſi, quinque a mari ſtadiis diſtans, aeſtiuamque nauium ſtationem habens; vt e Strabone l. 8. cognoſcimus. Pauſanias Meſſenicis ſex ferme ſtadiis eam a mari abeſſe ſcribit. Ptolemaeus quoque 3, 16 inter maritima Meſſeniae oppida recenſet. Eadem enim vrbs eſt Φηραὶ, Φεραὶ, Φαραὶ, id quod Homeri, Strabonis, Ptolemaei, et praeſertim diuerſa Pauſaniae loca inter ſe comparanti obſcurum eſſe non poteſt. Nam hic initio Meſſenicorum Φηρὰς vocat. Τοῦ γὰρ, inquit, Ὀρτιλόχου τὸν οἶκον ἐν τῇ Μεσσήνῃ πόλισμα εἴρηκε (Homerus) τὰς Φηράς. Poſt paginas autem quatuor, Φεράς· Ἴσθμιος δὲ ὁ Γλαύκου καὶ ἱερὸν τῷ Γοργάσῳ καὶ Νικομάχῳ τὸ ἐν Φεραῖς ἐποίησεν. Denique in deſcriptione agri vrbiumque Meſſeniae Φαρὰς ſubinde, incolasque Φαραιάτας appellat; nam hanc ipſam ab eo vrbem deſignari, cum ex iis adparet, quae de Ortilocho, et Nicomachi Gorgaſique in ea vrbe ſano, refert:

Sed tum abfuit, 7 eoque peius res adminiſtrata

7. abfuit. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *et Edd. noſtri vett.* [*et recentt.*] *omnes. Sed* affuit *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Lamb.* afuit *Ed. Gebh.* [*recte! v. Stau. ad ed. min. et Harl.*]

tum quod eodem fere ſpatio, quo Strabo, a mari, a Thuriatarum autem vrbe circiter LXXX, ab Abea vero ferme LXX, ſtadiis diſtare ſcribit: nam et Strabo Φηρὰς Thuriae Gereniisque confines facit; et Ptolemaeus Φερὰς inter Abeam et Meſſenem collocat. Vna ergo eademque vrbs Pauſaniae, *Pherae* et *Pharae* dicta. Stephanus quoque Φαρὰς dixit. Φαραὶ πόλις Μεσσήνης, ὅθεν ἦσαν οἱ Ἀφαριτιάδαι. quae poſtrema vox haud dubie corrupta: legendumque fortaſſe Φαραιάται, quomodo incolas vocat Pauſanias; vel, quod gentile vrbis ipſe Stephanus paullo poſt eſſe ſcribit, Φαραῖται. Sic et Achaiae oppidum, quod Ptolemaeus aliique *Pheras*, Pauſanias et Stephanus Φαρὰς, eiusque incolas Strabo 8 Φαρεῖς adpellat. Et Homerus, quod Theſſaliae oppidum in Iliade Φηρὰς, in Odyſſea Φερὰς dixit, metri cauſſa, ſi Euſtathio credimus. Sic enim ille: Φερὰς, τὰς Φηρὰς λέγει, συστείλας τὸ η διὰ τὸ μέτρον, ὁμοίως τῷ ξηρὸν, ξερὸν, καὶ νοσηρὸν, νοσερὸν, καὶ ἀσκηθὴς, ἀσκεθής. Meſſeniae vero oppidum Homerus nunc Φηρὰς vocat, vt Od. γ, 489; nunc Φηρὴν, vt Iliad. ε, 542. Vnde Φηρῆς χώρα apud Strabonem 8. Maritima igitur vrbs Pherae. Praeterea hinc Cytheram nauigaturus Conon, qui a Melo inſula venerat, *curſum conuertere* debuit. nam Cythera inter Melon et Pheras interiacet. Clarum ergo eſt, ſi quid aliud, apud Xenophontem non Theram inſulam, ſed Pheras Meſſeniae, earumque regionem retinendam eſſe. Quod ſi de eadem re Nepos loquitur, vt Meurſius exiſtimabat, manifeſtum eſt, nec apud eum quicquam mutari debere. Sed fac, de alio tempore loqui Nepotem; nihilo tamen ſecius *Pheras* capere potuit Conon; quippe haud procul finibus Laconicae ſitas, adeoque Lacedaemoniorum partibus bello Peloponneſio addictas. Itaque non eſt, cur *Pharas* Achaiae cum Lambino reponamus: quod oppidum nimium ab inſulis Archipelagi diſtat. Id vnum obiici video poſſe, *Pheras* Meſſeniae nusquam *coloniam Lacedaemoniorum* dici. Et certe, qui colonias Laconicas ex omne genus ſcriptoribus congeſſit, Meurſius nullam eius mentionem facit. Neque tamen hinc recte colligas, non fuiſſe illuc coloniam a Lacedaemoniis deductam. id enim facile potuit fieri, quum Meſſenia non ſolum Menelai regis temporibus; ſed etiam poſtea diu ſub Spartanorum poteſtate fuerit. Quod autem nulla coloniae huius memoria ſupereſt, in tanta antiquiſſimarum rerum ignorantia nemini mirum videri debet.

*ſed tum abfuit*] *Falſum eſt, quod dicit, ſiquidem vera ſunt,* quae Xenophon, Iſocrates, Diodorus Siculus, et ceteri tradunt. Lambini haec κρίσις eſt, Longolii Magiique vitula, vt ſolet, arantis. At vero, quid illi tradunt, o bone? *Cononem,* aiunt, *quum videret aduentum claſſis Laconicae, ſtatim exclamaſſe, ſignumque dediſſe, vt totis viribus ad naues opis ſe-*

eſt. Nam et prudens rei militaris, et diligens erat imperii.[8] Itaque nemini erat his tempo- 3 ribus dubium, ſi adfuiſſet,[9] illam Athenienſes calamitatem accepturos non fuiſſe.

8. dil. er. imperii, *(h. e. qui cunctas prudentiſſimi imperatoris partes diligenter curateque ſuſtinebat, qui imperium ſuum, et ſeueram diſciplinam diligenter exercebat,) MS. Leid. 2. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Ald. Lamb. Sau. Gebh. Keuch. Heus. Patau.* [*Stauer.* 2. 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Ith. Bip. Brem. Heinr. Pauſl. Atque Stau. laudat Burm. ad Phaedr. libr. V. prol. verſ.* 4. *Sic Nepos XV.* 3. 1. diligens veritatis, *aliaque aliorum loca excitat Heuſing. Quare* imperii *reſcripſi. Add. Kapp. et Harl. not.*] *Sed* dil. er. imperator *Ed. Arg. Par. Steph. Boecl.* [*Bos. Stau.* 1. *Wetz. Schmied. quam vero lectionem bene oppugnat Brem.*] — 9. affuiſſet *MS. Dan. Ed. noſtri omnes vett.* [*Sed* adfuiſſet *rectius pleraeque Edd. recentt.*] *Mox* Athenienſeis *MS. Dan. Ed. Stau.* 1.

*rendae cauſſa concurrerent, anxiumque eo malo hos vocaſſe, illos rogaſſe, alios coëgiſſe, vt naues complerent: verum dilapſis militibus, et vectoribus, nihil profeciſſe: itaque iam ſuperuenientibus cum clamore et aquarum ſonitu hoſtibus, cum octo nauibus, quae ſolae vectoribus ac milite completae erant, et Paralo diſceſſiſſe, ac poſtquam collegarum culpa eſſe perditas Athenienſium res animaduertit, ad Euagoram in Cyprum nauigaſſe: in reliquas coortos cum Lyſandro Peloponneſios, partim omnino vacuas cepiſſe, partim dum complentur laceraſſe: milites apud naues inermes et ſparſim aduenientes interfectos, ac exſcenſione facta in fuga conciſos.* An hinc ſequitur, *adfuiſſe* Cononem, *cum copiae Athenienſium deuincerentur?* Immo iam abierat, antequam naues Athenienſium a Peloponneſiis inuaderentur, et vixdum clamore irruentium fluctuumque fremitu percepto, diſceſſerat. Reuera igitur, quum vincerentur Athenienſes, *abfuit:* etſi conſpecto hoſtium aduentu e longinquo, adfuerit. quae non pugnant inuicem, vti Lambino Longolioque viſum. [Nempe Xenophon in hiſt. Gr. 2, 1, 18 ſqq. et Plutarch. in Alcib. c. 37. tradunt, Cononem interfuiſſe proelio, ſuorumque clade perſpecta, (quum vidiſſet, Athenienſium copias incuria collegarum, militibus dilapſis, eſſe *deuictas*, h. e. penitus victas.) cum ſua aliisque ſeptem nauibus, milite completis, et Paralo, naue publica, Cyprum inde aufugiſſe.]

*abfuit*] Lambinus mallet *aſuit.* [vid. VV. LL.].

*diligens imperator*] Sic MSS. meliores et plerique omnes ante Lambinum editi. Lambinus et Sauaro ediderunt *dil. imperii.* nec tamen addunt, cur mutarint. [Sed v. VV. LL.]

1 II. Rebus autem adflictis, quum patriam
obſideri audiſſet, non quaeſiuit, vbi ipſe tuto [1]
viueret, ſed vnde praeſidio poſſet eſſe ciuibus
ſuis. Itaque contulit ſe ad Pharnabazum, ſatra-
pen [2] Ioniae et Lydiae, eumdemque generum
regis et propinquum: apud quem vt multum
gratia valeret, multo labore multisque effecit pe-
2 riculis. Nam quum Lacedaemonii, Athenienſi-
bus deuictis, [3] in ſocietate non manerent, quam
cum Artaxerxe fecerant, Ageſilaumque [4] bellatum
miſiſſent in Aſiam, maxime impulſi a Tiſſapher-
ne, qui ex intimis regis ab amicitia eius defece-
rat, et cum Lacedaemoniis coierat ſocietatem:
hunc aduerſus Pharnabazus habitus eſt impera-
tor; re quidem vera [5] exercitui praefuit Conon,

1. tuto *aberat a MS. Voſſ.* 2. — 2. ſatrapem *Ed. Med. Arg. Ald. Steph. Gebh.* — 3. victis *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Mox* Artaxerſe *et c.* 3, 1. Artaxerſi *Ed. Mag.* — 4. Hageſilaum *MS. Dan. Mox* Tinſapherne *MS. Dan. Leid.* 2. Tiſapherne *Ed. Iens. vbique, Mag.* Thiſapherne *Ed. Med. Arg. Long.* — 5. re quidem vera. *Sic*

1 *Sed vnde praeſidio poſſet eſſe ciuib. ſuis*] Pro *poſſet eſſe* edd. Steph. Gebh. et Keuch. habent *eſſet*.

2 *In ſociet. non manerent*] Quid prohibet eos *in ſocietate non* manſiſſe dici, qui primi pacem aperte violarunt, bellumque alteri parti intulerunt?

*a Tiſſapherne qui — defecerat*] Paullo aliter Xenophon 3 Gr. rer. 4, 25. Diodorus 14, 80. Plut. in Ageſ. c. 9 et Iuſtinus 6, 1: qui fidiſſimum regi fuiſſe, ſed aliorum calumnia euerſum innuunt. Vnde videri poſſit, ſimulaſſe potius ſocietatem cum Lacedaemoniis, quam reuera coiiſſe. Plutarchus certe ait, eum hominem perditum, et vniverſo Graecorum generi infeſtiſſimum fuiſſe. [Cornelius hic nimis quidem breuis, neque ab omni negligentiae culpa liberandus, ſibi ipſe, comparando ea, quae in vita Ageſilai cap. 2. de Tiſſapherne et Ageſilao memoriae prodidit, contradixiſſe videtur. At omnem rem expedit, ſupplet ex hiſtoria, quae ſupplenda ſint, et Cornelium vtroque loco ſcripſiſſe vera, bene docet Schlegel. l. c. p. 95. Add. Harl. Tzſchuck. et Wetz. (qui rerum et hiſtoriae ſeriem late docteque explicuit,) not. ad noſtrum locum, et Stau. ad min. ed. de Cornelii narratione breui et obſcura, Cononem ſtatim ad Pharnabazum ſe contuliſſe, quum prius, poſt proelium navale, ad Aegos Potamos commiſſum, in inſulam Cyprum ſe contuliſſet.]

*re quidem vera exercitui praefuit Conon*] Quem de Phar-

eiusque omnia arbitrio geſta ſunt. Hic multum 3
ducem ſummum [6] Ageſilaum impediuit, ſaepeque eius conſiliis obſtitit. Neque vero non fuit apertum, [7] ſi ille non fuiſſet, Ageſilaum Aſiam Tauro tenus regi fuiſſe erepturum. Qui poſteaquam 4
domum a ſuis ciuibus reuocatus eſt, quod Boeotii [8] et Athenienſes Lacedaemoniis bellum indixerant: Conon nihilo [9] ſecius apud praefectos regis verſabatur, hisque omnibus maximo [10] erat vſui.

III. Defecerat a rege Tiſſaphernes, [1] neque 1
id tam Artaxerxi, quam ceteris, erat apertum:

*MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 1. *Ed. Steph.* [*Lamb. Bos. et rell.*] *Sed* re quid vera *MS. Voſſ.* 2. re quidem vere *Ed. Keuch.* — 6. mult. duc. ſumm. *Sic MS. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Sau.* [*Bos. et recentt.*] *Sed* militum duc. ſumm. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.*] *Mag. Lamb. Steph. Patau.* — 7. apparatum *MS. Leid.* 2. *Tum* fuſiſſet *Ed. Long.* — 8. Boetii *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Arg. vbique. Mox* bellum Lacedaemon. *MS. Leid.* 2. [*Forſan melius.*] — 9. nihilo. *Ita quoque MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Mox* verſebatur *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *et* iisque *Ed. Lamb. Patau.* — 10. magno *MS. Ax. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Ald. Par. Lamb. Patau.*
1. Thiſaphernes *MS. Leid.* 2. Thyſiphernes *MS. Dan.* Tyſaphernes *MS. Voſſ.* 1. Tiſaphernes *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.*

nabazi conſilio ab Artaxerxe imperio maris praefectum ſcribunt Diodorus 14 et Iuſtinus 6, 1. 7 et 9.

3 *Multum*] Sic MSS. Dan. Sch. Boecl. et, e ſuis haud dubie codicibus, Sauaro. Vulgati inepte: *militum.* Quid enim, ait Gebhardus, eſt *militum dux ſummus?* niſi quis forte anſerum aut anatum, aut gregis ducem comminiſci velit.

*eius conſiliis obſtitit*] Inprimis cum Regi Perſarum perſuaſit, vt concionatores Graecarum ciuitatum auro corrumperet: de quo Polyaenus lib. 1, Plutarchus Artaxerxe, Pauſanias Laconicis. Quippe his artibus conflatum eſt Lacedaemoniis bellum domeſticum, reuocatique ad ſua tuenda, qui aliena inuaſerant.

*ſi ille non fuiſſet*] V. Ind. *eſſe*, et not. ad 15, 10. 4.

*Ageſilaum Aſiam Tauro tenus regi fuiſſe erepturum*] Nam *quaecunque ſub dio erant, in poteſtate habens, magnum Aſiae tractum peruaſerat, et, ſi ob vrgentem domi neceſſitatem non reuocaſſent eum Spartani, facile toti Perſarum regno extremum periculum attuliſſet,* vt in elogio eius ſcribit Diodorus 15. Adde infra 17, 4. 2.

4 *Hisque omnibus maximo erat vſui*] Qu. edd. *iisque omn. magno er. vſui.*

[1 *Apertum*] Sed, notantibus iam Stau. ad ed. min. et

multis enim magniſque meritis apud regem, etiam quum [2] in officio non maneret, valebat. Neque id mirandum, [3] ſi non facile ad credendum adducebatur, [4] reminiſcens, eius ſe opera Cyrum
2 fratrem ſuperaſſe. Huius accuſandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem miſſus, poſteaquam [5] venit, primum ex more Perſarum ad Chiliarchum, [6] qui ſecundum gradum imperii tenebat, Tithrauſten [7] acceſſit, *ſeque* oſtendit *cum rege colloqui*

2. et cum *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* [etiam *h. l. idem eſt, ac* adeo: *at Heus. legere iubet diuiſim* et iam *pro* adhuc.] — 3. neque id mir. *Sic MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Vltrai.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* neque id erat mir. *MS. Leid.* 1. neque admirandum *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Patau.* neque mirandum *MS. Ax. Mox* ad cedendum *Ed. Iens. Med. Ald.* — 4. inducebatur *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. Gebh. Boecl.* [*Lamb. Bos. Stau.* 1. *Heus. Ith. Brem. Wetz.*] *Sed* adducebatur *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. *Dan. Ed. Stau.* 2. [3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Bipont. Schmied. Pauſl. Atque ſic h. l. legere iubet Oudend. ad Iul. Caes. de B. G. IV. c.* 6. *pag.* 176. *Quare ego id reponere haud dubitaui.*] — 5. poſtquam *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb. Patau.* — 6. cheliarchon *MS. Ax.* Cheliarcum *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. Cheliarchum *MS. Dan.* chilarchum *Ed. Ald.* — 7. Tethrauſten *MS. Dan.* Titharſten *Ed. Long.* Tethrauſtem *MS. Leid.* 2. Tethrauſten *MS. Ax.* Tetranſtem *MS. Voſſ.* 1. Titrauſtem *Ed. Ald.* Tetrauſtem *Ed. Iens. Med. Arg.* Tetrauſten *Ed. Par.* Tithrauſten *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Harl.* Tzſchuck. ad ed. 2. (quos conſules) Pharnabazus, ſecundum Iuſtinum 6, 1. regi indicauerat, et Tiſſaphernem apud regem ante Ageſilai expeditionem iam criminatus erat, quod cum Dercyllide, Laconum in Aſiam irrumpentium duce, transegiſſet: nec iuſto ordine haec perſequutus eſſe Tzſchuckio videtur Cornelius.]

*Neque id mirandum*] Sic e MS. ſuo et ed. Vltrai. Schottus, probatque et Gebhardus; ac in vltima ed. ſua repoſuit Boeclerus. Vulgo erat: *neque admir.* Plenius Leidenſis: *neque id erat mirandum.*

*inducebatur*] Exc. Dan. et MS. Leid. *adducebatur.*

*Cyrum fratr. ſuperaſſe*] Vid. Plutarchum in Artaxerxe. qui tamen Tiſſaphernis opera id factum, non ait: quemadmodum neque Xenophon hanc rem narrans. ſed Diodorus Sic. 14. [c. 23. vbi vid. nr. 45. Weſſel.] eius in illo proelio operam, praemiaque idcirco a rege ei tributa, refert.

2 *Poſteaquam*] Sic ed. vlt. Boecl. et ita in ſua quoque Magius reperit. Alii *poſtquam.*

*Tithrauſtem*] Dan. *Tethrauſten.* Longol. ed. *Titarſthen.* ſed Graecis vbique Τιθραύστης dicitur.

*velle*: nemo enim ſine hoc admittitur. Huic 3
ille, *nulla*, inquit, [8] *mora eſt: ſed tu delibera, vtrum colloqui malis, an per litteras agere*, [9] *quae cogitas. neceſſe eſt enim, ſi in conſpectum veneris, venerari te regem.* (quod προσκυνεῖν [10] illi vocant.) *hoc ſi tibi graue eſt, per me* [11] *nihilo*

*Bip. Heinr. Tzſchuck. Wetz. Schmied. Pauſt. quos ſum ſequutus.* Tithrauſtem *Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 2. *Ith. Brem.*] — 8. inquit, nulla *Ed. Iens. Med Arg. Par. Ald. Lamb. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau. In Med. mox eſt* verum *pro* vtrum. — 9. agere. *Sic etiam MS. Giſ. Dan. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Sau.* [*Bos. et recentt.*] *Sed* arege *MS. Voſſ.* 2. edere *Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Vltrai. Long. abeſt.* — 10. proſcynin *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* prochyneſin *MS. Leid.* 2. proſchyneſin *MS. Voſſ.* 1. προσκύνησιν *MS. Mendos. Dan.* quod — vocant *parentheſi includunt Stau.* 2. 3. *Heus.* [*Tzſchuck. et al.*] *In MS. Ax. verbum graecum deerat.* — 11. pro me *Iens. Med. in quibus mox eſt* nihilo — ſecius.

3 *Nulla, inquit*] Sic MS. Boecl. Reliqui inuertunt: *inquit, nulla*.

*agere*] Sic quoque MSS Dan. Giſ. Schotti, et Sauaro. Vulgati *edere*: quomodo Liuius et Curtius; ac mox ipſe Nepos dixere *mandata edere*. Edd. Vltrai. et Longol. vtrumque expungunt, nullo ſenſu.

*neceſſe eſt enim, ſi in conſpectum veneris, venerari te regem*] Id enim more Perſarum cunctis, etiam peregrinis, et aliorum Principum ciuitatumque legatis, faciendum erat, ſi in conſpectum colloquiumue Regis admitti vellent: vt e Plutarcho in Themiſtocle, (tom. II. p. 311.) Pelopida, et Artaxerxe, Aeliano Variar. 1, 21. Herodoto 7. Athenaeo 2. et 6. Valerio Max. 6, 3. aliisque ſcriptoribus docet Briſſonius lib. 1. de regno Perſarum, c. 214.

*venerari te regem*] Plura de hoc ritu Briſſonius loco ſupra laudato, Druſius adnot. ad Eſther. 3, 2. Grotius ad Matth. 2, 2 etc. [Vorſt. ad Sulp. Seu. H. S. 1, 12, 3. *Fiſch.* Add. Gebhard. ad noſtrum locum.]

*προσκυνεῖν*] Quid. MSS. et edit. προσκύνησιν. quod, Schotti iudicio, perinde eſt. Ad *τὸ venerari* tamen propius accedit alterum. Atque ſic et Plinius N. H. 11, 37. *Patentibus* (oculis) *dormiunt lepores, multique hominum, quod κορυβαντιᾷν Graeci dicunt.* ita enim legendum puto hunc locum. [De hoc loco, quem parentheſi ſeparaui a reliqua oratione Tithrauſtis, ad quam verba illa referri non poſſunt, copioſe diſputant, et vero litigant interpretes. *Illi* eſſe videntur Graeci; hinc pro *τῷ illi* Harles. *Graii;* Cellarius et Ricklef. *Graeci* ſubſtituere malint: alii autem verba illa vel interpolatoris cuiusdam eſſe vel ab Aemilio Probo profecta haud veriſimiliter exiſtimant.]

4 *ſecius editis mandatis conficies, quod ſtudes.* Tum Conon: *Enimuero,*[12] inquit, *non eſt graue quemvis honorem habere regi: ſed vereor, ne ciuitati meae ſit opprobrio, ſi, quum ex ea ſim*[13] *profectus, quae ceteris gentibus imperare conſueuerit, potius barbarorum, quam illius, more fungar.* Itaque quae volebat, huic ſcripta tradidit.[14]

1 IV. Quibus cognitis, rex tantum auctoritate eius motus eſt, vt Tiſſaphernem hoſtem iudi-

12. mihi vero *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Patau.* [*Wetz. Riclef. Brem. et elegantius id mihi videtur. Disſentit tamen Tzſchuck. ad ed.* 2.] — 13. ex ea ſim. *Sic MS. Dan. Mendos. Sed* ex ea ciuitatis ſim *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Mox* conſuerit *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. [*Ed. Wetz.*] — 14. itaq. quae huic volebat, ſcripto tradidit *MS. Leid.* 1. itaq. quae huic vol. ſcripta trad. *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Bos.* 1. itaque huic, quae volebat, ſc. trad. *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Harl.* (*qui* huic *gloſſema eſſe putat,*) *Wetz. Brem. Schmied. Heinr. Pauſt.*]

[*editis mandatis*] v. Brouckhuſ. not. ad Propert. 3, 22. 11. *Fiſch.*]

4 *Enimuero*] Sic MS. Boecl. Alii *Mihi vero.*

*ſed vereor, ne ciuitati meae ſit opprobrio*] Quam indecora Graecis huiusmodi veneratio viſa, pluribus exemplis docet Briſſonius l. c. p. m. 13 et ſeqq. Quid vero hoc caſu Chriſtiani veteres obſeruarint, habes apud Grotium ad Matth. 4, 8.

*ex ea ſim prof.*] Sic MSS. Dan. ac Schotto inſpecti, et quidam editi. nec aliter, puto, Boeclerianus. Alii: *ex ea ciuitate ſim prof.* quod fortaſſe ſuperuacaneum, et e proximo repetitum eſt.

*itaque quae voleb. huic ſcr. trad.*] Sic Lambinus edidit. Alii, et MS. Leid. *quae huic volebat, ſcripto tradidit.* quod fortaſſe ſperni non debuit. Quidam, Lambino teſte, malebant, *quae hunc volebat, ei ſcripta tradidit.* quod neſcio an ad ea quae ſequuntur congruat. An legendum: *huic, quae volebat, ſcripta tradidit?* Ceterum Iuſtinus 6, 2. 14 Cononem *per internuncios egiſſe cum rege;* Diodorus 14, 39. 87. *congreſſum et colloquutum* ait.

1 *Rex t. auct. eius motus*] Vid. Iuſtin. 6, 1. 7.

*vt Tiſſaphernem hoſtem iudicauerit*] Eique, Tithrauſte miſſo, caput praecidi iuſſerit, vt refert Xenophon in Ageſilao p. 601. c. 1. nr. 7 ſq. et nr. 29. Ceterum Diodorus 14 c. 80. non Pharnabazi aut Cononis ſuaſu, ſed Paryſatidis regiae matris impulſu interfectum ait, infeſtae homini, quod Cyrum filium, quem illa amabat, apud regem detuliſſet. [Conf. Stau. ed. 3. ad c. 2, 3.] Pharnabazo tamen id etiam Iuſtinus imputat 6, 1. 7. Pro *Tiſſaphernem* MS. Dan.

cauerit,[1] et Lacedaemonios bello perſequi iuſſerit, et ei permiſerit, quem vellet eligere ad diſpenſandam pecuniam. Id arbitrium Conon *negauit ſui eſſe conſilii, ſed ipſius, qui optime ſuos noſſe deberet: ſed ſe ſuadere,*[2] *Pharnabazo id negotii daret.* Hinc magnis muneribus donatus[3] 2
ad mare eſt miſſus, vt Cypriis,[4] et Phoenicibus, ceteriſque maritimis ciuitatibus[5] naues longas imperaret, claſſemque, qua[6] proxima aeſtate mare tueri poſſet, compararet:[7] dato adiutore, Pharnabazo, ſicut ipſe voluerat. Id vt[8] Lace- 3
daemoniis eſt nuntiatum, non ſine cura rem adminiſtrarunt,[9] quod maius bellum imminere arbitrabantur, quam ſi cum barbaro ſolum contenderent. Nam ducem fortem et prudentem,[10]

1. uīdicarit *Ed. Iens. Med.* iudicarit *Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Gebh. Keuch. Pat.* — 2. ſed ſuad. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Mox* negocii *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* — 3. donatis *Ed. Med.* — 4. Cypris *MS. Dan. Mox ante* Phoen. *τὸ* et *aberat in MS. Ax.* — 5. ciuit. marit. *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Putau. Statim* nauis *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Lamb.* — 6. qua prox. *Sic MS. Dan. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Ed. Lamb. Bos. et recc.*] *Sed* quae pr. *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* — 7. compararet. *Sic MS. Sau. Put. Giſ. Ed. Iens. Med. Arg. Long.* [*Bos. et recentt.*] *Sed* comparare *MS. Dan.* comparet *Ed. Par. Abeſt ab Ed. Ald Lamb.* — 8. ſed vt *MS. Ax.* — 9. adminiſtrarunt. *Ita ed. Long.* [*Lamb. Bos. et recentt.*] *Sed* amminiſtrant *MS. Dan.* adminiſtrant *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ab Ed. Gebh. Keuch. abeſt τὸ* rem. — 10. fortem, prud. *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.*

habebat *Thyſaphernem.* ſed Graecis quoque Τισσαφέρνης dicitur. [*Tiſſ.* MS. Ax.]

*et ei permiſerit*] Paullo aliter Diodorus 14, 81 et Iuſtinus 6, 2. 15 ſq.

*negauit ſui eſſe conſilii*] Prudenter. Nam mire placet hominibus, iis inprimis, qui nobis maiores ſunt, ſi ita illis conſilium demus, vt eos rectius ſapere dicamus: ne videamur eos praeuertere aut aliis praecipere velle. Quod etiam Epidicus obſeruat apud Plautum 2, 10. 22 et ſeqq. Sic apud Caeſarem B. C. 1, 13 decuriones Auximi docent, *ſui iudicii rem non eſſe.*

3 *Non ſine cura rem adminiſtrarunt*] Pro *adminiſtrarunt* Exc. Dan. habent *amminiſtrant.*

regiis [11] opibus praeſuturum, ac ſecum dimicaturum videbant: quem neque conſilio, [12] neque
4 copiis ſuperare poſſent. Hac mente magnam contrahunt claſſem, proficiſcuntur, Piſandro [13] duce. Hos Conon apud Cnidum [14] adortus, magno proelio fugat, multas naues [15] capit, complures deprimit. Qua victoria non ſolum Athenae, ſed etiam cuncta Graecia, quae ſub Lacedaemo-
5 niorum fuerat imperio, liberata eſt. Conon cum parte [16] nauium in patriam venit: muros dirutos

11. regiis. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Long.* [*Bos. et recentt.*] *Sed* regis *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ed. Med. Lamb. Patau.* — 12. conſiliis *MS. Ax.* — 13. Piſandro. *Sic etiam MS. Dan. Sed* Pyſandro *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Dan.* Lyſandro *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* [*At Lyſander, monente iam Wetzelio, non fuit ll. a.* 360. *claſſi praefectus, ſed iam paullo ante in bello Thebano, ante Ageſilai reditum ex Aſia, perierat. v. ſupra* 6, 3. 4.] — 14. Gnidum *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. vbique.* Gnydum *MS. Leid.* 2. *Long. Mag.* — 15. rapit *MS. Leid.* 2. *Mox* quam plures *MS. Ax. Num fuit* quomplures? — 16. patre *MS. Leid.* 2. *idemque mox* in papiram *loco* in patriam. *Tum* dirrutos *MS. Voſſ.* 2.

*regiis opibus*] Dan. et qu. edd. *regis opib.*

4 *Piſandro*] Sic et MS. Dan. itemque Xenophon, Plutarchus, Iuſtinus. Diodorus *Periarchum* vocat; ſed mendoſe, iudice Lambino, Bongarſio, et Vſſerio ad an. P. I. 4320. [Hic Piſander erat frater vxoris Ageſilai, qui eum claſſi praeſecerat: homo quidem fortis, minus tamen aptus tanto bello adparando; v. Xenoph. H. Gr. 4, 3, 6. ibique not. Mori p. 182. Plura collegit Stau. ad ed. mai. et min.]

*hos Conon apud Cnidum*] Narrant Xenophon 4 h. Gr. c. 3. Diodorus 14, c. 83 ſq. Pauſanias principio Atticorum, Iuſtinus 6, 3 et 4.

*qua victoria non ſolum Athenae, ſed etiam cuncta Graecia liberata eſt*] Lacedaemoniique adeo Graeciae imperio ſpoliati. quod praeter Noſtrum, etiam apud Diodorum [14, 84.] et Iuſtinum locis modo laudatis, et Iſocratem ad Philippum p. 224. [in paneg. c. 39. ibique Mori not. et c. 41.] et in Euagora legitur. adde Caſaubonum ad 1 Polybii p. m. 28 et ſeqq. [Weſſel. ad Diodor. Sic. 14, 84. nr. 27.]

5 *Muros dirutos etc. refic. curat*] Praeter Xenophontem, Diodorum, Iuſtinum, Pauſaniam locis citatis, meminere Demoſthenes or. in Leptinem, [tom. I. p. 478. ed. Reisk. *Fiſch.* ſ. §. 54 ſqq. cum ſcholiaſte, ed. Fr. Aug. Wolfii, cuius notam doctam p. 286 ſqq. conferes.] Athenaeus 1. c. 3. p. 3. Plutarchus Ageſilao p. 608. et in apo-

a Lyſandro, vtrosque et Piraeei,[17] et Athenarum, reficiendos curat: pecuniaeque quinquaginta[18] talenta, quae a Pharnabazo acceperat, ciuibus ſuis donat.

V. Accidit huic, quod ceteris mortalibus, 1
vt inconſideratior[1] in ſecunda, quam in aduerſa
eſſet fortuna. Nam claſſe Peloponneſiorum[2] deuicta, quum vltum[3] ſe iniurias patriae putaret, plura concupiuit, quam efficere potuit. Neque 2
tamen ea non pia et probanda fuerunt, quod potius patriae opes augeri, quam regis[4] maluit. Nam quum magnam auctoritatem ſibi pugna illa[5] nauali, quam apud Cnidum fecerat, conſtituiſſet: non ſolum inter barbaros, ſed etiam inter omnes



17. Pirei *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. Piraei *Ed. Par. Long.* — 18. I *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* L *Ed. Ald. Long.*

1. conſideratior *MS. Leid.* 2. — 2. Peloponneſſiorum *MS. Voſſ.* 2. — 3. inultum *MS. Voſſ.* 2. vlciſci *Ed. Ald.* vltimi *Ed. Iens. Med.* — 4. quam regis aug. *MS. Ax.* — 5. illa. *Sic MS. Voſſ.* 1. 2. *Edd. noſtri vett. omnes [et plerique recentt. recte.] Sed* ſua *Ed. Keuch. Stau.* 1. 2. [3. *qui laudat Burmann. ad Valer. Flacc. I. Argonaut. v.* 543. *etiam Brem. add. not. Harl. praeſertim de vi verbi* conſtituere, *h. e. fundare, firmare.*] *Mox* Gnydum *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Long. Mag.* [*v. ad c.* 4, 4.] *tum* fecerant *Ed. Iens. Med. Ald.* — 6. etiam inter omnes. *Sic Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. 2. [*Stau.* 1. 2. *Ith. Brem. Harl. Wetz. Pauſl.*] *Sed* etiam omnes *MS. Boecl. Mendos.*

phthegm. Laconicis etc. Athenaei verba exſcripſit, ſed corrupta, eoque de Alexandro M. accepit Suidas in Ἀθήναιος, et Ἀλέξανδρος. Sic enim priore loco ſcribit: ὁ μέγας Ἀλέξανδρος κἀκείνην νικήσας ναυμαχίαν Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ. poſteriore vero hunc in modum: Οὗτος ὁ μέγας Ἀλέξανδρος νικήσας ναυμαχίᾳ Λακεδαιμονίυς καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ. Atqui apud Athenaeum, vnde haec deſumta, ſic legitur: τοιῦτος ἦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος. Κόνων δὲ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίυς, κ. λ. Pro Κόνων igitur videtur legiſſe κἀκείνην. [v. infra 4, 1.]

*quae a Pharnab. acceperat, ciuib. ſuis donat*] Similis Arati Sicyonii liberalitas fuit, de qua Cicero 2 Offic. 23. [conf. Stau. ad ed. min.]

1 *Vt inconſideratior etc.*] Vide Thucydid. 3 et Loccen. de Repub. ord. 1, 18.

2 *Inter omnes Graec. ciuitates*] Τὸ *inter* aberat MSS. Schotti et Boecl.

Graeciae ciuitates, clam dare operam coepit, vt Ioniam et Aeoliam [7] reſtitueret Athenienſibus.
3 Id quum [8] minus diligenter eſſet celatum: [9] Tiribazus, [10] qui Sardibus praeerat, Cononem euocauit, ſimulans ad regem eum ſe mittere velle, [11] magna de re. [12] Huius nuntio parens quum ve-

*Leid.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.* [*Tzſchuck.* 2.] etiam [inter] omnes *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. etiam inter graec. ciuit. *Ed. Schmied. Atque Heus. dedit* ciuitatis, *et intelligit quartum caſum pluralis. Stau. quidem ad ed. min. ait, eum non eſſe audiendum; at tamen in ed. 3. reſcripſit* ciuitatis; *item Tzſchuck. ſed exiſtimat periphraſin Graecorum, in Genit. vt* Ἑλλὰς γῆ *Graecorum forma, vt noſter in Alcib.* 7, 4.] — 7. Edym *MS. Leid.* 2. — 8. id quod *id. MS.* quod *MS. Voſſ.* 1. — 9. celatum *aberat a MS. Dan. Sed* caelatum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 10. Tyriabaſus *MS. Dan.* Tiriabazus *MS. Voſſ.* 1. Tyriabarus *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. et ſic deinde quoque.* Teribazus *Ed. Ald. Steph. Mag. Gebh. Keuch. vbique.* — 11. eum mittere velle *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Lamb. Bos.* 1. [*Sed in vtraque mea Lamb. ed. eſt lectio, quam Bos. in not. indicauit.*] — 12. magna de re. *Sic MS. Gif. Dan. Sau.* [*Ed. Bos.* 2. *et recentt.*] *Sed* magna feſtinatione *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Put. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Bos.* 1. *Keuch.* [*Sed in mea ed. Longol. Colon.* 1543. 8. *vti in ed. Mag. et Pat. ſic interpunctum eſt:* velle: magna feſtinatione huius nuncio *(ſic)* parens, cum veniſſet, *quae lectio atque interpunctio*

[V. Iſocr. Paneg. c. 41. ibique Mor. p. 88. ed. II. inprimis Xenoph. H. Gr. libr. IV. c. 8, 12 et 16. (vbi v. Mori et Schneideri notas,) qui tradit, Cononem a Tiribazo coniectum eſſe in vincula propter indicium Lacedaemoniorum, vt pax Antalcidae perficeretur, Cononem ſumtu regis et muros Athenienſibus refeciſſe et alere claſſem, ad opes Athenienſium augendas: contra Diodorus Sic. 14, 85 ſq. narrat, Tiribazum inuidia, propter res a Conone egregie factas, motum id feciſſe, hac tamen cauſſa interpoſita, Cononem velle copiis regiis inſulas oppidaque maritima in continenti ſita ditioni Athenienſium adiicere, add. Stau. ad ed. 3.]

3 *Tiribazus*] Dan. *Tyriabaſus.* quaedd. edd. *Teribazus:* quomodo Xenophonti Τηρίβαζος eſt. Τιρίβαζον tamen etiam Plutarchus Artaxerxe, et Diodorus vocant.

*Cononem euocauit, ſimulans etc.*] Paullo aliter haec Xenophon et Diodorus. adde not. Ernſtii.

*ad regem eum ſe mittere velle*] Τὸ *eum* omittit poſtrema editio Boecleriana, MS. Codicis, vt opinor, fide. Lambinus edidit: *ad regem ſe mittere eum velle.* quae diuerſitas facit, vt alterutrum pronomen a gloſſa eſſe ſuſpicer.

*magna de re*] Sic MSS. Gif. Dan. Sauar. In aliis, et plerisque editis, eſt *magna feſtinatio-*

niſſet,[13] in vincula coniectus eſt:[14] in quibus
aliquandiu fuit. Nonnulli[15] eum ad regem ab- 4
ductum, ibique periſſe ſcriptum reliquerunt.
Contra ea Dinon[16] hiſtoricus, cui nos plurimum
de Perſicis rebus credimus, effugiſſe, ſcripſit:
illud addubitat,[17] vtrum Tiribazo ſciente, an
imprudente, ſit factum.[18]

*haud temere orta nec emendatio Bos. ſpernenda eſſe videtur. Aut forſan in antiquiſſimo codice ſcriptum fuit* velle magna de re. Magna feſtinatione huius nuntio: *vnde per incuriam librariorum propter vicinitatem τῦ* magna *ab aliis ſcribis* magna de re, *ab aliis* magna feſtinatione *omitti aut negligi potuit.*] — 13. conueniſſet *pro* cum veniſſet *MS. Leid.* 2. — 14. eſt *abeſt ab Ed. Gebh. Keuch.* — 15. inde nonnulli *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax. Boecl. Ed. Par. Long. Heus.* non nulli *Ed. Iens. Med. Mox* eum periiſſe *Ed. Long. et* periiſſe *etiam ed. Mag. Pat.* [*Brem. Heinr. Schmied. Tzſchuck.* 1. 2. *Stau.* 1. 2. *Harl.* periſſe *MS. Ax. Ed. Lamb. Bos. Heus. Stau.* 3.] — 16. contra Dinon *MS. Boecl. Voſſ.* 2. contra Cadyon *MS. Leid.* 2. *Statim* Dinon *MS. Gif. Ed. Long. Lamb.* [*Bos. et recentt.*] *Sed* Dynon *MS. Dan.* Dimon *MS. Long.* Dion *MS. Put. Sau. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 17. illud autem dubitat *MS. Leid.* 1. *Mox* Tiriabazo *MS. Dan.* Tyriabaro *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Teribazo *Ed. Mag.* — 18. factum ſit *MS. Voſſ.* 2. *minus numeroſe, et praeter morem Nepotis. v. Dion.* 1, 5. 2, 2. 5, 3. *Iphicr.* 2, 2. *Chabr.* 1, 3. *et* 2, 2. *Epamin.* 1, 4.

*ne.* idque quidam ad praecedentia referunt, alii ad ſequentia. Fortaſſis vtrumque genuinum eſt, legendumque: *ad regem eum mittere velle magna de re. huius nuntio magna feſtinatione parens cum veniſſet.* vel *huius nunt. parens cum magna feſtinatione veniſſet.* vel denique *magna feſtinatione huius nuntio parens cum veniſſet.* Certe non video, qui alterum in alterius locum irrepſerit. A Cod. Dan. et τὸ *huius* aberat. fors non male.

[4 *Nonnulli*] v. Diodor. 15, 43.]

*Dinon*] Sic diſerte, Sauarone teſte, codex Gifanii, pro eo, quod in aliis legitur *Dion* vel *Dimon.* Pet. quoque Daniel in ſuo *Dynon* reperit. Plinio Nat. Hiſt. 10, 42 eſt *Dino:* Graecis Δίνων vel Δείνων. Eius Perſica laudant Athenaeus, Laërtius in Protagora, Plutarchus in Themiſtocle. Plura de eo Voſſius de hiſt. Graec. 4, 8. [Praeterea Stau. ad ed. 3. laudat Perizon. ad Aelian. H. V. lib. 7. cap. 1. et Menag. ad Diogen. Laert. 1. ſect. 8. ac libr. 9. ſect. 30. Dinonis auctoritatem confirmat Lyſias ſuper Ariſtophanis bonis p. 638 et 640. teſte Schneidero ad Xenophont. l. c.]

*illud addubitat*] MS. Leid. *illud autem dubitat.* Mox Dan. *Tyriabazo.*

# X. DION [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Dionyſiorum adfinis et intimus. II. Platonis diſcipulus et amicus. III. Simultas Dionis et Dionyſii iunioris. IV. Corinthum deuehitur. Eius filius peſſime educatur. V. Syracuſarum potitus, tyrannum ad pactiones adigit. VI. Heraclidis caede populum a ſe alienat. VII. Tyrannus non ferendus audit. VIII. Callicratis conſilio decipitur. IX. Domi ſuae die feſto iugulatur. X. Tumultus poſt eius mortem et deſiderium mortui.*]

1 DION HIPPARINI [2] F. SYRACVSANVS nobili genere natus, vtraque implicatus tyrannide Dionyſiorum. Namque ille ſuperior Ariſtomachen, [3] ſororem Dionis, habuit in matrimonio: [4] ex qua duos filios, Hipparinum et Nyſaeum, [5] procrea-

1. Dionis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. Hipporini *MS. Ax. et paullo poſt*, Hypparinum *Ed. Med. Arg.* — 3. Ariſtomachē *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Ab MS. Ax. aberat non minus, quam deinde* Sophr. Areten. — 4. matrimonium *MS. Ax.* — 5. Nyſeum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* Niſaeum *Ed. Steph. Heus.* [*Ith.*]

1 *Hipparini F.*] Sic et Diodorus 16. et Suidas vocant. [Plut. in Dione c. 3.]

*ille ſuperior*] n. pater. De quo plura infra 21, 2. 2 et 3.

*Ariſtomachen ſor. Dion. hab.*] Sic quoque Diodorus Sic. 14. Cicero Tuſc. 5, 20. Valerius Max. 9, 13. et Plutarchus in Dione, [4. tom. 6. p. 170.] quare lapſus eſt Aelianus Var. hiſt. 13, 10. et 12, 74. priore loco *Ariſtaenetam*, poſteriore *Areten*, adpellans, Ariſtomachen autem Dionis vxorem faciens. niſi cum Scheffero noſtro ibi pro *Ariſtaeneta* Ἀριστομάχην; hic pro Ariſtomache Ἀρήτην, vel, quod malim, Ἀρετήν, reponas. vide notas eius [et Kühn. ac Periz.] ad vtrumque Aeliani locum. Sed poſteriore loco vix eſt, vt ab errore eum liberemus.

*duos filios*] Ita et Plutarchus: ſed nomina non addit.

*Hipparinum*] Qui Olympiadis CVI anno IV, pulſo Syracuſis Callippo, paternum dominatum recuperauit, et per biennium obtinuit, teſte Diodoro 16.

*Nyſaeum*] Suidas in Δίων vo-

vit: totidemque filias, nomine [6] Sophroſynen et Areten. quarum priorem Dionyſio filio eidem, cui regnum reliquit, nuptum [7] dedit; alteram, Areten, Dioni. Dion autem praeter nobilem propinquitatem, generoſamque maiorum famam, [8] multa alia ab natura habuit bona: in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas: 2

6. nomine. *Sic MS. Ax. Dan. Boecl.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Abeſt ab Ed. Iens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau. Statim* Sophroſynem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* Sophormen *MS. Voſſ.* 1. *et* Arethen *MS. Voſſ.* 1. 2. Arechen *MS. Leid.* 2. Aretem *Ed. Long. Sed* Areten *MS. Dan.* [*Ed. Lamb. Bos. et rell.*] *Sed mox abeſt ab Ed. Ald. Long. Lamb.* — 7. nuptui *MS. Leid.* 2. — 8. fama *MS. Voſſ.* 1. *Mox* a natura *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed* ab natura *etiam MS. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2.

cat Νισαῖον, et *Dionyſii filii fratrem*, aitque eum *viciſſim Dionem eieciſſe.* quod vix alibi legas. Diodorus 16, 6. Ναρσαῖον vocat.

*nomine Sophroſynen et Areten*] Inſerui vocem *nomine*, auctoritate MStorum Dan. et Boecl. Addidit autem Nepos ob eam, credo, cauſſam, quod alias virtutum nomina eſſent ἀρετὴ et σωφροσύνη. Ceterum argute Plutarchus orat. 2. de fortuna Alexandri reprehendit Dionyſium, quod, quum ciuium cIↃↃ amplius interfeciſſet, fratrem ob inuidiam hoſtibus prodidiſſet, matrem vetulam, paucis poſt diebus morituram, ſuffocaſſet, atque in tragoedia ipſe ſcripſiſſet: ἡ δὲ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ: tamen filiarum aliam Ἀρετήν, aliam Σωφροσύνην, aliam Δικαιοσύνην adpellauerit.

*Dionyſio filio*] Qui ex Doride altera vxore natus erat, vt ait Plutarchus p. 959. idque et inſcriptio eius de ſemet poſita apud eundem Plutarch. loco paullo ante laudato.

*alteram, Areten, Dioni*] More Principum, filias ſororesue iis, quos vel iungere ſibi arctius, vel decipere cupiunt, collocantium: quo de nonnulla habes apud Forſtner. et Boecler. ad Taciti Ann. 1, 10. 5. Plutarchus Dion. c. 6. tradit, Areten nupſiſſe prius Thearidae Dionyſii fratri: eo vero mortuo, Dioni, quum eſſet ſororis filia. Vox *Areten* a quibusd. editis abeſt: ſed eam habent et Excerpta P. Danielis.

2 *Ingenium docile, come, aptum ad artes opt.*] Quod Plato epiſtola 4 extr. et Plutarchus in vita eius, ac lib. de diſcrim. adulator. et amici. p. 69. acerbitatem et contumaciam Dioni tribuunt, poſſis et de imperii tempore accipere; quo et Noſter cap. 6, 5. eum *inuidiam acerbitate opprimere ſtuduiſſe* ait. Heic autem de priuato ſermo fuerit. Denique potuit, vt ſunt varia interdum humana ingenia, alibi comis, alibi arrogans eſſe: quomodo Tacito Hiſt. 1, 10. 3. Mucianus

magnam corporis dignitatem, quae non minimum commendatur: [9] magnas praeterea diuitias a patre relictas, quas ipſe tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionyſio priori, neque minus propter mores, quam adfinitatem. Namque etſi Dionyſii crudelitas ei [10] diſplicebat: tamen ſaluum [eſſe] [11] propter neceſſitudinem; magis etiam ſuorum cauſſa, ſtudebat. Aderat in magnis rebus: eiusque conſilio multum mouebatur tyrannus, niſi qua in re maior ipſius cupiditas interceſſerat.

9. commendatur. *Ita etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos.* 2. *Heus.* (*qui coniecit tamen*, qua non minimum commendaretur,) *Stau.* 1. 2. 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Ith. Heinr. Wetz.*] *Sed* commendat *Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Brem. Schmied. quod tamen abſolute poſitum: durum putat Tzſchuck. ad ed.* 2.] *Struchtmeyer lib* 1. *Animadu. cap.* 10. *legit* quae non minimum commendauit, [*cuius emendatio perplacuit Stau. ad ed.* 3. *Hic quoque alteram Heuſingeri ſuſpicionem, nos facile his verbis poſſe carere, niſi in omnibus inuenirentur exemplaribus, ſe probaturum eſſe profitetur; ſed addit, Cornelium alibi huiusmodi ſententiarum interiectionibus vti ſolere. Wopkens. olim legiſſe*, qua non minimum commendabatur, *aut* quae non min. commendat, *monuit Struchtmeyer.*] — 10. ipſi *MS. Leid.* 2. *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* — 11. eſſe *Ed. Par. Ald. Long. Lamb. Bos.* 1. [*Ith. Wetz. Brem. Heinr.*] ſaluum illum propter nec. — ſuorum cauſa eſſe ſtudebat [*in mea Longolii ed.*] *Ed. Mag. Steph. Gebh.*

*luxuria, induſtria, comitate, arrogantia mixtus* dicitur. [*corp. dignit.* h. e. virilem dignitatem in externo corporis habitu. conf. Diodor. Sic. 16, 6.]

*commendatur*] Sic MSS. et edd. vett. Lambinus tamen repoſuit *commendat;* alterumque illud natum putat ex ignoratione verbi. *Commendat* enim, inquit, h. l. valet, ornat, facit amabilem, beneuolentiam atque amorem conciliat: et ſubintelligendum eſt *homines*, ſeu *viros*. idque firmat quatuor locis Ciceronis; vno e lib. 1. de Oratore, vbi *vox maxime eloquentiam commendare;* altero ex 2 Officiorum, vbi *P. Rutilii adoleſcentiam domus P. Mucii commendaſſe* dicitur: tertio ex oratione poſt reditum in ſenatum: quarto itidem e libris de oratore: ac praeterea vno Horatii 1. epiſt. 15. Elegantior eſt, fateor, haec lectio: et praeferam ipſe, ſi MS. codices addixerint. Poteſt tamen et altera ferri. [Vellei. Paterc. 2, 29. 2. *qua flos commendatur aetatis*, vbi vid. Ruhnken. p. 168.]

3 *Eſſe*] Aberat MS. Dan. et Boecl.

*ſuorum*] Sororis et liberorum eius.

Legationes [12] vero, quae eſſent illuſtriores, per Dionem adminiſtrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter adminiſtrando, crudeliſſimum nomen *tyranni* ſua humanitate tegebat. [13] Hunc a Dionyſio miſſum, Carthaginienſes [14] 4

5

*Keuch. Patau.* Eſſe *aberat a MS. Dan. Boecl. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg.* [*vncis incluſum in Ed Bos.* 2. *Heus. Stau. Harl. Schmied Tzſchuck.*] — 12. legiones *Ed. Iens. Med.* legat. vero omnes *Ed. Steph. Gebh. Keuch. et* vero omnes, quae *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Patau.* [*Tzſchuck.* 1. 2.] *Bene: numeri cauſſa.* — 13. tegebat. *Sic MS. Voſſ.* 2. *Boecl. Gif. Put. Sau. Ax. Bau.* 1. *Ed. Arg. Par. Long. Vltrai.* [*Bos. Stau. Harl.* (*cuius et Kapp. et Stau. ad min. ed. not. conferes,*) *Brem. Schmied. Heinr. Pauſl. probatque Scheffer. ad Phaedr.* 2. *fab.* 2, 8.] *Sed* regebat *MS. Bau.* 2. tenebat *MS. Dan. Mendos. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Ald.* leniebat *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Lamb. Heus.* [*qui multis illam vindicat illuſtratque lectionem; Ith. ſed dubitat de veritate lectionis et interpretatione Heuſing. Schmied. in Lex. Cornel. p.* 26.] *A verbis*, Hunc a Dionyſ. *incipit cap.* 2. *in ed. Patau.* — 14. Carthaginenſes *Ed. Long. Mag. Keuch.* [Karthaginenſes *Ed. Bos. Wetz. Rectius vero Lamb. Heus. et rell. dederunt vel* Karthaginienſes *vel* Carthaginienſes: *de qua duplici ſcriptura v. Cellarii Orthogr. lat. p.* 200 *ſq. et* 269 *ſqq. cum Harles. ſupplementis, et Arntzen ad Aurel. Victor de viris illuſtr. c.* 37. *p.* 171. *qui ſcripturam per* C *defendit: et ipſe Boſius infra ad* 22, 1. 2. Carthaginienſis *edidit lateque tuitus eſt. Quare ego h. l. recepi* Carthaginienſes.]

4 *Legationes vero*] Alii: *Legationes vero omnes.*

*tegebat*] Ita MSS. Sauar. et, teſte Piccarto Pericul. Critic. c. 10. Bauaricorum vnus; itemque ed. Longol. et Vltrai. Exſtantque huius lectionis veſtigia et in aliis codicibus, in quibus vel *regebat* fuit, vt in Bauarico 2; vel *tenebat*, vt in Gif. Dan. Sch. et edd. Ald. ac Flor. quod vtrumque e *tegebat* corruptum, quis dubitet? Eſt autem, vt recte Gebhardus adnotauit, ſenſus expeditiſſimus ac germanus. Nam Dion, inquit, humanitate ac morum tranquillitate tegebat atque abscondebat decantatam vbique Dionyſii crudelitatem; qui mitiſſimos Dionis mores intuebantur, perſuadere ſibi non poterant, tam immanem eſſe Dionyſium, quam vulgo iactaretur. Et eum in modum loquitur Tacitus 12, 10. 3. *dum ſecors domi, bellis infauſtus, ignauiam ſaeuitia tegat.* Haec Gebhardus. Similiter idem Tacitus An. 2, 80. 3. *a Sentio priuatum odium falſis criminibus tegente.* et 6, 10. 1. de Caligula: *immanem animum ſubdola modeſtia tegens.* Cap. 50, 1. de Tiberio: *quaeſita interdum comitate quamuis manifeſtam defectionem tegebat.* denique 4, 44. 4. *ſpecie ſtudiorum nomen exſilii tegeretur.* Vnde ſatis

ſuſpexerunt, [15] vt neminem vnquam Graeca lingua loquentem magis ſint admirati.

1 II. Neque vero haec Dionyſium fugiebant. [1] Nam quanto eſſet ſibi ornamento, ſentiebat. Quo fiebat, vt vni huic maxime [2] indulgeret, neque
2 eum ſecus diligeret ac filium. Qui quidem, quum Platonem Tarentum veniſſe fama in Siciliam eſſet perlata, adoleſcenti negare non potuit, [3] quin eum arceſſeret, quum Dion eius audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam, magnaque [4] eum ambitione Syracuſas per-

15. ſuſpexerunt. *Sic MS. Put. Giſ. Sau. Dan. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* ſuſceperunt *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. vid. Ducker. ad Flor.* 4, 12. 30.

1. fugebant *MS. Voſſ.* 2. — 2. magis *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax.* — 3. potuerit *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Mox* accerſeret *MS. Dan.* [*male. v. Cellar. orthogr. lat. ibique Harl. p.* 177. *ſq. et Weſterhou. ad Terent. Andr. III*, 3, 14.] arceſſiret *MS. Ax. Ed. Heus.* [*v. Boſium infra ad* 25, 21. 4. *et Stau. ad noſtrum loc. in ed.* 3. *contra Heuſing. acriter dimicantem.*] — 4. magnosque *MS. Voſſ.* 2.

apparet, *humanitate* et *crudelitatem*, et *nomen crudelitatis tegi* apte dici. quod negabat Lambinus; eoque, coniectura ductus, correxit *leniebat.* quod recte ſpreuerunt Sauaro ac Schottus. [Add. Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 382.]

5 *Suſpexerunt*] Sic e MSS. ſuis correxit Sauaro, habuitque et Cod. Dan. Vulgo erat *ſuſceperunt.*

2 *Platonem Tarentum veniſſe*] Plato ipſe epiſtola ad Dionis propinquos, Diogenes Laërtius in Platone, III, 16. et 21. (vbi v. Menag.) Cicero Catone mai. et Plutarchus Dione. Cauſſam profectionis Apuleius lib. de dogmate Platonis fuiſſe ait, *vt naturam Aetnae, et incendia concaui montis intelligeret.* quod etiam Laërtius tradit. Ipſe fortaſſe, κατὰ τύχην, Syracuſas ſe veniſſe, ait: Plutarchus θείᾳ τινὶ τύχῃ, et a daemone quodam libertati Syracuſanorum fauente. Mox in MS. Boecler. erat *negare non potuerit.*

*magnaque eum ambitione Syracuſas perduxit*] Nihil de ambitioſa hac deductione Plato, Laërtius, ac Plutarchus; ſed nec quisquam alius, quod ſciam: ſed tantum accitum a Dionyſio, inſtinctu Dionis, quum Syracuſas veniſſet, et cum eo collocutum, ſcribunt. A iuniore autem Dionyſio, iam mortuo patre, primo eodem Dione perſuadente, dein ſponte, omni ſtudio, crebrisque et ipſius et aliorum epiſtolis ac precibus, etiam triremibus miſſis, aduocatum Platonem, et mirabili comitate ac honore, Dionyſio ipſo in curru eum imponente, aurigamque

duxit: quem Dion adeo admiratus eſt, atque ad- 3
amauit, vt ſe ei totum [5] traderet. Neque vero
minus Plato [6] delectatus eſt Dione. Itaque quum
a Dionyſio tyranno [7] crudeliter violatus eſſet,
quippe quem venundari [8] iuſſiſſet: tamen eodem
rediit, eiusdem Dionis [9] precibus adductus. In- 4
terim in morbum incidit Dionyſius. quo quum
graui [10] conflictaretur, quaeſiuit a medicis Dion,

5. ſe ei totum *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Dan. certe rotundius: vt cap.* 3. 1. imitari patrem. [*Et ego ſic poſui pro vulgato* ſe totum ei.] — 6. Plato minus *MS. Ax.* — 7. tyranno *aberat a MS. Leid.* 2. — 8. vaenundari *Ed. Par. Ald.* venumdari *Ed. Patau.* [*Stau.* 3. *Harl. Ith. Tzſchuck.* 1. venum dari *diuiſim Tzſchuck.* 2.] *Tum* iuſſit *Ed. Long. Mag. Sed* iuſſiſſet *etiam MS. Dan.* [*Concinnius fore*, quippe qui ipſum, *putat Schmied.*] — 9. Dionyſii precibus *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 10. graui. *Ita*

agente, exceptum, ac magno in pretio habitum, ex eiusdem Platonis epiſt. 3 et 7. Plutarcho p. 963 et 965. ac Aeliano var. hiſt. 4, 18. [vbi v. Periz.] cognoſcimus. Atque ad hunc referendum puto, quod *vittatam nauem Platoni obuiam miſiſſe Dionyſium tyrannum, ipſumque quadrigis albis, egredientem e littore excepiſſe*, ſcribit Plinius N. H. 7, 3. ex eoque Solinus cap. 7. Itaque paene adducor, vt cum Buchnero τῷ μαχαιρίτῃ putem confundi heic Dionyſios, et filio tribui, quae patri debebant. [A Cornelio neque hic ſolum, ſed etiam in ſequentibus hiſtoriam et patrem cum filio confundi, et Platonem ter fuiſſe in Sicilia: primum ex Aegypto reducem et a Dionyſio patre in aulam vocatum, Dione puero, 12 fere annorum; tum adductum a Dionyſio filio; et tertium, quod noſter non adtigit, rediiſſe ad Dionem, vt hunc, quum in exſilio eſſet, cum Dionyſio reconciliaret, (Diog. Laërt. 3, 23.) erudite docent Wetzel. et Tzſchuck. ad ed. 2. Prior etiam (vti iam Boſius fecerat,) monet, Dionyſium filium, non patrem, cum magna ambitione (de quo vocab. vid. Heuſing. ac Stau. (contra Heus. disputantem) et Harles.) Platonem perduxiſſe in vrbem. Add. Aelian. H. V. lib. 4. c. 21. ibique Kuhnii ac Periz. not.]

3 *Quum a Dionyſio crudeliter violatus eſſet, quippe quem venundari iuſſiſſet*] Vid. Plut. princ. Dionis, qui tamen haec paullo aliter narrat. Lucianus Paraſito Platonem reiectum ait, quod paraſiticae imperitus eſſet.

*venundari iuſſiſſ.*] Diodorus Sic. 15. c. 7. et prolixe Diog. Laërtius lib. 3, 18—21. ac Plutarchus Dione. [Ed. Morell. p. 469. 471. E. tom. 1. *Fiſch.*] Pro *iuſſiſſet* qu. edd. *iuſſit.* [v. Stau. ad ed. min.]

*eodem rediit*] Defuncto ſeniore Dionyſio. Plato epiſt. 7. Plutarchus l. c. et Noſter mox 3, 1.

4 *Graui*] Ita membranae Schotti, et, referente Piccarto

*quemadmodum ſe haberet?* ſimulque ab his [11] petiit, *ſi forte maiori eſſet periculo,* [12] *vt ſibi faterentur. nam velle ſe cum eo colloqui de partiendo regno: quod ſororis ſuae filios ex illo natos partem regni putabat debere habere.* Id medici non tacuerunt, et ad Dionyſium filium [13] ſermonem retulerunt: quo ille commotus, ne agendi cum eo eſſet Dioni poteſtas, [14] patri ſoporem medicos dare coëgit. Hoc aeger [15] ſumto, vt [16] ſomno ſopitus, diem obiit ſupremum.

*MS. Mendos. Leid.* 2. *Ox. Bau.* 1. 2. ***Ed. Iens.*** *Vltrai. Long. Sau.* [*Bos.* 1. *et recentt. ſere omnes.*] *Sed* grauiter *MS. Ax. Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Mag. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Schmied. Sed prius eſt elegantius.*] — 11. de his pet. ***Ed. Iens.*** *Med. Ald.* — 12. in periculo *Ed. Lamb. Steph.* — *Mox* fateretur, *dein* parendo regno ***Ed. Iens.*** *Med. tum* quot ſor. *Ed. Ald.* — 13. Dionyſ. ſuum filium *MS. Leid.* 2. *et* rettulerunt *Ed. Med. Arg.* — 14. vt Dioni agendi eſſet poteſtas *MS. Boecl.* et agendi eſſ. D. pot. *MS. Ax. Etiam a MS. Leid.* 2. *et Voſſ.* 1. *aberant verba* cum eo, *non minus quam ab* ***Ed. Iens.*** *Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* ne ag. [cum eo] eſſ. D. pot. *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 2.] — 15. ergo *MS. Boecl. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 1. ***Ed. Iens.*** *Med. Arg. Par. Ald. Long.* [*et probat Tzſchuck.*] — 16. vt. *Sic*

Peric. Critic. c. 10. duo MSS. Bauarici; itemque ed. Vltraiect. et, e ſuis, vt opinor, libris, Savaro. non incommode, vt recte iudicabat Piccartus, nec minus Latine, quam, quod vulgo legitur, *grauiter.* Schottus tentabat *grauius.* ſine cauſſa.

*ab his petiit*] Qu. edd. *de iis petit.*

*velle ſe cum eo colloqui*] Ita et Plutarchus p. 960.

*ſororis ſ. filios*] Vid. ſupra c. 1, 1.

5 *Id medici non tac.*] Futuro Principi, vt Plutarchus ait, gratificantes: more in aulis recepto.

*medici non tacuerunt*] Plura in hanc rem Meibomius commentar. in iusiurand. Hippocratis c. 14 ſ. 16 et ſeqq.

*ſermonem*] Schottus *ſeniorem.* At quomodo *ſeniorem* dixiſſet filium, patre cognomine ſuperſtite?

*ne agendi cum eo eſſet Dioni pot.*] MS. Boecl. *vt Dioni agendi eſſet pot.* corrupte.

*ſoporem*] Vide Plinium Nat. hiſt. 25, 13. et quae ad Perſium Sat. 4, 1. notauit Caſaubonus.

*ſoporem medicos dare coëgit*] Iurare ſolebant, *ſe neque precibus adductos cuiquam pharmacum mortiferum daturos, neque eius rei auctores futuros.* de quo plura Meibomius loco paullo ante laudato.

*aeger*] MS. Boecl. et qu. edd. *ergo.*

*vt ſomno ſopitus*] Addidi particulam, motus auctoritate MSS. Dan. Leid. et Boecl. nam

III. Tale initium fuit Dionis et Dionyſii ſi- 1
multatis, eaque multis rebus aucta eſt: ſed ta-
men primis temporibus aliquamdiu ſimulata inter
eos amicitia manſit. quumque Dion non deſiſte-
ret [1] obſecrare Dionyſium, vt Platonem Athenis
arceſſeret, et eius conſiliis vteretur: ille, qui [2] in
aliqua re vellet patrem imitari, morem ei geſſit. [3]
Eodemque tempore [4] Philiſtum hiſtoricum Syra- 2
cuſas reduxit, [5] hominem amicum [6] non [7] magis
tyranno, quam tyrannis. [8] Sed de hoc in eo

*MS. Dan. Boecl. Leid.* 1. *Voſſ.* 1. *Ax.* [*Ed. Bos.* 2. *et plurimae recentt.*] *Sed abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Pat.* [*Wetz. Schmied.*] *In MS. Dan. erat etiam* ſumno *pro* ſomno.

1. cum Dion deſiſt. *MS. Boecl.* quum Dion non deſiſt. *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* quumque Dion deſiſteret *MS. Ax. Voſſ.* 2. cum Dion non deſineret *Ed. Par. Ald. Patau. Etiam in ed. Lamb. eſt* deſineret. — 2. quod *MS. Ax. Mox* velit *MS. Leid.* 2. *et* imitari patrem *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 3. morem geſſit ei *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. ei *aberat a MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 4. temp. *abeſt ab ed. Lamb. Tum* Phyliſtum *MS. Voſſ.* 1. — 5. duxit *MS. Ax. Voſſ.* 2. — 6. inimicum *Ed. Ald.* — 7. τὸ non *aberat a MS. Voſſ.* 1. — 8. tyrannis. *Sic MS. Dan. Boecl. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* vulgo aberat. Senſus eſt, tanquam dormientem obiiſſe. Apud Plutarchum eſt: *ἀφείλοντο τὴν αἴσθησιν αὐτῦ, θανάτῳ συνάψαντες τὸν ὕπνον.* [v. Stau. ad ed. 3.]

1 *Tale initium fuit ſimultatis*] Nil hac de re Plutarchus c. 7. et 12. et Diodorus 10, 6: ſed ille propenſa in Dionem voluntate fuiſſe Dionyſium; hic propter nobilitatem et magnitudinem animi ſuſpectaſſe eum, ſcribit.

*eaque multis rebus aucta*] Vide Plutarch. Dione p. 963. et de diſcrim. adulator. et amici pag. 53. adde Platonem epiſtol. 3.

*quumque Dion*] MS. Boecler. *cum D. deſiſt. obl.* [Conf. Cic. de Orat. III, 34. ſ. ſect. 139. et Stauer. ad min. ed. De Philiſto v. Plutarch. cap. 11. ac 35. et Cellar. ad noſtrum loc.]

2 *Amicum non magis tyranno etc.*] Plutarchus pag. 974. φιλοτυραννότατον ἄνθρωπον vocat. Et p. 962. primo ſurgenti tyrannidi promtiſſimum ſe praebuiſſe: pag. vero ſeq. firmiorem tyrannidi creditum, eamque foviſſe ait. adde mox c. 3, 3.

*quam tyrannis*] Sic MSS. Dan. et Boecl. ac fortaſſis et alii. quod Cl. Loccenius exponit non magis Dionyſio tyranno, quam aliis ſimilibus eius amicum. Alii, *tyrannidi.* cui lectioni fauent loca Plutarchi modo adducta.

*in eo meo libro*] *Meo* aberat Dan. et Leid.

meo [9] libro plura ſunt expoſita, qui de hiſtori-
3 cis [10] conſcriptus eſt. Plato autem tantum apud Dionyſium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, vt ei perſuaſerit, [11] tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracuſanis: a qua voluntate Philiſti conſilio deterritus, aliquanto crudelior eſſe coepit.

1 IV. Qui quidem quum a Dione ſe ſuperari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne, ſi eum ſecum haberet, aliquam occaſionem ſui daret opprimendi, nauem ei triremem dedit, qua Corinthum deueheretur: oſtendens, ſe id vtriusque facere cauſſa, ne, quum inter ſe

1. 2. [*Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau. Harl. Ith. Wetz.*] *Sed* tyrannidi *Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Bipont. Brem. Tzſchuck.* 1. 2. *Heinr. Schmied. Pauſl. probatque Kapp.*] tyrannum *Ed. Long.* — 9. meo. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Long.* [*Lamb. Bos. et reliq. recentt.*] *Aberat a MS. Dan. Leid.* 1. — 10. hiſtor. conſcr. *Sic MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. et ceteri omnes. Sed* hiſt. Graecis conſcr. *MS. Mendos. Sau. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ven. ap. Mag.* [*Ed. Tzſchuck.* 1. 2. *Wetz.*] — 11. ei perſuaſ. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed τὸ* ei *abeſt ab Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.*

*de hiſtoricis*] *Graecis* addebat Codex Schotti, et quos Savaro inſpexit, vt in praefatione notarum ſuarum teſtatur: itemque, Magio laudante, exemplar Venetum. quam vocem Lambinus, ſi Schotto credimus, (nam in commentariis eius nihil huiusmodi reperio,) cum Longolio expungit, quod de vtrisque ſcripſiſſe, *Graecis Latinisque,* veriſimile ſit. perperam. potuit enim de vtrisque ſeparatim ſcribere. Sane de *Latinis* ſeorſim egiſſe, inde adparet, quod in antiquiſſimo codice Giſanii ante vitam Attici haec verba reperta ſunt: *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis hiſtoricis.* niſi tamen legendum eſt *hiſtoriis.* nam et in vetuſto codice Cardinalis Mendozae Schottus hanc inſcriptionem reperit: *Hiſtoriarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici.* Vtcunque fuerit, *τὸ Graecis* heic genuinum eſſe vix dubito.

3 *A qua volunt. Philiſti conſilio deterritus*] Adi Plut. l. c.

1 *Nauem ei trirem.*] Plato epiſt. 7. paruo nauigio impoſitum, et eiectum dicit: Plutarchus c. 14. ἀκατίῳ. *Acatium* vero idem, quod ſcapha. v. Schefferum de militia nauali 2, 2. p. 70.

*oſtendens, ſe id vtriusque facere cauſſa*] Nihil hac de re alii. ſed Plato epiſt. 7. accuſa-

timerent, alteruter alterum praeoccuparet. Id 2
quum factum multi indignarentur, magnaeque eſ-
ſet [1] inuidiae tyranno: Dionyſius omnia, quae mo-
veri poterant Dionis, in naues [2] impoſuit, ad
eumque [3] miſit. Sic enim exiſtimari volebat, [4]
id ſe non odio hominis, ſed ſuae ſalutis feciſſe
cauſſa. Poſtea vero quam audiuit, [5] eum in Pe- 3
loponneſo [6] manum comparare, ſibique bellum
facere conari; Areten, [7] Dionis vxorem, alii nu-
ptum dedit, filiumque eius ſic educari iuſſit, vt

1. eſſent *MS. Ax.* — 2. in naues. *Ita etiam Ed. Ald.* [*et plurimae.*] in nauis *MS. Leid. 2. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Stau.* 2. 3. [*Eſt etiam adcuſatiu. pluralis, de qua terminatione v. Voſſ. de Analogia c.* 16. *et Orthograph. Noris. pag.* 225 *ſqq.* 242 *ſqq. additam Cellar. orthogr. ab Harles. editae, tom. II. et Cellar. ibid. tom. I. p.* 22 *ſq. de vtraque terminatione adcuſat. pluralis in* is *et* eis.] in naueis *MS. Dan. Ed. Lamb. Gebh. Keuch.* in naui *Ed. Long. Mag. Steph.* [*Sed hoc corruptum eſſe ex adcuſatiuo* nauis, *et multo frequentius ac proprie dici* imponere in naues, *quam* in naui, *docet Oudendorp. ad Caeſ. de B. C.* 3, 14. *p.* 677. *ſq. et ad Hirt. de B. Afric. c.* 54, 4. *p.* 901.] *Tum* imponit *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Long.* — 3. ad eum quia *MS. Leid.* 2. — 4. volebant *MS. Voſſ.* 2. — 5. vero aud. *Ed. Iens. Med.* — 6. Peloponneſſo *MS. Voſſ.* 1. 2. Peloponeſo *Ed. Med.* — 7. Arethen *MS. Voſſ.* 1.

tum ait, quod tyrannidi inſidiaretur: Plutarchus c. 14. conſpirationis cum Poenis inſimulatum. Diodorus 16, 6. animadverſo tyrannum necem ſibi intentare, primum apud amicos delituiſſe, dein cum Megacle et Heraclide in Peloponneſum fugiſſe.

2 *Quae moueri poterant*] Sup. ad 2, 2. 8. Ingentes autem fuiſſe eius facultates, et fere tyrannicam ſupellectilem, ait Plutarchus, c. 15. [add. Stau. not.]

*in naues*] Sic et MS. Dan. et Venetus. Plutarchus quoque *duas* permiſſas ait. Alii *in navi*, vel *in nauim*.

*non odio hominis, ſed ſuae ſalutis fec. cauſſa*] Plutarchus c. 15. ait, eum amicos et vxorem monuiſſe, *non in exſilium, ſed peregre miſſum Dionem, ne in praeſentis arrogantiam grauius ex ira conſulere cogeretur.*

3 *Areten, Dionis vx. alii nuptum dedit*] Vide Aelian. var. hiſt. 12, 47. [vbi v. Scheff., Kühn. et Periz.]

*filiumque eius*] Polyaenus lib. 5. in Dionyſio, ſ. cap. 2. ſect. 8. Hipparionem vocat: quem perperam, vt opinor, ab Aretaeo diuerſum, natuque maiorem facit Gebhardus. nam vnum eundemque fuiſſe, de cuius no-

indulgendo turpiſſimis imbueretur cupiditatibus.
4 Nam puero, priusquam pubes eſſet, ſcorta adducebantur: vino epuliſque obruebatur, neque
5 vllum tempus ſobrio relinquebatur. Is vsque eo vitae ſtatum commutatum [8] ferre non potuit, poſtquam [9] in patriam rediit pater, (namque adpoſiti erant cuſtodes, qui eum a priſtino victu deducerent,) vt ſe de ſuperiore [10] parte aedium deiecerit, atque ita interierit. [11] Sed illuc reuertor.

8. ſtatum vitae comm. *MS. Ax.* [*Ed. Wetz. ſuauior eſt ordo.*] — 9. vt, poſtquam *Ed. Ald. Lamb. in quibus, vti in ed. Arg. τὸ* vt *poſthaec ante τὸ* ſe *eſt omiſſum.* [*quae collocatio verborum eſt elegantior.*] — 10. de ſuper. *Sic MS. Leid.* 2. *Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Heus.* (*cuius not. confer,*) *et plur. recentt.*] *Sed* de *abeſt MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Par. Long. Mag.* [*Riclef.*] e ſuper. *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. In Ed. Long. ῥῆσις haec legitur hoc ordine:* is vero, poſteaquam in patriam rediit pater, vsque eo vitae ſtatum commutatum, (namque adpoſiti erant cuſtodes, qui eum a priſtino victu deducerent,) ferre non potuit, vt ſe ſuperiore etc. *Boſius ordinem MS. Dan. expreſſit.* — 11. intererit *Ed. Iens. Med. Mox* illud reu. *MS. Voſſ.* 2. ad illud *MS. Ax. Ab* Sed ill. *incipit cap. V. in ed. Pat.*

mine diſſidebant Timaeus et Timonides, e Plutarcho manifeſtum eſt. quamquam interim alium praeter hunc filium Dioni fuiſſe, inde colligo, quod apud Platonem epiſt. 8. eum a Syracuſanis regem eligi ſuaſit. Tertium, ſed ipſo defuncto, peperit Ariſtomache in carcere; vt Plutarchus extr. Dione ſcribit.

*vt indulgendo turpiſſimis imbueretur cupiditatibus*] Non admodum diſſimilis ars Thraſybuli fuit, fratris Hieronis, Siciliae tyranni: quem Gelonis filium ad voluptates ſtimulaſſe, vt ipſe imperaret, Ariſtoteles 5 Polit. 10 tradit. Et Dionyſius pater, veritus, ne hic ipſe filius ſibi cognominis vſu cordatorum hominum ſumeret animos, eum illiteratum et imperitum in conclaui detinuit, parua plauſtra et alia iſtiusmodi fabricantem; vt refert Plutarchus Dione p. 961.

5 *Poſtquam in patriam red. pater etc.*] Ita et MS. Dan. hunc verſiculum ordinat. aliter Longolius et alii.

*de ſuper. parte aedium*] Sic repoſui e Cod. Dan. Dictum vt *deiicere de gradu, honore, poſſeſſione etc.* apud Ciceronem et alios. Ceterum Plutarchus in Dione c. 55. e tecto ſe praecipitem egiſſe, ſcribit: idque ex dolore quodam et ira, e parua et puerili occaſione orta. Idem in Conſolat. ad Apollon. de tecto lapſum, eaque re audita patrem cum amicis conſultantem nihil conſternatum, corpuſculo mulieribus tradito, deliberationem inſtitutam perſequutum. add. Aelian. 3, 4.

V. Poſtquam Corinthum peruenit Dion, et 1
eodem perfugit Heraclides, ab eodem expulſus Dionyſio, qui praefectus fuerat equitum: omni ratione bellum comparare coeperunt. Sed non 2
multum proficiebant, quod [1] multorum annorum tyrannis, [2] magnarum opum putabatur. Quam ob cauſſam pauci ad ſocietatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam ſuis copiis, 3
quam odio [3] tyranni, maximo animo, duabus

1. quot *Ed. Ald.* — 2. tyrannis. *Ita primus reſcripſit Lamb. Sed* tyrannus *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Statim* magnorum putabatur *MS. Voſſ.* 1. — 3. odii *Ed. Iens. Med.*

1 *Heraclides*] De quo plura Plutarchus Dione c. 32 ſqq. qui hominem turbulentum, ſeditioſum, mobilem, inſidum, et rei militaris peritum (στρατηγικόν) fuiſſe, docet. Meminit eius et Diodorus 16. c. 16 ſqq. [v. Stau. ad ed. 2 et 3.]

*praefectus fuerat equitum*]. Ἡγεμονίαν ſub tyrannis habuiſſe, ait Plutarchus.

*bellum compar. coeperunt*] Vid. Diodor. 16 et prolixe Plutarch. p. 962 et ſqq.

2 *Pauci ad ſociet. periculi perducebantur*] E mille proſcriptis tantum XXV. nomina ſua dediſſe, Plutarchus c. 22. ſolos XXX. e Syracuſiis in Peloponneſo exſulantibus periculi participes eſſe voluiſſe, Diodorus 16, 10 ſcribit. De his igitur capio verba Nepotis. quod autem idem Diodorus paullo ante c. 9 ſcribit, cumprimum bellum compararet Dio, celeriter multos ei obſequutos; id vel ad mercenarios milites pertinet, quorum ipſe mille, Plutarchus pauciores octingentis fuiſſe tradit: vel ad Peloponneſios, qui conata eius promouerunt. nam et Plutarchus ait, milites occulte conſcribentem *multos τῶν πολιτικῶν* et Philoſophorum iuuiſſe: quorum aliquos nominat.

3 *Non tam ſuis copiis*] Quas admodum exiguas adduxit: ſed, poſteaquam in Siciliam adpuliſſet, Agrigentinorum, Gelonorum aliorumque Siculorum acceſſione quinque amplius millia, vt Plutarchus ait; vt vero Diodorus, ſupra XX. millia ſub vexillis habuit. quibus dein multi Graecorum Meſſeniorumque ex Italia, magnaque multitudo ex oppido et agro Syracuſarum acceſſit: adeo, vt vrbem ingredienti, circiter L. millia militauerint.

*quam odio tyranni — quinquaginta annorum imperium — profectus oppugnatum*] Ita ſuperiori ſaeculo [a. 1568 — 84.] Willielmus princeps Auriacus rogatus, *quomodo exſul ipſe potentiſſimum Hiſpaniarum regem laceſſere auderet*, reſpondit: *Hiſpanorum in conſcientiarum libertate opprimenda et decimi nummi vectigali exigendo ſpectatiſſimam crudelitatem maximo ſibi adiumento ad eorum dominatum euertendum fore*; quod etiam factum eſt. Ceterum non ſolum *odio* Dionyſii,

onerariis nauibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis nauibus, decem equitum, centum peditum[4] millibus, profectus oppugnatum, (quod omnibus gentibus admirabile eſt viſum,)[5] adeo facile perculit,[6] vt poſt diem tertium, quam Siciliam[7] attigerat, Syracuſas introierit. Ex quo intelligi poteſt, nullum eſſe im-
4 perium tutum, niſi beneuolentia[8] munitum. Eo tempore aberat Dionyſius, et in Italia claſſem opperiebatur, aduerſariorum ratus,[9] neminem ſine magnis copiis ad ſe venturum. Quae res
5 eum feſellit. Nam Dion iis ipſis,[10] qui ſub ad-

4. centumque ped. *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Patau.* — 5. auſum *pro* viſum *MS. Leid.* 1. — 6. pertulit *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Ald.* [*Sed* perculit, *(quod cum* pertulit *ſaepius confunditur,) grauius eſt denotatque euertit, peruertit. v. Drakenb. ad Liu.* 35, 27, 16. *tom. IV. p.* 949.] — 7. in Siciliam *MS. Voſſ.* 2. *Statim* attigerit *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 8. beniuol. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 9. [*Fiſcher interpunxit manu, edd. Long. et Mag. ſequutus,* operiebatur aduerſariorum, ratus.] — 10. his ipſis *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Gebh. Keuch. Patau.*

ſed et *contemtu* fretus Dio fuit; vt adparet ex Ariſtotele 5 Politic. 10.

*maximo animo*] Ita ſe animatum dictitans, vt quocunque poſſet progredi, ſatis illi futurum ſit; et ſi vel vix in terram egreſſus, mortem oppeteret, haud grauem ſibi futuram, vt ibidem Ariſtoteles ſcribit.

*duabus onerar. nauibus*] Totidem et Diodorus 16, 6. [et v. Weſſel. ad c. 9. n. 70.] ac Plutarchus c. 25. numerant: ſed hic addit, eas comitatum nauigium non magnum et duas *τριακοντόρους*: ille, Chariclem triremes quasdam et alias onerarias a tergo Syracuſas ducere iuſſum.

*quinquaginta annor.*] XLVIII numerat Plutarchus p. 970 c. 28. Sed cum noſtro facit Diodorus p. 516 libr. 16, c. 11.

*imperium*] *Maximum totius Europae dominatum* vocat Diodorus: qui in ſequentibus plane cum Noſtro conuenit, niſi quod naues longas tantum CCCC. numerat.

*viſum*] MS. Leid. *auſum.* fortaſſe non omnino male. Virg. Aen. 6, 624 *auſoque potiti.* Idem *fortia auſa* dixit Aen. 9, 282. Ouidius: *magnis tamen excidit auſis.* Nil tamen mutare audeo.

*nullum eſſe imperium tutum, niſi beneuolentia munitum*] Vide Forſtner. ad Ann. 6 Taciti p. 426 et ſeqq. [Stau. ad ed. min.]

4 *Aberat Dionyſius*] Cauloniae in Italia, arcis cuſtodia

verſarii fuerant poteſtate, [11] regios ſpiritus repreſſit, totiusque eius partis Siciliae potitus eſt, quae ſub poteſtate Dionyſii fuerat: [12] parique modo vrbis Syracuſarum, praeter arcem, et inſulam adiunctam oppido; eoque rem perduxit, vt ta- 6
libus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: [13] *Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionyſius, Syracuſas Apollocrates,* [14] cui maximam fidem vni habebat [Dion]. [15]

O 2

11. fuerant poteſtati *MS. Leid.* 2. — 12. ſub Dionyſii fuerat poteſtate *MS. Dan. Ax.* ſub Dion. pot. fu. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 1. *Patau.* [*Ith. Wetz.*] — 13. velle *Ed. Iens. Med. Mox* optin. *Ed. Iens. Par. Ald.* — 14. Apollochrates *MS. Voſſ.* 1. Hypollocrates *MS. Voſſ.* 2. Apollocrathes *MS. Dan.* — 15. Dion. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. et ceteri. Sed* (Dion) *Ed. Stau.* 2. [3. *Heus. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Bipont. Pauſl. Quare et ego, quoniam aperta eſt falſa lectio, id vncis ſecluſi, aut praeferrem emendationem Lambin.*] Dionyſius *Ed. Lamb.* [*Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Vtrumque nomen, ſuperuacaneum, ſuadente iam Heus. haud male omiſit Bremi. Add. not. Stau. et Harl. et de* Apollocrate, Niſaeo *et* Hipparino *Periz. ad Ael. V. H. lib.* 2, 41, 1.]

Timocrati, ſororis marito, commiſſa: in quam ipſe ſeptimo poſt die, quam Dio vrbem ingreſſus erat, rediit: vt tradunt Diodorus 16, 11. ac Plutarchus c. 26.

5 *Eius partis*] Sic MSS. meliores. Aliis τὸ *eius* abeſt. Mox Dan. *quae ſub Dionyſii fuerat poteſtate.*

*inſulam*] Vid. [Cic. in Verrin. 4, 53.] Cluuerium Siciliae antiqu. 1, 12. [Harl. n.]

6 *Talibus pactionibus*] Paullo aliter has Plutarchus p. 974: Diodorus autem 16, 13 et 17. paene eodem modo recenſet: niſi quod Apollocratis nullam mentionem facit. [v. Stau. ad ed. min.]

*pacem facere vellet*] Notanter dixit *vellet.* nec enim acceptarunt conditiones Syracuſani, ſed Dionyſium viuum capturos ſe ſperabant, vt referunt Plutarchus c. 37 et Diodorus 16, 13. [v. Tzſch. ad ed. 2.]

*Apollocrates*] Dionyſii maior natu filius, cui is, in Italiam aufugiens, arcem cuſtodiendam tradidit; ſed paullo poſt Dioni deditam. Teſtis Plutarchus p. 974 et 980. (c. 37.)

*cui max. fidem vni habebat Dion*] Sic libri meliores. Lambinus edidit *Dionyſius.* non male, vt videtur. neque enim Apollocrati arcem Dionyſius commiſſurus erat, ni maximam ei fidem habuiſſet. Altera lectio forſan ex abbreuiatione nata. ſicuti viciſſim pro *Dione, Dionyſius* in plerisque Hieronymi codicibus

1 VI. Has tam proſperas, tamque inopinatas res conſequuta eſt ſubita commutatio, quod[1] fortuna ſua mobilitate,[2] quem paullo ante extu-
2 lerat, demergere eſt adorta.[3] Primum in filio,[4] de quo commemoraui ſupra, ſuam vim[5] exercuit. Nam quum vxorem reduxiſſet, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet reuocare ad virtutem a perdita luxuria, accepit grauiſſimum[6]
3 parens vulnus morte filii: deinde orta disſenſio eſt[7] inter eum et Heraclidem: qui quidem prin-

1. quod *aberat a MS. Leid.* 2. *Sed* quot *Ed. Ald.* — 2. nobil. *Ed. Arg. Long. Statim* quae p. *MS. Boecl.* — 3. adorta. *Sic Edd. noſtri omnes. Sed* adorſa *Ed. Stau.* 2. 3. [*Harl. et ſic h. l. ac ſupra VIII.* 2, 5. *legere iuſſit Drakenb. ad Liu.* 35, 61, 8. *tom. IV. p.* 996. *ab* adordior, *h. e. adgredior, incipio.*] — 4. in filio *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patau. Stau.* 2. [3. *Ith. et rell. recentt. Atque ego reſcripſi, ſuadente etiam Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. G.* 2, 32. *p.* 126.] *Sed* in filium *Ed. Arg. Long. Boecl. Bos. Stau.* 1. — 5. ſuam vim *MS. Dan. Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patau.* [*Ith. Bipont. Harl. Heinr. Schmied. Tzſchuck.* 2. *Pauſl. et ego reddidi. add. Kappii et Heuſing. not.* vim ſuam *Stau.* 3. *Wetz. Tzſchuck.* 1.] ſuam ſaeuitiam *Ed. Arg. Long.* [ſaeuit. ſuam *Ed. Bos. Stau.* 1. 2. *Brem.*] — 6. gratiſſimum *MS. Leid.* 2. [*Mox* parens *Tzſchuck. ad ed.* 2. *poſſe ſuſpicatur abeſſe. Sed graviter additum eſſe putem.*] — 7. orta disſenſio eſt.

irrepſit in Chronico Euſebiano num. 1663. de quo vid. animadverſiones Scaligeri.

1 *Quem paullo*] MS. Boecl. *quae paullo.*

2 *In filium*] Exc. Dan. et Lambinus aliique, *in filio.* et mox: *ſuam vim exercuit.* vtrumque non male. ac fortaſſe legendum, *in filio ſuam vim exſeruit.* Lambinus tamen has tres voces vt ſubdititias Cornelio detrahit: ſed quo iure, (inquit Gebhardus,) quaue iniuria?

*vxorem reduxiſſet*] Diuortio violento alteri traditam de nouo adſumſiſſet, idque ſororis Ariſtomachae precibus. v. Plut. p. 980 et Aelian. 12, 47 cum notis Schefferi.

3 *Disſenſio eſt*] Sic etiam MS. Leid. Alii *disſenſione:* quod fauet coniecturae Lambini. et mox: *qui Dioni princ. n. c.*

*inter eum et Heraclidem*] Cuius varias contra Dionem machinationes paſſim refert Plutarchus. Vide eum p. 972. 974. 975. 978. 979. 981. Diodorus 16 ſcribit, mox a fuga Dionyſii Syracuſanos in partes diſceſſiſſe, aliosque militare imperium ſummamque poteſtatem Heraclidae,

cipatum non concedens, [8] ſactionem comparauit. neque is [9] minus valebat apud optimates; quorum conſenſu praeerat claſſi, quum Dion exercitum pedeſtrem teneret. Non tulit hoc [10] animo aequo 4
Dion, [11] et verſum illum Homeri retulit ex ſecunda rhapſodia, in quo haec ſententia eſt: *Non poſſe bene geri* [12] *rempubl. multorum impe-*

*Ita etiam MS. Ax.* [*Ed. Bos. Stau. Heus. Ith. Brem. Heinr. Tzſchuck.* 1. 2. *Schmied.*] *Sed* orta disſenſione *Ed. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Wetz.*] orta disſenſione eſt *Ed. Iens. Med. Arg. Mox* Heraclidem *omiſſo* τῷ *et Ed. Iens. Med.* Heraclidemque *Ed. Par. Ald.* — 8. qui Dioni princip. non conced. *MS. Leid.* 1. *Ed. Lamb. Keuch.* Dioni *etiam additur in Ed. Patau.* qui quod principat. non concedebat *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Stau.* 3. *Heinr. Schmied. Pauſl.*] quae quidem princ. non concedebat *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* qui quid. pr. non concedebat *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.* — 9. is. *Ita MS. Dan. Sed* enim *Ed. Lamb.* his *Ed. Iens. Med. Arg. Long.* — 10. hoc *abeſt ab ed. Ald. Lamb.* — 11. Dion *aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Mox* rettulit *Ed. Iens. Med. Arg. et* ripſod. *Ed. Med. Arg.* — 12. regi *MS. Mendos.* —

quod nunquam is tyrannidem affectaturus videretur, demandandam cenſuiſſe; alios Dionem rerum ſummae praeficiendum contendiſſe.

*principatum*] Τὴν τῶν ἁπάντων ἡγεμονίαν, τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίαν, vt Diodorus loquitur.

*non concedens*] Dioni ſcilicet: quem tyrannidem adfectare aiebat; quum potius Laconicam quamdam et Creticam reipub. formam meditaretur, ex regno et democratia mixtam, in qua et optimatibus ſuum ius eſſet. vid. Plutarch. p. 979 et 981. Ipſe vero Heraclides populare imperium et agrorum aedificiorumque diuiſionem, ac ciuium aequalitatem inducere conabatur, vt ex eod. Plutarcho p. 974. 978. 981 colligere eſt.

*factionem comparauit*] *Inſidias* eum *nexuiſſe* cum Calippo Dioni, etiam Valerius Max. refert 3, 8 ext. 5: ſed Dionem, qui fidei eorum plurimum credebat, monitum, vt aduerſus eos cautior eſſet, reſpondiſſe, *ſe vita malle excedere, quam metu violentae mortis amicos inimicosque iuxta ponere.*

*quorum conſenſu praeerat claſſi*] Ipſo Dione ſemel atque iterum concedente; quum ipſe terra marique imperator cum libera poteſtate a populo creatus eſſet. V. Plutarchus p. 972 et 979.

4 *Dion*] Aberat MS. Boecl.

*verſum ex ſec. rhapſodia*] Homeri verſus hic eſt Il. β, 205: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. qui non ſemel tyrannis vſurpatus eſt. V. Sueton. Calig. 22 et Domit. 12. Simile illud Senecae Agam. 257: *Nec regna ſocium ferre nec taedae ſciunt.* et alia paſſim obuia. [add. Stau. ad ed. 3.]

*remp. geri*] In MS. Schotti fuit *regi rempub.* ipſius iudicio

*riis.* Quod dictum magna inuidia conſequuta eſt. Namque aperuiſſe videbatur, omnia [13] in ſua po-
5 teſtate eſſe velle. Hanc ille non lenire obſequio, ſed acerbitate opprimere ſtuduit, Heraclidemque, quum Syracuſas veniſſet, interficiendum curauit.
1 VII. Quod factum omnibus maximum timorem iniecit. Nemo enim, illo interfecto, ſe tutum putabat. Ille autem, aduerſario remoto, licentius eorum bona, quos ſciebat aduerſus ſe
2 ſenſiſſe, militibus dispertiuit. Quibus diuiſis, quum quotidiani maximi fierent ſumtus, celeri-

13. [*Vulgo* ſe omnia. *Sed*] ſe *aberat a MS. Dan. Boecl. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Arg. Long. (in quibus eſt* omnia videbatur,*)* [*Harl. Riclef. Tzſchuck.* 2. *et ego id deleui.*] ſe omnia videbatur *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* omnia videb. *omiſſo* τῷ ſe *Ed. Stau.* 2. videbat. [ſe] omnia *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. *Bipont.*] *Mox* interficiundum *MS. Voſſ.* 1.

non male: ſed non dubito erratum eſſe librarii, elegantiſſimum loquendi modum ignorantis.

*ſe omnia in ſ. pot. eſſe velle*] Longolius: *omnia videbatur in ſua poteſtate eſſe velle.* Τὸ *ſe* etiam MSS. Dan. et Boecl. aberat.

5 *Hanc ille non lenire obſequio, ſed acerbitate opprimere ſtuduit*] Experti hoc ſua aetate Tiberius, Nero, Domitianus, alii: ſuperiore ſaeculo etiam Dux Albanus.

*acerbitate opprim. ſtud.*] Supra 3, 2. 4 *acerbitatem imperii* dixit: eſtque haec illa αὐθάδεια, quam in eo reprehendit Plutarchus in vita p. 972. 981. 994.

*interfic. curauit*] per Corinthios. Vid. Plutarchus, praeſertim p. 978 et 981.

1 *Nemo enim, illo interfecto, ſe tutum putabat*] Intellexiſſe tamen, concione a Dione poſt exſequias Heraclidae habita, Syracuſanos, motus ciuiles, Heraclide et Dione vna rempub. gerentibus, nullo modo ſedari potuiſſe, tradit Plutarchus p. 981.

*licentius eorum bona, quos ſciebat aduerſus ſe ſenſiſſe, militibus dispertiuit*] Munificum quidem erga ſocios belli, ciuesque familiares et externos milites, fuiſſe, Plutarchus c. 6—8. ait: ſed de bonis aduerſariorum distributis nihil apud eum reperio: ſicuti nec apud Diodorum; qui contra ſcribit, captiuos omnes, qui multi fuerint, nullo redemtionis pretio accepto dimiſſos.

2 *Quum quotidiani maximi fierent ſumtus*] In milites nempe et amicos; quos liberalius, quam facultates eius ferre poſſent, donabat. Ipſe enim tenuiter et vulgari modo viuebat: tam moderatum ſe veſtitu, et famulitio, et menſa praebens, vt ſi cum Platone in Academia viueret. Vid. Plut. p. 580 et ſeq. [Bentlei. ad Terent. Heauton. IV. 5, 7. legere iubet *quotidiano*, (quod idem eſt ac *quoti-*

ter pecunia deeſſe coepit: neque, quo manus porrigeret,[1] ſuppetebat, niſi in amicorum poſſeſſiones. Id huiusmodi[2] erat, vt, quum milites reconciliaſſet, amitteret optimates. Quarum rerum cura frangebatur, et inſuetus male audiendi non aequo animo ferebat, de ſe ab iis[3] male exiſtimari, quorum paullo ante in caelum fuerat[4] elatus laudibus. Vulgus autem, offenſa in eum militum[5] voluntate, liberius loquebatur, et, *tyrannum non ferendum*, dictitabat.

1. quo manus porrig. *Sic MS. Dan. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* quo minus porrigeret *MS. Boecl. Ed. Arg.* neque amplius quod porrig. ſuppetebat *Ed. Long. ac* ſupputebat *MS. Voſſ.* 2. *tum* niſi amicorum *Ed. Long. Boecl.* [*Bos.* 2. *Stau.* 1.] *Sed* niſi in amicorum *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax. Ed. reliqui omnes. Etiam Heus. Stau.* 2. [3. *omnes recentt.*] *Bene!* [*Hinc ego recepi* in.] *tum* poſſetiones *MS. Voſſ.* 2. — 2. eiusmodi *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 3. ab his *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 4. fuerat *aberat a MS. Ax.* — 5. multum *MS. Ax.*

*dic,)* eique adſentiri videtur Heuſing. in Emendatt. libr. I. c. 1. p. 13. Sed, teſte Stau. ad ed. 2. vulgatam lectionem iam tuitus eſt Arntzen ad C. Plinii Sec. Panegyr. c. 49. p. 227.]

*neque quo manus porrigeret*] Ita meliores libri: in his Dan. ac Leid. et e Bauaricis, vt opinor, Piccartus Pericul. Critic. c. 10. Nec aliter Lambinus, Savaro, aliique poſt illos ediderunt. Boeclerianus quoque et quidam editi: *quo minus porrigeret:* corrupta voce *manus*, ignoratione elegantiſſimae loquutionis. Atque ſic et Curtius 7, 8. 19 hunc Noſtri locum, vt Gebhardus exiſtimabat, imitatus: *Iam etiam ad pecora, auaras et inſtabiles manus porrigis.* Et mox ſ. 25, ſed alio ſenſu, de Fortuna: *quum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non ſinit. Tendere manum* eodem ſenſu dixit Seneca epiſt. 119 *Fames me adpellat; ad proxima quaeque tendatur manus.* Nihili igitur eſt, quod in Longolii aliisque editionibus legitur, *neque amplius quod porrigeret:* etiam Lambino probatum, ſi Gebhardo credimus. nam mihi quidem Lambinus, cum *hanc lectionem retinere ſe illique anteponere* ait, eam, quam in textu exhibuit, indicare videtur, non, quam *nonnulla exempla habere* dicit.

*amicorum poſſ.*] MS. Dan. et Lambinus: *in amicorum poſſeſſiones.* non male. [vid. V. L.]

*amitteret optimates*] Quibus comprobantibus aliquando, frementibus nautis et opificibus, terra marique imperator conſtitutus erat. Plutarchus p. 979.

1 VIII. Haec illſe intuens,[1] quum, quemadmodum ſedaret, neſciret, et quorſum euaderent,[2] timeret: Callicrates[3] quidam, ciuis Athenienſis, qui ſimul cum eo ex Peloponneſo in Siciliam venerat, homo et callidus[4] et ad fraudem acutus, ſine vlla religione ac fide, adit[5] ad Dionem, et
2 ait; eum [in][6] magno periculo eſſe propter of-

1. metuens *MS. Giſ. Ax. Boecl. Ed. Long.* — 2. vt quorſum euaderet *Ed. Iens. Med. Ald. Atque* euaderet *etiam MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. (ſed in meo exemplo V. D. manu correxit* euaderent,) *Steph. Sed* euaderent *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ax. [et edd. rell.]* — 3. Chalycrates *MS. Leid.* 2. Chalicrates *MS. Voſſ.* 1. [*Si codd. addicerent, Stau. ad ed. min. lubentius ſcripturum ſe profitetur* Callippus, *et multus eſt de hoc homine.*] — 4. calidus *Ed. Iens.* — 5. adiit *MS. Ax. Ed. Arg.* — 6. in *aberat a MS. Ernſt. Boecl. Bau. Voſſ.* 2. *Ax. Vncis incluſum eſt in Ed. Bos.* 2. *Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Heinr.*] *Vnci abſunt ab reliquis noſtris omnibus edd.*

1 *Intuens*] Conſiderans, vt 12, 1. 2 et 12, 2. 3. Sed in MS. Giſ. Boecl. ed. Long. erat *metuens* (vt 7, 4. 1, vbi tamen alii pariter *intuens* habent:) haud dubie corrupte. nam mox ſequitur demum: *et quorſum euaderent, timeret.*

*euaderent*] Sic Lambinus Cl. Puteanum ſequutus, probante Gebhardo. [ſed vid. V. L.] et ita diſerte MS. Dan. Similiter Cicero ad Atticum: *quoad audiamus, quae commota ſunt, quorſum euadant.* Terentius Andria 1, 2. 4 *Heri ſemper lenitas verebar, quorſum euaderet.* Idem Phormione 1, 2. 61 *quo euadat vide.* Alii *euaderet.* quomodo pariter Terentius Andr. 1, 1. 100 *Quam timeo quorſum euadat!* Et Phorm. 4, 3. 20 *Quid hic coeptat, aut quo euadet hodie?*

*Callicrates*] Ridiculus eſt Lambinus, cui credibile eſt, hunc Callicratem Callippi fratrem fuiſſe, et Nepotem pro Callippo fratrem Callippi ſumſiſſe: quemadmodum Poëtae interdum *Pollucem* pro *Caſtore* adpellant. Nam huius ſiue Callicratis ſiue Callippi fratrem *Philoſtratum*, vel, vt vulgo legitur, *Philocratem* Noſter vocat infra c. 9, 1.

*ciuis Athenienſis, qui ſimul cum eo ex Peloponneſo venerat*] Sic et Plutarchus p. 981 et Plato epiſt. 7. etſi nomen eius fratrisque reticet.

*homo et callidus et ad fraudem acutus, ſine vlla religione ac fide*] v. Plut. in Dione c. 54. Character Statiſtarum, ſiue Pſeudopoliticorum, de quibus fere eodem modo Ariſtophanes Acharn. 2, 2. 29 οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει. Adi Lipſium Polit. 2, 14. 12 et Boecl. Commentarium p. 58. 59.

2 *Eum [in] mag. periculo eſſe*] MSS. Bauar. Boecler. et Ernſt. aberat praepoſitio, quo-

ſenſionem populi et odium [7] militum: quod nullo modo euitare poſſet, niſi alicui ſuorum negotium daret, qui ſe ſimularet illi [8] inimicum: quem ſi inueniſſet [9] idoneum, facile omnium animos [10] cogniturum, aduerſariosque ſublaturum, quod inimici eius diſſidenti [11] ſuos ſenſus aperturi
forent. Tali conſilio probato, excipit [12] has par- 3
tes ipſe Callicrates, et ſe armat imprudentia Dionis: ad eum interficiendum ſocios conquirit: aduerſarios eius conuenit, coniurationem [13] con-
firmat. Res, multis conſciis, quae gereretur, 4

7. et odio *MS. Ax. Voſſ.* 1. *Boecl. In Ed. Long.* τὸ et *non legitur. Dein* negocium *Ed. Iens. Med. Arg.* — 8. illi *aberat a MS. Leid.* 1. — 9. quem inu. *Ed. Iens. Med. Ald. Lamb. Patau.* — 10. amicos *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* — 11. diſſidentis *MS. Dan. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. In eodem MS. Leid. pro* quod *erat* qui. — 12. excepit *MS. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus. Stau.* 2. [3. *Ith. Bipont. Tzſchuck.* 1. *Schmied. Pauſl. Sed* excipit *reliqui, et defendunt Kapp. atque Harl.*] — 13. coniuratione *MS. Dan. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb.*

modo ſupra c. 2, 4 ac alibi loquutus. Mox Boecl. *et odio militum.* Ab ed. Longol. τὸ *et* aberat.

*illi inimicum*] *Illi* aberat Leid. ſed vix poteſt abeſſe.

*quem ſi inueniſſet idoneum, facile etc.*] Quidam edd. *qui ſe ſim. illi inimicum, quem inveniſſet idoneum, facile* omn. *animos cogniturum etc.* Vnde Lambinus cum Puteano malebat, *niſi alicui ſuorum negotium daret, quem inueniſſ. idoneum: qui ſe ſimul. illi inimicum. ſic. omn. an. fac. cogniturum.* Turbas has dedit omiſſa in quibusdam libris particula *ſi.* quae ſi retineatur, omnia plana ſunt.

*facile omn. animos cogniturum*] Non admodum diſſimili arte vſus Auguſtus apud Suetonium cap. 15: et Latinus Latiaris apud Tacitum 4 A. 68 et 69. Eadem fraude periit Datames, infra 14, 10 et 11.

*diſſidenti*] Dan. *diſſidentis.* An fuit, *quod inimico eius diſſidentes ſuos ſenſus apert. forent.*

3 *coniurationem*] Exc. Dan. et aliquot edd. *coniuratione:* quod Lambinus exponebat συνωμοσίᾳ, iureiurando communi. Et ſane eum in modum loquutus alibi Noſter, cum *confirmare exercitum* dixit 17, 2. 5: *confirmare inſulas* 5, 2. 4: *confirmare fide* 6, 1. 5. Nihilo tamen ſecius alterum praefero. Dictum vero, vt *confirmare amicitiam, pacem,* et apud Noſtrum 23, 1. 3. *confirmare odium.*

4 *Res multis conſciis*] Plutarchus: ὄντων δὲ πλειόνων ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς πράξεως.

clata defertur[14] ad Ariſtomachen ſororem Dionis, vxoremque Areten. Illae timore perterritae conueniunt,[15] cuius de periculo timebant. At ille negat, a Callicrate fieri ſibi inſidias, ſed illa, quae agerentur,[16] fieri praecepto ſuo. Mulieres nihilo ſecius Callicratem in aedem Proſerpinae deducunt, ac iurare cogunt, *nihil ab illo periculi fore*[17] *Dioni.* Ille hac religione non modo [ab incepto][18] non deterritus, ſed ad maturan-

14. defertur *MS. Ax. Dan. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Arg. Long. Heus.* [*Ith. Bipont. Brem. Heinr. Stau.* 3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Schmied. Pauſl. et ego, quia eſt proprium in hoc nexu, ſic edidi, probante quoque id Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. G.* 1, 35. *p.* 54. *Sed* refertur *Ed. Lamb. Bos. et rell.*] — 15. perterr. conuen. *Ita etiam MS. Dan. Sed* perter. illum conuen. quod eius de peric. *Ed. Long. ſine cauſſa.* perteritae c. *Ed. Iens. Med. et* cuius de peric. *etiam MS. Dan.* — 16. gererentur *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Sed in MS. Voſſ.* 1. *et Leid.* 2. *erat etiam* agerentur. — 17. numquid ab illo periculi foret *MS. Boecl.* nunquid ab illo periculum Dioni foret *MS. Ax.* — 18. ab incepto. *Aberant a MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. non item a MS. Leid.* 2. *Vnci non ſunt in Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Ith. Brem. Heinr. Wetz. Schmied. Pauſl.*] *Statim* eſt deterritus *MS. Voſſ.* 2. deteritus *Ed. Iens. Med.*

*elata*] V. ſupra ad 1, 3. 6.

*conueniunt*] Subaudi *eum.* Similis ellipſis mox c. 9, 5 *miſeranda vita*, ſub. *eorum.* Huius rei ignoratione factum credo, vt pro *cuius*, quod in melioribus libris legitur, alii reponerent, *quod eius.* [Add. Stau. ad ed. 3. et Harl. not.]

*negat a Callicr. f. ſibi inſidias*] Aliter Plutarchus in Apophthegmatis: eum noluiſſe inquirere, quod diceret, moriendum potius eſſe, quam viuendum, vbi non ab hoſtibus modo, ſed etiam ab amicis eſſet cauendum: id quod etiam in vita Dionis innuit, cauſſamque fuiſſe coniicit, quod necem Heraclidis, vt aliquam vitae ſuae adſperſam labem, moleſte ferret. adde Valerium Max. 3, 8 ext. 5.

*agerentur*] MS. Boecl. *gererentur.* bene. Sic paullo ante: *res multis conſciis, quae gereretur.* Occaſionem corruptelae praebere potuit, quod errore librarii in aliquo codice ſcriptum eſſet *gerentur.* Vnde alii fecerunt *agerentur.*

5 *Iurare cogunt*] Magno, vt vocabatur, iureiurando praeſtito. quod quo ritu fieret, docet Plutarchus p. 982: [ſ. c. 56.] qui addit Callippum adiiſſe ipſas, et rem inficiantem obtuliſſe fidem, quam ipſi vellent.

*ab incepto*] Aberat MS. Leid. et Boecl.

dum concitatus eſt, verens, ne prius conſilium aperiretur ſuum,[19] quam conata perfeciſſet.[20]

IX. Hac[1] mente proximo die feſto, quum a conuentu remotum ſe[2] Dion domi teneret, atque in conclaui edito recubuiſſet; conſciis[3] loca 1

19. conſil. aper. ſuum *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patau.* [*Stau. 3. et propter maiorem ſoni ſuauitatem librorumque auctoritatem, ordinem mutaui.* Conſ. ſuum aperir. *Edd. rell.*] *Add. Ruhnken. ad Vell. Paterc.* 2, 35. *p.* 194. — 20. feciſſet *Ed. Iens. Med. Par. Ald.*

1 hanc *Ed. Med.* — 2. ſe remotum *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* [*Heus. Stau. 3. Harl.*] — 3. conſociis *MS. Voſſ.* 1. cum ſociis *MS. Leid.* 2. conſciis facinoris *MS. Ax. Boecl.*

[*conata*] h. e. quae deſtinaverat, cogitarat. v. Taubmann. ad Plaut. Merc. prol. 39. Faber ad Lucr. 1, 26.]

1 *Die feſto*] Ἐν τοῖς Κορείοις, feſto Proſerpinae, (de quo Meurſius Graeciae feriatae lib. 4:) eius ſcilicet deae, per quam iurauerat. quem diem caedi ſingulari conſilio deſtinarat, fortaſſis, vt adpareret, quanti religionem faceret. Auctor Plutarchus p. 982. [c. 56.] Apti autem caedibus Principum dies feſti. Sic ipſo feſto Natiuitatis Domini Leo Armenius a coniuratis interfectus eſt, vt narrant Zonaras, Cedrenus, et prolixe Geneſius, Graecus ſcriptor hucvsque ineditus, a nobis aliquando, ſi deus vitam ac ſubſidia neceſſaria conceſſerit, publicandus, extremo libro 1. βασιλειῶν.

*in conclaui edito*] Solebant veteres, quum vacare precibus, aut ſine arbitris agere vellent, in editum locum aſcendere, vel etiam huic rei peculiare conclave in ſuperiori parte domus habere. De Iuditha lugente, hiſtoria eius, cap. 8, 5. *In ſuperioribus domus ſuae fecit ſibi ſecretum cubiculum.* Actor. 10, 9. *Aſcendit Petrus in ſuperiora domus, vt oraret.* De Auguſto Suetonius c. 72. *Si quando quid ſecreto aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis.* De Tiberio Tacitus 6. A. 21, 1. *Quoties ſuper negotio conſultaret, edita domus parte vtebatur.* Ceterum Plutarchus c. 57. ait, Dionem ἐν οἰκήματι κλίνας τινὰς ἔχοντι cum amicis conſediſſe.

*conſciis loca munitiora oppidi tradit etc.*] Vulgo ſic editur hic locus: *conſciis loca munitiora oppidi tradidit, domum cuſtodibus ſepſit, a foribus qui non diſcederent, certos praefecit; nauem triremem armatis ornat, Philocratique fratri ſuo tradit.* Sed Lambino videbatur hoc potius ordine legendus: *domum cuſtodibus ſepſiſſet, certos praefeciſſet, a foribus qui non diſcederent: conſciis loca munitiora oppidi tradit, nauem triremem armatis ornat etc.* Namque et Plutarchi, inquit, verba hoc ſignificant, Dionem cuſtodibus domum ſepſiſſe, certos praefeciſſe, qui a foribus et feneſtris non diſcederent: et ipſius Cornelii infra ſ. 6. *Namque illi ip-*

muniſtiora oppidi tradit, [4] domum cuſtodibus [5] ſepit, a foribus qui non diſcedant, [6] certos [7] praeficit: nauem triremem armatis ornat, Philoſtrato-

*Leid.* 1. *Ed. Arg. Long. e gloſſemate.* — 4. tradit. *Sic MS. Dan. Boecl. Leid.* 2. *Ax.* [*Atque tempus praeſens h. et ſeqq. locis ſtudium adparatus et celeritatem melius declarat, quam praeteritum. Nam*] tradidit *Ed. Ieus. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 5. cuſtodiis *MS. Voſſ.* 2. *Boecl. Statim* ſepit *etiam MS. Dan. Leid.* 1. *Sed* ſepſit *MS. Boecl. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. ſaepſit *Ed. Patau.* [*et Lambin. in vtroque meo exemplo.*] — 6. diſcedant. *Sic MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed* diſcederent *Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* diſcedebant *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Boecl.* — 7. ceteros *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Tum* praeſe-

*ſi cuſtodes ſi propitia fuiſſent voluntate etc. Tradit* autem, nempe Callicrates. Atque hoc ait et Cl. Puteano veniſſe in mentem. Miror profecto vtriusque ἀβλεψίαν. Quid enim clarius, quam Plutarchum tradere, eos, qui domum cinxere, foribusque et feneſtris adſtitere, e coniuratis fuiſſe, nec a Dione praefectos, ſed de Callippi ſententia eo ſe contuliſſe? Ὄντων δὲ, inquit, πλειόνων ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς πράξεως, οἱ μὲν ἔξω τὴν οἰκίαν περιέστησαν, οἱ δὲ πρὸς ταῖς θύραις τοῦ οἴκου καὶ ταῖς θυρίσιν ἦσαν. Praeterea quis non videt, haec omnia, vt vulgo leguntur, de Philoſtrato accipi poſſe, immo debere? Nihil igitur in ordine verborum, nec in verbis ipſis prioribus quicquam eo, quo Lambinus vult, modo mutandum eſt. Alia tamen ratione corrigenda fuere, vt ſibi inuicem reſponderent: id quod ſcriptorum codicum auctoritate feci: vt e ſequentibus adparebit.

*conſciis*] Boecl. et Leid. addunt *facinoris.* ſed vereor, ne gloſſema ſit. Supra c. 8, 4. *Res multis conſciis quae gereretur.*

*tradit*] Sic Dan. et Boecl. et mox *ſepit* Dan. et Leid.

*a foribus qui non diſcedant*]. Ita recte Dan. et Boecl. pro eo, quod vulgo eſt, *diſcederent,* vel *diſcedebant.* In cod. Boecl. etiam diſerte fuit *praeficit.*

2 *Nauem triremem armatis ornat*] MS. Boecl. [et Voſſ. 2.] vna voce auctius: *nauem armatam triremes armatis ornat.* Quae vox ſi recipienda, nauem *armatam* vocat, inſtrumentis et adparatu nautico inſtructam, ac nauigationi paratam. Caeſar B. G. 3, 13. *Ipſorum* (Venetorum) *naues ad hunc modum factae, armataeque erant. Carinae aliquanto planiores etc. anchorae aliquanto planiores etc. anchorae, pro funibus, ferreis catenis reuinctae; pelles pro velis etc.* nam *arma* dicta inſtrumenta nautica, quae et *armamenta,* ac Graecis ὅπλα. Vnde easdem naues Caeſar c. 14. *omni genere armorum ornatiſſimas:* et Lucretius 2, 24. *claſſem ornatam armis* dixit. Vide eruditiſſ. Schefferum noſtrum de Militia nauali veter. 1, 4. et in Addendis ad 2, 5. p. 333. [et Stauer. ad ed. 3.]

que [8] fratri ſuo tradit: [9] eamque in portu agitari iubet, vt ſi exercere remiges vellet: cogitans, ſi forte conſiliis obſtitiſſet [10] fortuna, vt haberet, qua fugeret [11] ad ſalutem. Suorum autem e numero [12] 3
Zacynthios [13] adoleſcentes quosdam eligit, [14] cum

cit *MS. Boecl. Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Sed* praeficit *etiam MS. Voſſ.* 2. — 8. Philoſtratoque. *Sic MS. Dan. Boecl. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Sed* Philoſtratosque *MS. Voſſ.* 2. Philocratique *Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. Philocratoque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 9. tradidit *MS. Boecl. Ax. Ed. Long. Arg.* — 10. ſi a conſiliis obſtit. *MS. Leid.* 2. — 11. qua fug. *Sic MS. Dan.* [*Ed. Bos.* (*in meo tamen exemplo V. D. manu correxit* quo,) *Stau.* 1. *Wetz.*] *Sed* quo fug. *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Stau.* 2. 3. *Heuſing.* [*Ith. Schmied. Brem.* (*qui interpretatur,* vt haberet aliquid, quo fug.) *Tzſchuck.* (*qui in priore ed. explicat* vt eo *(in nauem)* fug. ad ſal. *in nota autem ad ed.* 2. *inclinat ad lectionem* qua,) *Harl.* (*vbi v. Kappii not.*) *Heinr. Pauſl.*] — 12. autem num. *Ed. Iens. Med. Ald.* ſeruorum autem numero Zachinthynos — eligit *MS. Ax.* — 13. Zacynthios. *Ita Ed. Mag.* [*Lamb. Bos. et ſeqq. e Zacyntho, maris Ionii inſula, hodie Zante.*] *Sed* Zachyntinos *MS. Voſſ.* 2. Zacynthinos *Ed. Arg.* Saguntinos *MS. Ox. Ed. Iens. Med. Par.* Zaguntios *MS. Dan.* Zazynthinos *Ed. Long.* — 14. eligit. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* elegit *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Long.*

*Philoſtratoque*] Ita hoc nomen ſcriptum fuit in MS. Dan. Boecl. et quos Schottus inſpexit. Et fuit ſane Athenis, vnde hi duo fratres orti, frequens. Tres enim hoc nomine Sophiſtas Athenienſes Suidas memorat. Vulgo erat *Philocrati*, vel *Philocrato*. Mox Boecl. *tradidit*, facili errore ex ſoni affinitate.

*qua fugeret*] Ita Cod. Dan. Subaudiendum eſt *naui*, vel aliquid ſimile. Vulgati: *quo*. quod non bene congruit illis *ad ſalutem*.

3 *Zacynthios adoleſcentes*] Ζακυνθίυς etiam Plutarchus c. 22. et 57. Ζακυνθίυς μισθοφόρυς Diod. [16, 9.] vocat. Eosque haud dubie Dion e Zacyntho adduxerat. In ea enim inſula, vt iidem ſcriptores tradunt, milites congregauit, ac inde in Siciliam traiecit. Fruſtra igitur ſunt, qui *Sagunthinos* reponi volunt. nam, quod in quibusd. MSS. inuentum eſt *Saguntinos*, a librariis eſt, quibus ex hiſtoria Romana notiores *Saguntini*, quam *Zacynthii*. *Zaguntios* autem, quod in Dan. fuit, a vera lectione parum diſtat. [add. Stau. ad ed. 3.]

*eligit*] Sic reſcripſi e MS. Boecl. Et ſequitur ſtatim: *hisque dat negotium. vt* aberat eodem Boecl. et Leid. E quo, poſteriore et *ſic vti*, repoſui,

audaciſſimos, tum viribus maximis: hisque dat negotium, [vt][15] ad Dionem eant[16] inermes, ſic, vti[17] conueniendi eius gratia viderentur venire.
4 Hi propter notitiam ſunt intromiſſi. At illi, vt limen eius intrarunt,[18] foribus obſeratis in lecto cubantem inuadunt: colligant, fit ſtrepitus, adeo,
5 vt exaudiri poſſet[19] foris. Hic, ſicut ante dictum[20] eſt, quam inuiſa ſit ſingularis potentia, et miſeranda vita, qui ſe[21] metui, quam amari,
6 malunt, cuiuis[22] facile intellectu fuit. Namque illi ipſi cuſtodes, ſi propitia[23] fuiſſent[24] voluntate, foribus effractis ſeruare eum[25] potuiſſent,

*Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 1. *Keuch.* — 15. vt *aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 1. 2. *Ed. Stau.* 1. 2. 3. [*Brem. Heinr. Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. vncis incluſum eſt in Ed. Bos.* 2. *Heus. Bipont.*] *Sed eſt, omiſſis vncinis, in Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Ith. Wetz. Schmied. Pauſl.*] — 16. erant *MS. Voſſ.* 2. — 17. ſic vti. *Ita MS. Leid.* 1. [*Ed. Bos.* 2. *Heus. et ſeqq.* ſicvti *Stau.* 3.] *Sed* ſic, vt *aut* ſicut *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Statim* conu. eius *etiam MS. Leid.* 2. *Sed in Ed. Steph. Gebh. Keuch.* τὸ eius *non legitur.* — 18. intrarant *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Sed in hoc ſupra notatum erat* intrarunt, *vt legebatur quoque in MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. — 19. poſſit *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 20. ante ſaepe dict. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* — 21. quae met. *MS. Voſſ.* 2. qui met. *MS. Ax.* — 22. cuius *MS Ax. Ed. Long. Mox* intellecta *Ed. Ald.* — 23. propitia. *Ita Ed. Long.* [*Lamb. Bos. Heus. et ſeqq.*] *Sed* propria *MS. Dan. Ax. Ed. Iens. Med. Arg.* [*Et forſan eſt elegantior lectio, vt intelligatur voluntas perpetua, ſtabilis, ab inuidia aliena, v. not. Harl.*] propiore *Ed. Ald.* propitia pronaque *vetus liber apud Longol.* — 24. fuiſſet *MS. Voſſ.* 1. — 25. cum *Ed. Iens. Med.*

cum vulgo legatur *ſic vt*, Lambinus mallet *vt ſi.* nil tamen mutat: neque opus eſt.

4 *Intrarunt*] Dan. *intrarant.*

*foribus obſeratis*] Eos, qui foris erant, adtraxiſſe et continuiſſe fores, ait Plutarchus: *οἱ μὲν ἔξω ἐπισπασάμενοι τὰς θύρας κατεῖχον.*

*colligant*] Plutarchus: *κατέχειν ἐπειρῶντο καὶ συντρίβειν* (ſeu, vt non male Lambinus, *συνθλίβειν*) *αὐτόν.*

5 *Sicut ante*] *Saepe* addunt qu. edd. [conf. c. 5, 3.]

*miſeranda vita, qui ſe*] Ellipſis, vt ſupra c. 9, 4.

*cuiuis fac. int. f.*] Sic MSS.

quod illi inermes telum foris flagitantes viuum tenebant. Cui quum ſuccurreret nemo, Lyco[26] quidam, Syracuſanus, per feneſtras gladium dedit, quo Dion interfectus eſt.

X. Confecta caede quum multitudo viſendi gratia introiſſet,[1] nonnulli ab inſciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato,[2] Dioni vim adlatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falſa ſuſpicione ducti, immerentes[3] vt ſceleratos occidunt. Huius de morte vt palam factum eſt, mirabiliter vulgi mutata[4] eſt voluntas. Nam qui viuum eum *tyrannum* vocitarant, iidem[5] *liberatorem patriae tyrannique expulſorem* praedicabant. Sic ſubito miſericordia odio ſucceſſerat, vt eum ſuo ſanguine, ſi

*Dein* quot illi *Ed. Ald.* — 26. Lyco. *Sic Ed. Long.* [*Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* Lygo *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Ligo *MS. Ax. Voſſ.* 2.

1. introiſſet. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Sed* introiuiſſet *Ed. Lamb.* introiiſſet *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* *Statim* non nulli *Ed. Iens. Med.* *Mox in Ald. eſt* pronoxii. — 2. delato *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patau.* *Mox* multitudo concurrerat *Ed. Mag.* — 3. immerentes. *Ita MS. Ax.* *Sed* irruentes *MS. Voſſ.* 1. immerenteis inermeis *Ed. Lamb.* immerentes inermes *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patau.* — 4. mutata. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Sed* immutata *Ed. Lamb. Gebh. Keuch.* — 5. iidem *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* [*Sic coniecit Bremi et ego cum Wetzel. Rickleſio et Tzſchuck. in ed. 2. repoſui. Vulgo*

meliores. corrupte Longolius: *cuius fac. intellectu fuit.*

6 *Lyco*] Λύκων Plutarcho. Itaque mera librarii aberratio eſt, quod in Dan. fuit *Lygo*.

1 *Immerentes*] Alii addunt *inermes*. Sed illud tribus MSS. abeſſe, ait Schottus. nec fuit in Dan. Leid. Boecl. De re ipſa nihil Plutarchus.

2 *Mutata*] Sic libri meliores. Lambinus edidit: *immutata.*

*nam qui viuum eum tyrannum vocitarant, eund. liberatorem patriae etc.*] Neque de hoc quicquam Plutarchus et Diodorus: ſed hic principatum excepiſſe Callippum ac per XIII. menſes tenuiſſe; ille initio quidem, quum Dionem interfeciſſet, inclitum et rerum ſumma Syracuſis potitum, ait; ſed paullo

3 poſſent, ab Acheronte [6] cuperent redimere. Itaque in vrbe, celeberrimo loco elatus publice, ſepulcri monumento donatus eſt. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque [7] natus; quartum poſt annum, quam ex Peloponneſo [8] in Siciliam redierat.

eumdem.] — 6. ab Acherunte, ſi poſſent *MS. Dan.* (*in hoc tamen ſcriptum erat* Acheronte,) *Giſ. Voſſ.* 1. — 7. quinquageſimos quintos *MS. Ax.* — 8. quam ex Peloponeſſo *MS. Voſſ.* 1. 2. qui ex Peloponneſo *MS. Leid.* 2. *Statim* Siciliam, *omiſſa praepoſitione, Ed. Long.*

poſt poenas dediſſe, eodemque, quo Dion, gladio interfectum.

*Acheronte*] MS. Giſan. *Acherunte*, vt apud Lucretium et Plautum.

3 *In vrbe celeberrimo loco elatus*] Plura de hac re Kirchmannus lib. 2. de funer. Rom. capp. 20. 21. 25. 26.

*celeberrimo loco*] Lambinus malebat, *in vrbis celeberrimo loco*. ſine cauſſa.

*elatus publice, ſep. mon. don.*] Sic Lambinus diſtinxit hunc locum. Malim tamen, vt eſt in vett. editionibus: *celeberr. loco elatus, publice ſepulchri monum. don. eſt. Publice*, i. e. publico ſumtu. Confer 3, 3. 3 et 20, 5. 4. [Cum Lambino faciunt Heuſing. Tzſch. in ed. 1 et 2. Stau. in ed. 2. Heinr. Bremi, et alii. Contra poſt τὸ *elatus* comma ponunt, et *publice* coniungunt cum τῷ *donatus eſt* Stau. in ed. 1. 3. Ith. ac Fiſcher. manu ſua ita quoque diſtinxit in ed. Stauer. 2. At, credo, haud bene, iam docente Tzſchuckio.]

*ſepulchri monumento*] Lambinus vocem *ſcpulchri* ſuppoſitam, delendamque putat. Atqui ſic et Cicero loquitur Tuſcul. 1, 14. *Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare?*

# XI. IPHICRATES[1]

## [ARGVMENTVM

*Cap. I. Diſciplina militari nobilis. II. Eius expeditiones bellicae. Ad Corinthum. Aduerſus Aegyptios. Aduerſus Arcadas. III. Eius indoles et dotes.*]

IPHICRATES[2] ATHENIENSIS non tam magnitudine rerum geſtarum, quam diſciplina militari,[3] 1

1. Iphicratis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. Hiphicrates *MS. Leid.* 2. — 3. non tam magnit. r. g. q. diſc. mil. *Sic MS. Dan. Bau. Mag. Sau. Mendoſ. Sed*

De Iphicrate vide Demoſthenem Exord. 50 orat. contra Midiam et orat. contra Ariſtocratem.

1 *Iphicrates*] Timothei filium facere videtur Pauſanias Boeoticis: Ἰφικράτης ὁ Τιμοθέου πελταστὰς καὶ ἄλλην Ἀθηναίων ἔχων δύναμιν, ἐπιχειρεῖ τοῖς Θηβαίοις. niſi tamen aliquid excidit, quo collegam vel ſucceſſorem (nam vtrumque verum) Timothei fuiſſe Iphicratem ſignificetur.

*non tam magnitudine rerum geſt. quam diſc. mil.*] Sic MSS. Dan. Leid. Bauarici, et quos Magius, Sauaro, Schottus inſpexere: itemque nonnullae edd. vett. et vltima Boecleri. In aliis legitur: *non tam genere aut magnitud. rer. geſt. quam diſc. mil.* vel, vt Longolius edidit, *non tam genere, quam magnitud. rer. geſtarum, quam diſciplina militari.* Schoppius Veriſimil. 4, 18. legebat: *non tam genere, quam magn. rer. geſt. et diſc. mil.* Ampliſſ. vero Ernſtius e ſuo codice: *non tam genere, quam m. r. g. diſciplinaque mil.* Sed τὸ *genere* iam Magius ac Schottus inuitis libris nuper intruſum; Gebhardus a Longolio excogitatum, a Lambino auide arreptum, et vberiore corruptionis indole propagatum, cenſuerunt. neſcio, quam bene. Certe in Ernſtiano codice fuiſſe videtur. Et vix dubito, ſcriptam lectionem ſequutos, qui olim ſic ediderunt. Praeterea ſubinde Noſter *genus* eorum, quorum vitas tradit, memorat. vide 1, 1. 1. 2, 1. 2. 7, 1. 2. 8, 1. 3. 10, 1. 1. 15, 2. 1. 18, 1. 2. 25, 1. 1. Denique non admodum claro fuiſſe genere Iphicratem, vel inde colligas, quod Plutarchus in Apophthegmatis [p. 705. vol. 6. ed. Lipſ.] eum contemtum fuiſſe ait, quod cerdonis (σκυτοτόμου) filius haberetur; quumque Harmodius, vnus de priſci illius Harmodii poſteris, ei generis ignobilitatem exprobraret, reſpondiſſe: Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται. Quare no-

nobilitatus eſt. Fuit enim talis dux, vt non ſolum aetatis ſuae cum primis compararetur,[4] ſed ne de maioribus natu quidem[5] quisquam antepo-
2 neretur. Multum vero in bello eſt verſatus;[6] ſaepe exercitibus praefuit; nusquam culpa [ſua][7]

non tam genere quam magnitudine rerum geſtarum, diſciplinaque militari *MS. Ernſt.* non tam genere, quam magn. rer. geſt. quam diſc. mil. *Ed. Long.* non tam genere aut magnitudine r. g. q. d. m. *Ed. Lamb.* — 4. compareretur *Ed. Arg.* — 5. maioribus quidem natu *MS. Voſſ.* 1. — 6. eſt verſatus *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patau.* [*Ith. Harl. Tzſchuck.* 2. *Bipont. Wetz. Schmied. Pauſl. et ego recepi τὸ* eſt, *quod abeſt ab Ed. Boecl. Bos. Stau. qui in nota ad ed.* 3. *legi poſſe more Cornel.* verſatus eſt *opinatur.*] — 7. ſua *legebatur in MS. Giſ. Dan. Ed. Long.* [*Tzſchuck.* 2. *Brem.*] *Abeſt a MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Heinr. Vncis incluſum eſt in Edd. Bos.* 2.

lim pro certo adfirmare, *τὸ genere* ſuppoſitum eſſe. Fortaſſis autem Nepos ſcripſit: *non tam genere, quam virtute, non tam magnitudine rerum geſtarum, quam diſc. mil. nobilitatus eſt;* illaque repetitio vocum *non tam* occaſionem praebuit, vt in aliis codicibus totum membrum prius, in aliis pars eius a deſcriptoribus omitteretur. Sane *virtutem admirabilem* in eo fuiſſe, Iuſtinus ait 6, 5. 3. Non pugnabo tamen, ſi quis plerorumque librorum ſcripturam praeferat. [Ernſtii lectionem haud improbant Ith. et Stau., multus de Iphicrate, ad ed. min. Nec tamen neceſſaria eſt, iudice Tzſchuckio ad ed. 2. qui, „forte tamen, inquit, quum ipſa res non cogat, vnius libri auctoritatem ſequi, diſerto id noſter ſilentio prodidit, et verbo *nobilitatus* id innuit.“ Boſii vero coniectura acuta quidem eſt; ſed paullo audacior. Iphicrates autem dux erat inde ab anno aetatis 20.]

*vt non ſolum aetatis ſuae cum primis compararetur etc.*] Iuſtinus 6, 5. 3 et 4. *Huius adoleſcentis ſupra aetatem virtus admirabilis fuit: nec vnquam ante eum Athenienſes inter tot tantosque duces aut ſpei maioris, aut indolis maturioris imperatorem habuerunt.*

2 *Verſatus*] Sic ed. vlt. Boecl. Aliae pleraeque: *eſt verſatus.* Et ſic ſolet Nepos.

*nusquam culpa male rem geſſit*] Recte addidit *culpa*: quippe omnino nusquam male rem geſſiſſe, adfirmare non poterat. nam aliquando victum, ἡττηϑέντα, in locum aſperum, et plenum arboribus fugiſſe, e Polyaeno lib. 3. comm. 6. cognoſcimus. In Aegypto quoque, ſed Pharnabazi culpa, eum male rem geſſiſſe, Diodorus 15. docet. Denique quo tempore Lacedaemoniis ſubſidio aduerſus Thebanos miſſus eſt, ab eo omnia partim temere, partim nullo cum fructu geſta eſſe, refert, exemplisque declarat Xenophon h. Gr. 6 extr.

*culpa ſua*] *Sua* addunt MSS.

male rem geſſit, ſemper conſilio [8] vicit; tantumque eo valuit, [9] vt multa in re militari partim noua adtulerit, partim meliora fecerit. Namque 3
ille pedeſtria arma mutauit, quum ante illum imperatorem maximis clypeis, [10] breuibus [11] haſtis, minutis gladiis vterentur. Ille e coutrario pel- 4
tam pro parma fecit, a quo poſtea *peltaſtae* pedites adpellantur; vt ad motus concurſusque eſſent leuiores: haſtae modum duplicauit: gladios longiores fecit. Idem genus loricarum [12] mutauit,



*Heuſ. et rell.*] — 8. conſilio prudentia *MS. Ax.* — 9. tantum conualuit *MS. Leid.* 2. *Mox* multa *aberat a MS. Ax. Boecl. Vncis incluſit Heuſ.* [*ſed tuentur illud Stau. ad ed.* 3. *et Tzſchuck. ad ed.* 2. *Comp. Diod. Sic.* 15, 44.] — 10. clipeis *Ed. Iens. Med. Arg.* — 11. breuibus. *Sic MS. Dan.* [*Ed. Boſ. et ſeqq.*] *Sed* breuibusque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Statim* aſtis *Ed. Iens. Med. et* minutis gladiisque *MS. Leid.* 3. *Poſtea* a qua poſt. pelt. *Ed. Lamb.* — 12. idemque lor. gen. *MS. Leid.* 2. *Tum* mutauit *aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Gif. Dan. ed. Longolii. ſed ab aliis abeſt. [Quantum valuerit conſilio, teſtantur ſtrategemata praeclara, a Frontino Strategem. 1, 4. 7. 1, 5. 26. 1, 6. 3. et ſaepius relata. Hinc ςρατηγικὸν ἀγχίνοιαν tribuit illi Diodor. Sic. 15, 44.]

*vt multa in re militari etc.*] MS. Boecl. aberat *multa.* et poteſt abeſſe.

3 *Breuibus*] Sic Dan. et ed. vlt. Boecl. Alii *breuibusque.*

4 *E contrario*] Lambinus edidit *contrario.* vt 18, 1. 5. Sed tamen ita et 21, 1. 2. loquutus. Nec aliter MSS. Bauarici.

*poſtea peltaſtae*] Quum antea, Diodoro teſte, a clypeis ὁπλῖται vocarentur. [In indice Boſio-Heuſing. notatur v. *Peltaſtae:* „Sic eos etiam Statius Theb. 1, 145. vocat; Lactantius *peltatos;* Liuius *peltatos* 28, 5. et *peltaſtas* 31, 36. De iis poſt alios videri etiam Rigaltius poteſt Gloſſar. tactic. p. 143." Ibid. antea de *pelta* copioſe agitur. Pelta fuit minor parma, ſed vtraque breuior clypeo. Add. not. ad Stau. edit. min. et 3.]

*haſtae modum duplicauit, gladios longiores fecit*] Immo, ſi Diodoro credimus, haſta ſeſquipla magnitudine auxit, gladios autem fere duplices fecit: ηὔξησε τὰ μὲν δόρατα ἡμιολίῳ μεγέθει· τὰ δὲ ξίφη σχεδὸν διπλάσια κατεσκεύασε.

*Idem genus loricar. mutauit*] Nihil de loricis Diodorus: ſed calceamenta militibus feciſſe ait Iphicratem, quae ſolutu facilia ac leuia eſſent: atque ad ſua vsque tempora *Iphicratides* vocata ſint. MS. Boecl. aberat *mutauit.*

et pro ſertis [13] atque aeneis linteas [14] dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. Nam pondere detracto, quod aeque [15] corpus tegeret et leve eſſet, [16] curauit.

13. ſertis. *Sic MSS. Bau. Ax. Dan. Boecl. Mendos. Sau. Giſ. Put. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Sed* ferreis *Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Wetz. Schmied.*] *Mox* aenis *pro* aeneis *MS. Dan. Ed. Iens. Med.* — 14. linteas. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. *Dan. Ax. Sed* lintheas *MS. Voſſ.* 1. *Ox.* lineas *Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau. Statim* deſedit *loco* dedit *MS. Leid.* 2. *tum* expeditores *MS. Voſſ.* 2. — 15. quod aeque. *Sic MS. Mendos. Ed. Long. Mag. Vltrai.* [*Bos. Heus. et ſeqq.*] *Sed* quodque *MS. Bau.* 2. *Ed. Iens. Med. Ald.* quod eque *Ed. Arg.* vt aeque *Ed. Lamb.* — 16. tegerent et leues eſſent *Ed. Lamb.* tergeret *eſt in Ed. Iens. Med.*

*ſertis*] Sic diſerte MSS. Bavarici, Dan. Boecl. Schotti, et quos Sauaro inſpexit, cum editione Veneta. *Sertas* autem loricas Sauaro exponit, conſertas hamis et laminis. [*Ketten-Panzer.*] quarum mentio apud Virgilium Aen. 3, 447. et 5, 259. Graeci θώρακας ἁλυσιδωτὸς vocant. de iis Lud. de la Cerda in Comm. ad Virgilii 5 Aeneidos, et Lipſius de Militia Rom. 3, 6. Vulgati *ferreis* habent. pro qua voce quis credat librarios *ſertis* ſuppoſuiſſe? aut *conſertas loricas* Graecis Romanisque vſitatas Noſtrum heic omiſiſſe? Erant enim hae ditiorum; ſicut aeneae ferreaeque viliorum. v. Lipſ. l. c. [et Tzſchuck.]

*linteas*] Sic MSS. Alii *lineas*. quod perinde eſt. De linteis loricis ac thoracibus, et a quibus vſurpatae ſint, vide Lazium de Rep. Rom. 8, 16. Torrentium ad Suetonii Galb. 19. Lipſ. de Mil. Rom. 3, 6. Dausqueium ad lib. 3. Silii p. 120. et ibi laudatos. Quomodo confectae fuerint, diſquirunt praeter Lipſium l. c. Villiomarus aduerſus Titium 2, 19. Caſaubonus ad Sueton. l. c. et Octau. Ferrarius de re veſtiaria parte 2. lib. 4, 11.

*pondere detr.*] Bauar. 1. *pondere tantum detr.*

*quod aeque c. t.*] Sic MSS. et edd. vett. niſi quod nonnullae et Bauar. 2. *quodque c. t.* Lambinus tamen, inuitis libris, et nulla neceſſitate edidit, *vt aeque c. tegerent, et leues eſſent.* nam, *ſic*, inquit, *legendum eſſe, et Diodori verba et ſcripturae varietas, et ſententia, declarant. Hoc enim ſignificat, loricas ab Iphicrate repertas, pondere detracto, nihilominus corpus texiſſe, quam antiquas, et fuiſſe praeterea leuiores.* Atqui non ſola loricarum mutatione id effectum, Nepos ſignificat; ſed vniuerſe illa mutatione armorum pedeſtrium. Diodorus autem tantummodo de ſcutis ait, Iphicratem duo praecipue hac innouatione ſpectaſſe, vt et corpus ſatis tegeretur et peltis vtentes propter leuitatem plane motu faciles eſſent: τῶ τε σκέπειν ἱκανῶς τὰ σώματα, καὶ τῶ δύνασθαι

II. Bellum cum Thracibus geſſit: Seuthen [1] 1
ſocium Athenienſium in regnum reſtituit. Apud Corinthum tanta ſeueritate exercitui praefuit, vt nullae vnquam in Graecia neque exercitatiores copiae, neque magis dicto audientes fuerint duci: in eamque conſuetudinem adduxit, [2] vt, quum 2
proelii ſignum ab imperatore eſſet datum, ſine ducis opera ſic ordinatae conſiſterent, vt ſinguli ab peritiſſimo [3] imperatore diſpoſiti viderentur. Hoc exercitu moram Lacedaemoniorum interce- 3

1. Seuthem *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Long. Mag. Steph.* Scotym *Ed. Ald.* Seutem *Ed. Iens. Med. Arg.* Seutē *Ed. Par.* Seuthen *MS. Ax.* [*Ed. Lamb. Bos. et rell.*] — 2. induxit *MS. Leid.* 1. adcluxit *MS. Dan.* — 3. ab perit. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ax.* *Sed* a perit. *Ed.*

*τὺς χρωμένυς ταῖς πέλταις διὰ τὴν κυφότητα παντελῶς εὐκινήτυς ὑπάρχειν.* Loricarum ne meminit quidem.

1 *Apud Corinthum*] Meminit Diodorus 14, 86 ſq. et Polyaenus 3. ſ. 28. [Xenoph. Hiſt. gr. 4, 4. et 8 ſq.]

2 *Adduxit*] MS. Leid. *induxit.* Mox MSS. Dan. [Ax.] et Boecl. *ſic ordinate.*

3 *Moram Laced.*] Sic vocabantur cohortes Lacedaemoniorum. v. Ind. [in quo laudantur Cragius de republ. Lacon. 4, 4. et Meurſ. Lectt. Attic. 1, 16. *Mora* autem, pars exercitus apud Lacedaemonios optima, erat in quatuor *λόχυς* diuiſa, et complectebatur pro temporum ratione et diuerſitate ſecundum Ephorum 500, ſecundum Calliſthenem 700, at ſecundum Polybium et alios 900 milites. v. Plutarch. in Pelop. 17. Add. Thucyd. V, 68. ibique ſchol. Auguſt. p. 774. tom. I. ed. Lipſ. et not. Harl. ad noſtrum locum. Fiſcher hanc notam manu adſcripſit: E Xenoph. de Laced. republ. p. 542. intelligimus, *moram* fuiſſe hominum CCCC. Nam habebat *λοχαγὺς τέσσαρας, πεντηκοσῆρας ὀκτώ.*]

*Lacedaemoniorum*] Ita et alii, mox nominandi, praeter vnum Pauſaniam, 3, 10. 1. qui moram Amyclaeorum a Lacedaemoniis domum dimiſſorum, cuius et Xenophon meminit, trucidatam ſcribit.

*interfecit*] Sic MSS. Dan. Put. Schotti, Leid. itemque ed. Ven. ac vltima Boecl. et e veſtigiis Bauarici 1. qui *interfuit* exhibebat, Schoppius Veriſimil. 4, 18. Videnturque fauere Pauſanias Laconicis, Aeſchines adverſus Cteſiphontem, Plutarchus libro, bellone an pace clariores fuerint Athenienſes, ac prolixe Xenophon hiſt. Gr. 4, 5. 11 etc. qui omnes cohortem eam, aut magnam eius partem, occiſam, aiunt. Praeterea ſimiliter 3, 2. 1. *barbarorum exercitus interfectus* dicitur. Nondum tamen a me impetrare poſſum, vt plane eiiciendum, ac a librariis profectum putem *τὸ intercepit,* quod in optimo libro Sauaronis, Bauarico 2. ac plerisque edd. vett. repertum eſt. Neque enim tam vulgo notus fuit elegantiſſi-

pit:[4] quod maxime tota celebratum eſt Graecia. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit: quo facto magnam adeptus[5] eſt gloriam.

*Mag. Steph. Gebh. Keuch.* [*Wetz. Ith. Brem.*] — 4. interfecit *MS. Ax. Dan. Put. Mendos. Leid.* 1. [*probatque Sciopp. Veriſim.* 4. *cap.* 18. *Ed. Bos.* 1. 2. *Wetz.*] *Ita coniecit Wolf. ad Aeſchin. pag.* 635. *tom.* 1. *Nam Aeſchin.* ὅτι μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε. *Dinarch. I. p.* 54. *tom.* 2. Ἰφικρ. ἀνεῖλε τὴν Λακεδ. μόραν. *v. Markl. ad V. Lyſ. Dion. Halic.* 1. *p.* 185. *tom.* 2. *Reisk. Sed* interfuit *MS. Bau.* 1. intercepit *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Sau. Bauar.* 2. *Ed. Ieus. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Heus. Stau.* 1. 2. [3. *et fere rell. omnes. Quare reddidi* intercepit *h. e. in via praeter opinionem deprehendit, ſubito ex inſidiis factis oppreſſit ac deleuit. v. Xenoph. hiſt. gr.* 4, 5. 11. *ſqq. et not. Bos. In MS. Dan. erat* mora.] — 5. adeptus gloriam *MS. Voſſ.* 1.

mus vocis huius vſus, vt credibile ſit, eam ab imperitis librariis pro notiſſima ſuppoſitam. Et *intercipi* quoque dicuntur copiae, quas ex improuiſo deprehenſas hoſtis, antequam deſtinata perficiant, opprimit, deletque: quod huic morae accidiſſe, Xenophon et Pauſanias docent. Tacitus Agric. 5, 4. *trucidati veterani, incenſae coloniae, intercepti exercitus.* Neque enim adſentire poſſum viro optimo, *interſepti* legenti. Reſpicit Tacitus id, quod Ann. 14, 32. 7. narrauerat, *victorem Britannum Petilio Ceriali, legato legionis nouae, in ſubſidium* veteranis coloniam Camalodunenſem incolentibus *aduentanti, obuium, fudiſſe legionem, et, quod peditum, interfeciſſe.* Idem c. 28, 4. de cohorte Vſypiorum patriam repetente: *pro praedonibus habiti, primum a Sueuis, mox a Friſiis intercepti ſunt.* Florus 3, 4. 4. [vbi v. Ducker.] de Scordiſcis: *Non fuſus ab his, aut fugatus, ſed omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato.* De nauibus hoc ſenſu Iuſtinus 4, 1. 16. *a coëuntibus in ſe promontoriis* Italiae Siciliaeque, *ſolida intercipi abſumique nauigia.* De vno homine Suetonius Iulio c. 20. *intercepiſſe veneno indicem creditur.* Et Tacitus de Agricola c. 43, 3. *Augebat miſerationem conſtans rumor, veneno interceptum.* E quibus locis manifeſtum eſt, eleganter et more veterum ſcriptorum interceptam dici *moram*, quae in via praeter opinionem oppreſſa et magnam partem caeſa fuit. Non contendam tamen cum quoquam, cui potior videbitur lectio altera.

*quod maxime*] Sic MS. Dan. et alii. Longolius vna voce auctius: *quod ipſum maxime.*

*iterum eod. bello*] Nec vbi, nec quando hoc proelium commiſſum ſit, vsquam reperire ſe, ait Lambinus; niſi forte id ſignificet, quod narrat Xenophon 6, 2. 13. ſqq. de reb. Graec., Iphicratem decem triremibus, quae a Dionyſio Lacedaemoniis Anippo duce ſubſidio mittebantur, non longe a Cephalenia vna cum viris omnibus interceptis, et nauibus XC. ex Corcyra adſumtis, in Cephaleniam

Quum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre 4
voluit, [6] Iphicratem ab Athenienſibus petiuit ducem, [7] quem praeficeret exercitui conductitio, [8] cuius numerus duodecim millium fuit. Quem quidem [9] ſic omni diſciplina [10] militari erudiuit,

*Mox* Artoxerxes *Ed. Par.* Artaxerſes *Ed. Mag.* — 6. voluit. *Ita MS. Dan.* [*Ed. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* noluit *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Med.* voluiſſet [*forſan e correctione*] *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Statim* Ipſicratem *MS. Dan.* — 7. ducem petiuit *MS. Voſſ.* 1. ducem petit *MS. Voſſ.* 2. — 8. conductitio. *Ita MS. Sau. Put. Gif. Sed* conducto *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh.* conducticio *Ed. Arg. Long. Patau.* — 9. quosque *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 10. omnium diſciplina *MS. Voſſ.* 2. *ſed in marg. notatum*

nauigaſſe, et ab illius inſulae ciuitatibus pecunias partim libentibus obtinuiſſe, partim inuitis extorſiſſe: iisque rebus geſtis agros Lacedaemoniorum populatum eſſe ac vaſtaſſe, vrbesque aduerſariorum Athenienſibus voluntarias adiunxiſſe: quae noluerint ſe dedere, iis bellum intuliſſe. Sed dubito, an hoc ſit *omnes Lacedaemoniorum copias fugare:* quibus verbis haud dubie proelium aliquod indicatur.

4 *Quum Artax. Aegyptio regi*] Acori, qui bellum aduerſus Perſas comparabat. v. Diodor. 15, 29. [Sed idem Diodor. ibid. poſt cap. 42. Aegypti regem vocat Nectanebim. Enimuero breuitas Nepotis confundit duo caſus. Pharnabazus, aduerſus Acorin ab Artaxerxe dux creatus, Athenas miſit, qui Chabriam, in Aegypto exercitum ducentem, criminarentur, et ab Athenienſibus peterent, vt Chabriae domum reuocato ſufficerent Iphicratem. (v. in Chabria c. 2.) Iphicrates igitur et Pharnabazus Perſarum exercitum regere perrexerunt, quum is Perſarum rex iterum in Aegyptios, in defectione ſua perſeuerantes, mouebat, qui tum, ſi Diodoro fides, regebantur a Nectanabi, (qui forſan in Acoris, interea temporis mortui, locum ſucceſſerit:) vti Stau. ad edit. 3. vberius docuit, qui praeterea monuit, Polyaenum, a Boſio ad h. l. et a Weſſeling. ad Diodor. 15, 29. ad partes vocatum, regis Aegyptii nomen non iudicaſſe, ſed videri de eadem agere expeditione, cuius Diodor. Sic. 15, 42. et Nepos h. l. meminerunt. Ipſum vero bellum, diſſidio inter duces orto, haud feliciter ſucceſſit, vti narrat Plutarch. in Artaxerxe c. 24.] Meminit expeditionis huius et Polyaenus 3. in Iphicrate, comm. 38.

*voluit*] Qu. edd. *voluiſſet.*

*conductitio*] Sic MSS. Magio, Sauaroni, Danieli, aliisque viſi, et Bauar. 1: ſuffragantibus pleriſque editoribus nuperis. Sic *conductitias cateruas* dixit 12, 1. 2. Vulgo et in Bauar. 2. erat *conducto.* Graecos intelligi, inde adparet, quod Diodorus eos *barbaricis,* quibus Pharnabazus praeerat, opponit.

*duodec. millium*] Immo 20000, ſi Diodoro 15. c. 41. 42. credimus.

vt, quemadmodum quondam *Fabiani* milites Ro-
mani adpellati ſunt, ſic *Iphicratenſes* apud Grae-
5 cos in ſumma laude fuerint. [11] Idem ſubſidio
Lacedaemoniis profectus, Epaminondae [12] retar-
dauit impetus. [13] Nam niſi eius aduentus adpro-
pinquaſſet, [14] non prius Thebani Sparta abſceſ-
ſiſſent, quam captam incendio deleſſent.

1 III. Fuit autem et animo magno, et corpo-
re, imperatoriaque forma, vt ipſo adſpectu [1] cui-
2 vis iniiceret admirationem ſui. Sed in labore ni-

*erat* al. omni diſciplina. — 11. fuerunt *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. — 12. Epaminundae *Ed. Iens. Med. Arg.* — 13. inceptus *diſerte MS. Leid.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *Tzſch.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. *Harl.*] incoeptus *MS. Mendos. Voſſ.* 1. *Ed. Sau.* interceptus *MS. Dan. (v. not.)* impetus *MS. Ax.* [*Thott.*] *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuck. Bos.* 1. *Heus. Patau.* [*Tzſchuck.* 2. *et rell. recent. et probauit Schlegel. diſſ. cit. p.* 92. *Atque illorum auctoritatem ſequutus, inprimis quia* impetus *aptius reſpondet* τῷ retardauit, *vti Heuſing. qui ſimilia Ciceronis et Caeſaris exempla adtulit, ac Tzſch. docuerunt, reſcripſi* impetus. *Stauer. tamen ad min. edit. contra Heuſing. pugnans, defendit* τὸ inceptus. *Contra Fiſcher. quoque in nota msta,* impetus, *ait, verum puto: certe accommodatius eſt verbo* retardauit, *vt in Eumene* 9, 3. ad refrenandum impetum.] — 14. propinquaſſet *MS. Ax.*

1. ipſe aſpect. *Ed. Stau.* 1. 2. *operarum peccato: certe in Edd. reliquis omnibus* [*etiam Stau.* 3.] *eſt* ipſo.

5 *Idem ſubſid. Laced. prof.*] Admiranda heic cum fortunae viciſſitudo, dum Spartani auxilium ab Athenienſibus petunt, quorum paullo ante muros diruerant, totamque vrbem exſcindere voluerant: tum magnitudo animi Athenienſium, qui priſtinarum iniuriarum immemores, nec potentia Thebanorum deterriti, auxilium non denegant. quod, hac re commemorata, obſeruauit Diodorus Siculus 15.

*inceptus*] Vulgo editur *impetus.* [vid. VV. LL.] Sed in MSS. Schotti diſerte fuit *incoeptus.* quomodo et e ſuis codd. legunt Sauaro, et Gifanius in Obſeruat. Ling. Lat. p. 114. Etiam Exc. Dan. *interceptus* habent, quod ſine dubio ex altero corruptum. Itaque non dubitavi ſcriptam lectionem reponere. Dictum vero, vt *amiſſus*, et ſimilia. de quibus diximus ad 7, 6. 2. Alibi *incepta* dixit.

2 *Sed in labore remiſſus nimis, parumque patiens*] Inſignem heic contradictionem deprehendiſſe ſibi viſus eſt Barthius in commentar. ad Statii Thebaid. 5, 145. Neque enim hoc conuenire ait cum iis, quae

mis remiſſus,[2] parumque patiens, vt Theopompus memoriae prodidit: bonus vero ciuis, fideque magna. Quod cum in aliis rebus declarauit,[3] tum maxime in Amyntae[4] Macedonis liberis tuendis. Namque Eurydice[5] mater Perdiccae et Philippi, cum his duobus pueris,[6] Amynta

2. nimis remiſſus *MS. Dan. Ax. Ed. Heus.* [*Wetz. et ego propter ſuauiorem ſonum hunc verborum ordinem poſui pro vulgato:* rem. nimis.] — 3. declarauit. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Dan.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* declarauerit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 4. Amynthae *MS. Voſſ.* 1. 2. Amintae *Ed. Iens. Med. in quibus ipſis mox eſt libris.* Amyntae *omiſſo τῷ anteced.* in *Ed. Long.* — 5. Erudice *MS. Leid.* 2. Euridice *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Arg. Mox* Perdicae *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 6. pueris. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed* liberis *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Mox*

*initio vitae huius* ſcribuntur: ac minime *remiſſi et laboris impatientis* hominis eſſe ita inſtruere, docere, exercere, conſtituere militem. Praeterea ab ſtrenuiſſimo et exercitatiſſimo duce Iphicrate hanc notam amoliri ipſius ſermonem, quo pigritiae in agendo, celeritatis in loquendo arguit Pharnabazum, apud Diodorum Sicul. 15, dicens *ſe mirari, quomodo in ſermonibus quidem celer, in operibus autem tardus eſſet.* Quomodo enim, quo ore, qua fronte tanto barbaro ſuum vitium exprobrare auſum, niſi ipſemet laboris et ſtrenuitatis ſibi conſcius fuiſſet? Mentitum itaque malignum ſcriptorem Theopompum, et, qui malignantem ſequatur, auctorem noſtrum. De Theopompo non pugnabo: potuit is heic quoque *maledicus* eſſe. at non ideo mentitus fuerit et Noſter, qui haec fide illius refert, neutiquam ſuum iudicium interponens: ſatisque cauit ſibi, cum addidit, *Theopompum ita memoriae prodidiſſe;* quem maledicentiae iam ſupra 7, 11. 1. arguerat. Fortaſſe tamen nec Theopompus mentitus eſt. Neque enim ex iis, quae *ſub initium vitae huius* narrantur, efficitur, vt Iphicrates laborum valde patiens fuerit. Potuit *diſciplina militari nobilitari*, potuit *ſaepe exercitibus praeeſſe, conſilio valere, copias exercitatas* habere, *omnique diſciplina militari erudire;* et tamen *in labore remiſſus nimis parumque patiens eſſe.* Nec enim haec inter ſe pugnant. Pharnabazo autem non *impatientiam laboris*, ſed *tarditatem* exprobrauit: quae duo diverſa vitia eſſe, nemo negauerit. [add. Schlegel disp. cit. p. 71 ſq.]

*remiſſus nimis*] Exc. Dan. transponunt, *nimis remiſſus.* mox qu. edd. *declarauerit.* ſed libri meliores *declarauit.*

*Eurydice*] Explicatius haec Aeſchines orat. de falſa legat. haud longe a principio. [p. 211. ed. Reisk. Iuſtin. 7. 4, 5.]

mortuo, ad Iphicratem confugit, eiusque opibus
3 defenſa eſt. Vixit ad ſenectutem, placatis in ſe ſuorum ciuium animis: cauſſam capitis ſemel dixit, bello ſociali, ſimul cum Timotheo,[7] eoque
4 iudicio eſt abſolutus. Meneſthea[8] filium reliquit, ex Threſſa[9] natum, Coti[10] regis filia. Is quum

Iphicraten *MS. Voſſ.* 2. — 7. Thimotheo *Ed. Med.* — 8. Meneſtâ *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. Mneſthea *Ed. Long. Mag.* — 9. ex Tharſa *MS. Voſſ.* 1. *Bau.* ex Tarſa *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Ienſ. Med. Arg. Par. Ald. tum* natum *abeſt ab Ed. Vltrai. Gebh.* — 10. Cothi *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Dan.* Cotiis *Ed. Long.* Co-

3 *Vixit ad ſenectutem, placatis in ſe ſuor. ciu. animis*] Cauſſam habes apud Boecler. Commentar. p. 67.

*cauſſam capitis ſemel dixit, bello ſociali*] Accuſatus proditionis, quod Chareti collegae, ſocios rebelles adorturo, obſequi noluiſſet. infra 13, 3. 4. Diodorus 16, 21. Meminere accuſationis huius, a Charete et Ariſtophonte inſtitutae, et Ariſtoteles Rhetor. 2, 23. Quinctilianus inſtit. orat. 5, 12. Plutarchus in Apophthegm. regum et ducum p. 187. Polyaenus 3, 29. ac fortaſſis et comm. 15 et 16. Εἰσαγγελίας reum fuiſſe rationemque imperii militaris reddere iuſſum, ait Dionyſius Halicarnaſſeus libro de antiquis Oratoribus Atticis, in Lyſia: ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ τὴν εἰσαγγελίαν Ἰφικράτης ἠγώνισαι, καὶ τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκε τῆς στρατηγίας, ὡς ἐξ αὐτοῦ γίνεται τοῦ λόγου καταφανές. E quo loco ſimul apparet, apologiam eius Dionyſii aetate ſuperfuiſſe. Qualis autem fuerit εἰσαγγελίας δίκη, ex Harpocratione, Polluce 8, 6. Demoſthene orat. contra Timocratem, et orat. in Euergum et Mneſibulum, docet Petitus Commentar. in Leges Attic. 7, 13. Nuperus adnotator ait, *Pauſaniam Boeoticis hanc cauſſae huius dictae cauſſam allegare, quod ſucceſſori exercitum non tradidiſſet.* Nollem factum. De Epaminonda enim, non de Iphicrate, Pauſanias refert, cum cauſſam capitis dixit, διότι ἐβοιωτάρχησεν ἐξήκοντος ἤδη τοῦ χρόνου. quod etiam Noſter 15, 8. narrat. Et quomodo βοιωταρχεῖν vltra permiſſum tempus Iphicrates potuit, qui nunquam Boeotorum, ſed ſemel Perſarum, plerumque Athenienſium, et quidem contra Boeotos ipſos ſiue Thebanos, (vt vel e cap. 2, 5. cognoſcere eſt) aliquando dux fuit? Scio, quid viro docto erroris huius occaſionem praebuerit: ſed eum facile praecauere poterat, ſi Graecum textum inſpexiſſet. quanquam et Latina verſio ſatis plana eſt. [*Sociale* dicebatur bellum, quia Byzantini, Chii, Rhodii et Coii, contra quos Athenienſes geſſerunt, a *ſocietate* defecerant. v. ad XII, 4, 1.]

4 *Ex Threſſa natum*] Longolius ipſum quoque Iphicratem Threſſa matre natum vult, ſeductus corrupta lectione loci Senecae lib. de conſtantia ſa-

interrogaretur, vtrum pluris [11] patrem matremne [12] faceret; matrem, inquit. Id quum omnibus mirum videretur: at ille: merito, inquit, facio. Nam pater, [13] quantum in ſe fuit, Thracem me genuit: [14] contra ea [15] mater Athenienſem.

tyis *Ed. Mag. Steph. Heuſing.* [*Ith. Harl. Bipont. Heinr. Schmied.* Coti *Lamb. Bos. et rell. ſere tam antiquior. quam recentt. De ſcriptura huius nominis et de homine ipſo multus eſt Stau. ad ed. 3. add. Harl.*] — 11. pluris. *Sic ed. Long.* [*Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* plus *MS. Dan. Bau.* 1. *Voſſ.* 2. *Ax.* — 12. matremne. *Sic quoque MS. Dan.* [*Ed. Lamb. Bos.* 2. *Heus. et al.*] *Sed* matremue *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Bos.* 1. *Keuch.* [*Brem.*] an matrem *Ed. Long. Mox* patrem, inquit *MS. Leid.* 2. *Statim* id quum — — inquit *aberant a MS. Bau.* 1. — 13. mater *MS. Leid.* 2. *Tum* Threcem *MS. Dan.* — 14. me genuit, creauit *MS. Bau.* me genuit vel creauit *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax. Vnde duplicem olim in libris fuiſſe ſcripturam, adparet. Vera* creauit. [*Atque* creauit, *quod de patre et matre adhibetur, poſt Boſium alii probarunt, et Bremi in textum recepit.*] — 15. contra *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par.*

pientis cap. 18. vbi vulgo legitur: *At Iphicrates, cui mater barbara et Threſſa obiiciebatur.* ſed e MSS. melioribus et Laërtio legendum *Antiſtheni mater barb. etc.*, iam Lipſius monuit. Turpius adhuc lapſus eſt Schottus, qui hunc Senecae locum ad filium Iphicratis retulit. Ceterum *τὸ natum* aberat ab ed. Vltrai. iudicio Schotti et Gebhardi recte. ſed ita plane et alibi loquitur 15, 10. 2. *qui talem ex te natum relicturus ſis.*

*Coti regis filia*] Cuius, generi ſui, imperium quomodo aduerſus ipſos Athenienſes defenderit, quamque nullam ab eo gratiam retulerit, narrat Demoſthenes orat. aduerſ. Ariſtocratem p. 447. [p. 663. ed. Reisk.] Conuiuium nuptiale ex Anaxandride deſcribit Athenaeus 4, 3. Recte autem MSS. *Coti.* V. ad 2, 1. 1,

*pluris*] Dan. et Bauar. 1. *plus.* Mox Longolius *an matrem.* ed. vlt. Boecl. *matremue.* Sed *matremne* Dan. et Lambinus.

*id quum omnibus mir. vid. at ille, merito, inquit*] Aberant haec a MS. Bauar. 1. credo, ob repetitionem *τȣ inquit.*

*pater, quant. in ſe fuit, Thracem me gen.*] Simile reſponſum Timothei apud Athenaeum 13, 5: qui quum aliquando irrideretur, quod matre Threſſa et meretrice genitus eſſet, reſpondit: καὶ χάριν γε αὐτῇ οἶδα, ὅτι δι' αὐτὴν Κόνωνος εἰμὶ υἱός.

*me genuit*] MS. Bauaricus vetuſtior: *me genuit, creauit.* An igitur *τὸ genuit* gloſſema eſt, auctor autem ſcripſit *me creauit*, eodem ſenſu? quomodo hac voce ſubinde veteres vſi. Liuius 1, 3. *Siluius Aeneam filium creat; is deinde Latinum Siluium.* Phaedrus 1,

*Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. [*Wetz.*] *Sed* contra ea *MS. Dan. Voſſ.* [*Ed. Bos.* 2. *et rell. conf. infra XV.* c. 10. *fin. et ind. Bos. Heuſing. h. v.*] *Statim* pater Athen. *MS. Leid.* 2.

7. 9. *Quidnam futurum eſt, ſi crearit liberos?* Idem 3, 16. 11. *quum crearer maſculus, Beneficium magnum ſane natali dedit.* Virgilius Aen. 10, 705. *Et face praegnans Ciſſeis regina Parim creat.* Ibid. v. 543. *Vulcani ſtirpe creatus.* v. 517. *Sulmone creatos quattuor hic iuuenes etc.* Florus 1, 6. 1. *Nec obſcuritas inhibuit, quamvis matre ſerua creatum.*

*contra ea*] Sic Dan. Alii *contra.*

# XII. CHABRIAS [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Nouo pugnandi genere celeber. II. Eius bella in Aegypto; in Cypro; claſſi Aegyptiae praeeſt. III. Domum reuocatur; propter inuidiam plerumque abeſt. IV. In bello ſociali occumbit, deſertus a ſuis.*]

1 CHABRIAS ATHENIENSIS. Hic quoque in ſummis habitus eſt ducibus: resque multas memoria dignas geſſit. Sed ex his elucet maxime inuentum eius in proelio, quod apud Thebas fecit, quum Boeotiis [2] ſubſidio veniſſet. Nam-
2 que in eo, victoria fidente ſummo duce Ageſi-

1. Chabriadis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Chabriae vita *Ed. Ald.* — 2. Boetiis *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. vbique. Paullo ante* memoriae dign. *MS. Ax.*

[1 *Res multas*] Omiſit Nepos memorare victoriam naualem apud Naxum. v. Diodor. Sic. 15, cap. 32, 33 ſqq. Aeſchin. contra Cteſiph. p. 635. ed. Reisk. (vbi dicitur Chabrias propter illam victoriam apud Naxum honore ſtatuae et aliis beneficiis fuiſſe ornatus:) add. Stau. ad noſtrum loc. in ed. min. Res ab Chabria geſtas enarrant quoque Xenoph. H. Gr. 5, 1, 10 ſqq. Polyaen. 3, 10 ſect. 9 ſqq. Demoſth. or. aduerſ. Leptin. p. 71 ſect. 61 ſqq. p. 75 ſect. 65 ſqq. p. 77 ſqq. ſect. 69. ed. Fr. Aug. Wolf. (Hal. Sax. 1789. 8.) cuius doct. not. p. 291 ſqq. (vbi p. 293 ſq. de rebus a Chabria in bello Corinthiaco, in pugna apud Naxum nauali et in proelio apud Thebas geſtis etc. ſecundum temporis ordinem agitur, et Nepos arguitur, totam Chabriae vitam ieiunam ex Theopompo compilaſſe,) tum p. 302 et 304, cum fructu conſules. Add. paullo poſt ad cap. 3. Idem V. D. in Prolegomen. p. LII ſqq. agit de Cteſippo, improbo Chabriae filio.]

*in proelio, quod ap. Thebas*] De quo Diodorus libro 15, 32. Polyaenus 2. c. 1. in Ageſilao num. 2. [conf. Wetzel. not.]

2 *In eo victoria fidente ſummo duce Ageſilao*] Sic Lambinus edidit, cum in omnibus vulgatis legeretur, *in ea victoria fidentem ſummum ducem Ageſilaum.* Et vix aliter legi poteſt. nam τῷ *ea* nullus heic locus: quum nihil de victoria Ageſilai praeceſſerit. Immo non-

lao, [3] ſugatis iam ab eo conductitiis cateruis, reliquam phalangem loco vetuit cedere, obnixoque genu ſcuto, proiecta[que] [4] haſta impetum excipere hoſtium docuit. Id nouum Ageſilaus contuens, [5] progredi non eſt auſus, ſuosque iam in-

3. in ea victoria fidentem ſummum ducem Ageſilaum *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.* in ea auctoritate fidentem ſummum ducem *MS. Voſſ.* 2. *et Boecl. Etiam in Ed. Keuch. et Patau. eſt* in ea. *Mox* conducticiis *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Patau. Dein* phalangen *MS. Voſſ.* 2. — 4. proiecta haſta *MS. Dan. Ax. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Tzſchuck.* 2. *Heinr. Pauſl. Schmied.*] proiectaque haſta *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Ith. Wetz.* que *vncinis inclus. in Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. et rell. v. not.*] — 5. contuens. *Sic MS. Dan. Boecl. Leid.* 1. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq. fere omnes.*] *Sed in MS. Boecl. totus locus ſic*

dum is vicerat. Legendum igitur, *in eo; proelio* ſcilicet, quae vox praeceſſerat. *Victoria fidere* eſt, vt recte Lambinus interpretatur, victoriam ſibi promittere, certam de victoria fiduciam concipere. Boecleri codex habet: *in ea auctoritate fidentem ſummum ducem Ageſilaum.* An legendum: *in eo auctoritate fidente etc.* Sed magis placet emendatio Lambini, tot codicum conſenſu nixa.

*loco vetuit cedere*] Polyaenus: μὴ προδραμεῖν, ἀλλὰ μένειν ἡσυχεί.

*proiectaque haſta*] Polyaenus 2, 1, 2. dixit τὰ δόρατα ὀρθὰ προτεινομένυς: Diodorus 15, 32. [vbi v. Weſſel.] ἐν ὀρθῷ τῷ δόρατι μένειν. MSS. Dan. et Boecler. *proiecta haſta,* absque copula. Et poteſt abeſſe. Barthius coniiciebat leg. *ſcutoque proiecto, haſta imp. exc.* Sed repugnant Diodorus et Polyaenus, qui clypeos ad genu acclinatos dicunt. [*proiecta* h. e. porrecta. Quam varie viri docti hunc locum ſint interpretati, late docet Harl. ad h. l. Leſſingius in Laocoon. p. 286 ſqq. arbitratus, ſtatuam gladiatoris Borgheſii eſſe Chabriae ſtatuam, locum noſtrum ita interpunxit: *obnixo genu, ſcuto proiectaque haſta impetum excip. h. doc.* Sed alii diſſenſerunt, atque Schlegel l. c. p. 79 ſq. adhuc dubius eſt. Harl. autem in fine longae notae: „nouum, ait, Chabriae forſan id erat, quod iuſſerit, ſcuta genibus ſuſtentare, haſtas porrectas, pronas, in hoſtes incurſuros tenere, eoque excipere hoſtium impetum.“ Conuenit clarior Heinrich. expoſitio: inuentum hoc fuit, vt milites *genu obnixo ſcuto* h. e. obfirmato laeuo genu ad ſcutum, *(das linke Knie gegen den Schild geſtemmt,) haſta* altera manu *proiecta, (mit gefälltem Speere,)* hoſtium impetum exciperent; laudatque Leſſing. Sämmtliche Schriften tom. XI. p. 291.]

*id nouum Ageſilaus contuens*] Sic reſcripſi auctoritate codicum Dan. Leid. et Boecl. Etſi poſtremus aliquot vocibus auctior habet: *Id nouum cernens, Age-*

currentes tuba reuocauit. Hoc vſque eo tota Graecia[6] fama celebratum eſt, vt illo ſtatu Chabrias ſibi[7] ſtatuam fieri voluerit, quae publice ei ab Athenienſibus in foro conſtituta eſt. Ex quo factum eſt, vt poſtea athletae[8] ceterique artifices his ſtatibus[9] in ſtatuis ponendis vterentur, in quibus[10] victoriam eſſent adepti.

*legitur:* id nouum cernens, Ageſilaus contuens id progr. *Etiam in MS. Voſſ.* 2. *erat* id nouum cernens Ageſilaus contuens. *Sed* intuens *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Wetz. et ſic correctum eſt a manu V. D. in meo exemplo ed. Bos.* 2.] — 6. tota Graecia. *Sic MS. Dan. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Ed. Bos. cum ſeqq.*] *Sed* in Graecia *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* Graecia *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 7. ſibi *aberat a MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. — 8. Athele-tae *Ed. Med.* — 9. his ſtantibus ſtatuis *MS. Gif. Ax. Mendos.* his ſtatibus, ſtatuis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* iisdem ſtatibus *MS. Ernſt.* his ſtantibus *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Dan. In MS. Bau. altero verba* ſtatibus in *non habebantur.* — 10. in quibus. *Sic MS. Ernſt. Lamb. Gebh.* [*Bos.* 2. *Stau.* 1. 2. 3. *Heus. et rell.*] *Sed* cum *MS. Gif. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. quum *MS. Voſſ. Faber in Agoniſt. p.* 147. *maluit* quibus, *vel* in quibus.

*ſilaus, contuens id; progr. n. e. a.* Adſcripſerat aliquis in ora *cernens,* explicaturus τὸ *contuens.* Id poſtea textui, et alieno quidem loco, intruſum eſt. Eſt autem *contuens* idem ac contemplatus, ſpeculatus, accurate et veluti fixo oculo inſpiciens. Sic *contueri ſolem immobilibus oculis* Plinius dixit N. H. 7, 2.

5 *Tota Graecia*] Sic MSS. Et ſimiliter locutus praef. 5 et 11, 3. 3. Alii *in Graecia.* quod etiam nuperrima editio Belgica retinuit.

*in foro*] Veteri ſcilicet, vbi et aliae illuſtrium virorum ſtatuae et *omnia rerum praeclararum* (vt Aeſchines ait adu. Cteſiph.) *monumenta collocata.* Vide Meurſii Ceramicum geminum cap. 16.

*ceterique artifices*] Scenicos et muſicos ſiue Dionyſiacos atque pantomimos intelligi, ait Pet. Faber lib. 2 Agoniſtici, ſine capitis 20.

*his ſtatibus in ſtat. pon. vt.*] MS. Ernſtii: *iisdem ſtatibus in ſtatuis pon. vt.* Bauar. vetuſtior: *his ſtatuis pon. vt.* Plerique alii: *his ſtantibus ſtatuis.*

*in quibus victoriam eſſent adepti*] Sic recte emendauit Claud. Puteanus, probantibus Lambino et Pet. Fabro l. c. Confirmatque hanc correctionem e ſuo codice Ernſtius, in quo diſerte ſcriptum, *in quibus.* Vulgati, etiam optimi ceteroqui, codices habent: *cum vict.*

1 II. Chabrias autem multa in Europa bella adminiſtrauit, quum dux Athenienſium eſſet:[1] in Aegypto ſua ſponte geſſit.[2] Nam Nectanabin[3] adiutum profectus, regnum ei[4] conſtituit.

1. dux eſſet Athen. *MS. Ax.* — 2. in Aeg. ſ. ſponte geſſit. *Sic MS. Dan. Mag. Mendos. Boecl. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Ald.* [*Bos. Stau. et ſeqq. fere omnes.*] *Sed* nulla in Aeg. ſ. ſp. g. *MS. Ernſt.* In Aegypto bellum ſua ſp. g. *MS. Bau.* 1. in Aeg. ſ. ſp. quaedam geſſ. *Ed. Long.* multa in Aeg. ſ. ſp. g. *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Wetz. Sed quod vnum hoc bellum, in quo claſſi praefuit, a Plutarcho in vita Chabriae c.* 37. *a Diod. Sic.* 15, 92. *et a Nepote commemoratur,* τὸ multa *neque addi neque ex praecedentibus repeti debet; ſed ſubintelligendum eſt* bellum.] — 3. Nectebenin *MS. Dan.* Nectebenni *MS. Bau.* 1. Neptenabum *MS. Bau.* 2. *Ed. Iens. Med. Par.* Nectebenum *MS. Voſſ.* 1. 2. Hectebeu *MS. Leid.* 2. Nectanabin *Ed. Heus.* [*Tzſchuck.* 2. *Schmied. Heinr. et ſic correxi. v. Bos. infra ad XVII.* 8, 5. Nectanebin *Ed. Ith.* Nectanebum *Ed. Long. Lamb. Bos. Stau. (qui ad ed.* 2 *et* 3. *defendit hanc ſcripturam, et adpellat Weſſeling. ad Diod. Sic. XV. c.* 42 *et* 92.) *Tzſchuck.* 1. *Harl. Wetz. Brem. Pauſl.*] Nectenabum *Ed. Patau.* — 4. ei *aberat a MS. Voſſ.* 2. *Ax.*

*eſſ. ad.* quod plane ineptum eſt. Quis enim credat, omnium artificum ſtatuas eo ſtatu effictas, qui non niſi militi aut gladiatori vel pugili conueniebat? aut omnes etiam gladiatores talibus ſtatuis fictos, quali Chabrias? Id tantum imitati ſunt, vt, quo quisque ſtatu viciſſet, eo ſibi vellet fieri ſtatuas. Eruditiſſimus, nobisque amiciſſimus vir, Ioh. Schefferus idcirco putabat, pro *cum* ſcribendum *quomodo;* ſuſpicatus initio fuiſſe *quom.* cum adiecto puncto. Quid ſi a Nepote ſcriptum ſit, *in quibus fuiſſent, cum victor. eſſ. ad.?* vt a librariis alibi illa *in quibus,* alibi τὸ *cum,* vbique verbum *fuiſſent,* aut ſimile aliud, omiſſum fuerit?

1 *In Aegypto ſua ſponte geſſit*] Aberat vtrumque [*multa* et *quaedam*] editionibus Aldi ac Ienſonis, itemque MSS. Magii, Danielis, Leid. Boecler. Bavarico vtroque et Ernſtiano. Itaque non dubitaui expungere. Ernſtianus tamen praefixum habebat *nulla.* vnde ille *nonnulla* faciebat. Bauaricus antiquior: *in Aeg. bellum ſua ſp. g.* Vtrobique ſcilicet librarius, qui non vidit, aut τὸ *multa* e praecedentibus repetendum, aut *bellum* ſubaudiendum eſſe, de ſuo ſupplere voluit, quod deeſſe opinabatur.

*Nectanabin*] Exc. Dan. *Nectebenin* habent. Quidam, Magio teſte, *Nectenabum.* Bauar. 1 *Nectebennis:* alter *Neptenabum.* Diodoro eſt Νεκτεναβὼς, aut Νεκτανεβὼς. Ceterum alii Tacho, ſeu, vt Polyaenus vocat, Thamo, non Nectanebo, Chabriam adfuiſſe ſcribunt. V. Diod. 15 et Polyaen. 3. Fuit autem Nectanebus Tachi regis Aegyptii, vel, vt alii volunt, fratris ſoro-

Fecit idem Cypri, ſed publice ab Athenienſibus Euagorae adiutor datus: neque prius inde diſceſſit, quam totam inſulam bello deuinceret. qua ex re Athenienſes magnam gloriam ſunt adepti. 2
Interim bellum inter Aegyptios et Perſas conflatum eſt. Athenienſes[5] cum Artaxerxe ſocietatem habebant; Lacedaemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas praedas Ageſilaus rex eorum facie- 3

5. Athen. *Sic MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* et Athen. *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.*

riſue eius, filius, et Tachum regno expulerat. [Nepotem hic erraſſe, et confudiſſe tempora, ſaltem minus adcurate et luculenter h. l. de Chabria expoſuiſſe, monent Perizon. ad Aeliani H. V. libr. 5. cap. 1. Staver. et Tzſchuck. ad vtrasque Nepotis editt.]

2 *Fecit idem Cypri*] Negat hac de re quidquam ſe reperiſſe Lambinus, praeter id, quod eſt apud Diodorum 16, 42. [vbi v. Weſſel.] Sed quoniam is Phocionem, non Chabriam cum Euagora Cyprum expugnaſſe ſcribit, credibile cenſet, Diodorum vel *Phocionem* pro *Chabria* poſuiſſe, forte comite illius; vel alium hiſtoricum, quam Noſter, ſequutum. Atque is alius Euagoras fuit, poſtquam fruſtra paternum regnum recuperare conatus eſſet, in Cypro, quo ex Aſia confugerat, capitali ſupplicio adfectus; vt ex eodem Diodoro cognoſcere eſt ad annum 3 Olympiadis 107. Noſter autem haud dubie de eo Euagora loquitur, qui reſtitutus in regnum ſuum Olympiade XCVII, vniuerſam Inſulam in ditionem ſuam vindicare inſtituit, et paullo poſt ab Artaxerxe bello vexatus fuit. Huic in auxilium ab Athenienſibus miſſum Chabriam, diſerte ſcribit Xenophon 5 hiſt. Gr. haud longe ab initio, ſ. cap. 1. ſect. 10: *μετὰ ταῦτα, Χαβρίας ἐξέπλει ἐς Κύπρον βοηθῶν Εὐαγόρᾳ.* Meminit ſubſidii ab Athenienſibus Euagorae miſſi et Lyſias orat. pro Ariſtophanis bonis cap. 6. [Add. Iſocrat. Panegyr. cap. 39. ibique Mori notas.]

3 *Bellum inter Aegypt. et Perſas*] De quo Diodorus 15. Plutarchus Ageſilao.

*Athenienſes*] Copula, quae in editis habetur, aberat MSS. Dan. et Boecl. Bene. ſic enim ſolet Nepos. Mox MS. Boecl. *id metuens.*

*a quibus magnas praed. Ageſ. rex eor. fac.*] An ab Aegyptiis? Ita videtur, ſi vera lectio eſt. Atqui Ageſilaus *pedeſtribus* eorum *copiis praefuit,* vt mox additur. Quomodo ergo praedas ab iis egit? Schefferus idcirco non *a quibus*, ſed *quibus*, omiſſa praepoſitione, legendum cenſebat. [Huius loci interpretatio valde exercuit virorum doctorum ingenium. V. Stau. ad ed. 3. (qui interpretationem Heuſing. *a quibus* n. Aegyptiis, a quorum partibus Ageſilaus ſtabat, h. e. *pro qui-*

bat. Id intuens[6] Chabrias, quum in re nulla Ageſilao cederet, ſua ſponte eos adiutum[7] profectus Aegyptiae claſſi praefuit: pedeſtribus copiis Ageſilaus.

1 III. Tum praefecti regis Perſiae[1] legatos miſerunt Athenas queſtum, quod Chabrias adverſum regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienſes diem certam Chabriae praeſtituerunt,[2] quam ante domum niſi rediſſet, capitis ſe illum

6. id metuens *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* — 7. ſponte ad adiutum *MS. Ax.*

1. Perſae *MS. Bau.* 1. 2. *Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. bene: vt* Aegyptius rex *II.* 2, 4. *et Nepos dicit* Perſis, *non,* Perſia. *v. Eumen.* 7, 1. 8, 1. Perſe *MS. Boecl.* Perſes *MS. Leid.* 2. *in quo etiam erat* regii *pro* regis. *Mox* q̄ſitū *Ed. Arg.* — 2. praeſtiterunt *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Arg. Ald. Long.* proſtituerunt *MS. Ax.*

*bus*, iure repudiat, egoque cum illo et Schmiedero dubito, num dici poſſit *pro aliquo praedam facere*,) atque Tzſchuck. ad ed. 1. inprimis ad ed. 2. vbi diuerſas variorum interdum audaciores coniecturas atque explicationes recenſet examinatque: ſed tandem ingenue profitetur, ſe certiora, quae ſubſtituat, non habere. Neque ego habeo certiora, niſi molliorem Harl., Ithi Bremique amplecti velis expoſitionem, intelligendo *praedam* in ſenſu latiore aut metaphorico pro lucro, donis, adeoque magna pecuniae vi, quam Ageſilaus pro fide auxilioque ab Aegyptiis vel accepit vi pacti, vel exegit, vel etiam illis quaſi imperauit, ita vt ea tamquam praeda haberi ac nominari potuerit: neque eiusmodi exempla vel recentiore memoria ſunt admodum rara. v. infra in Timoth. c. 1, 3. et de ſignificatione voc. *praeda* Tibull. II. 3, 38. ibique Heyne: neque ego excluderem h. l. ſignificatum cupiditatis, qua illae opes, pecuniae ab Ageſilao ſiue pro ſe, ſiue pro Lacedaemoniis, adpetebantur. Add. Kappii not.]

*ſua ſponte*] Iniuſſu populi. vid. ad ſ. 1. Non itaque adverſatur Diodoro, (vt Lambino viſum,) qui ab Acoride arceſſitum ait.

1 *Regis Perſiae*] Bauar. vterque *Perſae.* Boecl. quoque *Perſe.* quomodo et alibi legitur apud Noſtrum.

[*quam ante*] pro *ante quam.* Latinos autem ſaepe praepoſitiones caſu ſuo poſtponere, docet pluribus exemplis, noſtro quoque loco laudato, Ruhnken. ad Vellei. Paterc. 2, 91, 2. p. 374. *Fiſch.* Chabriam vero ob honores et praemia, illi ob res bene geſtas decreta, fuiſſe adcuſatum, cognoſcimus ex orat. Demoſth. adu. Leptin. §. 70 et 126. ed. Wolf. cuius notas conferes p. 304. ac 368.]

damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athe-
nas rediit, neque ibi diutius eſt moratus, quam
fuit neceſſe. Non enim libenter erat ante ocu- 2
los ciuium ſuorum: [3] quod et viuebat laute, et
indulgebat ſibi liberalius, quam vt inuidiam vulgi
poſſet [4] effugere. Eſt enim hoc commune vitium [5] 3
in magnis liberisque ciuitatibus, vt inuidia glo-
riae comes ſit: [6] et libenter de his [7] detrahant,
quos eminere [8] videant altius: neque animo
aequo [9] pauperes alienam opulentium [10] intu-



3. ſuorum ciuium *MS. Dan.* — 4. poſſit *MS. Dan.* — 5. vitium in. *Abſunt ab Ed. Vltrai.* — 6. vt inuidiae gloria comes ſit *MS. Dan. Voſſ.* 2. *Ax.* et inuidia gloriae comes ſit *MS. Leid.* 2. vt inuidiae gloriae comes ſit *MS. Voſſ.* 1. *ſed ſupra notatum* inuidia. — 7. de iis *MSS. Bau.* [*Giſ. v. huius indic. Lucret. in Suauiloquus.*] *Ed. Lamb.* his *Ed. Vltrai. Statim* detrahunt *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patau.* [*Sed* detrahant *MS. Dan. Bau. Ed. Gebh. Bos. et ſeqq.*] — 8. eminere. *Sic MS. Dan. Ax. Bau. Sed* emergere *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau. Statim* vident *Ed. Vltrai.* [viderint *Ed. Long.*] — 9. aequo animo *MS. Ax.* — 10. opulentum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.*

2 *Non enim*] Totus hic locus, vt iam Longolio aliisque obſeruatum, e Theopompo libr. XIII. Philippic. deſumtus videtur, cuius verba exſtant ap. Athenaeum 12, 8. [conf. Fr. Koch. Prolegg. ad Theopomp. Chium, p. 45 ſq.] Mox cod. Dan. *ſuorum ciuium:* ἐμφατικωτέρως, vt videtur.

[3 *In magnis*] Orae mei exempli ed. Lamb. Par. vir doctus (Bernegger. credo,) manu adſcripſit: „Tacitus tamen in Agric. cap. 1. inuidiam *paruis magnisque* ciuitatibus communem dicit.“]

*et libenter de his detrahant*] Membranae Bauar., Schoppio Veriſim. 2, 3. p. 86. teſte: *de iis detrahant.*

*quos eminere videant altius*] Sic MSS. meliores, Schoppio, Gebhardo, aliisque probantibus. Aurel. Victor in Diocletiano: *Nobilitas gentis patriciae memor, moleſtiarum, queis agitatur, remedio eminere pluris habet.* Vulgo erat, *quos emergere vident altius.* [conf. Stau. ad min. ed.] De re ſimilis exſtat locus apud Tacitum hiſt. 2, 20. 4, vbi Lipſium vide.

*neque animo aequo pauperes*] Vulgi ſic ingenium expreſſit quoque Salluſtius B. Cat. 27. *Semper in ciuitate, quibus opes nullae ſunt, bonis inuident, malos extollunt: vetera odere, noua exoptant.* Conf. Boecler. in Herodian. p. 451.

*opulentium*] Ita dudum e libris ſuis emendarunt Giſanius

vntur [11] fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei
4 licebat, [12] plurimum aberat. Neque vero ſolus ille aberat Athenis libenter, ſed omnes fere principes fecerunt idem: [13] quod tantum ſe ab inuidia putabant futuros, [14] quantum a conſpectu ſuorum receſſiſſent. [15] Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus

*Lamb. Steph. Pat. ſed* opulentium *etiam MS. Dan. Gif. Bau. Put. Sau.* [*Riclef. et ante eum Scheffer. in Obſſ. miſc. vol. IX. tom.* 2. *p.* 210. *voc.* opul. *tamquam ſuperfluum ideoque ſpurium vncis incluſit; ſed immerito, arbitror.*] — 11. intuuntur. *Sic MS. Dan. Gif. Bau. Mendos. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *Heuſing. Stau. Tzſchuck. quem vid. ad ed.* 2. *Bip. Ith. Brem. Harl.*] *Sed* intuentur *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. [*Schmied. Wetz. Sed Heuſing. „mirum vero eſt, ait, ſi Nepos obſoleti verbi forma vti voluit, cur non dixerit potius* intuantur, *quum coniunctiuum exigat ſententia. Fortaſſe omnia haec* neque animo — — intuuntur fortunam *ab aliquo adlita ſunt, qui probatis ſibi gnomis ſimiles adponere licitum putauit." At vereor, vt hoc ſit probabile.*] — 12. quoad licebat *MS. Boecl.* quo ei lic. *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax.* — 13. fecerunt idem. *Aberant a MS. Mendos.* — 14. futuros. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Ed. Long. Bos. cum plurimis ſeqq.*] *Sed* ſe futuros *MS. Ax.* afuturos *Ed. Lamb. Gebh. Keuch. qui ſic legendum cenſet.* abſuturos *Ed. Paris. Steph. Mag. Patau.* [*Brem. Wetz. atque Heuſing. in not. non reiicit.*] affuturos *Ed. Ald.* — 15. receſſerint *MS. Dan. Ax. Mox* Threcia *MS. Dan.*

Ind. Lucret. v. *ſuauiloquens*, Schoppius Veriſimil. 2, 3, Pet. Daniel, Sauaro, Schottus. Lambinus habet *opulentum*. *Opulens* pro *opulentus* etiam Livius, aliique veterum dixere.

*intuuntur*] Fidenter ita reſcripſi auctoritate codicum, quibus Gifanius, Pet. Daniel, Lambinus, Schoppius ac Schottus vſi. Plane ſic Terentius Heaut. 2, 3. 23 *qui intuitur nos*. Et Plautus Moſtell. 3, 2. 150 *nullam equidem illic cornicem intuor*. Apud eumdem legimus *obtuor*, *contuor*, et ſimplex *tuor* apud Lucretium ſaepiſſime.

Statim MS. Boecl. *quoad licebat*, omiſſo prouocabulo.

4 *Fecerunt idem*] Libenter etiam reſecaret Gebhardus, tamquam ſuperuacanea, et venuſtatem dictionis collinentia. Et mihi quoque valde ſuſpecta ſunt. Non tamen auſus ſum expungere, quum in optimis codicibus legantur. [Recte! Elegans enim et frequens eſt vſus ille verbi *facere*, inprimis ad orationem amplificandam.]

*futuros*] Sic edd. vett. et noviſſima Boecleri. alii *abſuturos*. Lambinus tuetur *afuturos*, quomodo Cicero Tuſcul. 5 *a gloria ſe afuiſſe*. et Horatius Sat.

Lesbi, Chares in Sigeo.[16] Disſimilis quidem Chares eorum[17] et factis et moribus, ſed tamen Athenis et honoratus et potens.

IV. Chabrias autem periit bello ſociali tali 1
modo. Oppugnabant Athenienſes Chium:[1] erat in claſſe Chabrias priuatus, ſed omnes, qui in magiſtratu erant, auctoritate anteibat; eumque magis milites, quam qui praeerant, adſpiciebant.

16. Lesbo — Sygaeo *MS. Dan. Gif. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Arg. Etiam in Ed. Iens. Med. Long. Mag. eſt* Sygaeo. [*Sed ego cum Heuſiug. Stau.* 3. *et reliquis reddidi* in Sigeo, *quia in Graecis ſcribitur* Σίγειον· *v. Stau. ad ed.* 3. *qui de hoc Troadis promontorio, hod.* Iannizari, *cum vrbe cognomine, quae h. l. innuitur, et lectione loci copioſe agit, laudatque Herodot. V. c.* 65 *et* 91. *et interpret. ad c.* 95. *atque Hemſterh. ad Luciani Contempl. tom. I. p.* 520. *aliosque.*] Lesbo — Sigaeo *MS. Ax.* in Sigaeo *Ed. Par.* [*Keuch. Lamb. Bos. Stau.* 1. 2. *Harl. Bipont. Brem. Schmied.*] Leisb *Ed. Med. librariorum peccato.* — 17. horum *MS. Ax. Ed. Ieus. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Heus.* [*Ith. Bip. Heinr. Wetz. Schmied.*] *Statim* et factis *Ed. Ieus. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus.* [*Tzſchuck. Ith. Bip. Heinr. Schmied. Wetz. et ego addidi. verum* τὸ et *prius omittitur in ed. Bos. Stauer. Harl. Brem.*]

1. Chyum *Ed. Arg.*

1, 4 *quod vitium procul afore chartis.* Mox in MS. Dan. fuit *receſſerint.* et ſtatim: *Iphicrates in Threcia, Timotheus Lesbo, Chares Sigeo.* quomodo iam ante Gifanius e cod. ſuo legerat in Ind. Lucret. v. *Thrace.*

*diſſimilis quidem Chares*] Vide Plutarch. apophthegm. reg. et infra 13, 3. 1. [De hoc homine ignauo et timido in hoſtem, iniuſto in ſocios, auaro, glorioſo etc. plura collegerunt Weſſeling. ad Diodor. Sic. XV. cap. vltimo, et Lambin. ac Wetzel. ad noſtrum locum.] Pro *eorum factis* alii: *horum factis,* vel *horum et factis.*

1 *Bello ſociali*] Sup. ad 11, 3. 3. [Sociale vocabatur, quia Chii, Rhodii, Coii et Byzantii cum Mauſolo, rege Cariae, poſt bellum Peloponneſium, fractasque Athenienſium vires, conſociati ab Athenienſibus defecerant, quibuscum Athenienſes bellum, quod durauit tres annos, geſſerant. v. Diodor. Sic. 15, c. 78 ac 79 et libr. 16, 7. ibique Weſſeling. ad nr. 95 et ad cap. 22. Perizon. ad Aeliani H. V. 2, 10, 5 et Stau. in ed. 3. ad noſtrum locum in not. 1 et 2. Primo autem anno belli ſocialis, Olymp. 105, 3. interiit Chabrias. v. Harl. not.]

*priuatus*] Aliter Diodorus 16, 7, qui claſſi eum praefuiſſe, Charetem vero terreſtrem exercitum rexiſſe tradit.

*quam qui praeerant, aſpi-*

2 Quae res ei [2] maturauit mortem. Nam dum pri-
mus ſtudet portum intrare, et [3] gubernatorem iu-
bet eo dirigere nauem, ipſe ſibi perniciei [4] fuit.
Quum enim eo penetraſſet, ceterae non ſunt
ſequutae. Quo facto circumfuſus hoſtium con-
curſu, quum fortiſſime pugnaret, [5] nauis roſtro
3 percuſſa, coepit ſidere. [6] Hinc refugere quum
poſſet, [7] ſi ſe in mare deieciſſet, quod ſuberat
claſſis Athenienſium, quae exciperet [8] natantis: [9]

2. ei. *Aberat a MS. Leid.* 2. *Statim* mortem maturauit *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 3. et. *Aberat a MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 4. perniciei ſibi *MS. Ax.* — 5. pugnarent *Ed. Iens. Med.* — 6. fidere *MS. Voſſ.* 1. *Mendos.* — 7. ref. cum poſſ. *Sic MS. Giſ. Sed* cum ref. poſſet *MS. Dan. Bau.* 1. 2. *Ed. Patau.* ref. cum non poſſet *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* cum ref. non poſſet *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Statim* niſi *Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. tum* in mari *MS. Voſſ.* 2. — 8. acciperet *MS. Voſſ.* 1. — 9. natantis. *Sic MS. Giſ.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Tzſchuck. Harl.*] *Sed* natanteis *MS. Dan.* natantes *Ed. Heus.* [*Heinr. Schmied. Wetz. v. ſupra ad X.* 4, 2.] natantem *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Ith.*]

*ciebant*] Subintellige *eos*, vt 10, 9. 5 etc. *Aſpiciebant* autem eſt reuerebantur, honorabant. Tacitus *aſpectare* dixit Ann. 1, 4. 1 *omnes exuta aequalitate iuſſa principis aſpectare.* Sic *intueri* ap. Liuium 37, 54 *Pro dignitate et gloria apud omne genus humanum, quod veſtrum nomen imperiumque iuxta ac deos immortales iam pridem intuetur, pugnaſtis.*

2 *Nam dum primus*] Fuit enim in periculis adeundis calidior quam cautior; in aliis ſegnis et tardus. V. Plutarch. Phocione p. 744. c. 6.

3 *Hinc refugere quum poſſet*] Sic diſerte codex Giſanii. Codices quoque Dan. et (teſte Piccarto Pericul. Critic. cap. 10.) Bauarici: *Hinc cum refugere poſſet;* Piccarto et Gebhardo probantibus. Itaque non dubitani, negandi particulam expungere: praeſertim quum ſenſus id requireret. Lambinus corrigebat: *hinc cum ref. non p. niſi ſe in mare deiec.* quod recte Gebhardus, vt Cornelii menti aduerſum, reiicit. Vult enim, inquit, Nepos, effugere exitium Chabriam potuiſſe: nempe ſi armis exutis atque abiectis in mare ſe immiſiſſet, et natando parumper ad haud procul ſtantem Athenienſium claſſem ſucceſſiſſet.

*natantis*] Sic quoque e ſuis codd. Giſanius ac Pet. Daniel emendarunt. Vulgo eſt *natantem.* Eſt autem accuſatiuus antiquus.

perire maluit, quam armis abiectis nauem relinquere, in qua fuerat vectus.[10] Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum peruenerunt. At ille praeſtare honeſtam mortem exiſtimans turpi vitae,[11] cominus[12] pugnans telis hoſtium interfectus eſt.

10. [in qua fuerat vectus. *Haec verba gloſſema eſſe cenſet Oudendorp. ap. Stauer. ſed recte diſſentiente Tzſchuckio ad ed. 2. Atque in noſtro hinc inde quaedam redundare ſolent.*] — 11. turpi vitae exiſt. *Ed. Steph. Gebh. Keuch.* — 12. cominus *Ed. Med. Arg. Long. Mag. Patau. Bene!* [*Heinr. Tzſchuck. Schmied. et ego correxi pro* comminus *in Ed. Lamb. Bos. Heus. et rell. Heuſing. tamen tuetur ſcripturam* comminus, *quod ſit a* con *et* manus. *Fiſcher ad h. l. in libello varr. lectt. ea, quae ſequuntur, manu adſcripſit: „Hactenus contuli cum edit. Patau. quia ex his iam putabam de diligentia poſſe indicari.“ Et tamen poſtea ſaepius adtulit lectt. illius edit.*]

*armis abiectis*] Vide Steuech. not. in Veget. 2, 14. Bernegg. quaeſt. miſcell. 29 ac not. ad Iuſtin. 33, 2. 3 et Petiti comment. ad Leges Attic. p. 517. [Klotz. ad Tyrtaeum p. 21. ed. Altenb.]

*mortem*] Sepulcrum eius exſtabat Athenis extra oppidum in Ceramico, teſte Pauſania, de quo lapides filius Cteſippus vendebat, vt haberet, quod voluptatibus inſumeret. Teſtis Athenaeus 4. Vide Meurſii Ceramicum cap. 21. [Comp. Diod. Sic. 16, 7. fin.]

## XIII. TIMOTHEVS [1]

### [ARGVMENTVM

*Cap. I. Eius virtutes et facta bellica. II. Ipſi, Lacedaemoniorum victori, ſtatua ponitur. III. Senex Meneſtheo praetori in conſilium datur. A Charete, praetore, adcuſatus damnatur. IV. Filius eius Conon muros reficere cogitur. Singularis amicitiae teſtimonium Iaſonis erga Timotheum.* ]

1 TIMOTHEVS CONONIS F. ATHENIENSIS. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim diſertus, impiger, laborioſus, rei militaris peritus, neque minus ciuitatis re-
2 gendae. Multa huius ſunt praeclare facta, ſed haec maxime illuſtria. Olynthios et Byzantios [2] bello ſubegit. Samum cepit: in qua oppugnanda [3] ſuperiore [4] bello Athenienſes mille et du-

1. Timothei vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. Bizant. *Ed. Arg.* — 3. in quo oppugnando *MS. Leid.* 2. *Dan. Mendos.* — 4. ſuperiori *Ed. Iens. Med. Arg.*

1 *Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus*] Vide Berneggeri not. ad Iuſtin. 29, 1. 8. [Aeſchin. tom. I. p. 247. Reisk. Cic. de Offic. 1, 32. et de Orat. 3, 34. *Fiſch.* add. Stau. ad h. l. in edit. min. Timotheum fuiſſe diſertum, teſtatur quoque Diodor. Sic. 15, 36. Add. Wetzel. not. Res autem ab illo egregie geſtas, fortunae ab inuidis aemuliſque fuiſſe tributas, narrat Plutarch. in Sulla c. 6.]

2 *Olynthios et Byzant.*] Forſan huc quoque pertinet, quod de Olynthiorum equitatu narrat Polyaenus 3 in Timotheo commate 7. ſ. cap. 10. [De expeditione aduerſus Olynthum, vrbem Macedoniae, v. Demoſth. in orat. Olynth. 2. pag. 22. ed. Reiske, ac Schott. et Tzſchuck. not.]

*Samum cepit*] Meminit Polyaenus l. c. comm. 9 et 10. Mox Exc. Dan. et membranae Schotti: *in quo oppugnando.* quod ille dictum vult pro *quo bello.* inepte. Si recipi debet, poterit commode ad *Samum* referri, quae vox terminatione maſculina videtur eſſe: vt *Seſtus, Pontus,* et quorumdam ſententia *Lesbus, Abydus, Corinthus.* de quibus Voſſium vide 1 de analogia 12. Nil tamen mutare audeo.

centa talenta conſumſerant: [5] id ille ſine vlla publica impenſa populo reſtituit. Aduerſum Cotym [6] bella geſſit, ab eoque [7] mille et ducenta talenta praedae in publicum retulit. [8] Cyzicum

*Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patau.* [*Sed* ſuperiore *Ed. Bos. et ſeqq. Bene! Nam comparatiuorum ſextus caſus rectius in* e *terminatur. v. Bentlei. ad Horat. Serm.* 1, 9, 68. *et Gruner. ad Vellei. Paterc.* 2, 4, 3. *p.* 87.] — 5. conſumſerunt *MS. Ax. et ſtatim* hanc ille *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*ſed* id *per ſyneſin, ſc. argentum ſiue argenti pondus, bene ſe habet.*] — 6. Cothum *MS. Ax.* Cotum *MS. Dan. Ed. Iens. Med. Arg. Par.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2.] Cotyn *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.* [*Wetz. et malit Heus. qui tamen, vti reliqui, edidit* Cotym.] *v. Ducker. ad Flor.* 4, 2, 5. Cholum *MS. Voſſ.* 1. *in quo ipſo libro pro* aduerſum *erat* adverſus, *vt in Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch.* [*Wetz.*] — 7. ab eo *Ed. Par. Ald. Lamb.* — 8. retulit. *Sic etiam MS. Dan. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Bos.* 1. 2. *Keuch. Vltrai. Heus.* [*Wetz. Ith. Bipont. Brem. Schmied.*] *Sed* detulit *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Stau.* 1. 2. 3. *Patau.* [*Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *qui tamen in not.* retulit *in hoc nexu melius eſſe cenſet.*] detulit *probat Graeuius ad Cic. de Offic.* 2, 22. *Statim* Cyxicum *MS. Voſſ.* 1. Cizicum *Ed. Iens. Med. Arg.*

*Cotym*] Exc. Dan. *Cotum.* vt ſupra *Coti* 11, 3. 4.

*ab eo mille et ducenta tal. praedae in publ. retulit*] Secus hodie noſtris moribus, quibus praeda cedit ignauiſſimo cuique tribunorum aut centurionum: viliſſima quaeque, et iſtis Thraſonibus faſtidita, militari turbae relinquuntur. Quum bella non priuata auctoritate, non priuato ſumtu gerantur, cur belli fructum ad ſe priuati rapiant? Sancta ergo et merito ſuſpicienda antiquitas, quae *honeſtius bella geſſit, quam nunc amicitiae coluntur* Iuſtinus 15, 2. 9. Praedam autem ac manubias ad publicum vſum, ornatum atque ſplendorem ciuitatum converterunt priſci, atque inde ſacra atque profana monumenta exſtruxerunt. Diodorus 11 ἀπὸ δὲ τύτων γενόμενος ὁ Γέλων ἐκ μὲν τῶν λαφύρων κατεσκεύασε ναὺς ἀξιολόγυς Δήμητρος καὶ Κόρης. Frontinus de Aquaeductibus: *Poſt annos XL, quam Appia perducta eſt, anno ab vrbe condita CCCCLXXXIX M. Curius Dentatus Anionis, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in Vrbem ex manubiis de Pyrrho captis curauit, Sp. Carbilio, L. Papirio iterum coſſ.* Cicero contra Rullum: *Si eſt aequum, praedas ac manubias ſuas Imperatores non in monumenta deorum immortalium, neque in Vrbis ornamenta conferre; ſed ad Decemuiros, tanquam dominos reportare.* Haec Gebhardus. Vide de tota hac re Grotium de I. B. et P. 3, 6. 14 ſeqq. Pro *retulit* alii habent *detulit.*

3 *Cyzicum*] Diodorus Sic. 15, 81. extr.

obſidione liberauit. Ariobarzani [9] ſimul cum Ageſilao auxilio profectus eſt: a quo quum Laco pecuniam numeratam accepiſſet, ille ciues ſuos agro atque vrbibus augeri maluit, quam id ſumere, cuius partem domum ſuam ferre poſſet. [10] Itaque accepit Crithoten [11] et Seſtum.

9. Ariobarzanum *Ed. Iens. Med.* — 10. poſſent *MS. Ernſt. Leid.* 2. quisque ferre poſſet *MS. al. marg.* [*Atqui* poſſent *Tzſchuck. in not. ad ed.* 1. *probarat; ſed in not. ad ed.* 2. *tuitus eſt et recte explicuit cum Heuſing. et Harl. (quem vid.) vulgatam lect.* poſſet.] — 11. Crithoten. *Ita coniecit Gebh.* [*quem Bos. in ed.* 2. *et ſequentes ſunt ſequuti.*] *Sed* Erithonem *MS. Dan.* Chrithonem *MS. Giſ. Mendos. Leid.* 1. Critonem *MS. Voſſ.* 1. Chrythonem *MS. Leid.* 2. Erichthonem *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Mox* Sextum *MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Dan. Mendos. Giſ. Ed. Mag.* Seſtae *Ed. Ald.*

[*Ariobarzani*] Huius belli mentionem fecit Demoſth. de Rhodior. libertate p. 102. ed. Lips. v. Cellar. et Tzſchuck. ad ed. 2.]

*ferre poſſet*] Omnino legendum cenſeo *poſſent*, vt erat in Codice Ernſtiano: vel, vt erat in ora alterius ſcriptum, *quisque ferre poſſet*. Non id vult Nepos, Chabriam ſibi nil ſumere voluiſſe: (quod nec Ageſilao imputat:) ſed maluiſſe, vt Athenienſes agro et vrbibus; quas tota ciuitas poſſideret, quam pecunia, (vt per Ageſilaum Lacedaemonii,) qua inter ciues distributa, ſuam quisque partem domum asportare queat, ditarentur. [Sed lectio *poſſet* efficacior eſt ad laudem *moderatae vitae* (v. cap. 4, 2.) ad declarandam inter Timotheum atque Ageſilaum oppoſitionem, et ad carpendos, (vti videtur,) Romanorum quorumdam ducum mores.]

*Crithoten et Seſtum*] Vulgo legitur: *Erichthonem et Seſtum*. De Seſto res clara. Eſt enim vrbs ad Helleſpontum Abydo obiecta, Leandri et Herus amoribus nobilis. Sed *Erichthonem* ignorare fatetur Ortelius, coniicitque Abydi ſynonymum. Nec vllibi, quod ſciam, id nomen vrbis occurrit. Lambino quoque et Schotto aqua haeret: niſi quod ille *Erythinos* Paphlagoniae vrbem, vel *Cteſiphontem*, excogitabat. Exc. Dan. *Erithonem*. MSS. Giſ. Sch. Leid. *Crithonem*. Vnde Gebhardus emendabat *Crithotem*. quod reponere non ſum veritus. Eſt autem *Crithote* vrbs Helleſponti in Cherſoneſo Thracica, Scylaci, (ſiue quicunque illius peripli auctor eſt,) p. 68. ed. Gronou. itemque Straboni lib. 10, Marciano Heracleotae, ſeu potius Scymno Chio, in periegeſi, Plinio Nat. hiſt. 4, 11, Stephano de vrbibus, Melae 2, 2, 82. et Suidae memorata: qui poſtremus ab Athenienſibus cum Miltiade profectis inhabitatam ait.

II. Idem claſſi praefectus circumuehens [1], 1
Peloponneſum, Laconicam [2] populatus, claſſem eorum fugauit. Corcyram ſub imperium Athenienſium redegit: ſociosque idem [3] adiunxit Epirotas, Athamanas, [4] Chaonas, omnesque eas gen-

1. circunnehens *Ed. Iens. Med. Ald.* [*V. D. ad oram mei exempli ed. Lamb. manu ſcripſit:* „circumuehere *eſt* umfahren. *vid. Grammat. Argent. renouatam p.* 158. *et quae notaui ad Suet. Caes. c.* 78, 3. *c.*" *add. Stau. notam longam ad noſtrum locum in ed.* 3.] — 2. Laconitem *MS. Leid.* 2. Laconicem *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Laconicen *in forma graeca MS. Ax.* [*Ed. Long. Stau.* 3. *Tzſchuck. et ſic legere etiam vult Heuſing. in not.*] — 3. eidem *MS. Leid.* 2. [*Heuſing. non male coniecit* isdem, *pro* eisdem, *ſcil. Athenienſibus.*] — 4. Athamanas. *Sic etiam Ed. Mag. (in qua quidem vitioſe* Athamanos; *ſed e notis Magii intelligitur, eum voluiſſe edi* Athamanas,) *Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Sed* Atamanas *Ed. Ald.* Athamamas *MS. Ax.* Athamattas *MS. Dan.* Athamantias *MS. Voſſ.* 1. Athamantios *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Acharnanas *Ed. Bos.* 1. Acharmanas *eſt in Ed. Boecl. etiam Bos.* 2. *haud dubie operarum errore, quod notae Boſii ſatis declarant.* Acarnanas *Ed. Long. in quo mox eſt* Chaones, *vt in Ed. Arg. Par. et MS. Ax.*

1 *Claſſi praef.*] MS. Boecl. [Ax.] *claſſis praef.*

*circumuehens*] Lambinus mallet *circumiens.* Sed alterum tuetur Salmaſius in prolegomenis ad Solinum p. 15.

*Corcyram ſub imperium*] Sic quoque Xenophon 5. hiſt. Gr. c. 4, 64. et Aeſchines orat. adu. Cteſiph. [De altera minus felici expeditione, in qua ab imperio remotus (v. cap. 3. fin.) vix mortem euaſit, v. Diodor. 15, 47. et Xenoph. hiſt. Gr. 6, 2, 7. et Tzſchuck. ad noſtr. loc.]

*Athamanas*] Sic diſerte MSS. et edd. vett. Etiam Exc. Dan. *Athamattas* habent. Quare nolui diutius hoc nomen exſulare, immerito eiectum a Longolio ac Lambino, quod Diodorus ait, Timotheum etiam ciuitatibus Acarnaniae perſuaſiſſe, vt ſeſe ad Athenienſes adplicarent. Neque enim, ſi Acarnanas Athenienſibus adiunxit, idcirco non adiunxit vicinos illis Athamanas. Fuere enim Athamanes Acarnaniae et Epiro vicini. Plinius Nat. hiſt. 4 poſtquam cap. 1 de Epiro et Acarnania egerat: caput 2 ſic inchoat: *Aetolorum populi Athamanes, Tymphaei etc.* Athamanum regem Amynandrum ab Aetolis *ex finitimis* pacificatorem adhibitum, Liuius ait 27, 30. Idem 38, 1 *Ne in Aetolia quidem res quietae fuerant, principio a gente Athamanum orto.* Et paſſim Athamanes Aetolis iungit, tanquam vicinos. Strabo 7 p. 222 inter *gentes Epiroticas ſupra Acarnaniam et Aetoliam* ſitas recenſet. adde eundem p. 225 et lib. 9. p. 287 et 295. Periegeſis ſub Marciani nomine edita Theſſaliae vicinam facit Athamaniam: Τῇ Θετταλίᾳ δ' ἔσθ' ὅμορος ἡ Ἀθαμανία. Liuius 32,

2 tes, quae mare illud adiacent. Quo facto Lacedaemonii de diutina contentione deſtiterunt,[5] et ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt: pacemque his legibus conſtituerunt, vt Athenienſes mari duces eſſent. Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, vt tum primum arae PACI publice ſint factae,[6] eique
3 deae puluinar ſit inſtitutum. Cuius laudis vt memoria maneret, Timotheo publice ſtatuam in foro poſuerunt: qui honos huic vni ante hoc tempus[7] contigit: vt, quum patri populus ſtatuam poſuiſſet, filio quoque[8] daret. Sic iuxta poſita recens filii, veterem patris renouauit memoriam.[9]

5. deſtituerunt *Ed. Long. operarum peccato.* — 6. pacis publicae ſ. *MS. Leid.* 2. paci publicae ſ. f. *MS. Ax. Ed. Long. Mag. Keuch. Patau. Mox* puluina *MS. Leid.* 2. — 7. ante id tempus *MS. Boecl. Ax. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.* [*et tuetur explicatque* eo tempore *Schmied. in Lex. Corn. p.* 36. *vti iam reſcripſerat antea et interpretatus erat Heus. quem vid. Etiam dare voluiſſe Stau. ex eius nota ad ed.* 2. *colligitur.*] ante tempus *Ed. Ald. Statim* contigit nemini *Ed. Steph.* — 8. quodque *MS. Voſſ.* 1. — 9. memoria *Ed. Ald. Mag.*

14 *anguſtis faucibus a Theſſalia dirimi* ſcribit. Ptolemaeus 3, 14 ait, *Amphilochis*, qui inter Theſſaliam et Acarnaniam ſiti, *orientaliores eſſe Athamanas.* Haud procul igitur fuere Cephalenia inſula, ſupra Acarnaniam. Quod ſi in quibusdam MSS. codd. *τὸ Acarnanas* inueniretur, non abnuerim, ſi quis vtrumque retinendum putet. [v. Diodor. 15, 36.]

*adiacent*] MS. Dan. *adiacunt.* corrupte, vt ille cenſebat. Poſſis tamen tueri, ſi dixeris, veteres verbo *iacere* etiam in tertia coniugatione vſos, vt *ſtridere, feruere, conniuere*, et ſimilibus. de quibus Voſſius de analogia 3, 35. [conf. Stau. ad ed. 3.]

*pacemque*] De qua Demoſth. Or. de Corona. [Plura, et num Cornelio, an Plutarcho, qui in tempore diſcrepat in Cimone c. 13. maior ſit fides habenda, diſputant Tzſchuck. et Stau. ad min. ed. atque Harles.]

*vt tum primum arae Paci publice ſ. f.*] Quidam ediderunt *publicae.* De *puluinari* vid. Ind.

3 *In foro*] Veteri ſcilicet. vide Meurſii Ceramicum cap. 16 et ſupra ad 12, 1. 3. Pauſanias in Atticis prope porticum, (quae *regia* dicta, et ingredienti Ceramicum prima occurrebat ad dextram,) ſtetiſſe Cononem et Timotheum eius filium, tradit. Idem et in arce Cecropia, vtramque poſitam, ſcribit. denuo Meur-

III. Hic quum eſſet magno natu, et magiſtratus gerere deſiſſet,[1] bello Athenienſes vndique premi[2] ſunt coepti. Defecerat Samus: deſcierat[3] Hellespontus: Philippus iam tum[4] valens [Macedo][5] multa moliebatur:[6] cui oppoſitus Chares quum eſſet, non ſatis in eo praeſidii putabatur. Fit Meneſtheus[7] praetor, filius Iphicratis,[8] gener Timothei, et, vt ad bellum[9] proficiſcatur, decernitur. Huic in conſilium[10] dantur duo vſu ſapientiaque[11] praeſtantes, [quorum conſilio vteretur,][12] pater et ſocer: quod

(margin: 1 at "III. Hic quum"; 2 at "Fit Meneſtheus")

1. deſiiſſet *Ed. Long.* deſciſſet *MS. Voſſ.* 2. — 2. praemi *Ed. Arg. et in Ald. mox* cepti. — 3. deſierat *MS. Voſſ.* 2. — 4. tunc *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb. Keuch.* — 5. *Abſunt vnci in ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Wetz. Schmied. Neque Kappio voc.* Macedo *eiiciendum neque ſuſpectum videtur.*] — 6. molibatur *MS. Dan.* iam tum val. Macedo iam tum multa mol. *MS. Ax.* — 7. Meneſteus *MS. Voſſ.* 1. Mneſtheus *Ed. Vltrai. Long. Mag.* — 8. Hippocratis *MS. Voſſ.* 1. *ſed in marg. al.* Hyphicratis. — 9. et vt ad b. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *ſed* et ad b. *MS. Boecl. Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. tum* proficiſcitur *Ed. Iens. Med. Par.* — 10. in conſilio *MS. Boecl. Voſſ.* 2. [*idque non repudiandum iudicat Scheffer. in Obſſ. miſc. Belg. vol. IX. tom.* 2. *p.* 210.] — 11. ſapientiaque. *Sic MS. Dan. Boecl. Sed* et ſapientia *Edd. noſtri omnes, praeter Stau.* 1. 2. 3. [*Brem. Tzſchuck.* 1. 2.] — 12. [quor. conſ. vter.] *Abſunt vnci ab Edd. noſtris cunctis*

ſium vide cap. 3 et in Cecropia cap. 13.

1 *Macedo*] Hanc vocem Barthius adfectatione alliterationis traiectam, cenſebat. Mihi non vna cauſſa ſuſpecta eſt. Cotym, Ageſilaum, Iaſonem hac ipſa vita, et alibi alios, ſimpliciter nominat, non addito gentis nomine. Plerisque autem illis notior apud Romanos Philippus erat. Quoniam tamen in omnib. codd. legitur, ſatis habui, ſi vncis includerem. Mox cod. Dan. *molibatur.* ἀρχαϊκῶς.

*non ſatis in eo*] Erat enim imprudens, ſtolidus, ſuperbus, contumax, imperitus, et nihil prae milite quouis egregium habens. Vide Diodorus 16, 86 et ſup. 12, 3. 4.

2 *Et vt ad bellum*] Elegantius MS. Boecler. et quidam Lambino laudati: *et ad bell.* Sic ſolet Nepos

*in conſilium dant.*] MS. Boecl. *in conſilio d.* Mox alii *vſu et ſapientia.* Vt nos edidimus, erat in MSS. Dan. et Boecl.

*quorum conſilio vter.*] Lambinus falſus ταυτολογίαν videri,

in his tanta erat[13] auctoritas, vt magna ſpes eſ-
3 ſet, per eos amiſſa[14] poſſe recuperari. Hi quum Samum profecti eſſent, et eodem Chares, aduentu eorum cognito,[15] cum ſuis copiis proficiſceretur, ne quid abſente ſe geſtum videretur: accidit, quum ad inſulam appropinquarent, vt magna tempeſtas oriretur: quam euitare duo veteres imperatores vtile arbitrati, ſuam claſſem
4 ſuppreſſerunt.[16] At ille temeraria vſus ratione non ceſſit maiorum natu auctoritati: et, vt in ſua naui[17] eſſet fortuna, quo contenderat, peruenit:

*praeter Bos.* 1. 2. *Stau.* 1. 2. 3. [*Ith. Wetz. Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Bipont. Schmied. Pauſl.*] — 13. tanta eſſet *MS. Boecl.* — 14. admiſſa *MS. Ax.* — 15. adu. cognito *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag.* adu. illorum cogn. *MS. Leid.* 2. *Ed. Arg. Long.* illorum adu. cognito *MS. Ax. Dan. Mendos.* eorum adu. cogn. *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* eorum *vncis incluſit Heus.* [„*Poſſit abeſſe, ait Tzſchuck. neque tamen, vt ſimilia alia, neceſſario et iure abeſt.*“ *At, quia modo abeſt, modo alio legitur ordine, modo* illorum *ſcriptum eſt, τὸ* eorum *ſuſpectum eſſe videtur.*] — 16. repreſſerunt *MS. Mendos. paullo ante τὸ* vtile *omiſit Ed. Mag.* — 17. et vt in ſua n. *Sic etiam MS. Mendos. Bau.* 1. *Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Vltrai. Long. Steph. Gebh. Keuch. Bos.* 1. 2. [*Stau.* 1. 3. *Bipont. Pauſl. Tzſchuck. Brem.*] et vt in ſua

vult eſſe *ἐξεπήγησιν* ſeu *ἑρμηνείαν*. At Schoppius paradox. litterar. epiſtola 5 miratur, eum gloſſema tam putidum eiicere non auſum. Nolo negare, vt alios illius aeui, ſic et Nepotem ea quandoque ſcripſiſſe, quae tautologiae ſpeciem prae ſe ferunt (vide not. ad 1, 7. 1): ſed vt haec ab illius manu profecta credam, nondum a me impetrare poſſum; etiamſi cum codice Ernſtiano legas, *quorum auxilio vterentur.*

3 *Hi quum Samum*] Mox Exc. Dan. *illorum aduentu cognito.*

4 *At ille*] Meneſtheus ſcilicet. At Diodorus 16, 21. haec omnia a Charete facta ſcribit. [Niſi ea, iudice Lambino, quae ibi narrat Diodorus, alio tempore geſta ſunt. At Diod. diſſentire non videtur Bremio, qui *τὸ ille* non ad Meneſtheum, ſed ad Charetem, cuius nomen proxime anteceſſit, rectius, credo, referendum eſſe cenſet. Stauer. tamen, qui in not. ad ed. min. et 3. copioſe agit de hoc loco et de lectione *naui* contra Heuſingerum potiſſimum dimicat, *τὸ ille* ad Meneſtheum refert. Fiſcher. in not. mſpta et Harl. (cuius notam conferes,) citarunt Dorvill. ad Charit. tom. II. p. 451. qui noſtrum locum adducit, ſed, num lectio *manu* vera ſit, ſubdubitat.]

*vt in ſua naui*] Sic membranae Schotti ac Bauaricae, et

eodemque vt ſequerentur, ad Timotheum et Iphicratem [18] nuntium miſit. Hinc male re geſta, compluribus amiſſis nauibus, eodem, vnde erat profectus, ſe recepit, litterasque Athenas publice

manu *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Heus.* [*qui, quod plures erant naues, quibuscum Chares ad inſulam acceſſerat, non vna, nec fortunam* in naui eſſe, *a Latinis dici putat, tuetur* manu, *Ed. Ith. Schmied.*] et vt ſi in ſua manu *Ed. Ald. Lamb. Patau.* [*Wetz.*] et vt ſua naui *MS. et Ed. Boecl.* et in ſua manu *Ed. Iens. Med.* et tanquam in ſua manu *Ed. Par.* et vt ſi in ſua naui *Ed.* 2. *Stau.* [*Harl. Heinr.*] *quod placet. v. Dat.* 3, 2 *et* 11, 3. *Ageſ.* 4, 2 *et* 6, 1. [*et ſic legere iam maluit Scheffer. in Obſſ. miſc. Belg. vol. IX. tom. II. p.* 210. *Heinr: haud male ſuſpicatus,* vt ſi in naui eſſet ſua fortuna, *eo putat maiorem ſententiae venuſtatem eſſe acceſſuram; Tzſchuck. ad ed.* 2. *τὸ* ſi *lubens amplecteretur, ſi in vett. libris adeſſet; ſed recte defendit* naui.] — 18. Hippocratem *(vt ſect.* 2.) *et mox* Hippocrate *MS. Voſſ.* 1. *ſed ſupra notatum erat* Hiphicratem, *et dein* Hiphicrate.

edd. Vltrai. Lugdun. ac Germanicae vett. Eoque Schottus refert Caeſaris illius ad nautam: *Caeſarem fers et fortunam eius;* quodque in proris nauium Fortuna collocata: tum, quod Vlpianus in Olynth. 2 Demoſthenis ait, Timotheum vsque eo fortunatum fuiſſe, vt dormiens pingeretur reti vrbes captans; addita muliere FORTVNAE titulo. Quae omnia, ait, vulgatam magis lectionem tueri. Piccartus quoque Pericul. Critic. c. 10 cenſet, ita ſuadere antecedentia et ſequentia, idque locum inſpecturo euidenter adpariturum. At Gebhardus negat, quae Schottus adtulit, ſcrupulum ſibi eximere, quod videat, ea omnia non magis referri poſſe ad Timotheum, quam ad Iphicratem aut Meneſthea. *Si habuit,* inquit, *fortunam in nauis prora, cur opinaretur ſe habere? Siquidem opinio rebus certis et in ſenſus incurrentibus non bene adplicatur: ſed notitia, ſed ſcientia. Deinde quare impingatur Timotheo, quod temerarie Chares deliquit? Ille vt vetus et talium caſuum prouidus cum Iphicrate claſſem cohibuit, ne fieret obnoxia tempeſtati ac discrimini maris: at hic temeraria ratione progreſſus eſt, quaſi euentum ac ſucceſſum haberet in poteſtate; quaſi fortunae imperare poſſet, vt pro arbitrio ipſius conata ſecundaret.* Haec ille. MSS. Dan. et alii, ac edd. Ven. et Florent. habebant, *vt in ſua manu.* Vnde Lambinus et alii: *vt ſi in ſua manu:* cuius ſenſum vide in Ind. v. *fortuna.* Eruditiſſ. Schefferus mallet: *et vt ſi ſuae naui:* perinde ac ſi ſua nauis haberet fortunam. Quodcunque eligas, ſenſus commodus erit: ſed magis placet *τὸ naui.* Quae Gebhardus obiicit, tanti non ſunt, vt ab ea ſententia me demouere queant.

*eodem vnde*] MS. Boecl. *eo vnde.* Mox Dan. [et Voſſ. 1.] *ſe recipit.*

miſit, ſibi procliue fuiſſe Samum capere, niſi a Timotheo et Iphicrate deſertus eſſet. *Ob[19] eam rem in crimen vocabantur. Populus acer, ſuſpicax, mobilis, aduerſarius, inuidus etiam potentiae, domum reuocat: accuſantur proditionis.[20] Hoc iudicio damnatur Timotheus, liſque eius

19. *Ob. *Aſteriſcus abeſt ab Edd. noſtris omnibus.* [*Sed eſt in Bos.* 2. *Stau.* 1.] *In MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 1. *Leid.* 1. 2. *legitur locus ſic:* populus acer, ſuſpicax, ob eamque rem mobilis, aduerſar. inu. [*Scheffer. quem vid. in Obſſ. l. c. pag.* 211. τὸ inuidus *omittit*] et iam pot. in crimen vocabantur domum reu. *Sed a MS. Voſſ.* 2. *aberant verba:* ob eam rem in crimen vocabantur. *Heuſinger. inde illa verba incluſit vncis.* [*ſed diſſentit ab eo Stauer. ad ed. min. At Bremi quoque illa verba, cenſet, ab alio fuiſſe interpretationis loco adſcripta.*] *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* populus acer, ſuſpicax, ob eamque rem mobilis, aduerſarius, inuidus etiam potentiae: in crimen vocabatur. [*Ed. Arg.* vocabantur.] Domum reuocat; accuſantur [accuſatur *Ed. Par. Ald.*] proditionis. *In MS. Mendos. erat* in crimen vocabant. *Ed. Long.* ob eam rem in cr. vocabantur. Nam pop. ac. ſuſp. mob. adu. inu. etiam pot. confeſtim eos domum reu. — 20. prodictionis *MS. Voſſ.* 1.

5 *Ob eam rem etc.*] Ita editio Baſil. et cum Lambino recentiores plerique ediderunt. Longolius paullo aliter: *ob eam rem in cr. voc. Nam pop. ac. ſuſp. mob. adu. inu. etiam pot. confeſtim eos domum reuocat.* MSS. Burgenſis, Dan. Leid. Boecl. et edd. aliquot vett. hunc locum ita exhibent: *Populus acer, ſuſpicax, ob eamque rem mobilis, aduerſ. inu. et pot. in crimen vocabantur,* (editi *vocabatur*) *domum reu. acc. pr.* corrupte, iudice Boeclero, ſed vnde fors non incommoda lectio prodire poſſit. Magius tentabat: *populus etc. ad crimen vocabatur,* h. e. ad obtrectationem vel accuſationem inuitabatur ac excitabatur. *Crimen* pro criminatione, vt apud Ciceronem pro Coelio: *quod omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictisque celebratum.* adde 15, 7. 3. In Burgenſi tamen codice ait fuiſſe *in crimen vocabant.* Schottus et Sauaro, quod miror, heic plane ſilent. Lambinus cum Cl. Puteano, retento ordine MSS. codicum, vnaque vocula addita, legit: *aduerſarius, inuidus etiam potentiae, quae in crimen vocabatur, dom. reu.* Schefferus ſcribendum cenſet: *Pop. ac. ſuſp. ob eamque rem mobilis, aduerſarius etiam potentiae. In crimen vocabantur, domum reuocati accuſantur proditionis.* Senſu, vt ait, aperto. Olim tentabam: *inuidus (etiam potentia in crimen vocabatur) domum reu.* Sed, vt ingenue fatear, mihi, veteri formula, Non liquet.

aeſtimatur [21] centum talentis. Ille odio ingratae
ciuitatis coactus, Chalcidem [22] ſe contulit.
IV. Huius poſt mortem quum populum iu- 1
dicii ſui poeniteret, [1] multae nouem partes [2] de-
traxit, et decem talenta Cononem filium eius [3]
ad muri quamdam partem reficiendam iuſſit dare.
In quo fortunae varietas eſt animaduerſa. Nam
quos auus Conon muros ex hoſtium praeda pa-
triae reſtituerat, eosdem nepos, cum ſumma
ignominia familiae, ex ſua re familiari reficere
coactus eſt. Timothei autem moderatae ſapien- 2
tisque vitae quum pleraque poſſimus [4] proferre
teſtimonia, vno erimus contenti; quod ex eo

21. exiſtimatur *MS. Voſſ.* 2. — 22. Chalciden *Ed. Long.* [*hodie Negroponte.*] Chachidem *MS. Voſſ.* 1.
1. cum pop. iud. ſui poen. *Sic MS. Mendos. Dan.* [*Ed. Bos. et ſqq.*] *Sed* cum populum ſui iudicii poenitebat *MS. Leid.* 1. populus, quum eum iud. ſui p. *Ed. Lamb. Pat.* cum populus iudicii ſui p. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 2. partis *Ed. Iens. Med Gebh.* — 3. eius filium *Ed. Lamb.* — 4. cum pleraque poſſimus. *Ita etiam MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ed. Lamb.* [*Bos.* 2. *Stau. Harl. Brem. Heinr. Tzſchuck. Schmied.*] *Sed* cum complura poſſumus *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Boecl. Keuch. Bos.* 1. cum pleraque poſſumus *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Patau.* cum plura poſſimus *MS. Ax. Ed. Heus.* [*Ith. Wetz., qui vulgatum ineptum eſſe pronuntiat, nec damnat τὸ* plura *Tzſchuck. ad vtramque edit. ratus, id apte ſpectare τὸ* vno.] *Male! Nam* plerique *ſunt ſaepe* multi. *v. Rucker. tom.* 1. *Diſſ. Belgic. p.* 309. [*add. Stau. ad ed. min.*]

[*centum tal.*] quae, ſi talentum aequat 1280 thal. efficiunt, notante Tzſchuckio, ſummam 128,000 thalerorum; at, ſecundum Wetzel, 135,000 thal. ſecundum Eiſenſchmidt de ponderibus et menſuris, p. 208. 100 tal. valent 60,000 ſcutatos, philippeos, ducatones. De Conone v. Fr. A. Wolf ad Demoſth. orat. adu. Leptinem p. 286 ſq.]

1 *Cum populum iudicii ſui poeniteret*] Sic MSS. Burgenſis, Dan. et Leid. niſi quod hic poſtremus *poenitebat* praefert. Lamb. et alii: *Hui. poſt mort. populus cum eum iud. ſ. poeniteret.*

2 *Cum pleraque poſſimus*] Non video, cur mutari debeat vox *pleraque*; quae non modo in vett. edd. ſed etiam in Excerptis Dan. legitur. quanquam nec alteram lectionem improbo, *complura poſſumus*, vel, vt alii, *cum plura poſſimus.* Mox MS. Boecl. *qui ex eo.* Vnde is coniicit legendum, *quia ex eo.*

facile coniici poterit, quam carus [5] ſuis fuerit. Quum Athenis adoleſcentulus cauſſam diceret, non ſolum amici priuatique hoſpites ad eum defendendum conuenerunt; ſed etiam in eis Iaſon tyrannus, [6] qui illo tempore fuit omnium
3 potentiſſimus. Hic quum in patria ſine ſatellitibus ſe tutum non arbitraretur, Athenas ſine vllo praeſidio venit: [7] tantique hoſpitem fecit, vt mallet ſe capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deeſſe. Hunc aduerſus tamen Timotheus poſtea populi iuſſu bellum geſſit: patriaeque [8] ſanctiora iura, quam hoſpi-
4 tii, eſſe duxit. Haec extrema fuit aetas imperatorum Athenienſium, Iphicratis, Chabriae, Timothei: neque poſt illorum obitum quisquam dux in illa vrbe fuit dignus memoria.

5. carus *Ed. Iens. Med.* [*Heus. et recentt. recte.* charus *in multis edd. etiam Stau.*] — 6. Iaſon tyran. Theſſaliae *MS. Dan. Leid.* 1. Laſon tyr. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* Iaſon tyr. Theſſalorum *Ed. Long.* [*Atque Stau. ad ed. min. addendum putat* Theſſaliae *vel* Theſſalorum, *vt ab aliis diſtinguatur, et de eo fuſius disſerit.*] — 7. venit. *Aberat a MS. Voſſ.* 2. — 8. patriae *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* patriae enim *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.*

*Iaſon tyrannus*] MSS. Dan. et Leid. addunt *Theſſaliae.* alii *Theſſalorum.* Fuit autem Pherarum in Theſſalia tyrannus, memoratus Diodoro 15, 57. et 16, 60. Iſocrati or. ad Philippum, [Demoſth. or. in Timotheum p. 1187. ed. Lips.] Polyaeno 6, Valerio Max. 1, 8 ext. 6 et 9, 10 ext. 2, Plutarcho in apophth. et praecept. pol. Aeliano in Tacticis, inprimis Xenophonti h. Gr. 6, 2, 7.

3 *Patriaeque ſanctiora iura quam hoſpitii*] V. varr. lectt. [Ita Popillius in Iuſtino 34, 3. 2. Bernegger. in nota mst. ad meum ed. Lamb. exemplar.]

4 *Haec extrema fuit aetas*] Sic fere Diodorus quoque 15, 7. 8 [16, 85 ſq.] et Iuſtinus 6, 9. [Aeſchin. tom. I. p. 635. *Fiſch.*]

# XIV. DATAMES[1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Inter barbarorum duces facile clariſſimus. Bello contra Caduſios meretur partem Ciliciae. II. Thyum dynaſten Paphlagoniae viuum capit. III. Captum ad regem adducit. Copiis ad bellum Aegyptium praeficitur. IV. Reuocatur. Aſpim Cappadocem capit. V. Aulicorum inſidias edoctus, Cappadociam ſibi et Paphlagoniam occupat. VI. In bello aduerſus Piſidas amittit filium. Proditores et hoſtes Piſidas ſuperat. VII. A filio natu maximo proditur. VIII. Ducem Perſarum, contra ſe miſſum, vincit. IX. Regis inſidias callide declinat. X. Mithridatis dolo capitur. XI. In colloquio per fraudem occiditur.*]

Venio nunc ad fortiſſimum virum, maximique 1
conſilii, omnium barbarorum: exceptis duobus Karthaginienſibus,[2] Hamilcare, et Hannibale.[3] de quo hoc plura referemus:[4] quod et obſcurio- 2



1. Datamis vita *Ed. Ieus. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. Carthaginenſibus *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch Boecl. Bos.* 1. [Carthaginienſibus *Ed. Heus. et al v. ſupra ad X,* 1, 5.] — 3. Amilcare et Anybale *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Etiam in Ed. Lamb. eſt* Annibale. *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* Hamilchare. [*De ſcriptura voc.* Hannibal *v. Cellarii Orthograph. lat. p.* 245. *ibique Harl. et Arntzen. ad Aurel. Victor. de viris ill. cap. XIV. p.* 103. *et infra Bos. ad* 23, 1.] — 4. de hoc plura feremus *MS. Dan.* de quo hoc plura feremus *MS. Voſſ.* 1. de quo haec plura ferremus

Meminit Datamis et Aeneas in commentar. poliorcetico cap. 40.

*Datames*] Vir infinitae lectionis C. Barthius Aduerſ. 52, 14. hanc vnam ex omnibus excellentium impp. vitis a manu Nepotis, ceteras ab alio in epitomen contractas, idque ex ſtili diuerſitate manifeſtum eſſe, cenſet. Sed hoc Gebhardus et alii ſtrenue negant. Vide teſtimonia et iudicia noſtrae editioni praemiſſa.

1 *Venio nunc*] Hanc totam transitionem vett. membranae

ra [5] ſunt eius geſta pleraque, [6] et ea, quae proſpere ei ceſſerunt, non magnitudine copiarum, ſed conſilii, quo tum omnes [7] ſuperabat, acciderunt. quorum niſi ratio explicata fuerit, res ap-
3 parere non poterunt. DATAMES patre [8] Camiſſare, natione Care, [9] matre Scythiſſa natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem, eorum, qui regiam tuebantur. [10] Pater eius Ca-

*MS. Ax.* de hoc plura referemus *Ed. Long.* — 5. quod obſc. *MS. Ax.* — 6. pluraque *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 7. tum omnes. *Sic MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Long. Boecl.* [*Bos.* 1. 2. *Wetz. Schmied. Panſl.* tunc *Ed. Tzſch.* 2.] *Sed* quo tamen omnes *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Mag.* quo tantum non (*h. e. fere, propemodum*) omnes *Ed. Lamb. ex coniectura Teuenini, Steph. Gebh. Keuch. Stau.* 1. 2. 3. *Heus. Patau.* [*Ith. Harl. Brem. Bipont. Heinr.*] *Tuetur Gronou. et multis illuſtrat exemplis Drakenb. ad Liu. IV,* 2, 12. — 8. *Ab his verbis incipit vita Datamis in MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ax. Mendos. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Superiora leguntur adnexa vitae Timothei. Lambin. primus huc videtur transtuliſſe.* [*Atque Tzſchuckio bene videtur Nepos praefationis loco haec adpoſuiſſe.*] Dathames *MS. Leid.* 2. *et* Camiſare *MS. Dan. vbique, Voſſ.* 1. Chamiſſare *MS. Leid.* 2. *Ed. Arg. Par.* Chamiſare *MS. Voſſ.* 2. — 9. Chare *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. et* nactione *MS. Voſſ.* 2. *tum* Scytiſſa *MS. Voſſ.* 1. *dein* Artoxerxem *Ed. Par.* — 10. turbantur *MS. Voſſ.* 1. —

Timotheo adnectunt, omnesque adeo edd. extra Lambinianam; idque, ſi Schottum ſequimur, rectius, Tranquilli more aliorumque, et ipſius adeo Nepotis, qui a patria parentibusque vitam cuiusque auſpicatur. Gebhardus inde incipit: *De quo hoc plura referemus.* Ceteri vero hinc: *Datames patre Camiſſare etc.* quod nobis rectius videtur. Locus 21, 3. 5. plane diſſimilis eſt, neque cum praeſenti comparandus. Eſt autem in hac vita textus paſſim e MS. codice Cl. Boecleri emendatus: quod ſemel monuiſſe ſuffecerit.

2 *Quo tum omnes ſ.*] Sic Cod. Boecl. Ceteri MSS. et editi, *quo tamen o. ſ.* Vnde Clem. Teueninus fecit, *quo tantum non omnes ſ.* quem reliqui fere ſequuti ſunt: niſi quod Barthius l. c. mallet, *quo tandem o. ſ.* reprehenſus idcirco a Reineſio τῷ πάνυ epiſtola 67 ad Rupertum, p. 589. Vidi, qui *tantum* legeret, atque exponeret *maximopere, adeo, in tantum.* Sed praeſtat lectionem Codicis Boecler. retinere, vt *tum* ſit, ea aetate. id quum ita exaratum eſſet *tū*, librarii mutarunt in *tn̄*: atque hinc vulgatum *tamen* natum eſt.

*ratio*] V. Ind. *ratio geſtorum.*

miſſares, quod et [11] manu fortis et bello ſtrenuus, et regi multis locis fidelis erat repertus, habuit prouinciam, partem Ciliciae [12] iuxta Cappado-
ciam, quam incolunt [13] Leucoſyri. Datames mi- 4
litare munus fungens primum, qualis eſſet, aperuit [14] in bello, quod rex aduerſus Caduſios [15] geſſit. Namque hic, multis millibus regiorum

11. quia et *MS. Voſſ.* 1. quot et *Ed. Ald.* — 12. prou. part. Cil. *Sic MS. Dan. (in quo tamen erat* Cilitiae,) *Mendos. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Thott.*] *Sed* prouinciam Ciliciae *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau.* [*Heuſing. coniecit vel* habuit prouinciam Ciliciae iuxta ac Cappadociae, *vel, ſi voc.* partem *retinere malimus*, Ciliciae partem iuxta ac Cappadociam. *Sed Tzſch. ad ed.* 2. *recte tuetur vulgatam lect. propter Leucoſyros, Syrorum reliquias in ea Cappadociae parte etc. add. Harl. et Schlegel. diſſ. cit. p.* 84. *ſq. de lato voc. Syrorum ſignificatu et de Leucoſyris.*] — 13. colunt *MS. Ax.* — 14. aperuit. *Sic MS. Dan. Mendos. Ed. Vltrai.* [*Bos. Harl. Wetz. Tzſchuck.* 1. 2.] *Sed* apparuit *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Heus. Patau.* [*Ith. Bipont. Schmied. Pauſl.*] *Statim* in bello *etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Dan.* [*Ed. Long. Lamb. Bos. et rell.*] *Sed* bello *Ed. Steph. Gebh. Keuch.* — 15. Gaduſios *MS. Voſſ.* 1. *Dan. Ed. Iens.*

3 *Camiſſare*] MS. Dan. vbique *Camiſarem* ſcribit. [conf. Stau. ad ed. 5.]

*hab. prouinciam partem Ciliciae*] Sic MSS. Dan. ac Schotti, probantibus recentioribus pleriſque: quum vox *partem* alias abſit. Et ſane ſi totam Ciliciam rexit, neque opus erat ſitum ac nomen populi addere; et Nepos dixiſſet potius *hab. prouinciam Ciliciam.* Diodorus tamen lib. 15, 91. totam Cappadociam ei videtur tribuere. Nam eius praefectum Datamem facit: is vero *paternam prouinciam*, vt Noſter mox ait, accepit. Niſi forte Cappadociae praefectura poſtea Datami addita eſt.

4 *Aperuit*] Sic reſcripſi, ſequutus codices Dan. ac Sch. et editionem Vltrai. ac iudicium Schotti, Gebhardi et Buchneri. Eſt autem idem ac clare demonſtrauit, patefecit. [Atque Stau. ad ed. 3. defendit τὸ *aperuit* contra Heuſing. laudatque Ruhnken. ad Rutil. Lupum lib. 1. ſect. 18. p. 62.] Vulgo erat *apparuit.*

*quod rex adu. Caduſios*] Vid. Plutarchus Artaxerxe.

*multis millib. regior. interfectis*] Longolius multa heic addidit. Edidit enim: *multis milibus hoſtium, regiorum quoque non paucis, interfectis.* quod etiam Ernſtio placebat. Lambinus autem: *mult. mill. hoſtium et regiorum.* Vt nos edidimus, legitur in MSS. Boecl. Leid. et duobus Bauaricis, Schoppio Veriſimil. 3, 12. laudatis. A MS. Dan. etiam τὸ *regiorum* aberat; idque probat Gebh.

interfectis, magni fuit eius opera. [16] Quo factum eſt, vt, [17] quum in eo bello cecidiſſet Camiſſares, paterna ei traderetur prouincia.

1 II. Pari ſe virtute poſtea praebuit, quum Autophradates [1] iuſſu regis bello perſequeretur [2] eos, qui defecerant. Namque eius opera [3] hoſtes, quum caſtra iam intraſſent, profligati ſunt, exercitusque reliquus conſeruatus regis eſt: [4] qua ex
2 re maioribus rebus praeeſſe coepit. [5] Erat eo tempore Thyus [6] dynaſtes Paphlagoniae, antiquo

*Med. Arg.* Canduſios *MS. Voſſ.* 2. — 16. Namque hic — opera. *Sic MS. Leid.* 1. *Bau.* 1. 2. *Boecl. Ax. Voſſ.* 2. (*in quo tamen ſcriptum erat* milibus.) [*Ed. Bos. Heus. et ſeqq.*] *De lect Ed. Long. et Lamb. v. Bos. not.* n. h. multis millibus interfectis — opera *MS. Dan. Ed. Gebh. Keuch. Patau.* n. h. multis militibus regiorum interfectis — opera *MS. Leid* 2. multis militibus interfectis *MS. Voſſ.* 1. — 17. vt *aberat a MS. Leid.* 1. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.*

1. Autophradates. *Sic etiam Ed. Ald. et MS. Frontini Mag. v. Keuchen. ad Frontini Strategem p.* 24. [*ſ. ad Libr. I. cap.* 4 *ex.* 5. *vbi quoque conſules not. Oudendorp. p.* 53.] *Sed* Autophrodates *MS. Mendos. Dan.* Androphrodates *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long* [*Mag. quoque citauit Fiſcher. in mst. nota.*] Antiophyodates *MS. Leid.* 2. — 2. proſequeretur *Ed. Med. Arg. Long. Mag.* — 3. huius opera *MS. Dan. Ax. Ed. Heus* [*Heinr. Schmied. Sed* huius *referendum eſſet ad Autophradatem; quare* eius, *ſcil. Datamis, h. l. praeſtat.*] — 4. conſeru. regis eſt. *Sic quoque MS. Dan. Ax. Sed* conſ. eſt regis *MS. Leid.* 1. τὸ regis *abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patau.* — 5. coeperat *Ed. Lamb.* — 6. Thyus. *Sic MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Sed* Thuys *MS. Dan. et ſic ſ.* 3. Thuis *MS. Ax.* Thyius *MS. Voſſ.* 1. *Statim* dinaſtes *MS.*

Nam ſi non pauci regiorum militum, inquit, caeſi ſunt, Cadmaea fuit victoria, et vane Datamis opera iactatur. Sed potuit etiam in pugna minus proſpera, vim hoſtium diutius ſuſtinendo, aut in vlciſcenda ſuorum caede, magni eius opera eſſe.

1 *Eius opera*] Propius ad genium Nepotis MS. Dan. *huius opera.* ſc. Datamis.

*conſeruatus regis eſt*] Sic quoque Exc. Dan. Similiter MS. Leid. *conſ. eſt regis.* Vnde Gebhardus coniiciebat leg. *conſ. regi eſt.* Mihi τὸ *regis* gloſſema videtur. Mox alii, *praeeſſe coeperat.*

2 *Thyus dynaſtes Paphlagoniae*] In MS. Dan. vbique *Thuys* ſcribitur. Lambinus mallet *Thys* vel *Thus.* Θῦς enim a Graecis dicitur. Meminit eius

genere natus[7] a Pylaemene[8] illo, quem Homerus Troico bello a Patroclo[9] interfectum ait. Is regi[10] dicto audiens non erat. Quam ob cauſ- 3
ſam[11] bello eum perſequi conſtituit, eique rei praefecit Datamem,[12] propinquum Paphlagonis: namque ex fratre et ſorore erant nati. Quam ob cauſſam Datames omnia[13] primum experiri voluit, vt ſine armis propinquum ad officium redu-

*Voſſ.* 1. — 7. ortus *MS. Dan. Gif. Ed. Stau.* 2. [*Atque ſic h. l. ſcribere iuſſit Oudend. ad Caes. de B. G.* 7, 77, 2. *Sed* ortus *gloſſam ſapit, et Stau. in ed.* 3. *tacite reſtituit* natus.] — 8. Philemone *MS. Dan.* Philimene *Ed. Iens. Med.* Philomene *Ed. Par. Arg. Long.* — 9. et Patr. *Ed. Iens. Med.* — 10. regi. *Sic MS. Dan. Ed. Vltrai.* [*Bos. et ſeqq. Recte. v. Drakenb. ad Liu,* 29, 20.] *Sed* regis *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Pat.* — 11. quam ob cauſſam. *Aberant a MS. Leid.* 2. — 12. Datamen *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. vbique.* [*Ith. Tzſchuck. Harl.*] — 13. omnia. *Aberat a MS. Leid.* 1. *Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Vncis id incluſit Heuſing.* [*qui etiam alias* prius, *non* primum *dicendum fuiſſe exiſtimat.*

Athenaeus 4, 10 et 10, 3. De *dynaſtae* vocabulo v. Ind. [Ibi nempe inter alia Boecl. „Athenaeus, inquit, *regem Paphlagoniae* vocat eum, ſicut ipſe Cornel. c. 3, 4. *nobilem regem*. Ita (n. dynaſtae) vocari poſſunt et ſolent reguli, toparchae etc. vt mox patebit. Ita ſcriptura cuiuslibet ciuitatis dominum *regem* vocat. Strabo Perſidis, Mediae, Aſſyriae, Parthiae toparchas *dynaſtas* adpellauit. Quos *reges* etiam dici potuiſſe, probatur exemplo reguli Adiabenae, quem Strabo in 16. vocat ſimpliciter ἄρχοντα, *principem;* Ioſephus vero *regem*. — Infra in Ageſilao, c. 7, 3. diſerte *reges*, *dynaſtae*, *ciuitates* diſtinguuntur, vt *dynaſtae* non intelligantur *magiſtratus ciuitatis;* ſed reguli, et certi loci tractusque domini. Tales ferme hodie comites, barones, ceteri. Gradus Cicero Philipp. 11, 12. ita exprimit: *reges, tetrarchas, dynaſtas*. Ceterum *Paphlagonum dynaſten* cum Cappadociae ſatrape, exarcho Longobardorum, Cretenſium coſmis cet. comparat Alexand. genial. dier. 4, 23. quem vide.“ Hactenus Boecl. add. Tzſchuck. not. Poſtea Nepos peccauit in hiſtoriam. Nam Pylaemenes, Paphlagonum dux, bello Troiano, (Homer. Il. 2, 811.) non a Patroclo, ſed a Menelao interfectus eſt ap. Homerum Iliad. 5, 576 ſqq. Conf. Stau. ad ed. 2 et 3. et Schlegel. diſp. cit. p. 69. ſq.] Mox in MS. Gif. et Exc. Dan. erat *antiquo genere ortus*. non male.

3 *Regi*] Sic diſerte MS. Dan. et ed. Vltrai. Eodem modo et alibi Noſter locutus. Alii *regis*.

*omnia primum experiri vol.*] Adde 1, 7. 2. et ibi notas. A

ceret. Ad quem quum veniſſet ſine praeſidio, quod ab amico nullas vereretur [14] inſidias, paene interiit. Nam Thyus eum clam interficere vo-
4 luit. Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis. ea, quid ageretur, reſciit, filiumque monuit.
5 Ille fuga periculum euitauit, bellumque indixit Thyo: [15] in quo quum ab [16] Ariobarzane, praefecto Lydiae et Ioniae totiusque Phrygiae, deſertus [17] eſſet: nihilo ſegnius [18] perſeuerauit, viuumque [19] Thyum cepit cum vxore et liberis.

1 III. Cuius facti ne prius fama ad regem, quam ipſe, perueniret, dedit operam. Itaque omnibus inſciis, eo, vbi erat rex, venit: poſteroque die Thyum, hominem maximi corporis, terribilique facie, quod et niger et [1] capillo longo, barbaque erat promiſſa, [2] optima veſte

*Sed bene diſſentit Tzſchuck. add. Stau. ad ed.* 3.] — 14. reuerereretur *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 15. Thuyni *MS. Dan.* Thumi *MS. Voſſ.* 1. *ſed in margine* al. Thio. *MS. Voſſ.* 2. Thiu. *MS. Ax.* Thui. — 16. cum Ariob. *ſine* ab *MS. Leid.* 1. *Mendos. Ed. Iens. Med. Arg.* — 17. totiusque Phrygiae deiectus eſſet deſertus *MS. Voſſ.* 2. — 18. ſegnius. *Sic quoque MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 1. — 19. diuumque *Ed. Haqu. vitioſe. Statim* Thuym *MS. Dan.* Thuim *MS. Ax. Mox in Ed. Arg. et Long. eſt* coepit.

1 niger, cap. *Ed. Lamb.* — 2. promiſſa. *Ita etiam MS. Giſ. Dan. Ed. Vltrai. Gebh.* [*Bos.* 2. *Stau. et ſeqq.*] *Sed* MS. Boecl. et Leid. *omnia* aberat. Fortaſſe non male.

*quod ab amico nullas vereretur inſidias*]. Vide ſummis viris Forſtnero et Boeclero annotata ad Taciti 1, 10. 4.

4 *Filiumque*] Longolius addit, *vt ſibi a Thyo caueret.* quod gloſſema cenſeo.

5 *Bellumque indixit Thyo*] In MS. Dan. fuit *Thuyni*. Mox MS. Schotti aberat *ab*. Vnde is ſuſpicabatur, Graeco more dixiſſe: *cum Ariobarzani praeſ. Lyd. deſertus eſſet.* Mihi durius videtur,

*nihilo ſegnius perſeuerauit*] *Secius* cum heic, tum apud Ouidium Metam. 2, 807. Virgil. Aen. 7. Silium 7 et 10. Columellam 3, 4; vbi pariter *ſegnius* legitur; ſcribendum eſſe, etiam nobiliſſ. Heinſius cenſet in notis ad Ouidii locum iam laudatum, [et Heuſing. ſed *ſegnius* h. l. ſtudium operamque melius declarat.]

1 *Ne prius fama*] Vide notas Ernſtii h. l.

*barbaque promiſſa*] Feſtus: *Promiſſus capillus dicitur longus. item barba promiſſa, vel-*

texit, [3] quam ſatrapae regii gerere conſueuerant; ornauitque [4] etiam torque, et armillis [5] aureis, ceteroque regio cultu: ipſe agreſti duplici [6] amiculo 2
circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clauam, ſiniſtra copulam, qua [7] vinctum ante ſe Thyum agebat, vt ſi feram beſtiam captam duceret. Quem quum 3
omnes proſpicerent [8] propter nouitatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus eſ-

prolixa, [*quae gloſſa eſſe videtur,*] *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* proliſa *MS. Voſſ.* 2. *Eadem permutatio horum vocabulorum eſt ap. Iuſtin.* 4, 4. 1. — 3. texit. *Sic quoque MS. Giſan. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Boecl.* [*Bos. et ſeqq. recentt.*] *Sed a MS. Dan. aberat. In MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch.* contexit. *Mox* ſatrape *Ed. Mag. dein* conſuerant *MS. Dan.* — 4. ornauit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh.* [*Wetz.*] *ſed* ornauitque *etiam MS. Voſſ.* 2. — 5. et armilis *MS. Voſſ.* 1. atque armillis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Mox* caeteraque *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 6. duplici. *Sic etiam MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ax.* [*Ed. Bos. et ſeqq. recte!*] *Sed* duplicique *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Patau. Statim* amiculo *Ed. Iens.* anniculo *Ed. Med.* — 7. qua. *Abeſt ab Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau. Statim* victum *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Mendos. Ed. Med. Arg. Ald. Long.* — 8. proſpicerent. *Sic et Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb.*

*vt porro miſſa.* Caeſar B. Gall. 5, 14. de Britannis: *capilloque ſunt promiſſo.* Non repugnabo tamen, ſi quis malit cum Giſanio Ind. Lucret. v. *prolixus*, et plerisque ſcriptis ac editis libris *τὸ prolixa* retinere: quum et Virgilius ita loquutus fuerit.

*texit*] Sic et Giſ. cod. Alii *contexit.* MS. Dan. vtrumque aberat. In eodem mox erat *conſuerant.*

2 *Agreſti duplici amiculo*] V. Ind. v. *amiculum.* [Ibi notatur, *amiculum agreſte duplex* eſſe indumentum humilium, et Ferrar. de re veſtiar. part. 2. libr. 1, 9 et 10. putare, *duplex veſtimentum* dictum, quod denſum craſſumque ac duplici filo contextum et villoſum eſſet, vel quod duplici panno confertum: Graecis χλαῖνα διπλῆ. De *amiculo* idem Ferrar. part. 1. libr. 3, 19. Eſt autem pallium, veſtis exterior.]

3 *Proſpicerent*] MS. Boecler. et qu. edd. *aſpicerent.* Dan. *conſpicerent.* haud dubie ignoratione elegantiſſimi loquendi modi. *Proſpicere aliquem*, vel *aliquid*, eſt deſuper, vel e longinquo, vel cum cura inſpicere. Petronius: *ſummo de vertice*

ſet concurſus: fuit non nemo, qui agnoſceret
4 Thyum, regique nuntiaret. [9] Primo non accredidit. [10] Itaque Pharnabazum miſit exploratum: [11] a quo vt rem geſtam comperit, ſtatim admitti iuſſit, magnopere delectatus [12] cum facto, tum

*Steph. Bos.* 2. *Gebh.* [*Tzſchuck. Stau. Harl. Wetz.*] *Sed* conſpicerent *MS. Dan.* aſpicerent *MS. et Ed. Boecl. MS. Ax. Ed. Arg. Long. Keuch. Bos.* 1. quem omnes quum adſpicerent *Ed. Heus.* [*Ith. Bip. Schmied. Heinr. At* proſpicere *interpretor cum Tzſchuckio, nec Boſius multum abeſt ab illa interpretatione, cum cura inſpicere, verſus aliquem ſpectare, oculis ad aliquem ſpectare. Hinc fieri potuit* concurſus; *nec τὸ* omnes, *quod quidem tunc ſuſpectum videbatur Stauer. de vſu τȣ̃* proſpicere *late disputanti, dubium erit aut incommodum.*] — 9. non nemo — nuntiaret. *Sic MSS. Bau. Dan. Ax. Boecl. Voſſ.* 2. *Ed. Vltrai.* [*Bos. et ſeqq. recte!*] *Sed* nemo non qui agn. Thyum regique nunt. *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Long. Keuch. Patau.* nemo, qui agn. Th. r. n. *Ed. Par. Ald. Lamb. Sau. Steph.* nemo non qui agn. Th. regi nunt. *Ed. Iens. Med. et pro* regique *in Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph.* qui non regi *legitur.* — 10. pr. non accredidit. *Sic MSS. Bau.* 1. *Ax. Dan. Ed. Iens. Med. Arg.* [*Bos. Stau. et recc.*] *Sed* ac primo non accred. *MS. Bau.* 2. *Ernſt. Mendos. Etiam in MS. Sau. Giſ. Put. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *erat* accredidit. *Sed* ac primo non credidit *Ed. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.* — 11. exploratum miſit *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 12. delectatus eſt *MS.*

*montis Heſperiae campos late proſpexit.* Parili modo *proſpicere fluctus* Lucanus dixit: *vela, mare, freta,* Ouidius, vt obſeruatum nobiliſſimo Heinſio ad illud Claudiani lib. 2. in pr. Conſul. Stilic. v. 253. *ne littore toto proſpicerem dubiis venturum Saxona ventis.* Idem Claudianus de VI. Conſ. Honorii v. 179. *Hoc deus effulgens habitu proſpexit* (Heinſius mallet *proſpectat*) *euntes Deiecta ceruice Getas.* Eodem modo Cicero Verr. 2. dixit *aliquem producere in conſpectum populi.* [vid. VV. LL.]

*fuit non nemo, qui agnoſc. Thyum, regique nunt.*] Sic iam olim e membranis Bauaricis emendauit Schoppius 3 Veriſimil. 12. firmantque MSS. Dan. Boecl. et ed. Vltraiectina. Gebhardo probatur Longolii et Mendoziani codicis ſcriptura: *Fuit nemo non, qui agn. Thyn, regique nunt.* quam, inquit, et praecedentia et conſequentia confirmant. Q. d. Concurſus factus eſt magnus ob inſolitam ſpeciem adducti, et cum propius inſpexiſſent, plurimi agnouerunt etc. Lambinus et alii legunt: *Fu. nemo qui ag. Th. qui non regi nunt.* Sed noſtra lectio commodiſſima omnium eſt.

4 *Non accredidit*] Sic itidem e MSS. Bauar. emendauit Schoppius l. c. et e ſuis P. Daniel, Sauaro, Schottus, Boec-

ornatu: inprimis quod nobilis [13] rex in poteſta-
tem inopinanti [14] venerat. Itaque magnifice Da- 5
tamem donatum ad exercitum miſit, qui tum
contrahebatur, duce Pharnabazo et Tithrauſte, [15]
ad bellum Aegyptium, parique [16] eum, atque il-
los, imperio eſſe iuſſit. Poſtea vero quam Phar-
nabazum rex reuocauit, illi ſumma imperii tra-
dita eſt. [17]

IV. Hic quum maximo ſtudio compararet 1
exercitum, Aegyptumque proficiſci pararet: ſubi-
to a rege litterae ſunt [1] ei miſſae, vt Aſpim ag-
grederetur, qui Cataoniam [2] tenebat: quae gens
iacet ſupra Ciliciam, confinis Cappadociae. Nam- 2
que Aſpis ſaltuoſam regionem, caſtellisque muni-
tam incolens, non ſolum imperio regis non pa-

*Voſſ.* 2. — 13. nobilis. *Sic etiam MS. Mendos. Sed* non vilis *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh.* — 14. inopinati *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Long. Mag. Mox* Ita magn. *MS. Ax. et* Datamen *Ed. Long. Mag. Patau.* — 15. Tyſiaſte *MS. Leid.* 2. Tithraſte *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax.* Titraſte *MS. Dan.* Teuthraſte *Ed. Long.* Teutraſte *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Titrauſte *Ed. Ald.* — 16. pari *MS. Ax.* — 17. ſumma imperii tradita eſt. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Sed* ſumma imperia tradita *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* ſumma imp. tradita ſunt *MS. Dan.*

1. ſunt ei miſſae litterae *MS. Ax. Statim* aut Aſpim *MS. Leid.* 2. vti Aſp. *Ed. Heus.* [*Ith. Schmied. Bipont. Brem.*] — 2. Cathoniam *MS. Leid.* 2. Catoniam *MS. Voſſ.* 1. Cartaoniam *MS. Ax. Statim* confinus *MS. Voſſ.* 1. *Mox*

lerus, adſentiente et Gebhardo. Vulgo erat: *Ac primo non credidit.* MS. Ernſtii: *Ac primo non accredidit.* Vſi autem et alii hoc verbo, Cic. ad Attic. 6, 2. Plaut. Aſin. 5, 2. 4. Lucret. 3, 870. Horat. 1. epiſt. 15, 25. Columella 1, 1. 3. Eadem ratione Lucret. 4, 814. *adopinamur.*

5 *Qui tum contrahebatur*] Siue in Phrygia, cui Pharnabazus praeerat: ſiue in Syria, ad quam vsque praefectura Phrygiae pertinebat, et vnde breuior erat traiectio in Aegyptum. Vide Lambinum n. 42 et 44.

*ſumma imperii tradita eſt*] MS. Boecl. *ſumma imperia tradita.* Dan. *ſumma imp. tradita ſunt.* Rectum puto *ſumma imperii tradita.* Sic alibi loquutus: 2, 4. 2. 3, 2. 2. 23, 8. 3. etc. ſubintell. *res.* [v. Stau. ad ed. 2.]

2 *Aſpis*] Aberat MS. Leid. 1,

rebat; ſed etiam finitimas [3] regiones vexabat, et,
3 quae regi portarentur, abripiebat. [4] Datames,
etſi longe aberat ab his regionibus, et a maiore [5] re abſtrahebatur: tamen regis voluntati morem gerendum putauit. Itaque cum paucis, ſed viris fortibus, nauem conſcendit: exiſtimans, id quod accidit, [6] facilius ſe imprudentem [7] parua manu oppreſſurum, quam paratum, quamuis magno exercitu.
4 Hac delatus in Ciliciam, [8] egreſſus inde, dies noctesque iter faciens, Taurum transiit, [9] eoque, quo ſtuduerat, venit: quaerit, quibus locis ſit Aſpis: cognoſcit, haud longe abeſſe, profectumque eum venatum: quem dum [10] ſpeculatur, aduentus eius cauſſa cognoſcitur. Piſidas, cum iis, [11] quos ſecum habebat, ad reſiſtendum Aſpis

*in ed. Arg. eſt* Capadociae. — 3. finitimis *Ed. Iens. Med.* — 4. abripiebat. *Sic MS. Dan. Sed* arripiebat *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag.* adripiebat *Ed. Long.* — 5. minore *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* — 6. exiſt. id quod acc. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Sed* exiſtimans quod accidit *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Boecl. Ax.* — 7. ſe imprudentem, *(h. e. tale non prouidentem.) Sic MSS. Bau. Sau. Giſ. Put. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Sed* ſe imprud. et imparatum *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Patau.* — 8. Ciliciam, *omiſſa praepoſitione, MS. Leid.* 2. *Mox* dies noctes *MS. Boecl. Voſſ.* 2. — 9. transit *Ed. Med. Arg. Long.* [*Tzſch.* 1. 2. *Heus. Harl. Ith. Bipont. Heinr. Schmied. Pauſl.*] — 10. quae dum *MS. Dan.* — 11. cum eis *MS. Dan. Leid.* 2. *in quo etiam erat* Piſcidas. *Mox* ad reſtituendum

*quae regi portarentur, abripiebat*] In MS. Boecl. fuit *arripiebat.* quomodo et Longolius edidit.

3 *Datames etſi longe ab. etc.*] Vide Diod. Sic. 15, 41. Forſtner. ad Tacitum p. 367. et de Alphonſo Pereſio, Sidoniae Duce, Stradam dec. 2. lib. 10. haud longe a princ.

*ſe imprudentem*] Quae vulgo adduntur, *et imparatum,* aberant a MSS. Bauaricis, Savar. et Boecl. Vtrumque tamen coniungitur infra 17, 2. 2. qui locus, opinor, gloſſemati h. l. occaſionem dedit. nam ne genuina eſſe credam, facit etiam *τὸ paratum,* quod ſtatim ſequitur. Paullo ante *id* aberat cod. Boecl. in illis, *id quod accid.*

4 *Dies noctesque*] MS. B. *dies noctes.* Statim Exc. Dan. *quae dum ſpeculatur.* et, *cum eis.*

comparat. Id Datames vbi audiuit, arma ſumit, 5 ſuosque [12] ſequi iubet: ipſe equo concitato ad hoſtem vehitur: quem procul Aſpis conſpiciens ad ſe ferentem, [13] pertimeſcit, atque a conatu reſiſtendi deterritus, [14] ſeſe dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.

V. Haec dum geruntur, Artaxerxes [1] remi- 1
niſcens, a quanto bello, ad quam paruam rem principem ducum miſiſſet, ſe ipſe [2] reprehendit, et nuntium ad exercitum Acen [3] miſit, quod nondum [4] Datamem [5] profectum putabat, qui dice-

Aſp. *Ed. Mag.* — 12. arma ſumit ſuosque. *Sic MS. Dan. Ax. Gif. Boecl. Leid.* 1. *Voſſ.* 2. *(in quo tamen ſcriptum erat* ſummit.) *Sed* arma capit, ſuos *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Patau. Etiam in MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *erat* capit: *itemque in Ed. Boecl. Longol.* — 13. in ſe fer. *MS. Leid.* 2. *idem mox* conato. — 14. deteritus *Ed. Iens. Med. Mox* dedidit *MS. Gif. Dan. Boecl. Ax.* [*et vnice hoc probat Heuſing. in emendatt. libr. pag.* 3.]

1. Artox. *Ed. Par. vbique.* — 2. ſe ipſum *Ed. Mag. Steph. Gebh. Sed* ſe ipſe *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos. et rell. rectius atque elegantius.*] — 3. Achrem *MS. Leid.* 2. Atrem *MS. Mendos.* Acrem *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. vbique.* Acaeum *Ed. Lamb. Gebh. vbique.* — 4. non *MS. Voſſ.* 1. — 5. Datamen *Ed. Mag. Long. Lamb.*

5 *Arma ſumit, ſuosque ſ. i.*] Sic MSS. Gif. Leid. Boecl. In vulgatis erat: *arma capit, ſuos ſ. i.*

*ad ſe ferentem*] actiuum pro paſſiuo heic ponitur. v. Voſſ. de Analogia 3, 3. [et *ad ſe ferri* ponitur pro *in ſe ruere* animo hoſtili. v. Stau. ad h. l. in ed. 3.] Mox MSS. Gif. Sch. Dan. Boecl. *ſeſe dedidit.*

1 *Acen*] Sic dudum viri docti et heic et comm. 5. legendum cenſuerunt. In pleriſque MSS. *acrem* fuit. Vnde Lambinus primum *Acaeum* vel *Acenſem*; poſtremo *Carem* fecit. Eſt autem *Ace* Phoeniciae ciuitas, poſtea *Ptolemais* dicta, vt e Scylace, Strabone, Plinio, Stephano, Harpocratione, Suida aliisque cognoſcimus: in ſacris litteris *Accho*, Ioſepho Antiq. Iud. 5, 1 et 8, 2. tam in editis quam MSS. codd. Ἀρκη, hodie *Acre*. De quo vid. Bocharti Canaan lib. 1, 17. Sed apud Ioſephum, ſi quidem de eadem vrbe loquitur, videtur legendum Ἀκη. Sane poſteriore loco in optimo codice Caeſareo pro τὴν περὶ ἄρκην παράλιον legitur τὴν πετριακὴν παράλ. vt primitus videatur ſcriptum fuiſſe τὴν περὶ ἄκην.

*qui diceret*] Alii, *qui ei dic.*

ret, [6] ne ab exercitu diſcederet. Hic priusquam
perueniret, quo erat profectus, [7] in itinere con-
2 venit, qui Aſpim ducebant. Qua celeritate quum
magnam beneuolentiam [8] regis Datames conſequu-
tus eſſet: non minorem inuidiam aulicorum ex-
cepit, qui illum vnum [9] pluris, quam ſe omnes,
fieri videbant: quo facto cuncti ad eum oppri-
3 mendum conſenſerunt. Haec Paudates, [10] gazae
cuſtos regiae, amicus Datami, perſcripta ei mit-
tit, in quibus docet, *eum magno [11] fore periculo,
ſi quid illo imperante in Aegypto aduerſi [12] acci-
4 diſſet: namque eam eſſe conſuetudinem regiam, [13]
vt caſus aduerſos hominibus tribuant, ſecundos
fortunae ſuae; quo fieri, vt facile impellantur [14]*

*Bos.* 1. *Patau.* [*Tzſchuck. Ith. Heinr.*] — 6. qui diceret. *Sic et MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 1. *Sed* qui ei dic. *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Mox* his, priusquam *Ed. Ox.* — 7. profecturus *MS. Leid.* 2. — 8. beniuolentiam *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Lamb. Patau.* — 9. qui illum vn. pl. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. [*Ed. Long. Bos. et ſeqq.*] *Sed* quod ill. pl. *MS. Leid.* 2. *Ed. Mag.* quod illum vnum pl. *MS Ax. Ed. Lamb. Steph. Keuch. Patau.* quod illum viuum *Ed. Iens. Med.* — 10. Pandantes *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Dan. Mox* praeſcripta *Ed. Mag.* [*Sed* perſcripta *eſt accurate ſcripta nec diuiſim legendum* per ſcripta.] — 11. magno. *Sic MS. Ernſt. Sed* in magno *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. magno fore in periculo *Ed. Lamb.* — 12. aduerſi in Aeg. *MS. Ax.* — 13. regiam [*h. e. regum Perſiae.*] *Ita MS. Dan. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *Sed* regum *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* — 14. quo fieri, vt fac. imp.

Vnde Lambinus coniiciebat leg. *ediceret.*

2 *Non minorem inuidiam aulicorum excepit*] Fuit, cum legendum putarem, *non minor eum inuidia aulic. exc.* ſic enim ſolent Latini ſcriptores. Nunc nihil muto. *Excipere* eſt ſuſcipere. Plane ſic Curtius 6, 10. 10. *Quid inimicitiarum creditis excepturum* (me) *fuiſſe, ſi inſontes laeſiſſem?*

3 *Eum magno fore periculo*] Sic meliores libri, omiſſo τῷ *in,* quod vulgo additur.

4 *Conſuet. regiam*] Expreſſi lectionem optimorum MSS. Dan. et Boecl. quae vix a librariis fuerit. Vulgo eſt *conſuet. regum.*

*vt caſus adu.*] Vide huc nonnulla apud Boecl. de auſpic. reg. 2, 23. et Lipſ. in not. ad polit. 3, 2.

*fortunae ſuae*] V. Ind. *in fortuna regum.*

*quo fieri, vt fac. imp.*] Sic

*ad eorum perniciem, quorum ductu res male ge-
ſtae nuntientur; illum hoc maiore ſore in discri-
mine,*[15] *quod, quibus rex maxime obediat, eos
habeat inimiciſſimos.* Talibus ille litteris cogni- 5
tis,[16] quum iam ad exercitum Acen[17] veniſſet,
quod non ignorabat ea vere ſcripta, deſciſcere a
rege conſtituit. Neque tamen quicquam fecit,
quod fide ſua eſſet indignum. Nam Mandro- 6
clem[18] Magnetem exercitui praefecit: ipſe cum
ſuis in Cappadociam discedit; coniunctamque huic
Paphlagoniam occupat; celans,[19] qua voluntate
eſſet in regem: clam cum Ariobarzane facit ami-
citiam, manum comparat, vrbes munitas ſuis
tuendas tradit.[20]

*Sic MS. Dan. Leid.* 1. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* quo facile fieri, vt imp. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 15. fore discrim. *Ed. Iens. Med. Ald. Mag. Steph. Gebh. Patau.* — 16. cognotis *MS. Voſſ.* 2. — 17. Ageen *MS. Mendos. Dan. Ax. Boecl. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Par.* Agcen *MS. Voſſ.* 1. Agron *MS. Leid.* 2. Agneae *Ed. Long.* Acaeum *Ed. Lamb. Patau.* Acoeum *Ed Keuch.* — 18. Mandroclem. *Ita MS. Mendos. Ven. Sed* Mandroclen *MS. Voſſ.* 1. Mandrodem *MS. Leid.* 2. *Ed. Arg. Long.* Androclem *Ed. Lamb. Steph.* Androdem *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. tum* Magneten *MS. Voſſ.* 1. — 19. caelans *Ed. Iens. Med. Arg. vbique.* — 20. tradit ſuis tuendas *MS. Leid.* 2. [*ſuauius!*]

MSS. Dan. et Leid. Vulgo eſt *quo facile fieri, vt impell.*

*quibus rex maxime obediat*] Vide Forſtnerum not. ad 4. Ann. Taciti p. 313. Piccartum Obſeru. 15, 9. Lipſium 3. polit. 8, 8 et 9. Pro *obediat* et *habeat* in MS. Boecl. eſt *obediebat*, et *habebat*.

5 *Acen*] Vide ſupra ad ſ. 1. In MSS. Burgenſi, Dan. Boecl. erat *Ageen*. In qu. edd. *Agneae*.

6 *Mandroclem*] Sic, Magio teſte, codd. Burgenſis et Venetus, itemque MS. Dan. At vett. edd. *Androclem*, *Androdem* vel *Mandrodem*. Lambinus *Androdem* tuetur. quem ceteri fere ſequuti ſunt.

1 VI. Sed haec propter hiemale tempus minus proſpere procedebant.[1] Audit, Piſidas[2] quasdam copias aduerſus ſe parare. filium eo Arſideum[3] cum exercitu mittit: cadit in proelio adoleſcens; proficiſcitur[4] eo pater, non ita cum magna manu, celans, quantum vulnus accepiſſet; quod prius ad hoſtem peruenire cupiebat, quam de re male[5] geſta fama ad ſuos perueniret, ne cognita filii morte animi debilitarentur[6] militum.
2 Quo contenderat, peruenit, hisque[7] locis caſtra ponit, vt neque circuiri multitudine[8] aduerſario-

1. procedebant. *Sic MS. Dan. Ax. Mendos. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed* ſuccedebant *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Quam diverſae ſint nonnullorum ſententiae de hoc loco, aliis verba* ſed haec — procedebant *ſpuria eſſe iudicantibus, aliis (et nouiſſime Schmied)* hiemale tempus, *aliis* proſpere *improbantibus, vid. apud Heuſing. Stau. ad ed.* 3. *Brem. et Tzſchuck. ſed illi quoque tuentur noſtram lectionem; et* proſpere procedere *dixit etiam Cicero ad diuerſ.* 12, 9. *Ithe probat Schefferi coniecturam* propere proc.] — 2. Phyſidas *MS. Leid.* 2. — 3. Arſidaeum *MS Boecl. Ed. Pat. Keuch.* [*Ith. Heus. Tzſchuck.* 2. *Schmied. Pauſl.*] *Sed* Arſideum *MS. Dan. Mendos. Ed. Vltrai. Sau.* [*Bos. Stau. Tzſchuck.* 1. *Brem.*] Aruidaeum *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. Arideum *Ed. Par. Long. Mag. Lamb.* Aridaeum *Ed. Ald. Steph.* [Arridacum *ſcribere maluit Stau. in not. ad ed. min. idque repoſuit Harl. et ſcribendum eſſe iudicauit Kapp.*] — 4. proficitur *MS. Voſſ.* 1. *mox* magna cum m. *Ed. Lamb.* — 5. male re *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 6. *Geſner. in Theſ. Fabr. voc. delibo legit* delibarentur *h. e. minuerentur.* [*probatque Arnizen. ad Plin. Panegyr.* 38, 1. *Sed* debilitarentur *recte tuentur Heus. et Stau. ad ed.* 3.] — 7. iisque *Ed. Lamb.* — 8. cir-

1 *Procedebant*] Sic MSS. Dan. Sch. Boecl. Similiter Cato apud Gellium 7, 3. *quia haec res tam ſecunde proceſſit.* Tacitus 15, 60. 3. *vt ferro graſſaretur, quando venenum non proceſſerat.* Longolius, Lambinus, et alii *ſuccedebant.*

*Piſidas*] Aliter Diodorus 15, 9. Perſas Artabazo duce in Cappadociam irrupiſſe, aduerſus eos Datamem exercitum eduxiſſe.

*Arſideum*] Ita MSS. Dan. Sauar. Sch. Boecl. ac ed. Vltrai. pro quo vulgati libri *Aridaeum.* Quod nomen Perſis vſitatum fuiſſe, cognoſcimus ex Eſtherae 9, 9.

2 *Circuiri multitudine*] Sic libri omnes, eodemque modo Cicero Phil. 13. Lambinus ta-

rum poſſet, neque impediri, quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam. [9] Erat 3
cum eo Mithrobarzanes, [10] ſocer eius, praefectus equitum. Is, deſperatis generi rebus, ad hoſtes transfugit. Id Datames vt audiuit, ſenſit, ſi in turbam exiſſet, [11] ab homine tam neceſſario ſe relictum, [12] futurum, vt ceteri conſilium ſequerentur. In vulgus edit, ſuo iuſſu Mithrobarzanem [13] 4
profectum pro perfuga, [14] quo facilius receptus interficeret hoſtes: [15] quare relinqui eum non par eſſe, et [16] omnes confeſtim ſequi: quod ſi animo

cumiri a mult. *Ed. Lamb. atque* circumiri *eſt etiam in MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg Par. Ald. Long.* [*Wetz. Heinr.*] circumueniri *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* — 9. expeditam Datames *Ed Long. et paullo ante* quo minus ipſe ad dim. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* — 10. Methrobarzanes *MS. Voſſ.* 1. Metrobarzanes *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. vbique.* — 11. exiiſſet *Ed. Stau.* 1. 2. [*Harl.*] — 12. ſe relictum. *Ita MS. Bau. Dan. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Vltrai* [*Bos. et fere omnes ſqq.*] *Sed* ſe eſſe relictum *Ed. Lamb. Steph.* [*Wetz.*] ſe relictum iri *Ed. Long.* ſe relicto *MS. Ax.* — 13. Methrob. *MS. Voſſ.* 1. — 14. prof. profuga *MS. Voſſ* 2. [*Atque Stau. ad ed.* 1. *et* 3. *forſan, ait,* pro profuga; *ſed ad ed. min. retinendum recte cenſet* pro perfuga; *h. e. quaſi eſſet perſuga. v. Gronou. et Drakenb. ad Liu.* 27, 15. 11. *et, animaduertente Oudendorp. ad Frontini Strateg.* 1, 6. *not.* 4. *p.* 99. profugus *dicitur, qui captiuus aufugit,* perfuga *eſt deſertor, transfuga.*] — 15. hoſtes interficeret *Ed. Lamb. idem mox* eum rel. — 16. et omnes *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Heus.* [*quem vide, Stau.* 3. *Tzſch.*

men edidit *circ. a multitudine.* Idem paullo poſt: *quo minus ipſe ad dimic.*

3 *Ab hom. tam neceſſ. ſe relictum, futurum vt c.*] Longolius edidit *ſe iri relictum.* Lambinus *ſe relictum eſſe.* Sed a MSS. Dan. Schotti et vno Schoppii vtrumque aberat. quomodo nos edidimus. Schoppius mallet *ſeſe rel.*

4 [*In vulgus edit*] Cellar. obſeruat, Diodor. 15, 91. et Frontin. Strateg. 2, 7. 9. hoc ſtrategema a Datame non in bello contra Piſidas, ſed poſtea, quum Datames aduerſus Artabazum vel Autophradatem in Cappadocia pugnaret, eſſe excogitatum. v. Oudendorp. ad locum Frontini, et Weſſeling. ad locum Diodori.]

*ſed omnes conf. ſequi*] Cod. Boecl. et quidam editi: *et omnes.*

ſtrenuo feciſſent, futurum, vt aduerſarii non poſſent reſiſtere, quum et intra [17] vallum et foris
5 caederentur. Hac re probata, exercitum educit, Mithrobarzanem perſequitur: qui tantum quod [18] ad hoſtes peruenerat, Datames ſigna inferri iu-
6 bet. Piſidae, noua re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide compoſitoque feciſſe, vt recepti, eſſent maiori [19] calamitati. primum eos adoriuntur. Illi quum, quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti ſunt cum eis pugnare, ad quos transierant; ab hisque [20] ſtare, quos reliquerant: quibus quum neutri parcerent,
7 celeriter ſunt conciſi. Reliquos Piſidas reſiſtentes Datames inuadit: primo impetu pellit, fugientes perſequitur, multos interficit, caſtra hoſtium
8 capit. Tali conſilio vno tempore et proditores

1. 2. *Harl. Ith. Brem. recte! quoniam antecedit enuntiatio negans, et tunc pro* ſed *frequenter a Cornelio ponitur. v. in Pauſania* 3, 3. *Eumene* 4. 3. *etc.* ſed omnes *Edd. rell.*] — 17. cum et inter *MS. Voſſ.* 1. *Ax.* — 18. tantum quod. [*h. e. ſimulac, vix.*] *Sic etiam MS. Ernſt. Ed. Lamb.* [*Bos.* 2. *Heus. (cuius et Harl. not. conferes,) et rell.*] *v. Cellar. ad Cicer.* 7. *ad diuerſ. ep.* 23. *ab init. Sed* tantum dum *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Dan. Boecl.* tantum: qui vix dum *Ed. Long.* tantum. Qui cum *MS. Leid.* 1. tantum qui tum *Ed. Ald.* tantum qui dum *MS. Ax. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* tantum non *Ed. Vltrai.* qui tum *Ed. Mag. Steph.* qui dum *Ed. Boecl. Gebh. Keuch. Patau.* tantum dum *Ed. Bos.* 1. *Mox* Datame *MS. Voſſ.* 2. — 19. maiori eſſent *MS. Ax.* — 20. ab hisque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Stau.* 1. 2. 3. *Heus.*

5 *Qui tantum quod ad hoſtes peruen.*] Sic Lambinus emendauit, praeeuntibus, vt arbitror, libris. Ernſtius certe in ſuo diſerte ſic ſcriptum reperit. Tueturque hanc lectionem et princeps Criticorum Gronouius ad Liuii 33, 4. Veſtigia illius etiam deprehendas in ed. Vltrai. et MS. Leidenſi. Nam illa: *qui tantum non ad h. p.* Hic: *perſequitur tantum. Qui cum ad h. p.* In quibusdam fuit: *qui tantum dum ad h. p.* At MSS. Dan. et Sch. diſerte: *qui dum ad h. p.* Vnde Magius cudit *qui tum.* alii *qui vixdum.* A cod. Boecl. etiam pronomen aberat hoc modo: *dum ad hoſtes peru.* quae ipſa varietas indicium eſt corruptelae.

perculit, et hoſtes [21] profligauit; et quod ad perniciem [22] fuerat cogitatum, id ad ſalutem convertit. Quo neque acutius vllius imperatoris cogitatum, neque celerius factum vsquam legimus.

VII. Ab hoc tamen viro Sciſmas [1] maximo 1
natu filius deſciit, [2] ad regemque tranſiit, et de defectione [3] patris detulit. quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat ſibi cum viro forti ac ſtrenuo [4] negotium eſſe, qui, quum cogitaſſet, facere auderet, et prius cogitare, quam conari, conſueſſet; Autophradatem [5] in Cappadociam mit-
tit. Hic ne intrare poſſet, ſaltum, in quo Cili- 2

S 2

[*Harl. et rell. recc. quare ſic reſcripſi.* ab eisque *Ed. Bos.*] *Mox* reliquerat *MS. Voſſ.* 2. — 21. hoſtis *Ed. Iens. Med.* hoſteis *Ed. Par.* — 22. ad perniciem. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. *Sed* ad ſuam pernic. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.*

1. Syſinas *MS. Dan. Ed. Gebh. male.* Sciſmias *Ed. Long. Patau.* Schiſmas *Ed. Keuch. Mox* maximus natu *Ed. Par. Steph. Gebh. Keuch.* maximo natus *Ed. Mag. Sed* maximo natu *MS. Sau. Put. Gif.* — 2. [*De forma* deſciit *pro* deſciuit *v. Oudendorp. ad Caeſar. de B. G. libr. I. c.* 28, 1. *p.* 42.] *Pro* ad regemque *MS. Dan. Ed. Gebh. Keuch.* adque regem. *Sed* et ad regem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.* — 3. et defectionem *MS. Leid.* 2. — 4. ſtrēnuo *Ed. Arg. tum* qui quod cog. *Ed. Lamb.* — 5. Androphadatem *MS. Leid.* 2. Autophrodatem *MS. Dan.* Androphrodatem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. vbique.* [*ſic quoque c.* 8, 1.] *Statim* Cappadoc. *ſine* in *Ed. Iens. Med. Arg. Par.*

8 *Quod ad ſuam perniciem etc.*] Vide Commentarium Boecleri p. 20.

1 *Sciſmas*] MS. Dan. *Syſinas.* quod, vt recte Gebhardus cenſet, Perſicis nominibus propius. Eſt enim idem quod *Siſinnes* apud Lucianum de amicitia: *Siſines* apud Ioſephum 11, 4: et *Siſenes* Curtio 3, 7. 11 et 15: *Aſiſines* Arriano 1, 8. *maximo natu*] Sic MSS. Vulgo: *maximus natu.* quomodo inf. 17, 1. 3. loquutus eſt. Statim Gebhardus e MS. Dan. legit, *adque regem.*

[2. *poſſet, ſaltum,*] Sic interpunxi cum Long. Heuſing. Stau in ed. 3. Ith. Harl. Heinr. Tzſchuck. Schmied. atque *intrare* abſolute poſitum eſt pro intrare in Ciliciam ex Phrygia, vnde veniebat, et deinde in Cappadociam, in quam miſſus dicitur Autophradates. In reliquis edd. omittitur comma poſt

ciae portae ſunt ſitae, Datames praeoccupare ſtu-
3 duit. Sed tam ſubito copias contrahere non potuit. a qua[6] re depulſus, cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit[7] talem, vt neque circumiretur[8] ab hoſtibus, neque praeteriret aduerſarius, quin ancipitibus locis premeretur: et, ſi dimicare cum eo[9] vellet, non multum obeſſe[10] multitudo hoſtium ſuae paucitati poſſet.

1 VIII. Haec etſi Autophradates[1] videbat, tamen ſtatuit[2] congredi, quam cum tantis copiis
2 refugere, aut tam diu vno loco ſedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardacas[3] adpellant, eiusdemque

*Ald.* — 6. τὸ a *ante* qua *abeſt Ed. Long.* — 7. deligit *MS. Dan.* — 8. circuiretur *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*et al.*] — 9. dimicare eo [*ſcil. loco*] *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh.* dimicare [cum] eo *Ed. Heus.* [*Sed Stau. ad ed.* 2. *et Tzſchuck. iure praeferunt* cum eo.] — 10. deeſſe *MS. Voſſ.* 2.

1. Antrophrates *MS. Leid. al. aliter, vt cap.* 7, 1. — 2. tamen ſtatuit. *Sic MS. Mendos. Giſ. Leid.* 2. *Dan. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Vltrai. Sau.* [*Bos. et rell. plur. et per Graeciſmum haud infrequentem ſupprimitur particula comparationis* magis, potius *etc. v. Schott. et Stau. ad ed.* 3.] *Sed* ſatius tamen ſtat. *Ed. Lamb. Steph.* [*Wetz.*] — 3. Cardaces *Ed. Keuch. et ſic laudat Blancard. ad Arrian. Exped. Alex. M.* 7. *p.* 451. *add. not. Bos. Sed* Gardacas *MS. Giſ. Dan.* Gardatas *MS. Voſſ.* 2. *Mendos.* Gardetas *MS. Voſſ.* 1. *Ax.* Cardaytas *MS. Leid.* 2. Gardates *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *v. not.*

*poſſet.* De portis Ciliciae v. Curt. 3, 4. 2. et c. 7, 9. et Cellar. Harl. ac Stau. not. ad noſtrum locum. Hoc autem loco *portae* h. e. anguſtiae viarum, (*enge Päſſe,*) ſeptemtrionales intelliguntur.]

3 *Ancipitib. locis*] V. not. ad 2, 3. 3. Mox in omnibus fere libris legitur *ſi dimicare eo vellet.* quod Lambinus exponit, ob eam cauſſam. ridicule.

1 *Tamen ſtatuit congredi, quam etc.*] Vide Voſſium de conſtructione cap. 61. [Dein *ſedere* eleganter pro, otioſum et ſine fructu quietum aliquo loco ſubſiſtere. v. Stau. et Harl. not.]

*ſtatuit congredi, quam cum tantis copiis refugere*] Vide Iuſtin. 23, 3. 9. Freinshem. ac Loccen. ad Curtium 3, 8. 7. et ſupra ad 1, 5. 4.

2 *Cardacas*] Primus, niſi fal-

generis III. funditorum. Praeterea Cappadocum [4] octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aſpendiorum [5] et Piſidarum circiter tria, Cilicum duo, * Captianorum [6] totidem, ex Graecia conductorum tria [millia]: [7] leuis armaturae maximum nu-

4. praeterea Cappad. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *(in quo tamen et ed. Long.* Capadocum *erat,)* 2. *Leid.* 2. *Sed* praeter Cappadocum *Ed. Metar.* — 5. Aſpendorum *MS. Voſſ.* 2. — 6. Captianorum. *Abeſt aſteriſcus ab Edd. noſtris omnibus:* [*praeter Stau.* 1. 3. *Sed* Caſpianorum *Ed. Ith. Schmied. Bellermann. Raith.*] — 7. τὸ millia *aberat a MS. Dan. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Heus.* [*Tzſchuck.* 2. *Heinr.*] *Vnci abſunt etiam ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Ith. Brem.*] *Ceterum in MS. Leid.* 2. *totus locus legitur ita:* tria millia funditorum. Praeterea

lor, Barn. Briſſonius pro *Gardatas*, quod in plerisque libris legitur, *Cardacas* reponendum eſſe monuit lib. 3. de regno Perſ. p. 405. Paris. quam emendationem Schottus Giſaniani codicis, in quo *Gardacas* legitur, et veterum Graecorum auctoritate confirmat. Erant autem Κάρδακες genus militum apud Perſas, vt e Strabone 15. p. 734. ed. Par. Euſtathio ad Iliad. 2, 869. et Ammonio de differ. diction. Graec. [p. 83. ed. Valck.] cognoſcimus. Meminere et Plutarchus lib. ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν κατ' Ἐπίκουρον, Polybius 5. Arrianus de geſtis Alex. 2, 8. 9. ac Pauſanias: e iunioribus Coelius Rhodig. 18, 1. Strabo a κάρδα dictos ait, quod τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν deſignet: Heſychius a gente vel loco.

*Captianorum*] Ignotus Geographis populus. Quare Schottus verebatur, ne traiecta eſſet littera, reponendumque fortaſſe *Caſpianorum*; de quibus Strabo 11 ἔστι δὲ τῆς Ἀλβανῶν χώρας καὶ ἡ Κασπιανή, τοῦ Κασπίου ἔθνους ὁμώνυμος. Stephanus in Κασπία· γίγνεται δὲ Κασπιανὸς ἐκ τοῦ Κασπία, ὡς Καρδιανός. Ac meminit *Caſpiae gentis* et Plinius 6, 15. aitque *portis et mari nomen dediſſe.* ſicuti *Caſpiorum*, occidentalia Mediae ad Armeniam tenentium, Ptolemaeus 6, 2. [add. Pomp. Mel. 1, 2. 39. ibique interpr. in ed. Abr. Gronou.] Negat tamen Ortelius in theſauro Geographico, *Caſpianorum* heic legendum eſſe; quod ceteri populi, quos Nepos hoc loco recenſet, omnes in Aſia minore ſint, Caſpiani vero ad mare Caſpium. Verum demus id Ortelio; an idcirco nulli ex Aſia maiore adeſſe potuere? Ciliciae vicina eſt Armenia; Armeniae Caſpii. Non igitur nimium a Cilicia diſtabant. Multo minus certe, quam *Capſiani*, a Capſa vrbe Africae dicti, quos alii reponi volunt. Et quis credat, ex vna Africae vrbe, aut vnius vrbis territorio, duo millia militum in Aſiam conceſſiſſe?

*conductorum tria millia*] A MS. Dan. *millia* aberat. Et poteſt abeſſe.

3 merum. Has aduerſus copias ſpes omnis conſi-
ſtebat Datami in ſe locique natura. Namque hu-
ius partem non habebat viceſimam [8] militum.
Quibus fretus conflixit, aduerſariorumque multa
millia concidit; quum de ipſius exercitu non am-
plius hominum mille cecidiſſet. [9] quam ob cauſ-
ſam poſtero die tropaeum [10] poſuit, quo loco
4 pridie pugnatum erat. [11] Hinc [12] quum caſtra
mouiſſet, ſemperque inferior copiis, ſuperior
omnibus proeliis discederet: [13] quod numquam

Cappadocum octo millia. Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem millia, Lydorum quinque millia, Aſpendiorum et Piſidarum circiter tria millia. — 8. viceſimam. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Dan.* [*Ed. Lamb. Bos. et meliores recentt.*] *Sed* vigeſimam *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Ieus. ceterique noſtri vett.* — 9. cecidiſſet. *Sic quoque MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Dan. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. Boecl.* [*Lamb. Bos. Heus. (qui ſubintelligit* τὸ numerus,) *Ith. Brem. Wetz. Tzſchuck. et Stau.* 1. 3. *atque* mille *tamquam ſubſtantiuum cum genitiuo ſtruitur: v. Perizon. ad Sanctii Mineru. IV,* 4. *not.* 78. *de vi et vſu voc.* mille *copioſe disputantem p.* 611—615. *Amſtel.* 1754. 8. *et IV,* 2. *not.* 1. *p.* 528. *ſqq. ac Stau. ad noſtr. loc. in ed.* 3. *de poteſtate* amplius, *et ſubintelligendo* quam *poſt illud.*] *Sed* cecidiſſent, *ſcil. homines, MS. Voſſ.* 2. *Ed. Long. Keuch. Stau.* 2. [*Harl. Schmied. Pauſl.*] — 10. trophaeum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*male, quia Graecum eſt* τρόπαιον.] — 11. pugnatum erat. *Sic etiam MS. Ax. Dan. Voſſ.* 1. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq. recentt.*] *Sed* erat *abeſt MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* pugnatum eſt *Ed. Boecl. Bos.* 1. — 12. hic *MS. Dan. Ed. Iens. Med. Arg Par. Ald. Long. Mag. Gebh. Keuch. Patau.* — 13. ſemperque inf. cop. ſup. o. p. disc. *Sic MS. Boecl. Voſſ. Dan. Ax.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* inf. cop. ſup. o. pr. disc. *Ed. Brix. a.* 1498. *Iens. Med. Arg. Ceterum MS. Leid.* 2. *totum locum exhibebat ſic:* Hinc quum caſtra moviſſet, erat inferior copiis, ſuperior omnibus praeliis, ſemperque discederet, quod nunquam manum conſereret, niſi cum aduerſarios l. a. cl. *Sed* vt inferior copiis, ita ſuperior omn. proeliis discedebat *Ed. Par. Ald. Lamb.* mouiſſet, inferior

3 *Cum de ipſius exercitu non amplius hom. mille cecid.*] Aberant haec MS. Leidenſi. Qu. edd. *cecidiſſent.* [v. VV. Lectt.]

*pugnatum erat*] Ita quoque Dan. [vid. Varr. Lectt.]

4 *Semperque inf. copiis, ſuper. omn. proel. discederet*] Vulgati: *vt inferior copiis, ita*

manum confereret, niſi quum aduerſarios [14] locorum anguſtiis clauſiſſet; quod perito [15] regionum callideque cogitanti ſaepe accidebat: Auto- 5
phradates, quum bellum duci maiore regis calamitate, quam aduerſariorum, videret, ad [16] pacem amicitiamque hortatus eſt, vt cum rege in gratiam [17] rediret. Quam ille etſi fidam [18] non 6
fore putabat, tamen conditionem accepit, ſeque ad Artaxerxem legatos miſſurum dixit. Sic bellum, quod rex aduerſus Datamem [19] ſuſceperat, ſedatum. [20] Autophradates in Phrygiam ſe recepit.

copiis, ſuperior o. pr. diſcedebat *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 14. niſi cum adu. *Sic MS. Boecl. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Sed* niſi aduerſ. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 15. quod perito *etiam MS. Dan. Sed* quod quidem per. *Ed. Long.* — 16. ad *aberat a MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Mag.* ad pacemque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Statim* atque amicitiam *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau. Mox* eſt, et vt *Ed. Long.* — 17 in amicitiam *MS. Leid.* 1. — 18. fidam non. *Sic MS. Dan.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* non fidam *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Patau.* non fidem *vitioſe Ed. Arg. Long.* — 19. Datamen *hic et initio ſeq. cap. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Keuch. Patau.* [*Tzſchuck.*] *vbique.* — 20. ſedatum eſt *MS. Dan. Statim* Autophrodates *MS. Leid.* 2. *Dan.* Androphrodates *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Tum* Frigiam *MS. Voſſ.* 1. *Dein* receperat *Ed. Mag.* recipit *Ed. Lamb. Steph. Gebh.*

*ſuperior omn. proel. diſcedebat.*

*niſi cum aduerſ.*] Inferunt τὸ *cum* MSS. Dan. et Boecler. nam vulgo deeſt.

*callideque cogitanti*] V. Comment. Boecleri p. 57 ſeqq.

5 *Ad pacem amicitiamque hortatus eſt, vt cum rege in gratiam rediret*] Tautologiae haec ſpeciem habent. Et a cod. Dan. τὸ *ad* aberat. Leidenſis: *vt cum rege in amicitiam rediret.* Quae faciunt, vt gloſſema ſubeſſe putem, Nepotemque ſcripſiſſe, *hortatus eſt, vt cum rege in gratiam rediret.* Addidit aliquis interpretamentum: *pacem, amicitiam,* quae poſtea in textum recepta. [Sed diſſentit Harles. cuius not. conferes.]

6 *Sedatum*] *Eſt* addit Dan.

1 IX. At rex,[1] quod implacabile odium in Datamem ſuſceperat, poſtquam bello eum opprimi non poſſe animaduertit, inſidiis interficere
2 ſtuduit, quas ille pleraſque vitauit. Sicut, quum nuntiatum eſſet,[2] quoſdam ſibi inſidiari, qui in amicorum erant numero: de quibus, quod inimici detulerant,[3] neque credendum, neque negligendum putauit: experiri voluit, verum fal-
3 ſumne[4] eſſet relatum. Itaque eo profectus eſt, quo itinere[5] futuras inſidias dixerant.[6] Sed ele-
4 git corpore et ſtatura[7] ſimillimum ſui, eique veſtitum ſuum dedit, atque eo loco ire, quo ipſe

1. Atque rex *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 2. cum ei nunc. *MS. Dan. Ax. Voſſ* 1. *Leid.* 2. quum ſibi nunt. *Ed. Lamb.* — 3. detulerunt *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. — 4. falſumue *MS. Ax.* falſumue ſibi *Ed. Long.* falſumne ſibi *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Tzſchuck.* 1. 2.] — 5. in quo itinere *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Tzſchuck. qui haud probat Heinrich. opinionem,* τὸ itinere *eſſe ſuſpectum, et interpretatur: profectus eſt ad eum locum, in quo iter facienti inſidias futuras dixerunt.* quo itinere *Ed. Bos. et rell.*] — 6. inſidias dixerant. *Sic MS. Dan.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* inſid. euenire dixerant *MS. Mendos. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Med. Arg. Par. Long.* inſid. eu. dixerat *MS. Ax. Ed. Iens. Ald. Mag.* inſ. illi dixerant *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* dixerat *etiam MS. Voſſ.* 2. — 7. corpore et ſtatura. *Sic MSS. Bau. Ax. Leid.* 1. [*Ed Bos. et ſeqq. fere omnes. Eleganter.*] *Sed* corporis ſtatura *Ed. Ald. Lamb.* corpore ſtatura *Ed. Iens. Med.* corpore ac ſtatura *MS. Boecl. Ed. Heus.*

2 *Quum nuntiatum eſſ.*] Dan. *cum ei nunt. eſſet.* Rem ipſam narrat et Polyaenus 7, 4.

*verum falſumne*] Lambinus coniicit leg. *verumne an falſum.* inuitis libris. Dictum, vt apud Ciceronem: *aequum ſit, an iniquum*, et ſimilia.

3 *Quo itin. futuras inſidias*] Lambinus: *in quo itin.* MSS. Schotti et Boecl. itemque Longolius et Magius addunt *euenire.* Gebhardus vtrumque, et *futuras* et *euenire*, ſuppoſiticium cenſet. nam quum exſcriptorum quidam aliquid abeſſe ſuſpicarentur: hos *futuras;* illos *euenire;* iſtos vtrumque vocabulum intruſiſſe. Sed vix ita loquutus fuerit Nepos.

*corpore et ſtatura ſim. ſui*] Ita et MSS. Bauar. ac Leid. Alii *corpus* vel *corporis ſtatura ſ. ſ.*

*veſtitum dedit*] Alia exempla collegit Freinshemius ad Curtii 8, 13. 21.

conſueuerat, [8] iuſſit. Ipſe autem ornatu [veſtitu-
que] [9] militari inter corporis cuſtodes iter facere
coepit. At inſidiatores, poſtquam in eum locum 4
agmen peruenit, decepti ordine atque veſtitu, in
eum faciunt impetum, [10] qui ſuppoſitus erat.
Praedixerat autem his [11] Datames, cum quibus
iter faciebat, vt parati [12] eſſent facere, quod ip-
ſum vidiſſent. Ipſe, vt concurrentes [13] inſidiato- 5
res animaduertit, tela in eos coniecit. Hoc idem
quum vniuerſi feciſſent, priusquam peruenirent
ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceci-
derunt. [14]

X. Hic tamen tam callidus vir extremo tem- 1
pore captus eſt Mithridatis, Ariobarzanis filii,

8. conſuerat *MS. Leid.* 2. cenſuerat *MS. Voſſ.* 1. — 9. ornatu veſtituque mil. *MS. Giſ. Dan.* [*Ed. Ith.*] ornatu veſtitu mil. *MS. Mendos.* ornatu militari, *omiſſo τῷ* veſtitu, *Ed. Vltrai.* ornatus veſtitu mil. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Sau. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Haud dubie* veſtitu *gloſſema eſt.* [*Atque id voc. in Ed. Bos. et reliquis vncis eſt incluſum.*] — 10. fac. impet. in eum *MS. Ax. Voſſ.* 2. impet. in eum faciunt *MS. Dan.* — 11. his *abeſt ab Ed. Lamb.* — 12. paccati *MS. Leid.* 2. [parati — facere *per Graeciſmum pro* ad faciendum. *v. Cort. ad Salluſt. B. Iug. c.* 46. *nr.* 5. *et Stau. ad noſtrum locum in ed.* 3.] — 13. concurrentis *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 14. conciderunt *MS. Voſſ.* 1. *Mendos. Ax.*

*eo loco*] Ea parte agminis, qua ipſe dux ſolebat conſpici: vt patet ex eo, quod mox ſequitur, *decepti ordine.* Quare male Lambinus [Steph. etiam et Gebh.] *eo loci* legit, atque exponit *in eum locum.*

*ornatu veſtituque milit.*] Lectio optimorum libb. Giſan. et Dan. non abſurda viſa Gebhardo. Nam neque inſignibus, inquit, neque veſtitu imperatorio vſus eſt Datames. Pleraeque edd. *ornatus veſtitu milit.* MS. Schotti: *ornatu veſtitu mil.* Mihi rectum videtur, quod in ed. Vltrai. legitur, *ornatu militari.* vt *τὸ veſtitu* gloſſema ſit, e praecedd. et conſeqq. intruſum: quod poſtea tot varietates peperit. Fauet huic lectioni Polyaenus 7, 4. qui tantum *armaturae* meminit: ἄλλον διεσκεύασε τῇ αὐτοῦ πανοπλίᾳ, ἐν ἄλλῃ δὲ αὐτὸς ἐκινδύνευσεν.

4 *Suppoſitus*] Mox ab aliis edd. *his* abeſt in illis, *praedix. autem his Dat.*

1 *Captus eſt Mithridatis dolo*] Rem, ſed paullo aliter, narrat Polyaenus quoque lib. 7. in Mithridate ſ. 1.

dolo. Namque is pollicitus eſt regi, ſe eum interfecturum, ſi ei rex [1] permitteret, vt, quodcunque vellet, liceret impune facere: fidemque de ea
2 re, more Perſarum, dextra dediſſet. Hanc vt accepit a rege miſſam, [2] copias parat, et abſens

1. ſi rex *Ed. Steph. Gebh. Keuch. Statim* promitteret *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Sed* permitteret *MS. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *et rell.*] *Mox* quodcunque vi vellet *MS. Leid.* 2. — 2. vt acc. a rege miſſam. *Sic MSS. Bau. Dan. Boecl.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. et plur. recentt.*] *Sed* vt recepit a rege miſſam *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Heus.* [*Ith. Bipont. Brem.*] vt recepit a rege *MS. Giſ. Sau. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. vt accepit a rege *MS. Put. Mendos.* vt accepit a rege miſſas *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* vt recepit, copias parat *Ed. Mag.* [vt accepit, copias parat *Ed. Schmied.* (*qui vocc.* a rege miſſam *haud commode adhibita exiſtimat,*) *et Raith. De lectt. Long. et Lamb. v. not. Bos. Nec τὸ* miſſam *placet Stau. ad ed. min. add. eumdem ad ed. mai. Sed Heus. ex Briſſonio de regno Perſar. libr. I. nr.* 163. *monet, etiam abſentibus* miſſam manum *h. e. per internuntios datam eſſe.*] *Lambinum ſequuti erant Steph. Gebh. Boecl.* (*in quo tamen eſt*

*ſi ei rex permitteret*] Sic malo cum Exc. Dan. quam, vt vulgo legitur, *promitteret*, quod haud dubie e mentione *fidei* et *dextrae datae* natum eſt. Polyaenus hac de re nihil: tantum ait, iuſſum a rege Mithridatem aut occidere Datamem, aut adducere. Mox MS. Boecl. [Voſſ. 2. Ax.] abeſt *facere.* poteſtque abeſſe.

*fidemque de ea re, more Perſarum, dextra dediſſet*] Vide notas Berneggeri ad Iuſtin. 11, 15. 13. In MS. Leid. erat: *more Perſ. rex dextram dediſſet.*

2 *Hanc vt accepit a rege miſſam, copias parat*] Longolius edidit: *Hanc vt recepit a rege, inimicitiam aduerſus regem ſimulat, copias parat.* Lambinus: *hanc vt accepit, ſimulat ſe ſuſcepiſſe cum rege inimicitias, cop. parat.* quam lectionem fere nuperi editores retinuerunt. Sed quae de ſimulata inimicitia dicuntur, abſunt libris: deſumta, vt arbitror, e Polyaeno, qui ait, Mithridatem etiam ipſum ſimulaſſe, ſe defecturum a rege: ὑποκρίνεται καὶ αὐτὸς ἀποστῆναι βασιλέως. Vt nos edidimus, legitur in MSS. Schoppio laudatis, et Boecleriano. Nec valde diſcrepat editio Aldina, Barthio aduerſ. 52, 14. probata: *hanc vt recepit a rege miſſam.* A MSS. Giſ. Sauar. (in quibus et *recepit* erat,) itemque Schotti, etiam *miſſam* aberat, Schotti iudicio recte. Gebhardus adhuc plura iugulanda cenſet, legitque, *Hanc vt accepit, copias parat.* Sed illud *a rege* conſenſus librorum facile tuetur. τὸ *miſſam* quoque veriſimilius eſt ignoratione Perſici ritus, (de quo Gebhardus nota,) omiſſum, quam inſertum a librariis eſſe. Quae vero praeterea Longolius et Lam-

amicitiam cum Datame facit,[3] regis prouincias[4] vexat, caſtella expugnat, magnas praedas capit:[5] quarum partem[6] ſuis dispertit, partem ad Datamem mittit: pari modo complura caſtella ei tradit. Haec diu faciendo, perſuaſit homini, ſe infinitum[7] aduerſus regem ſuſcepiſſe bellum; quum nihilo magis, ne quam[8] ſuſpicionem illi praeberet inſidiarum, neque colloquium eius petiuit,[9] neque in conſpectum venire ſtuduit. Sic abſens amicitiam gerebat, vt non beneficiis mutuis, ſed odio communi,[10] quod erga regem ſuſceperant, contineri viderentur.

inimicitias,) *Keuch. Bos.* 1. *Patau. editor.* — 3. fecit *Ed. Iens. Med. Arg. Ald.* — 4. prouincias. *Sic MS. Dan. Leid.* 1. *Voſſ.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* prouinciam *Ed. Par. Long. Mag. Lamb Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* pecunias *MS. Ax.* — 5. capit. *Sic MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Edd. noſtri omnes. Sed* agit *Ed. Lamb. Steph.* — 6. partim ſuis *MS. Dan. Leid.* 1. *Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *bis. Mox* pariter ad Dat. *MS. Dan. et* Datamen *Ed. Mag. Pat.* [*Ith.*] *vbique.* — 7. in infinitum *MS. Voſſ.* 1. *Mox* ſuscepit *MS. Voſſ.* 2. — 8. nequam *Ed. Iens. Med. Arg. Par. in quo etiam eſt* ſuſpitionem, *et* illi ſuſpic. *MS. Ax.* — 9. penituit *MS. Leid.* 2. — 10. communi odio *MS. Dan.* odio cōi *Ed. Iens.*

binus intruſerunt, hoc ipſo νοθείαν ſuam produnt, quod a MSS. omnibus et vett. edd. abſunt.

*regis prouincias vexat*] Sic Dan. Leid. melius, quam alii *prouinciam.* Quae enim vnica illa regis prouincia?

*praedas capit*] Sic MSS. et edd. vett. tuenturque Schottus ac Gebhardus. Quod in aliis legitur, *agit*, Lambinianae audaciae propago eſt. Statim pro *partem* MSS. Leid. et Boecl. vtrobique *partim.* quod etiam priore loco Exc. Dan. habent. nam poſteriore corrupte *pariter* legunt. Eſt autem accuſandi caſus antique elatus. de quo Schoppius in Grammat. Inſtitut. p. 47. et Voſſius de conſtruct. c. 63. Adde Gellium 10, 13. et Gronouium Obſeruat. 3, 2.

3 *Suscepiſſe bellum*] Atqui nondum bellum ſuſceperat, inquit Lambinus, quia c. 11, 1. *certiorem facit Datamen, tempus eſſe, bellum cum ipſo rege ſuſcipi.* Quare corrigit, *ſuscepiſſe odium.* Verum vox *ipſo* ſatis indicat, ibi de noua ratione belli ſuſcipiendi ſermonem eſſe. Nempe hactenus prouincias vexauerat, caſtella expugnauerat, praedas ceperat: nunc ipſum Regem adgrediendum eſſe monet.

*nec colloquium eius petiuit*] Vide notas Freinshemii ad Florum 2, 2. 11.

1 XI. Id quum ſatis ſe confirmaſſe arbitratus eſt, certiorem facit[1] Datamem, tempus eſſe, maiores exercitus parari, bellum[2] cum ipſo rege ſuſcipi: deque ea re,[3] ſi ei videretur, quo loco vellet,[4] in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus ſumitur, locusque quo conueniretur.
2 tur. Huc Mithridates cum vno,[5] cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis ſeparatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipſo autem colloquendi[6] die, vtrique, locum qui explorarent, atque ipſos ſcrutarentur, mittunt. Deinde ipſi ſunt congreſ-
3 ſi.[7] Hic quum aliquamdiu in colloquio fuiſſent, et diuerſi[8] discesſiſſent, iamque procul Datames abeſſet: Mithridates, priusquam ad ſuos perueni-

1. ſecit *Ed. Mag.* — 2. et bellum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* [*Tzſchuck. Wetz.*] *Mox* cum ipſo *MS. Dan. Ax. Boecl.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed τὸ* ipſo *abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 3. deque ea re [*ſcil. monet, petit, poſtulat, vt*] *MS. Mendos. Leid. 2. Boecl. Voſſ.* 1. *Ax. Heus.* [*Ith. Heinr. Tzſch. 2. Schmied. et recepi. Copioſe docteque disputant de hac formula Heuſing. et Stau. in ed. 3. qui etiam ipſam hiſtoriam bene illuſtrat, et de Mithridate laudat Weſſel. ad Diodor. Sic.* 16, 90. *§.* 16. *Vulgo* de qua re.] — 4. quo vellet *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* quocunque loco vellet *MS. Leid. 2. Sed* quo loco vellet *MS. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Leid.* 1. — 5. cum vno *aberant a MS. Leid. 2. Mox* maximam *aberat a MS. Voſſ. 2. Boecl. Ax. Sed* maxime *MS. Dan.* — 6. colloquii *MS. Gif. Dan.* — 7. egreſſi *MS. Ax.* — 8. diuerſe *MS. Dan. Boecler.*

1 *Bellum cum ipſo rege*] Vulgo abeſt *ipſo*, e MSS. Dan. et Boecl. reſtitutum. Habent etiam vulgati, *et bellum.* Mox Schotto rectius videtur, quod in ſcriptis reperit, *deque ea re.* quomodo et Boecl. habet. Statim *τὸ loco* a vulgatis abeſt: ſed erat in MSS. Dan. Sch. Leid. Boecl.

2 *Maximam*] Aberat MS. Boecl. Alii *maxime.* Sed ita quoque ſupra locutus Nepos 10, 5. 6. Statim in MS. Gif. et aliis: *ipſo autem colloquii die.*

*ipſi ſunt congreſſi*] Sic et Dan. Vulgo *τὸ ipſi* abeſt.

ret, ne quam [9] ſuſpicionem pareret, in eumdem
locum reuertitur, atque ibi, vbi telum erat im-
poſitum, [10] reſedit, vt ſi a laſſitudine [11] cuperet
adquieſcere: Datamemque [12] reuocauit, ſimulans,
ſe quiddam [13] in colloquio eſſe [14] oblitum. In- 4
terim telum, quod latebat, protulit, nudatumque
vagina veſte texit, ac Datami venienti ait, digre-
dientem ſe animaduertiſſe, [15] locum quemdam,
qui erat in conſpectu, ad caſtra ponenda eſſe [16]
idoneum: quem quum digito demonſtraret, [17] et 5
ille conſpiceret, auerſum [18] ferro transfixit: prius-
que, [19] quam quisquam poſſet ſuccurrere, inter-

*Voſſ.* 2. *Ax. male.* — 9. nequam *Ed. Iens. Med. vt paullo ante cap.* 10, 3. *Mox* pararet *MS. Ax. Ed. Mag. Gebh.* — 10. impoſitum. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. *Ax. Leid.* 2. *Sed* impoſtum *MS. Dan.* poſitum *Ed. Lamb.* — 11. vt ſi laſſit. *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* ac ſi laſſitudine *MS. Ax. Mox in ed. Long.* [*Stau. Heus. Tzſchuck. Harl.*] adquieſcere *pro vulgato* acquieſcere. *In edit. Mag. eſt* requieſcere. — 12. Datamem *MS. Boecl. Ax.* Datamenque *Ed. Long. Mag. Pat. et al.* — 13. quiddam. *Sic etiam MS. Boecl.* [*Ed. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* quaedam *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ven.* quoddam *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Arg.* quodam *Ed. Iens. Med.* cuiusdam *Ed. Long.* — 14. eſſe *aberat a MS. Boecl. Sed* fuiſſe *MS. Ax.* — 15. digr. animadu. *MS. Ernſt.* digrediendum: ſe animadu. *Ed. Iens. Med. Lamb. forte* degredientem, *vt Pelop.* 6, 4. degreſſus a ſuis. — 16. eſſe *aberat a MS. Voſſ.* 2. — 17. demonſtraret *MS. Boecl. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax. Ed. Heus. minus numeroſe.* [*At tamen* demonſtr. *etiam Ed. Tzſchuck.* 1. 2. *Bipont. Stau.* 3. *Ith. Wetz. Heinr. Pauſl. Schmied. quos ego ſum ſequutus. Atque* digito demonſtrare *ap. Cicer. Somn. Scip. c.* 8. *Sueton. Auguſt. c.* 45. *v. Stau. Sed* monſtraret *Ed. Long. Lamb. Bos. et rell.*] *Mox* illi conſpic. *MS Voſſ.* 2. — 18. aduerſum *MS. Voſſ.* 2. [*Sed* auerſum, *h. e. a tergo, per tergum, recte legitur.*] — 19. et prius *MS. Ax. Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.*

3 *Vbi telum erat impoſitum*] Vide not. Ernſtii ad ſ. ſeq. Pro *impoſitum* Dan. *impoſtum.* vulgati *poſitum.* Statim MS. Boecl. *vt ſi laſſit. cup. acq. Datamem reuocauit.* deinde: *ſe quiddam in coll. obl.* Pro *quiddam* alii *quoddam.* Longol. *cuiusdam.* ed. Veneta *quaedam.*

4 *Digredientem ſe animadu.*] Ita reſcribendum, Schoppius monuit Veriſimil. 3, 12. quum vulgo legeretur, *digrediendum, ſe animadu.* Iam enim ante, in-

fecit. Ita vir,[20] qui multos conſilio, neminem perfidia ceperat, ſimulata captus eſt amicitia.

*Keuch.* — 20. Ita ille vir *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau. In Ed. Iens. et Med. extrema hac vita leguntur verba:* DATAMIS VITA FELICITER FINIT.

quit, digreſſi erant, et iterum nunc coibant. Firmat correctionem MS. Ernſtianus, in quo fuit: *digredientem animaduertiſſe.* Mox MS. Boecl. *quem cum digito demonſtraret.*

# XV. EPAMINONDAS [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. De moribus Graecorum animaduerſio. II. Epaminondae pueritia et adoleſcentia. III. Eius animi virtutes. IV. Exemplum eius abstinentiae. V. Eius dicendi vis. VI. Exempla huius eloquentiae. Pugna ad Leuctra. VII. Iniuriarum immemor exercitum incolumem domum reducit; in Peloponneſo bellum gerit. VIII. Adcuſatus, ſeliciter a iudicio capitis ſe liberat. IX. Apud Mantineam inuictus moritur. X. Coelibatus criminatio diluta. Horror a ciuili caede. Thebarum gloria.*]

EPAMINONDAS [2] POLYMNI F. THEBANVS. 1
De hoc [3] priusquam ſcribamus, haec praecipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad ſuos

1. Epaminundae vita *Ed. Iens. Arg.* Epaminondae vita *Ed. Med. Par. Ald.* — 2. Epaminundas *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. vbique. Statim* Polumni *MS. Voſſ.* 2. Polympni *MS. Leid.* 2. [Polymnis, *quia a Graecis, Pauſan.* 4, 31, 8 *et* 8, 52, 9 *ac* 9, 2, 43. *ab Aelian. V. H.* 3, 17. *ac* 11, 9 *et* 2, 43. *non* Polymnus, *ſed* Polymnis *dicitur, reſcripſerunt Wetzel. et Tzſchuck* 2. *add. Periz. ad Ael. V. H.* 2, 43. *et Stauer. ad noſtr. loc. in min. ed.*] — 3. de quo priusq. *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.*

De Epaminonda vide Polybium 9 (qui cum Hannibale comparat p. 345) Diodorum Sicul. lib. 6 in Excerptis Peireſcianis p. 247 (vbi elogium eius habes) Nonnum in collectione hiſtoriarum ad *στηλιτευτικὴν* Gregorii Nazianzeni p. 153 edit. Anglic. et Suidam. Nummus penes me eſt elegantiſſimus, ſed recentior, vt arbitror, in cuius antica parte caput Epaminondae cum litteris ΕΠΑΜΙΝΟΝΔΑΣ ΘΗΒΑΙΟΣ. in poſtica, figura militaris ad arma ſedens, ac ſiniſtra lauream tenens: ante eam columna, cui galea impoſita, et ſerpens circumuoluitur, cum armis: ſubtus, ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝ.

1 *Polymni*] Dictum vt *Neocli, Procli, Pericli* etc. de quibus ad 2, 1. 1 et 7, 3. 2. Nam Graece eſt *Πολύμνιδος* apud [Pauſan. 8, 52. p. 705.] Aelianum hiſt. var. lib. 3, 17. lib. 11, 9 et ex emendatione Cl. Schefferi lib. 2, 43: a *Πολύμνις*, quod patri eius nomen fuit.

referant; neue ea, quae ipſis leuiora ſunt, pari
2 modo apud ceteros fuiſſe arbitrentur. Scimus
enim, muſicen noſtris moribus abeſſe a principis[4]
perſona; ſaltare vero etiam[5] in vitiis poni: quae
omnia apud Graecos et grata,[6] et laude digna
3 ducuntur. Quum autem exprimere imaginem
conſuetudinis atque[7] vitae velimus Epaminondae:
nihil videmur debere[8] praetermittere, quod per-
4 tineat ad eam declarandam. Quare dicemus pri-
mum[9] de genere eius: deinde quibus diſciplinis
et a quibus ſit eruditus: tum de moribus, in-
geniique facultatibus; et ſi qua alia digna me-
moria[10] erunt: poſtremo de rebus geſtis, quae
a plurimis[11] omnium anteponuntur virtutibus.

1 II. Natus igitur patre, quo diximus, hone-
ſto genere,[1] pauper iam a maioribus relictus.

4. ab princ. *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 5. etiam *omiſſo τῷ* vero *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau. Sed* vero etiam *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Boecl. Edd. rell.* — 6. gratia *Ed. Keuch. mox* digna dicuntur *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.* — 7. atque *aberat a MS. Ax.* [*abeſt quoque ab Ed. Schmied.*] *et vncis incluſit Heus.* [*ſed diſſentit Stau. ad ed.* 3. *et plenius explicuit Tzſchuck. in ed.* 2.] — 8. videmur velle *MS. Voſſ.* 2. — 9. primus *MS. Voſſ.* 2. primo *Ed. Heus.* [*Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Pauſl. Rectius.*] *Mox* eius *aberat a MS. Ax.* — 10. memoria digna *MS. Voſſ.* 2. *Dan. Ax.* — 11. a plurimis. *Sic MS. Gif. Sau. Dan. Leid.* 1. [*Ed. Bos. et recentt.*] *Sed* plurimis, *omiſſa praepoſitione. MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb.* a plurimis pluribus *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Lectio loci fuit duplex.*

1. genere honeſto *MS. Ax.*

2 *Quae omn. apud Gr.*] Vide de muſica Voſſium lib. de quatuor artib. popular. c. 4 n. 22 et deinc. de ſaltatione Meurſium lib. de orcheſtra Graecorum. [Athen. 3, 25. p. 184. E. ed. Caſaub. Cic. Tuſc. quaeſt. 1, 2. *Fiſch.* Lamb. ac Stau. in ed. 3. de origine ſaltationis et muſices apud Graecos.]

4 *Quibus diſcipl.*] MS. Boecl. [et Ax.] *de diſciplinis.*

*digna memoria*] V. not. Boecleri ad praef. 1.

*a plurimis*] Praepoſitionem habent optimi libri, Gif. Sau. Dan. Leid. Vulgo abeſt. Cod. Boecl. vna voce auctius: *quae a plurimis pluribus omn.* non male.

Eruditus autem ſic, vt nemo Thebanus magis. Nam et citharizare,[2] et cantare ad chordarum ſonum doctus eſt a Dionyſio: qui non minore fuit in muſicis gloria, quam Damon,[3] aut Lamprus; quorum peruulgata[4] ſunt nomina: [carmina][5] cantare tibiis ab Olympiodoro, ſaltare a Calliphrone.[6] At philoſophiae praeceptorem 2
habuit Lyſim[7] Tarentinum, Pythagoreum: cui

2. citarizare *Ed. Iens. Med. Mox* cordarum *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Mag.* — 3. Damo *MS. Voſſ.* 2. *deinde* Lampus *MS. Leid.* 1. *Dan. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.* [*Sed* Δάμων *Athenienſis et inuentor Lydiae harmoniae ſiue Mixolydiae dicitur a Plutarcho de Muſica p.* 1136. *ſ. edit. Reisk. vol. X. p.* 667. *et* Λάμπρος *muſicus, abstemius,* ὑδροπότης, *nominatur ab Athenaeo* 2, 6. *pag.* 44. *D. ed. Caſaub. De Lampro v. Fabricii B. Gr. lib. II. c.* 15, 36. *vol. II. p.* 128. *ed. Harl. inprimis Leſſing. in vita Sophocl. p.* 36—47. *it. Guil. Leon. Mahne in diatribe de Ariſtoxeno §.* 4. *rec. in Theſauro critico nouo, tom. I. Lips.* 1803. 8. *p.* 11 *ſq. De Dionyſio autem Fabric. l. c. pag.* 120.] — 4. peruigilata *MS. Voſſ.* 1. quorum peruulgata carmina, cantare tibiis *MS. Ax.* — 5. carmina [*v. not. Bos. qui in ed.* 2., *vt Stau. in ed.* 1 *et* 3. *Tzſchuck. (qui id omittendum cenſet in not. ed.* 2.) *et Wetz. vncis incluſit.*] *aberat a MS. Dan. Leid.* 1. 2. [*et Ith. Brem. atque Hutten. id omiſerunt.*] *Vnci abſunt ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Stau.* 2. *Patau.* [*Heus. Harl. Schmied. Heinr. neque ego ſpurium eſſe exiſtimem.*] *Mox* Olimprodoro *Ed. Med. Arg.* Olymprodoro *Ed. Iens.* — 6. Caliphrone *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Arg. Par. Ald.* Calphrone *Ed. Iens. Med.* — 7. Lyſim. *Ita Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Bos. Heus. Ith. Heinr. Brem. Schmied. Wetz. Stau.* 1. 2. Lyſin *Stau.* 3. *Tzſchuck. Harl.*] *Sed* Lyſiam *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. (in quo eſt* Lyſiam Tar. Pythagoraeum,) *Mag. Etiam in MS. Dan. ſcriptum fuerat* Lyſiam; *ſed alia poſtea manus deleuerat literam* a.

1 *Eruditus autem ſic*] Exſtat Chionis Platonici ad Matridem epiſtola inter epiſtolas Graecorum ab Aldo editas. Quaenam autem diſciplinae duci neceſſariae, quaenam inutiles ac noxiae ſint, de eo exſtat prolixa diſputatio Naudaei lib. 2 de ſtudio militari ſect. 2 et 3.

*carmina*] Aberat MSS. Dan. et Leid. 1. 2. et ſuſpectabat etiam Gebhardus. Vix dubito, quin gloſſema ſit.

*ab Olympiodoro*] Et ab Orthagora. Vide ſupra ad 15, 1. 3.

2 *Praecept. hab. Lyſim Tarent.*] Ita Cicero 3 de Orat. 34 et 1 Offic. 44, ibique Fabric.

quidem ſic fuit deditus, vt adoleſcens triſtem et ſeuerum ſenem omnibus aequalibus ſuis in[8] familiaritate anteposuerit:[9] neque prius eum a ſe dimiſerit, quam in doctrinis tanto anteceſſerit[10] condiſcipulos, vt facile intelligi poſſet, pari modo ſuperaturum omnes in ceteris artibus.[11]
3 Atque haec ad noſtram conſuetudinem ſunt leuia, et potius contemnenda; at in Graecia vti-
4 que olim magnae laudi[12] erant. Poſtquam ephe-

8. in *abeſt ab Ed. Ald.* — 9. compoſuerit *MS. Leid.* 2. — 10. in doctr. t. anteceſſerit. *Sic MS. Ax. Boecl. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq. atque, recte, ait Schmied. et ex vſu linguae perfectum ponitur praecedentibus particulis* ſic, *vt hic, vel* adeo, tantum, *vbi non finitum tempus, ſed res omnino eiusque vis ſpectatur.*] *Sed* doctrinis t. anteceſſit *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Statim* diſcipulis *MS. Voſſ.* 1. *ſed ſupra notatum: diſcipulos. Dein* facili *Ed. Iens. Med. Arg.* — 11. in ceteris art. ſuperat. *Ed. Lamb.* [in c. art. ſuperat. omnes *Ed. Wetz.*] — 12. laudi *aberat a MS. Mendos. et in eodem libro diphthongo* ae *vocab.* magnae *ſuprascripta erat littera* i. *Mox* poſt ephebus eſt factus *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Dein* paleſtrae *Ed. Ald.*

Diodorus Sic. l. 6 in Exc. Peireſc. p. 247, Pauſanias 9, 13, 1. Aelianus Var. 3, 17. Malchus ſiue Porphyrius extrema vita Pythagorae, Iamblichus in eiusd. argumenti opere c. 35 etc. Qui omnes *Lyſidem* ſiue *Lyſim*, quomodo et in MS. Dan. correctum erat: non, vt in plerisque MSS. et vett. edd. Nepotis legitur, *Lyſiam*, vocant. Eius epiſtola ad Hipparchum quemdam legitur inter epiſtolas Graecorum ab Aldo editas, itemque inter fragmenta Pythagoricorum, cum Laërtio Caſauboni edita: et paullo aliter apud Iamblichum l. c. cap. 17. vbi vide notas Io. Arcerii Theodoreti p. 80. Alia de Lyſide habes apud eumdem Iamblichum d. cap. 35 et c. 30 p. 162 et Porphyrium l. c. p. 36 ed. Rittershuſii, cuius ibi notas vide. [Add. not. Stauer. in ed. min. et Fabric. Bibl. Gr. vol. I. p. 851. ed. Harl. qui in nota controuerſiam, inter Dodwell. et Bentleium de Lyſide eiusque aetate agitatam, paucis commemorat.] Ceterum Nonnus in collectione et expoſitione hiſtoriarum, quarum Gregorius Nazianzenus orat. 1 in Iulianum meminit c. 19, Epaminondam Philolai Pythagorici diſcipulum facit: ὁ Ἐπαμινώνδας τὸ γένος ἦν Θηβαῖος, ὁ ἀριστεύσας ἐν τῷ Λευκτρικῷ πολέμῳ, μαθητὴς γενόμενος Φιλολάου τοῦ Πυθαγορείου.

*quam in doctr. tanto anteceſſerit*] Sic MS. Boecl. et ed. Pariſ. Vulgo eſt *quam doctr. anteceſſit.* Mox Dan. *poſſit.*

3 *In Graecia-magnae laudi er.*] Non eſt diſſimulandum,

bus factus eſt, et palaeſtrae dare operam coepit: non tam magnitudini virium ſeruiuit, quam velocitati. Illam enim ad athletarum [13] vſum; hanc ad belli [14] exiſtimabat vtilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando, [15] ad eum finem, [16] quoad ſtans [17] complecti poſſet, atque contendere. In armis [18] plurimum ſtudii conſumebat.

T 2

13. illam enim athlet. *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* [*nec inuenuſte, ait Stau. ad ed.* 3. *quia Latini praepoſitiones in priore membro omittere ſoleant. Enimuero num h. l. omiſſio illa venuſta fuiſſet, equidem dubito, et ille Graeciſmus a poetis potius adhibetur.*] illam ad atlaeth. *Ed. Iens. Med.* illam ad athlaet. *Ed. Arg.* — 14. hanc belli *Ed. Med.* — 15. et luctando. *Aberant a MS. Boecl.* — 16. ad eum finem. *Aberant a MS. Leid.* 1. [ad eum fin. quoad *eſt* tam diu, quam.] *Cic. Verrin.* 1, 6. vsque ad eum finem, dum etc. *idem Verrin.* 5, 29. quem ad finem? dum cum imperio fuiſti. *Cic. pro Coelio cap.* 5. — 17. quoad ſtans. *Recte.* [*Ed. Lamb. Bos. et rell.*] quo adſtans *MS. Ernſt. Voſſ.* 1. *Bau.* quod ſtans *MS. Boecl. Voſſ.* 2. [*cui lectioni fauet Stau. in not. ad ed.* 3.] quo aſtans *MS. Leid.* 2. quod iſtas *MS. Ax.* — 18. in armis vero *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax.* [*Ed. Wetz.*] *Hinc cap. III. incipit in ed. Patau. Mox* conſumabant *MS. Voſſ.* 2.

membranis Schotti *laudi* h. l. abfuiſſe, et diphthongo *ae* ſupraſcriptum *i.* vt Noſter ſcripſiſſe videatur, *in Graecia magni erant.* quomodo 9, 1. 1 et 14, 1. 4 loquutus eſt.

4 *Poſtquam eph. f. e.*] MS. Boecl. corrupte: *Poſt ephebus eſt factus.*

*palaeſtrae*] Nam inter quatuor artes, quibus apud Graecos pueri atque adoleſcentes exercebantur, etiam gymnaſtice erat: de qua poſt Hier. Mercurialem, Pet. Fabrum aliosque, accurate Voſſius lib. de quatuor artib. popular. c. 3.

5 *Quoad ſtans compl. poſſ.*] Schoppius Veriſimil. 3, 4 cum libris Bauaricis et quibusd. edd. vett. mallet *quo adſtans.* quomodo et Freinshemius legendum exiſtimabat; ſed ſenſu diuerſo. Nam τὸ *adſtans* exponebat *coram factus, prope hoſtem poſitus;* vt ſenſus ſit, non modo currere didiciſſe Epaminondam; ſed etiam luctari, quo adſtans et prope hoſtem poſitus eum complecti atque cum eo contendere poſſet. Schoppii vero ſententia *adſtans* idem fuerit quod *ſtans*, vt in Priapeis: *Auctumnus ſterilis duobus adſtans.* et apud Plautum Aulul. 1, 1. 17 *Iſtic adſtato.* Iacentes enim, inquit, et ſtantes luctari ſolebant: de quo Pet. Faber Agoniſt. 1, 10 et H. Mercurialis de arte Gymnaſt. 1, 8. In MS. Boecleri fuit: *currendo* (omiſſa voce *luctando*) *ad* [illegible] *finem,*

1 III. Ad hanc[1] corporis firmitatem plurima[2] etiam animi bona acceſſerant. Erat enim modeſtus, prudens, grauis,[3] temporibus ſapienter

1. at hanc *MS. Voſſ.* 1. — 2. plura *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Heus. Ith. Heinr. Schmied. Stau.* 3. *Bipont. Tzſchuck. Pauſt.* plurima *Ed. Bos.* 2. *et rell.*] — 3. gnauis *MS. Ax.*

*quod ſtans compl. p. a. c.* Vir celeberrimus, et de litteris humanioribus, ſi quis alius, nuper et de me ſeorſim praeclare meritus, Ioh. Fr. Gronouius, nil mutandum exiſtimabat. Adponam verba eius ex epiſtola ante complures annos ad celeberr. Boeclerum ſcripta: Memini, inquit, olim tecum egiſſe me de verbis in Epaminonda cap. 2. *Itaque exercebatur plurimum etc.* Vbi nihil placebat mutari. Duplex erat lucta; *erecta*, quae peragebatur a ſtantibus, et *volutatoria* iacentium. Quin etiam vulgo acrius et vehementius agentes videntur non cum caſu feciſſe finem repugnandi, ſed tum quoque laboraſſe, vt ſecum detractum aduerſarium, ſi forte, ſuccumbere cogerent. Quo alludens Iuſtinus lib. 31 *Cum Romano, ſeu occupaueris prior aliqua, ſeu viceris, tum etiam cum victo et iacente luctandum eſſe.* Ab illo igitur ſiue altero genere, ſiue nimio conatu luctandi abſtinuiſſe Epaminondam, vſumque lucta hactenus ſeu certamen eousque produxiſſe, quousque ſtans et erectus, nondum iacens aut genibus nixus, aduerſarium complecti et nodis ſtringere et parem illi praeſtare poſſet. Iacentis enim illam contentionem ad ſtudium et ſpectaculum pertinere iudicauit, et illorum eſſe, qui in luctando nihil praeter praeſentem victoriam et athletae nomen ſpectarent: ipſe autem palaeſtra ſe caſtigabat, non propter campum, nec vt ſecum comparatum omnino vinceret; ſed vt exerceretur in praeſens; in poſterum melior agiliorque miles eſſet. De compacto igitur cum luctatore ſeu palaeſtrita egit, vt, ſi alteruter ſupplantatus collaberetur, ambo certaminis deſinerent. *Vſque ad eum finem*, non eſt *ea de cauſſa*, ſed *hucusque.* vt Ciceroni act. 1 in Verrem: *Manſit in conditione et pacto vsque ad eum finem, dum iudices reiecti eſſent.* quae verba perperam ſollicitantur a viris doctis. Lib. 1 de nat. deorum: *Quid dicam, quantus amor beſtiarum ſit in educandis cuſtodiendisque iis, quae procreauerunt, vsque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere.* Quod ſi plures MSS. adfirmarent *quod ſtans*, forſan reiiciendum non eſſet. Scis enim Terentio et Ciceroni et ſimilibus ſaepe poni τὸ *quod* pro *quoad* vel *quantum ad.* Haec Gronouius. Quod Nepos heic dixit *vsque ad eum finem*, pro eo c. 9, 3 *vsque eo* poſuit: *vsque eo retinuit, quoad renuntiatum eſt viciſſe Boeotios.* Qui locus receptam lectionem, meo quidem iudicio, mire confirmat. Cicero alibi dixit *ad eum finem.* A Leid. tamen aberant illa *ad eum finem.*

*in armis*] MS. Dan. addit *vero.* non male.

1 *Temporibus ſapienter vtens*] Verſum heic imprudenti excidiſſe Nepoti, adnotauit Lambinus.

vtens, peritus belli, fortis manu,[4] animo ma-
ximo: adeo veritatis diligens, vt ne ioco qui-
dem[5] mentiretur. Idem continens, clemens, 2
patiensque admirandum in modum:[6] non ſolum
populi, ſed etiam amicorum ferens iniurias: in-
primisque[7] commiſſa celans; quod interdum non
minus prodeſt, quam diſerte dicere: ſtudioſus
audiendi:[8] ex hoc enim facillime diſci arbitra-
batur. Itaque quum in circulum veniſſet, in 3
quo aut de republica disputaretur, aut de phi-
loſophia[9] ſermo haberetur: numquam inde prius
diſceſſit, quam ad finem ſermo eſſet adductus.[10]

4. [fortis manu. *Haec eſt conſtans lectio librorum. Sed quod Cornel: animi bona nunc recenſet, Harl. ad ed. 1. coniecerat* fortiſſimus, animo max. *(et adſentitur Bergſträſſer; nec plane improbat Tzſchuck. ad ed. 2.) aut* forti animo, ingenio, *aut* conſilio max. *Sed quoniam aliis illa coniectura videbatur audacior, ad ed. 2. noluit eſſe pertinax in defendenda ſua ſuſpicione. Bremi vocc.* fortis manu *a librario quodam intruſa eſſe opinatur, idque malit accipere Tzſchuck. ſed tamen dubius eſt.*] — 5. nec ioco quidem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Mox* item cont. *Ed. Gebh. Keuch. et* claemens *Ed. Iens. Med. Arg.* — 6. admirum in modum *MS. Voſſ.* 2. mirandum in modum *MS. Ax.* — 7. in primis *MS. Leid. 2. Dan. Mox in Ed. Iens. Med. Arg. Ald. eſt* caelans. *Mox a MS. Ax. aberat τὸ* dicere. — 8. audendi *Ed. Arg.* — 9. aut philoſ. *Ed. Iens. Med.* — 10. adductus. *Sic MS. Dan. Mendos. Leid. 1. Ax. Sed*

*adeo veritatis diligens etc.*] Vid. Hornei. Ethic. 2, 10. 4, Wendelin. philoſ. mor. 1, 31. 7 quaeſt. 1, Danhauer. colleg. decalog. disp. 5 ſ. 6 et disp. 6 ſ. 7, ac praeſertim Nic. Abram. lib. 3. de mendac. et verit. ſ. 94 et deinc. De Ariſtide ſimile quid refert Plutarchus [tom. I. p. 319. add. Stau. ad ed. min.]

2 *Commiſſa celans*] Plura in hanc rem Andr. Schottus libro de Bono ſilentii. De artificio ſilendi diximus in Tiberio ſ. 64. [conf. Curt. 4, 6, 6.]

*ſtudioſus audiendi*] Plerique Pythagoreorum quinquennium integrum ſilebant. De quo ſilentio poſt alios accurate egit Schefferus noſter lib. de natura et conſtitut. philoſophiae Pythagor. cap. 12. Plutarchus in Socr. Genio ait, Epaminondam fuiſſe ἄπληστον τοῦ μανθάνειν καὶ ἀκροᾶσθαι.

3 *Ad finem ſermo eſſ. adductus*] Lambinus mallet *perductus*. Sed ita MSS. plerique, vt Dan. Leid. et Schotto viſi. Longolius edidit *deductus*. V. not. Ernſtii.

4 Paupertatem adeo facile perpeſſus eſt, vt de re-
publ. nihil praeter gloriam ceperit: [11] amico-
rum in ſe tuendo caruit [12] facultatibus: fide ad
alios ſubleuandos ſaepe ſic vſus eſt, vt poſſit
iudicari, [13] omnia ei cum amicis fuiſſe commu-
5 nia. Nam quum aut ciuium ſuorum aliquis ab
hoſtibus eſſet captus, [14] aut virgo amici nubilis
propter paupertatem [15] collocari non poſſet: ami-

aductus *MS. Voſſ.* 2. deductus *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Wetz.*] eductus *MS. Leid.* 2. *Mox* adeo facile *aberant a MS. Leid.* 2. — 11. coeperit *Ed. Med. Arg.* — 12. caruerit *MS. Giſ. Mendos. Dan. Leid.* 2. *Ax.* [*ſed verum eſt* τὸ caruit, *h. e. more Graecorum* carere voluit.] — 13. iudicari poſſit *MS. Leid.* 2. — 14. fuiſſet captus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Wetz.*] — 15. quae propter paup. *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Par. Mag.* quam pr. paup. collocare non poſſet *MS. Voſſ.* 1. *Sau. Giſ. Put. Ed. Iens. Med. Ald.* etiam *Ed. Long.* collocare *habet.* [*Heus. priſca lectio fuiſſe videtur:* aut virgo amici nubilis (*repete,* eſſet), quae propt. paup. colloc. non poſſet.]

4 *Paupertatem*] Iuſtinus 6, 8. 6 *Pecuniae adeo parcus* (i. e. non cupidus) *fuit, vt ſumtus funeri deeſſet. Gloriae quoque non cupidior, quam pecuniae.* Frontinus 4, 3. 6 *Tantae abſtinentiae fuit, vt in ſupellectili eius praeter ahenum et veru vnicum nihil inueniretur.* Aelianus 5, 5 vnam habuiſſe veſtem ſcribit, eamque ſordidam. adde eumdem 2, 43 et 9, 11. Apuleius in apologia, *ſtrenuam* ei *paupertatem* tribuit.

*facile perpeſſus*] Facilem eam, leuem ac tolerabilem philoſophando faciens, vt ait Plutarchus Pelopida, vbi plura in hanc rem. Inter eos, qui tenuiſſime parciſſimeque vixerunt, recenſetur ab Athenaeo 10, 3. Ceterum etiam haec patientia magnam gloriam parit. Tacitus 4, 44. 1 *Lentulo ſuper conſulatum et triumphalia de Getulis gloriae fuerat bene tolerata paupertas.* Vnde Ariſtides dixit: *plus gloriandum ſibi egeſtatis cauſſa, quam Calliae pecuniae: quippe paupertatem qui aegre ferret, eius rarum eſſe exemplum.* Refert ex Aeſchine Socratico Plutarchus Ariſtide, prope finem, et hinc docet, Ariſtidem *gloriam ex paupertate non minus, quam e tropaeis amaſſe, et cupiuiſſe.*

*amicorum in ſe tuendo caruit facult.*] Pelopidae inprimis, ſuas prolixe offerentis. Vid. Plutarch. Pelopida p. 279. Pro *caruit* MSS. Giſ. Sch. ac, vt videtur, et Dan. *caruerit.* Sed repugnant, quae proxime ſequuntur. [v. varr. lectt. *in ſe tuendo*, h. e. ad ſe alendum, ad vitae ſuae neceſſitates. v. Varron. d. R. R. 3, 1 et Heuſing.]

5 *Pr. paupert. collocari n. p.*] Sic MS. Dan. et alii. MS. Boecl.

corum concilium [16] habebat, et quantum quisque daret, pro cuiusque [17] facultatibus imperabat. Eamque ſummam quum fecerat, [18] priusquam ac- 6
ciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant: eique vt ipſi numerarent, faciebat; vt ille, ad quem ea res perueniebat, ſciret, quantum [19] cuique deberet.

IV. Tentata [1] autem eius eſt abstinentia a 1
Diomedonte Cyziceno. [2] Namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum ſusceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit; et Micythum [3] adoleſcentulum quinque talentis ad ſuam perduxit voluntatem: quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus [4]

16. conſilium *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* — 17. cuiusque. *Aberat a MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed Heus. vncis incluſit.* [*at bene id tuetur Brem.*] — 18. fecerat, [*i. e. collegerat, comparauerat.*] *Sic MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Ith. Harl. Wetz. Tzſchuck.* 1. 2. *Heinr. Schmied. Recte! nam plusquamperfectum indicatiui ſequente imperfecto actionis celeritatem indicat. v. Tzſchuck. Sed* faceret *Edd. rell.*] — 19. quibus et quantum *Ed. Ald. Lamb. Steph.*

1. temptata *MS. Voſſ.* 1. *Mox* τὸ eſt *aberat a MS. Voſſ.* 2. *Ax. Sed Ed. Long. ac Mag.* [*Wetz.*] tentata autem eſt eius abstin. — 2. Ciziceno *Ed. Iens. Med. Arg.* — 3. Admihitte *MS. Leid.* 2. Michitum *MS. Dan. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mag. vbique.* Mythicum *et mox* Mythicus *Ed. Long.* — 4. Michytus *MS. Dan. et mox* Diomedonti.

*quae pr. p. c. n. p.* alii Codd. Magio teſte, *quam pr. paup. collocare non poſſet.*

6 *Cum faceret*] MS. Dan. *cum fecerat.* bene. Mox Lambinus et alii: *ſciret quib. et quantum c. d.* Sed illa *quib. et* abſunt melioribus libris.

1 *A Diomedonte*] Idem teſtantur Plutarchus apophth. reg. [vol. VI. p. 730. opp. ed. Lipſ.] et Aelian. Var. 5, 5. A Iaſone quoque Theſſalorum tyranno tentatum, narrant Plutarchus l. c. et Aelianus 12, 9. vbi et de Pelopida, Phocione et Ephialte ſimilia refert.

*rogatu Artax. Ep. pecunia corrump.*] MS. Boecl. *rog. Artaxerxis regis Ep. corrump.* omiſſa voce *pecunia.* [*Artoxerx.* Ed. Par.] Mox MS. Dan. *Michitum.* et ſtatim *Michytus* ac *Diomedonti.* et ſ. 2 *ſi rex ea vult.*

*Epamin. plurimum diligebat*]

Epaminondam conuenit, et cauſſam aduentus
2 Diomedontis oſtendit. At ille Diomedonte coram, *nihil*, inquit, *opus pecunia eſt. Nam ſi ea rex*[5] *vult, quae Thebanis ſint*[6] *vtilia, gratis facere ſum paratus: ſin autem contraria, non habet auri atque argenti ſatis. Namque orbis terrarum diuitias accipere nolo, pro patriae caritate.*[7]
3 *Te, qui*[8] *me incognitum tentaſti, tuique ſimilem exiſtimaſti, non miror: tibique*[9] *ignoſco. ſed egredere propere, ne alios*[10] *corrumpas, quum me non potueris. tu, Micythe,*[11] *argentum huic redde: niſi*[12] *id confeſtim facis, ego te tradam magiſtratui.*[13]
4 Hunc Diomedon quum rogaret, vt tuto exire,[14] *ſuaque, quae adtuliſſet, liceret*

5. ſi rex ea *MS. Ax. Dan.* — 6. ſunt *MS. Ax. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* — 7. namque — caritate. *Abſunt ab Ed. Vltrai.* — 8. tuque *MS. Mendos.* tu quod *MS. Dan. Ax. Ed. Heus.* [*Ith.* te quod *Ed. Schmied.*] tu qui *MS. Boecl. Leid.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* [*Harl.* te qui *Edd. rell. et tuetur Stau. ad ed.* 3. *quia ſequitur* tibique ignoſco.] *Mox* temptaſti *MS. Voſſ.* 1. — 9. tibi *Ed. Iens. Med. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* — 10. neque alios *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. — 11. Micythe. *Abeſt ab Ed. Ald. Lamb. Sed* et tu Mychyte *MS. Dan.* i tu Mythice *Ed. Long. Pat.* i tu Michite *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* i tu Michyte *MS. Ax.* tu [Micythe] *Ed. Heus. quem vid.* — 12. aut niſi *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* — 13. ego trad. mag. *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *In MS. Leid.* 2. *erat* magiſtratu, [*in datiuo antiquo. v. Stau. ad ed.* 1 *et* 3. *qui* magiſtratibus *coniicit.*] — 14. Haec verba abſunt ed. Vltrai. Sed libri agnoſcunt. Lambino e Graecis expreſſa videntur, legendumque cum Cl. Puteano putat *prae patr. car.* quod etiam Schotto et Buchnero placebat. ſed nulla neceſſitate. V. Ind. *pro*. [N. in indice *pro* explicatur vel ἀντὶ (vti etiam exponit Tzſchuck.), vel *prae*. Enimvero vtramque interpretationem h. l. non admittit Heuſing. ſed comparandi habere ſignificationem contendit, laudatque Cort. ad Salluſt. B. Iug. 14, 16.]

3 *Te qui*] Pro *Te qui* MSS. Sch. *tuque*. Dan. *tu quod*. non male. Cod. Boecl. et Longol. *tu qui*. Statim vulgo erat, *tibi ignoſco*. Mox alii: *Et tu Michyte*. Vulgati: *I tu Michyte*. Statim MS. Boecl. *ego tradam magiſtr.* poſſis de argento capere.

4 *Attuliſſet*] Exc. Dan. *attulerat*. [*attuliſſe* MS. Voſſ. 2.]

*eſferre: iſtud,*[15] inquit, *faciam: neque tua cauſa, ſed mea: ne, ſi tibi ſit pecunia ademta,*[16] *aliquis dicat, id ad me ereptum*[17] *perueniſſe, quod delatum accipere noluiſſem.* A quo quum 5 quaeſiſſet,[18] *quo ſe deduci vellet;* et ille, *Athenas,* dixiſſet:[19] praeſidium dedit, vt eo tuto[20] perueniret. neque vero id ſatis habuit, ſed etiam, vt inuiolatus in nauem adſcenderet,[21] per Chabriam Athenienſem,[22] de quo ſupra mentionem fecimus, effecit.[23] Abſtinentiae erit hoc 6

exiet *MS. Leid.* 2. exiret *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Long.* — 15. iſtud quidem inquit *MS. Ax.* [*Eleganter. Sed* illud, inquit *Tzſchuck.* 1. 2.] — 16. adempta *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Keuch.* [*Long. male.*] — 17. id ad me erept. *Sic MS. Dan.* [*Ed. Lamb. Bos.* 2. *et recentt. atque* ad me *coniungi debet cum* perueniſſe.] *Sed* id a me er. *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. id me er. *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Long.* ad id me er. *MS. Voſſ.* 1. ad me er. (*omiſſo* τῶ id) *Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 18. quaeſiuiſſet *Ed. Keuch. ſed* quaeſiſſet *etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Mox* deduci *etiam MS. Dan. Ax. Boecl. Voſſ.* 1. *Leid.* 1. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq. recte. Nam* deducere *eſt de loco in alium locum ducere, et Stau. ad ed.* 1 *et* 3. *laudauit Cort. ad Salluſt. B. Cat. cap.* 55. *nr.* 2.] *Sed* duci *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 19. diceret *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 20. ex tuto *MS. Leid.* 1. tuto, *omiſſo* τῶ eo, *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* eo *vncis incluſit Heus.* — 21. aſcenderet *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*et ſic, vel rectius* adſcenderet *Ed. Long. Lamb. Bos. et recentt.*] *Sed* eſcenderet *MS. Dan.* oſtenderet *MS. Ax.* — 22. Athenienſem curauit *Ed. Lamb. Steph. Gebh.* (*omiſſo deinde* τῶ effecit.] — 23. effecit. *Sic MS. Gif. Dan. Mendoſ. Ed. Sau.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* procurauit *Ed. Long. Abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh.*

*id ad me erep.*] Sic diſerte Dan. habet. Boecl. *id a me er.* Longol. *id me er.* Ceteris fere abeſt τὸ *id.*

5 *Quo ſe deduci*] Ita reſcripſi auctoritate codd. Dan. et Boecl. Antea editi habent, *duci.* Mox Dan. pro *adſcend.* habebat *eſcenderet,* de qua voce diximus ad 2, 8. 6. Pro *effecit,* quod in MSS. Gif. et Schotti legitur, vulgatae edd. *curauit* ponunt, idque ante illa, *de quo ſup. m. f.* Longol. *procurauit.*

6 *Abſtinentiae erit hoc ſatis teſtimonium*] Vide Gruterum ad Plaut. Menaechm. prol. 16.

ſatis teſtimonium. Plurima quidem proferre [24] poſſemus; ſed modus adhibendus eſt: quoniam vno hoc volumine vitam [25] excellentium virorum concludere [26] conſtituimus: quorum [27] ſeparatim multis millibus verſuum complures ſcriptores ante nos explicarunt.

24. proferre. *Aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* — 25. vitam *MS. Dan. Ax. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Keuch. Heus. Patau.* [*Harl. et ego id repoſui. Sed* vitas, *quomodo legitur in ceteris meis edd. acriter lateque h. l. defendit Stau. ad ed.* 3.] *v. ad praefat.* 8. — 26. viror. conclud. *Ita MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* vir. complurimum concl. *MS. Voſſ.* 1. virorum complurium concl. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Add. Bos. not.*] *Statim* conſtituemus *MS. Leid.* 1. *Abeſt ab Ed. Iens. Med. Ald.* — 27. quas *Ed. Long. Mag. Steph. Sed* quorum *MS. Dan. Ed. Ald.* [*et rell.*]

Schoppium Grammat. philoſ. p. 112, Phil. Pareum Lexico Critico p. 1116, et quae nos in Indice. [In hoc n. de multiplici vſu ac ſignificatione voc. *ſatis* fuſius agitur. *Satis* autem vſitatius ſequente genitiuo ponitur. Neque vero deſunt exempla, in quibus altera forma, vt τῦ ἅλις apud Graecos, occurrat. v. Stau. ad ed. 3. et *ſatis erit* h. e. ſignificat *ſufficiet.*] In obſernationibus Giſanii in Linguam Lat. p. 220. locus hic ita laudatur: *Abſtinentis erat hoc ſatis teſtatum.* Quod fateor me non capere. Nec additur, an in vet. lib. ſic legerit.

*proferre*] Aberat MS. Boecl. non male. Mox Dan. et alii codd. *vitam.* quod Magio emendatius videbatur. Et ſane ſingulari numero etiam in praefat. extr. vſus eſt Noſter. vide, quae ibi adnotauimus. Mox alii *quas*, vel *quam ſeparatim.* ſed τὸ *quorum* etiam in Exc. Dan. et ed. Aldina legitur. Poſt *excellentium virorum* vulgati addunt *complurium.* quod MS. Boecl. abeſt. Idem MS. [et MS. Voſſ. 2.] pro *concludere* legit *conducere.*

*multis millib. verſuum*] Sic ſolebant veteres ex verſuum numero libri magnitudinem ſignificare ac notare: fortaſſe ne quid alienum inculcaretur ac ſupponeretur, vel ne quid detraheretur. V. Ind. *verſus.* [Ibi autem citantur Caſaub. ad Athenaeum 6, 10. Salmaſ. prolegg. in Solin. 5. et in epiſt. quae in Sarrauianis exſtat p. 235. Voſſ. de vitiis ſerm. 1, 26. Iſidor. 1, 6, 14. etc. Poſt *quorum* ſupple *vitam.* Fiſch. in not. mſt. citat Menag. ad Laërt. p. 175. b.] Ceterum hunc locum imitatus videtur auctor epitomes ecdiceſeos Hygini contra haereſiarchas, ante hos annos XXIV primum a Sirmondo editae, in prooemio: *Sancti quique orthodoxi viri, ſuo quisque tempore vniuscuiusque haereſis ortum, et certamen, et exitum, per plurimos libros, et multa millia verſuum conſcripſerunt, quae nos epitomantes, iuuante Do-*

V. Fuit etiam[1] diſertus, vt nemo Theba- 1
nus[2] ei par eſſet eloquentia: neque minus con-
cinnus in breuitate reſpondendi, quam in per-
petua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem 2
Meneclidam[3] quemdam indidem[4] Thebis, et
aduerſarium in adminiſtranda republ. ſatis exer-
citatum[5] in dicendo, vt Thebanum ſcilicet. Nam-
que illi genti plus ineſt virium, quam ingenii.
Is, quod in re militari florere Epaminondam 3
videbat, hortari ſolebat Thebanos, vt pacem

1. Fuit etiam *MS. Voſſ. 2. Ax. Ed. Heus.* [*Harl. Ith. Schmied. Bipont. Heinr. Pauſl. et ego id reuocaui. Atque Heuſingero* τὸ et *(quod exſtat in rell. edd.) pro* etiam *ſuſpectum eſt in hoc libello, quamquam haud negat, duo fortaſſe loca eſſe, VIII.* 1, 5. *et XXV.* 8, 3. *quibus* et *pro* etiam *adhuc haereat, quorum vero, ait, fidem ipſa paucitas imminuit.*] *Statim* ne nemo *MS. Leid.* 2. — 2. ex Thebanis *MS. Ax. Boecl.* ei Thebanus par *MS. Dan. Ed. Heus.* [*Wetz.*] *Atque* ei *poſt* τὸ Thebanus *aberat hic a MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 2 *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus.* [*Wetz.*] — 3. Meneclydem *MS. Dan.* Menedidem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. vbique.* Menaclidem *MS. Ax.* Meneclidam *Ed. Heus.* [*Harl. Tzſchuck.* 2. *et ſic reſcripſi.* Meneclidan *Ed. Stan.* 3. *Tzſchuck.* 1.] — 4. indedem *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Mox* et aduerſ. *etiam MS. Dan. Ax. Leid.* 1. 2. *Boecl.* [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed copula abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Deinde* in *ante* adminiſtr. *aberat a MS. Leid.* 2. — 5. exercitus *MS. Voſſ.* 2. [*Forſan pro* exercitum, *ait Stauer. ad edit.* 3. *ſed* exercitatum *praefert, laudatque Oudendorp. ad Frontin. libr.* 2. *Strategem. cap.* 1. *num.* 30.]

*mino, hoc vno libello concluſimus.*

1 *Fuit et diſertus, vt nemo Theb. ei p. e. el.*] MS. Boecl. habet, *vt nemo ex Thebanis p. eſſ. el.* Exc. Dan. *vt n. ei Thebanus.*

2 *Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam etc.*] De Meneclide vid. Plutarchus Pelopida c. 25. et in praeceptis politicis [p. 261. Opp. vol. 9. ed. Lipſ.].

*et aduerſarium*] Ita recte meliores libri, puta Dan. Leid. Boecl. Vulgo copula deeſt.

*illi genti plus ineſt virium.*] Vide Beſold. de natura populorum cap. 3 et deinc. Torrent. commentar. ad Horat. p. 738. De Boeotiorum ingenio etiam Lambinus ad Horat. l. c. et Eraſmus in adagiis videri poſſunt. 'Αναισθήτους putatos Thebanos, e Demoſthenis orat. pro Pace cognoſcimus. [ſed conf. Stau. ad ed. 2 et 3.]

bello anteferrent, ne illius imperatoris opera deſideraretur. Huic ille, *fallis*, inquit, *verbo ciues*[6] *tuos, quod hos a bello auocas;*[7] *otii enim*
4 *nomine ſeruitutem concilias.*[8] *Nam paritur pax bello. Itaque, qui ea diutina volunt frui, bello exercitati eſſe debent. Quare ſi principes Graeciae eſſe vultis,*[9] *caſtris eſt vobis vtendum, non*
5 *palaeſtra.* Idem ille Meneclidas[10] quum huic obiiceret, *quod liberos non haberet, neque vxorem duxiſſet; maximeque inſolentiam,*[11] *quod ſibi Agamemnonis belli*[12] *gloriam videretur conſequutus:* at ille, *deſine*, inquit, *Meneclida,*[13] *de vxore mihi exprobrare: nam nullius in iſta re mi-*

6. ciuis *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 7. euocas *MS. Boecl. Mendos. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 8. concilians *Ed. Med. Arg.* — 9. vultis eſſe *MS. Ax. Mox* nobis vt. *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Mag.* — 10. Meneclydes *MS. Dan.* Menaclides *MS. Voſſ.* 2. Menedemides *Ed. Long.* Meneclidas *Ed. Heus.* [*Stau. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *et ego reddidi, nam nr.* 5. *ſequitur* Meneclida *in vocatiuo, cuius primus caſus in* as *exire debet. Vulgo* Meneclides.] — 11. maximeque inſolentia *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Mag.* maximaque eſſet inſolentia *Ed. Par.* — 12. belli. *Ita MS. Dan. Mendos. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Vltrai.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* bello *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau.* — 13. Meneclida. *Sic etiam MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* Meneclide *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 1. *Patau.* Meneclides *Ed. Mag.* Menedemida *Ed. Long.* Meneclyda *MS. Dan.* Menedida *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Menedide *Ed. Ald.* Menaclida *MS. Ax.*

3 *Auocas*] MSS. Boecl. et Schotto inſpecti ac ed. Pariſ. *euocas.* quod tamen Schottus non ſequitur.

4 *Nam paritur pax bello etc.*] Vide Grotium de I. B. et P. 3, 15. 2.

*qui ea diutina etc.*] Vid. Forſtner. not. ad Tac. 13, 53. 2.

5 *Quod liberos non haberet, neque vxorem duxiſſet*] Vid. inf. ad cap. 10, 1.

*inſolentiam*] Suppoſitum Lambino videtur: nec tamen delere audet.

*belli*] Sic MSS. Dan. ac Schotto viſi, et ed. Vltrai. Vulgati, *bello.* Statim vulgo erat: *deſine, inquit, Meneclide.* Nos auctoritatem Codd. Dan. et Boecl. ſequuti ſumus. *Meneclida*, vt *Atrida, Anchiſa, Aeacida.* de quibus Voſſius de analogia 2, 2 ac 3. Illa *quam tuo*, quae vulgo voci *minus*

*nus vti conſilio volo.*[14] Habebat enim Meneclidas [15] ſuſpicionem adulterii. *Quod autem me* 6
*Agamemnonem aemulari putas; falleris.*[16] *Namque ille cum vniuerſa Graecia vix decem annis vnam cepit vrbem: ego contra, ex* [17] *vna vrbe noſtra, dieque vno, totam Graeciam, Lacedaemoniis fugatis, liberaui.*

VI. Idem quum in conuentum veniſſet Ar- 1
cadum,[1] petens, vt ſocietatem cum Thebanis et Argiuis facerent: contraque [2] Calliſtratus Athe-

14. *Verba* quam tuo, *quae hic adduntur poſt* minus *in Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau. aberant a MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Dan. Mendos. Leid.* 1. *Ed. Vltrai.* [*Bos. et rell.*] — 15. Meneclidas *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *et ſic reſcripſi pro vulgato* Meneclides.] Menaclidas *MS. Ax.* — 16. fallis *MS. Mendos. Ed. Gebh. Keuch.* [*Quod addit Fiſcher. ed. Heus. in eo fallitur: nam Heus. in textu dedit* falleris: *in nota vero, Schott. membr.* fallis, *ait, quod verbum alterum,* putas, *excludit.*] — 17. contra ea vna v. n. *MS. Giſ. Dan. Mendos. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Gebh. Keuch.* [*et Heus. qui* vna vrbe *interpretatur, cum ciuibus vnius vrbis noſtrae, ſed grauiter impugnat eum Stauer. ad ed.* 3. *Tzſchuck. tamen ad ed.* 2. *quia breuius eſt et concinnius, praetulerit* vna vrbe noſtra, *tamquam ablatiuos abſolutos, eo ſenſu, quum vna eſſet vrbs noſtra, niſi ſonus offenderit. add. Stau. ad* 2. *ed. ibique Harl.*]

1. Archadum *MS. Voſſ.* 1. — 2. contra *Ed. Iens. Med. Ald. Patau. Statim* Galiſtratus *MS. Dan. et* Athenienſ. ductor legatus *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.*

ſubiunguntur, etiam MSS. Dan. Sch. Leid. et ed. Vltrai. aberant. Schottus tamen perſpicuitatis cauſſa retinebat.

6 *Falleris*] Membranae Schotti *fallis.* vt ſ. 3.

*vnam cepit vrbem*] Troiam. Res nota ex Homero aliisque.

*ego contra ex vna vrbe etc.*] In MSS. Sch. et Gif. fuit: *contra ea vna v. n.* An leg. *contra ea, ex vna v. n.?* quomodo loquutus eſt praef. 6, infra c. 10, 4 etc. [*ex vna vrbe,* n. Thebis, et *die vno* n. poſt pugnam Leuctricam.]

1 *Calliſtratus*] Mox MS. Boecl. *Athenienſ. ductor legatus.* quod ſpernere non auſim. Fortaſſis autem principem legationis, vt hodie loquimur, fuiſſe innuit. Florus *ducem legationis* vocat 2, 6. 7. [Sed Staver. ad ed. 2 et 3. de Calliſtrato et legatis agit, atque contra Boſium monet, *ductorem,* ſi lectio eſſet genuina, quod tamen non credit, h. l. non ſignificare ducem aut principem legationis,

nienſium legatus, qui eloquentia omnes eo prae-
ſtabat tempore, poſtularet, vt potius amicitiam[3]
ſequerentur Atticorum; et in oratione ſua mul-
ta[4] inuectus eſſet in Thebanos et Argiuos, in
2 eisque[5] hoc poſuiſſet: *animaduertere*[6] *debere*
*Arcadas, quales vtraque ciuitas ciues procreaſſet,*
*ex quibus de ceteris poſſent iudicare. Argiuos*
*enim fuiſſe Oreſtem*[7] *et Alcmaeonem, matrici-*
*das: Thebis Oedipum natum, qui, quum patrem*
*ſuum interfeciſſet, ex matre liberos procreaſſet.*[8]

3. amicitias *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* amicitia *MS. Voſſ.* 2. — 4. multa *aberat a MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. [Τὸ multa *hoc loco ſuſtinet aduerbii vicem ex graeca ratione. Sic in Timol. cap.* 5, 3. nonnulla inuehi, *notante Tzſchuckio et antea Boecl. in ind. voc. inuehi.*] — 5. in eosque *MS. Voſſ.* 2. — 6. animum aduertere *MS. Voſſ.* 1. *Mox* Arcadas *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.. Gebh. Heus.* [*Stau.* 3. *Ith. Tzſchuck.* 1. 2. *Heinr. Schmied. et ego ſic reſcripſi.* Arcades *Ed. Bos. et al.*] Archadas *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Statim* qualis — ciuis *MS. Voſſ.* 2. *Etiam in Ed. Iens. Med. Par. eſt* ciuis. — 7. Horeſtem *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Tum* Alcmeonem *Ed. Arg. Par. Long. Mag.* Alcynconem *MS. Leid.* 2. Alcineonē *Ed. Iens. Med. Dein* Oedippum *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. — 8. procreaſſe *MS. Dan.* [*Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 3.] *Sed* procreaſſet *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Long. Mag. Keuch. Heus. Stau.* 2. *Patau.* [*Harl. Tzſchuck. et rell. recentt.*] *Statim* Hic *etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Sed* hinc *MS. Voſſ.* 1. huic *MS. Ax. Boecl. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Patau. Scheffer. in Obſſ. miſc. vol.* 8. *p.* 432. *coniecit* heic.

ſed δημαγωγὸν, vti adpellatur a Diodoro Sic. 15, 38. Add. de eo Xenoph. hiſt. gr. 6, 2. 39. vbi eum vocat δημηγόρον, οὐ μάλα ἐπιτήδειον ὄντα, (v. ibi Schneider) et libr. 6, 3, 10. vbi quamdam eius orationem recitat, Plutarch. Apophthegm. p. 193. Fabric. Bibl. gr. libr. IV. cap. 22. p. 558 ſqq. vol. V. ed. Harles. coll. tamen Frid. Iacobs Animaduerſſ. criticis in Calliſtrati ſtatuas et Philoſtratorum imagines etc. Lipſ. 1797. 8. pag. 5—7. et Ruhnken. in Hiſt. crit. orator. gr. p. 59.]

*multa inuectus*] V. ſupra ad praef. 8. MS. Boecl. *multa* aberat. De re vide Plutarch. apophthegm. reg. et praecept. polit.

2 *Procreaſſe*] Sic et MSS. ſed vir ſummus et de Nepote noſtro in primis praeclare meritus Aug. Buchnerus, aut hic legendum *procreaſſet*, (quomodo Longolius pridem, nuper et Keuchenius edidit,) aut ſupra *quem* pro *qui* reponendum, ceu-

Hic in reſpondendo Epaminondas quum de ceteris peroraſſet, poſtquam ad illa duo opprobria[9] peruenit: *admirari ſe*, dixit, *ſtultitiam rhetoris Attici, qui non animaduerterit*[10] *innocentes illos natos; domi ſcelere admiſſo,*[11] *quum patria eſſent expulſi,*[12] *receptos eſſe ab Athenienſibus.* 3
Sed maxime eius eloquentia eluxit Spartae, [legati ante pugnam Leuctricam]:[13] quo quum 4

9. obprobria *Ed. Iens. Med. Arg.* [*Stau. Tzſchuck.* 1. 2.] — 10. animaduerteret *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Stau.* 2. — 11. amiſſo *MS. Voſſ.* 2. [*ſed* ſcelus admittere *pro* perpetrare *eleganter dici, oſtendit Stau. ad ed.* 3.] — 12. pulſi *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patau.* [*Wetz.*] *Sed* expulſi *MS. Dan. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos. et ſqq. fere omnes.*] — 13. legati ante p. Leuctr. *Erant in MS. Dan. (in quo ſcriptum* Leuctrycam,) *Giſ. Mendos. Ax. Boecl. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. *Abſunt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau. Vnci abſunt ab Ed. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Ith. Brem. Tzſchuck.* 2. *Schmied. qui illa verba ad ſenſum et hiſtoriam neceſſaria eſſe iudicat in Lex. Cornel. p.* 42. *Vncis tamen ea incluſa ſunt in Ed. Bos.* 2. *Heus. et pluribus recentt.*]

ſebat. [et ego *procreaſſet* reſcripſi. Vid. varr. lectt. De Oreſte et reliquis reque ipſa v. Stau. ad edit. 2 et 3.]

3 [*Illos natos; domi*] Heuſing. locum ſic interpunxit et copioſe interpretatus eſt: *innocentes illos natos domi;* (i. e. ſine crimine, non incertis, non ſceleratis parentibus maioribusue;) *ſcelere admiſſo,* (poſtquam parentes interfeciſſent,) *cum patria eſſent pulſi,* (ſic in nota; in textu tamen dedit *expulſi,*) *rec. eſſe ab Athen.* etc. Sed Stau. ad ed. 3. late et eum refutat, et hiſtoriam fabuloſam explicat illuſtratque. Add. Pauſl. not.]

*quum patria eſſent expulſi*] Sic reſcripſi e MSS. Dan. et Boecl. cum antea legeretur *pulſi.* Vſus et alibi hoc verbo Nepos. Plutarchus hac ipſa in re: ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλομεν etc.

4 *Legati ante pugnam Leuctric.*] Haec omittunt Longol. Mag. et Lambinus. Schottus quoque ex ora intruſa putabat, quod mox *Leuctricae pugnae* fiat mentio, addatque Nepos, *quod mox apparuit.* Et profecto nullo ſententiae detrimento omitti poſſunt. Erant tamen in plerisque melioris notae libris, vt Dan. Giſ. Sch. Leid. Boecl. Quare ſatis habui, ſi vncis, vt ſuſpecta, includerem. Mox Longol. et e MS. ſuo Schottus: *legionum conuentu.* perperam. *Legationes* ſunt legati ipſi, vt alibi paſſim. [In indice de hac metonymia abſtracti pro concreto agitur et citantur Iuſtin. 30, 3, 5. *legationes Attali*, Tacit. Ann. 15, 69. 1. et Ann. 12,

omnium ſociorum conueniſſent legati, coram frequentiſſimo legationum [14] conuentu, ſic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, vt non minus illa oratione opes eorum concuſſerit, quam Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod poſt adparuit, vt auxilio ſociorum Lacedaemonii priuarentur.

1 VII. Fuiſſe patientem, [1] ſuorumque iniurias ferentem ciuium, quod ſe patriae iraſci nefas eſſe duceret, haec ſunt teſtimonia. Quum eum propter inuidiam ciues praeficere exercitui [2] noluiſſent, duxque eſſet delectus belli imperitus, cuius

14. legionum *MS. Mendoſ. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Sed* legationum *MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* [*Edd. rell. Recte. v. not.*] *Mox* ſi Laced. *MS. Voſſ.* 1. *dein* Leutrica *MS. Voſſ.* 2.

1. fuiſſe autem pat. *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau.* [*Tzſchuck.* 1. *in altera tamen edit. vti in Bos. et rell. omiſſum eſt τὸ* autem.] — 2. exerc. praef. *Ed. Lamb. Patau.* praef. *omiſſo τῷ* exercitui *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Statim* voluiſſent *Ed. Iens. Med. Arg. Long.*

17, 1. *ſeruitia* pro *ſeruis*, ac laudatur Buchner. de commutata dicendi rat. 1, 4, 5. Plures alios viros doctos, qui illum tropum, vtriusque linguae ſcriptoribus vſitatum, illuſtrarunt, excitat Stauer. ad ed. 3.]

*Leuctrica pugna*] Iconiſmum eius habes apud Sixtum Arcerium poſt notas ad Aeliani Tactica p. 173. Tempus inueſtigant Scaliger 5 de emendat. tempor. Petauius de doctr. temp. 10, 31 et Seldenus in Canone Chronico ad veteres Graecorum epochas p. 117. [Pugnam illam Leuctricam commiſſam fuiſſe Olymp. CII. ½ (a. v. c. 384. ante Ch. nat. 370.) docet Corſin. in Faſt. Attic. tom. IV. p. 7 ſq. Conf. Xenoph. Hiſt. gr. 6, 4. ibique Mori ac Schneideri not. Xenoph. Ageſ. 2, 23 ſeq. p. 233. ibique Bachii not. Pauſan. 9, 13, 2. Diodor. Sic. 15, 51—56 etc. Socii Lacedaemonior. fuerunt Elei, Argiui, Arcades. v. Plutarch. in Pelopida c. 24.]

*ſociorum Lacedaemonii*] Transponit haec Dan. Quod facit, vt ſuſpicer, τὸ *Lacedaemonii* gloſſema eſſe.

1 *Fuiſſe pat.*] Longol. *Fuiſſe autem pat.* Mox Lambinus coniicit *teſtimonio.* nil tamen mutat. neque opus mutatione: ſic enim et ſupra c. 4, 6 loquutus Nepos. [Conf. Valer. Max. 3, 7. ext. 5.]

[*inuidiam*] inprimis, quod in proelio ad Corinthum, repreſſa caede, Lacedaemoniis pepercerat. Diodor. Sic. 15, 72. notante Tzſchuckio.]

*duxque belli imperitus*] Cleomenes, teſte Pauſania Boeoticis, 9, 13 ſqq. Falſum itaque,

errore eo eſſet deducta [3] illa multitudo militum, [4]
vt omnes de ſalute pertimeſcerent, quod locorum
anguſtiis clauſi ab hoſtibus obſidebantur: deſidera-
ri coepta eſt Epaminondae diligentia: erat enim ibi
priuatus numero militis. [5] A quo quum peterent [6] 2
opem, nullam adhibuit memoriam contumeliae,
et exercitum obſidione liberatum, domum re-
duxit incolumem. Neque vero [7] hoc ſemel fe- 3
cit, ſed saepius: maxime autem fuit illuſtre,
quum in Peloponneſum [8] exercitum duxiſſet ad-

3. ded. eſſet *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. eſſent ded. *Ed. Boecl.* — 4. illa multit. mil. *Sic MS. Giſ. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* illa mil. mult. *Ed. Boecl. Bos.* 1. res illa militum *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau.* res militum *MS. Ax. Boecl. Voſſ.* 2. [*quam lectionem probat Scheffer. et ait, eam nihil aliud ſignificare, quam ipſos milites.*] Illa multitudinem militum *MS. Leid.* 1. — 5. militis. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *v. Burmann. ad Phaedr.* 4. *fab.* 24, 16. *Sed* militum *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* — 6. peteret *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 7. nec vero *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ax.* — 8. cum Pelop. *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2.

quod Lambinus adnotat, *neque a Diodoro, neque ab aliis nominari.* [add. Diod. Sic. 15, 71 et infra in Pelopida c. 5, 1.]

*illa multitudo militum*] Vt nos edidimus, legitur in optimis libris Gif. et Dan. nec diſplicet Gebhardo. *Nam vt peccatum ducis*, inquit, *protrahat Nepos, immenſam illam multitudinem ait coniectam in anguſtias, in quibus paucitas res gerere poſſet: multitudo vero nil niſi ſe impedire et hoſtis ferrum hebetare.* Recepit etiam in poſteriores editiones ſuas Boecler. In Leid. erat, *ded. illa multitudinem militum.* Vnde olim coniiciebam legendum: *cuius errore eo eſſet ded. res, illa multitudine militum, vt etc.* h. e. in tanta militum multitudine. nam mox ait, *locorum anguſtiis clauſos atque ab hoſtibus obſeſſos fuiſſe.* Hoc igitur videbatur innuere, in his anguſtiis multitudinem ſibi ipſi fuiſſe impedimento, ne tota hoſti reſiſtere, aut etiam commode recedere poſſet. Quod ſi Giſaniani codicis ſcripturam retinent malis, dixeris, ob ſimilitudinem omiſſa a librariis voce *multitudo*, ab alio *τὸ res* ſubſtitutum, quod aliquid deeſſe animaduerteret. Magis tamen placet prior coniectura noſtra. Rem ipſam narrant Diodorus 15 et Pauſanias Boeoticis ſ. libr. 9. c. 14 et 15.

*erat enim priuatus*] Nam, vt Diodorus 15, 71 et 72. refert, populus proditionis accuſato magiſtratum (βοιωταρχίαν) abrogaverat, privatumque fecerat. [*numero* h. e. loco, et *priuatus* h. e. non cum imperio, ἰδιωτεύων ap. Diod. Sic.]

verſus Lacedaemonios, haberetque collegas duos,[9] quorum alter erat Pelopidas, vir fortis ac ſtrenuus. Hic quum [10] criminibus aduerſariorum omnes in inuidiam veniſſent, ob eamque rem imperium his eſſet abrogatum, atque in eorum
4 locum alii praetores ſucceſſiſſent:[11] Epaminondas populiſcito [12] non paruit, idemque vt facerent, perſuaſit collegis, et bellum, quod ſusceperat, geſſit. Namque animaduertebat, niſi [13] id feciſſet, totum exercitum propter praetorum im-
5 prudentiam inſcientiamque [14] belli periturum. Lex erat Thebis, quae *morte multabat, ſi quis imperium diutius retinuiſſet,*[15] *quam lege praefinitum*

9. duos. *Ita etiam Ed. Arg. Long. Mag. Lamb.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* ſuos *Ed. Iens. Med. Arg. Mag.* — 10. hi cum *MS. Boecl. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax.* [*Ed. Brem. Tzſchuck.* 2. *Heinr. Add. not.*] — 11. ſucceſiſſent *Ed. Iens. Med.* — 12. populiſcito. *Sic MS. Giſ. Dan. Ed. Vltraiect.* [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* plebiſcito *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* plebeſcito *MS. Voſſ.* 2. — 13. niſi. [*Sic codd. v. not. Ed. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* vbi *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 14. inſcitiamque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*conſ. Cic. de N. D.* 1, 1. *et Erneſt. clau. Cicer. voc. inſcientia.*] — 15. tenuiſſet *MS. Dan.*

3 *Collegas duos*] Alterum collegam fuiſſe Gorgiam, e Diodoro [15, 53. v. Stau. in ed. min. et Tzſchuck.] colligitur.

*hic cum criminibus*] Confirmant Schefferi emendationem [*hi*] Exc. Dan. in quibus diſerte ſcriptum *hii cum.* [*criminibus* h. e. criminationibus, accuſationibus. v. Salluſt. B. C. cap. 34, 2. ibique Cortii not. Conf. Appian. in Syriac. c. 41. qui cum noſtro conſentit, et Stau. ad min. edit. qui Cornelium peccati contra fidem hiſtoricam arguit.]

4 *Populiſcito*] Sic diſerte Giſ. Dan. et ed. Vltrai. Itaque non dubitaui reponere. vide quae dixi ad 3, 1. 5. Vulgo erat *plebiſcito.*

*niſi id feciſſet*] Etiam hoc loco pro *vbi* repoſui *niſi,* auctoritate MSS. codicum Dan. Leid. 1. Boecl. [Ax.] probante id quoque nobiliſſ. Boeclero. Hoc vult, niſi effeciſſet, vt collegae *legi non obedirent,* c. 8, 1.

5 *Lex erat Thebis*] V. Cic. 1 de inuent. c. 33. 38 ſq. Plutarch. apophth. reg. et Aelian. Var. 13.

*forêt.* Hanc Epaminondas quum reipubl. con-
ſeruandae cauſſa latam videret, ad perniciem ci-
vitatis conferre noluit; et quatuor [16] menſibus
diutius, quam populus iuſſerat, geſſit imperium.

VIII. Poſtquam domum reditum eſt, col- 1
legae eius hoc crimine accuſabantur: quibus ille
permiſit, vt omnem cauſſam [1] in ſe transferrent,
ſuaque opera factum contenderent, vt legi non
obedirent. Qua defenſione illis periculo liberatis,
nemo Epaminondam reſponſurum putabat, quod,
quid [2] diceret, non haberet. At ille in iudicium 2
venit: nihil eorum negauit, quae aduerſarii cri-
mini dabant, omniaque, quae collegae dixerant, [3]
confeſſus eſt, neque recuſauit, [4] quo minus legis



16. quattuor *Ed. Med.*

1. omnem vt cauſſ. *Ed. Steph. Gebh. Keuch.* — 2. qui quid *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* *Mox* non habebat *Ed. Mag.* — 3. dixerant *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patau. Credo, melius.* [*Sic quoque Ed. Ith. Tzſchuck. Harl. Bipont. Heinr. Wetz. Schmied. et ego reddidi.* dixerunt *Ed. Bos. Stau. Brem.*] — 4. renuntiauit *MS. Boecl.* *Mox* poenam legis *MS. Ax.*

*hanc Epaminondas cum reipubl. conſeruandae cauſſa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit*] Vide Plutarch. Pelop. p. 290 C, Ciceron. Phil. XI; inprimis Baudium in diſſertatiuncula ſuper Induciis, (quam libro 2 de induc. bell. Belg. inſeruit) p. 39 et deinc. An autem liceat nonnumquam contra quam mandatum eſt, facere, ſi ſperes ei, qui mandauit., vtilius fore, Gellius 1, 13 disputat: ad quem locum videnda diſſertatio Boecleri, quam de Religione Mandati inſcripſit. Adde ſupra ad 14, 4. 3. adnotata.

1 *Collegae eius*] Sic et Aelianus ac Plutarchus in apophth. reg. etſi hic in Pelopida tantum Epaminondae et Pelopidae hac in re meminit.

*quod quid dic.*] MS. Boecl. *qui quid dic.* Forſan fuit *qui quod diceret.* [Sed Boſii coniecturam reiicit Thom. Wopkenſ. lib. 2. Lectt. Tullian. cap. 1. p. 121. notante Stan. ad ed. 3. et hic praeterea contra Heuſinger. pugnans tuetur τὸ *dixerunt.*]

2 *Neque recuſauit*] Sperni non debet, quod eſt in cod. Boecl. *neque renuntiauit.* Habet enim hoc verbi aliquando vim negandi, abnuendi, recuſandi. Sabinus Aſidius apud Senecam Suaſoria 2 de Leonida Spartano: *Ego illi ad prandium promiſiſſem: ad coenam renuntiaſſem.* Cogitent amplius,

poenam ſubiret; ſed vnum ab iis [5] petiuit, *vt in*
3 *periculo* [6] *ſuo inſcriberent:* EPAMINONDAS A

5. ab his *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Leid. Ed. Iens. Med. Par. Lamb.* — 6. periculo. *Sic etiam MS. Giſan. Sau.* [*Thott.*] *Put. Mendos. et, quos Magius inſpexit, omnes; Ed. Iens. Long. Lamb.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* ſepulchro *Ed. Ald. Mox* conſcriberent *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. ſed* inſcriberent *MS. Boecl. Sau. Ax. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *et rell.*]

qui cuncta veterum ſcriptorum in numerato habent.

*in periculo*] Quum viri docti non ſatis congruere huic rei vocem *periculum* cenſerent, certatim eam emendare conati ſunt. Aldus *in ſepulchro* edidit. quam lectionem Hotomannus 3 obſ. 20 tuetur, probatque et Iac. Gothofredus in commentario ad l. 2 Cod. Theodoſ. de ſentent. ex periculo recit. p. 393. Longolius coniecit leg. *in periſtylio*. Memmius, *in ſcapulo*. Lambinus, *in cippo*, vel *in cippulo*. Buchnerus *in titulo*, i. e. αἰτίας ἐπιγραφῇ, quod etiam Cl. Kirchmaiero placere video, ſed ita, vt videatur, adactus teſtimoniis Plutarchi et Aeliani, et antiqua conſuetudine, id potius de columna ſepulcrali ſiue inſcriptione monumenti Epaminondae, cauſſam mortis eius indicatura, accipi velle. Sed omnes iſtae emendationes nimium a ſcriptura librorum abeunt, qui conſtanter *in periculo* legunt. Propius accedit ad eam lectionem coniectura doctiſſimi viri, Iac. Sirmondi, qui legi vult *pariculo*. quem ſequuntur H. Grotius ſparſione florum ad Ius Iuſtinianeum p. 370 et Deſ. Heraldus in obſeruationibus cap. 50. ac in animaduerſionib. in Salmaſii obſervat. ad ius Att. et Rom. lib. 2 cap. 7. Niſi quod Heraldus tandem admittit τὸ *periculum* retineri poſſe, ſed vt idem ſit ac *pariculum*. qua voce ſignificari volunt τὸ ἴσον, ἰσότυπον, ἀντίγραφον, exemplum ex archetypo deſcriptum: dicique vt *pariculae chartae* apud Marculphum. Sed recte docuere Salmaſius in obſeru. ad Ius Att. et Rom. cap. 7 et lib. de modo vſurarum cap. 15. [add. idem ad Solin. pag. 858. b. ad hiſt. Aug. p. 380. a. *Fiſch.*] ac Iac. item Gothofredus loco paullo ante laudato, vocem *pariculum* infimae latinitatis eſſe, nec inſtituto Epaminondae aut ſententiae legis 2 C. Th. de ſent. ex peric. recit. conuenire: cum vtrobique non ἀντίγραφα ſiue exempla, ſed prototypa et ipſiſſima αὐτόγραφα deſignentur. nec abſolute dici *pariculum*, ſed *pariculum inſtrumentum*, *pariculas chartas*, *epiſtolas etc.* Ipſe Salmaſius [de mod. vſurar. p. 667. 669 ſq. 671. 677. *Fiſch.*] cum eruditorum aliis *periculum* exponit, titulum ſepulcralem, ſiue ἐπιγραφὴν monumenti: in cuius vicem ſententiam, qua condemnandus erat, Epaminondas in cippo ſuo conſcribi voluerit. Non quod id vnquam factum fuerit; ſed vt Athenienſes in inuidiam his verbis vocaret. Sed eo ſenſu hanc vocem vix alibi reperias. Neque credibile eſt, damnato et capitali ſupplicio adfecto Thebanos fuiſſe ſplendidum monumentum aut titulum poſituros. Nam veriſimile eſt Thebis non minus, quam Spartae et Athenis, damnatorum cadauera non in ſepulcro paterno, ſed peculiari loco ſepulta. Denique ver-

THEBANIS MORTE MVLTATVS EST QVOD[7]

7. quot *Ed. Ald.*

ba, quae Epaminondas in periculo ſcribi voluit, potius ſententiam iudicum aut tabulas publicas, quam elogium ſepulcrale, referunt. Quanquam huic interpretationi fauere videntur Plutarchus in apophth. et Aelianus 13, 42. apud quos Epaminondas iubet haec ἐπιγράψαι τῇ ϛήλῃ. Στήλην autem viri docti exponunt columellam ſepulcris imponi ſolitam. [Sic interpretatus eſt Scheffer. ad loc. Aeliani: add. ibid. Perizon. de noſtro etiam Nepotis loco.] Malim interpretari columnam, cui inſcribebantur, quibus ignominia irrogabatur. Sic Athenienſes Arthmium quemdam, Pliſtonactis F. Zelitem, quum vrbe eieciſſent, quod Graecos pecunia corrupiſſet, vt Perſae obſequerentur; condemnationem eius pilae aereae inſcripſerunt, poteſtate facta volenti eum occidendi, eique ac toti generi ipſius ignominia irrogata; adſcripta etiam cauſſa condemnationis; quod aurum e Media in Peloponneſum inuexiſſet. Rem narrant Demoſthenes Philippica 3 p. 49, et de falſa legat. p. 235. Aeſchines orat. contra Cteſiph. p. 310. Dinarchus orat. contra Ariſtogitonem p. 77 et Nonnus ſub initium collect. hiſtoriar. ad Stelitent. 1 Nazianzeni. qui addit: ϛήλη ἐϛὶν ἡ λίθος ἢ χαλκὸς ἐν ἐπιμήκει τετραγώνῳ σχήματι, ἐν ᾗ ἐγγέγραπται ἡ τοῦ ϛηλιτευομένου ὕβρις. Videri et Meurſius poteſt in Cecropia cap. 29. Pari modo deuotionis Alcibiadis exemplum in pila lapidea inciſum et in publico poſitum eſt. de quo noſter 7, 4. 5. vbi vide Gebhardo adnotata. Atque hunc morem reſpexiſſe Plutarchum ac Aelianum, haud negauerim. Sed vt de eo verba Nepotis, et *periculi* vocem accipi debere putem, nondum adduci poſſum. Nusquam enim alibi, quod ſciam, hoc ſignificatu occurrit. Ac fieri potuit, vt hi mentem auctorum, vnde narrationem ſuam hauſerunt, non ſatis perceperint, aut in alios auctores, quam Nepos, inciderint. Quare malim de libello, ſiue ſcripto iudicis, verba auctoris noſtri accipere, atque illud *ſuo* non ad Epaminondam, vt cum aliis Salmaſius facit, ſed ad Thebanos referre, quo etiam Schoppius refert. Nam *periculum* indicem ſiue libellum Graecorum imitatione dici, Salmaſius ipſe locis alleg. ac in not. ad hiſt. Aug. p. 84 adnotauit. Idque clare docent tituli vtriusque Codicis de ſententiis ex periculo recitandis. Nam quod in epigraphe, et textu l. 2. C. Theodoſ. *ex periculo recitari*, ac *promi*, id in textu l. 3 Cod. Iuſtin. de ſcriptis et in l. 1 C. Theod. de ſcripti recitatione proferri; l. 2 C. Iuſtin. l. 4 Cod. Theod. et l. omnem. 40 C. Th. de appellat. *de* vel *ex libello dari* dicitur. Etiam in notis Iuris Magnonis legitur: *D. P. de periculo. D. L. de libello.* Et in collatione Carthagin. 2 cap. 68 dicuntur *Exceptores, memores periculi et profeſſionis ſuae, conſtituto die geſta edere feſtinaſſe, ita vt Notarii partis vtriusque in dictando non deſint.* Neque enim poſſum adſentiri Iac. Gothofredo, ibi *periculi* vocem proprio ſignificatu efferri cenſenti. *Exceptores* ſunt ſcribae, librarii, ταχυγράφοι, qui acta ſeu geſta publici officii excipiebant, ſeruabant, recitabant, et de iure petentibus edebant. Eo-

EOS COEGIT APVD LEVCTRA [8] SVPERARE

8. Leuctram *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.* [*male. Graec. enim* Λεῦκτρα, ων.] Leuctrium *MS. Voſſ.* 1.

rum ſaepe mentio fit in illis Collationibus; itemque in Notitia Imperii, et alibi: vt docet Gothofredus in Comment. ad l. 2 C. Th. de numerariis etc. Vetus inſcriptio Rom. apud Gruter. 11 p. 1164 *Hinc pater exceptor, lector, leuita ſacerdos etc.* Geſta purgationis Caeciliani et Felicis cum Optato edita p. 767 edit. Albaſpinaei: *Nouit eos officium publicum, id eſt, Aedeſius et Iunius Exceptores.* Quae repetuntur p. proxima. *L. Aurelius Marcianus Aug. L. Exceptor* eſt in Inſcr. 4. p. 372. et in aliis *Exceptor* et *Exceptores Praeſidis.* Fit et in libris iuris aliquoties mentio *Exceptorum,* ponunturque in ſcriniorum officiis. Loca, praeter Gothofredum l. c. et in Paratitlis eius tituli, indicant Briſſon. Lex. Iuris, et Guther. de offic. domus Aug. 2, 14 et 3, 7. Graecis ſunt ἐκσκέπτωρες. Suidas: ἐκσκέπτωρ, ἐκσκέπτωρος. Male interpres: *Exſpeculator, Explorator, Contemplator.* Neque liquebat editori nouiſſimo, Aem. Porto. Fortaſſis nec doctiſſ. Meurſius intellexit, vix alias omiſſurus in Lexico Graecobarbaro. In Exceptores igitur optime congruit, vt *periculi* i. e. protocolli, vt hodie loquimur, et *profeſſionis ſuae memores, geſta edant.* non item, vt periculi ſibi imminentis recordantes id faciant. Quodnam enim periculum illud, et quomodo cum *profeſſione* Exceptorum coniungitur? Apud Capitolinum quoque in Marco Antonino cap. XI. *periculum praefectorum, quo* (ſiue, vt Caſaubonus legit, *ex quo*) is *ſemper iura dictaſſe* dicitur, ſi Caſaubono et Gothofredo credimus, idem eſt ac libellus ſiue formula a praefectis praeſcripta, etſi aliud Salmaſio viſum. Vid. Gothofred. l. c. p. 393. Ac ne quis ſequiori demum aeuo hunc vocis vſum introductum exiſtimet, Cicero quoque *tabulas publicas* et *pericula magiſtratuum* coniunxit in orat. frumentaria ſiue lib. 3. in Verrem c. 79. *Ordo eſt honeſtus,* inquit, *quis negat?* (de ſcribis loquitur,) *eſt vero honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae, periculaque magiſtratuum committuntur.* Scio, aliter haec verba interpretari non ſolum Hotomannum l. c. ſed etiam Gothofredum. Vult enim tabulas publicas vocari *pericula magiſtratuum,* quod magiſtratuum adminiſtrationis tabulae a ſcribis diligenter conficerentur, ex quibus poſtea ratio adminiſtrationis Senatui reddi poſſet: et ſic ſi repetundarum arguerentur, accuſatoribus ſatisfieret; ideo aptiſſime, quibus illarum tabularum cuſtodia committitur, *periculum magiſtratuum* committi dici; eodem ſenſu, quo ipſe Cicero *ſuum ſcelus et periculum committere* dixit, pro Cluentio, paucis a fine pagellis. Sed quis non videt haec coacta nimis eſſe, et *pericula magiſtratuum,* illic tanquam monumenta publica, *ſcribis committi* dici? Sirmondus quidem etiam apud Ciceronem et in vtroque Codice, ac in notis Magnonis volebat *pariculi* vocem reponi, ſuffragante Grotio; ſed perperam, vt Salmaſius oſtendit. Cuius ra-

LACEDAEMONIOS QVOS ANTE SE IMPERATOREM NEMO BOEOTIORVM[9] AVSVS FVIT

9. Boeotorum *MS. Dan.* [*Dionyſ. Perieg. verſ.* 426. ἐπὶ Βοιωτιones fruſtra conuellere conatur Heraldus. Ait, *quae eiusmodi monumentis* (columnis puta aut pilis) *inſcribebantur auctoritate publica*, *αὐτόγραφα non fuiſſe*, *ſed ἀντίγραφα*, *verum ἰσότυπα*, *et eiusdem roboris ac ipſum αὐτόγραφον*: *ſententiarum autem plura fuiſſe exemplaria*; *totidem* ſcilicet, *quot dabantur exſequutioni mandandae.* Fateor, me non capere, quonam haec pertineant. neque nunc disputabo, quam vera ſint. Illud quaero, cur Epaminondas non in *αὐτογράφῳ*, ſed in *pariculo*, h. e. vt illi interpretantur, in *ἀντιγράφῳ* verba iſthaec inſcribi petierit: cur item Imperatores non ex libello ſiue ſcripto prototypo, ſed ex *pariculo*, ſiue exemplo, ſententias recitari iuſſerint. Hoc docere Heraldus debebat. Quid vero faciet *periculis magiſtratuum* apud Ciceronem? An et illic *ἀντίγραφα* deſignari dicet? Atqui non opus erat *ἀντιγράφοις* actorum, cum prototypa ſufficeret adſeruari. Porro apud Nepotem *periculi* vocem Cuiacius comment. d. tit. ad Cod. Iuſtin. et obſeru. 5, 255. Langlaeus Semeſtr. 5, 5. et ibi Bernh. Autumnus in notis p. 239. I. Raeuardus lib. protribunalium cap. 21. P. Faber Semeſtr. 2, 24. Oſu. Hilliger ad Donellum 28, 3. lit. H, et ex interpretibus Lambinus, Sauaro, Erntiius, de libello ſiue tabella, in qua ſententia de Epaminonda morte multando perſcribenda erat, accipiunt. Videri tamen poſſit de tabulis publicis potius, ſeu archiuo Reip. accipienda; quomodo et Schoppius Veriſim. 4, 18. ac Gebhardus videntur accepiſſe. niſi quod hic *periculi* vocem vulgato ſignificatu exponit; vultque *Epaminondam petiiſſe, vt in actis illis, in quibus ſuum periculum ad memoriam notetur, talia inſcriberent.* vt *periculum* idem ſit, quod adnotatio ſiue commemoratio periculi illius in tabulis publicis. qui loquendi modus exemplo, puto, caret. Melius Schoppius, qui libellum ſiue annalem publicum interpretatur. Vt ita ſententiam, facit quod in ſententia inſcribenda non *multandus* vel *damnatus*, ſed *multatus* legatur. Quod magis archiuo, quam ſententiae iudicum, congruit. Et de huiusmodi monumentis Cicero quoque et Collatio Carthaginienſis videntur loqui. Sed de eo diſpiciant amplius, qui me perſpicaciores ſunt. neque enim quicquam temere adfirmare auſim. [Boſii explicationem probauit Geſner in theſ. L. L. ſub v. *periculum*: et parum diſcedit Schwabe, Rector Butſtad. in peculiari progr. de periculo Epaminondae, Vinar. 1780. 4. de cuius aliorumque expoſitionibus plura vid. in nota Harles. ad noſtrum locum. Tzſch. ad ed. 2. intelligit *elogium damnationis*, quod columnae inſcribi voluit Epaminondas. Ithe interpretatur *iudicium, quod capitis periculum adfert, condemnationem*, ſcriptam iudicii ſententiam. Proelium autem apud Leuctra commiſſum eſt ſecundum Pauſan. VIII. c. 27. pag. 655. Kühn. et Corſin. faſt. attic. IV. p. 7. ſq. Olymp. CII, 2.]

*inſcriberent*] Sic repoſui e MSS. Sau. Leid. Boecl. praeeunte etiam Schoppio. Proprium huic rei verbum.

3 *Boeotiorum*] Dan. *Boeo-*

4 ADSPICERE [10] IN ACIE: QVODQVE VNO PROELIO NON SOLVM THEBAS AB INTERITV RETRAXIT [11] SED ETIAM VNIVERSAM GRAECIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT [12] EOQVE RES VTRORVMQVE PERDVXIT VT THEBANI SPARTAM OPPVGNARENT LACEDAEMONII SATIS
5 HABERENT SI SALVI ESSE POSSENT. NEQVE PRIVS BELLARE DESTITIT [13] QVAM MESSENE CONSTITVTA [14] VRBEM EORVM OBSIDIONE

τῶν *etc. Horat. II. epiſt.* 1. *verſ.* 244. *Boeotum — natum. v. not.*] Boetiorum *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg.* Boetonum *MS. Voſſ.* 1. Boeticorum *MS. Voſſ.* 2. — 10. inſpicere *MS. Voſſ. Mox* quodque *etiam MS. Dan. Sed* quoque *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph.* aſpicere *ſeu rectius* adſpicere. In acie quoque vno. — 11. retraxit *etiam MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Sed* extraxit *Ed. quaed.* — 12. vendicauit *Ed. Iens. Med. Arg. male. Mox in Med. eſt* habere. — 13. deſtitiſſis *MS. Leid.* 2. *Mox* Meſſene *MS. Voſſ.* 1. 2. *Dan. Ax. Leid.* 2. *Ed. Heus.* [*Stau.* (*qui multus eſt de illa vrbe et ſcriptura,*) 3. *Harl. Bipont. Ith. Tzſchuck.* 1. 2. *Schmied. Heinr. et ſic reſcripſi pro vulgato* Meſſena.] Meſſane *Ed. Par.* — 14. conſtituta. *Sic etiam MS. Ax. Voſſ.* 2. [*Ed. Long. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* reſtituta *MS. Gif. Dan. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Sau.* deſtituta *MS. Boecler.* conſtitutus *Ed. Par.*

*torum.* non male. Stephanus: τὸ ἐθνικὸν Βοιωτός. Apud eundem Ephorus: Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν ἠσχόληνται.

4 *Quodque*] Sic MSS. Malo Longol. et alii, *In acie quoque.* vt iam Lambino obſeruatum.

*ſi ſalui eſſe poſſent*] Rem pluribus narrat Diodorus 15. p. 491. c. 65.

5 *Meſſena conſtituta*] Vide Pauſan. Boeoticis. [ſiue libr. IX. cap. 14. inprimis libr. IV. c. 26. ſq. c. 31 et 32. lib. VIII. c. 52. add. Stau. et Harl. ad noſtr. loc. in ed. min.] MSS. Gif. Dan. Leid. et Sauaro: *reſtituta.* qua voce in re eadem vſus 16, 4. 3. MS. Boecl. *deſtituta.* Vulgatam lect. firmat Diodorus 15. c. 66. ἔκτισε τὴν Μεσσήνην, πολλὰς ποιήσας αὐτῆς οἰκήτορας. Ignoratus librariis rarior vocis vſus corruptelae occaſionem praebuit. [In ind. Bos. Heuſing. varii ſignificatus verbi *conſtituere* explicantur, formulaque *conſtituere vrbem* in noſtro loco exponitur, *vrbem euerſam deſertamque de integro condere, incolis et rep. formare,* et additur, optimos tamen libros habere *reſtituere,* quomodo etiam in loco παραλλήλῳ, 16, 4. 3. *reſtituere.* Add. Tzſchuck. et Wetzel. atque Stau. ad ed. min. praeter alios laudat Weſſeling. de omnibus, quae Meſſenios preſſerunt, calamita-

CLAVSIT. Haec quum dixiſſet, riſus omnium cum hilaritate coortus eſt: neque quisquam iudex auſus eſt, de eo [15] ferre ſuffragium. Sic a iudicio capitis maxima diſceſſit gloria.

IX. Hic extremo tempore imperator apud 1
Mantineam, quum [1] acie inſtructa audacius inſtaret hoſtes, [2] cognitus a Lacedaemoniis, quod in vnius pernicie eius, [3] patriae ſitam putabant ſalutem, vniuerſi in vnum impetum fecerunt, neque prius abſceſſerunt, [4] quam magna caede facta, [5]

15. de eo. *Erant in MS. Voſſ.* 1. 2. *Boecl. Dan. Ax.* [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed abſunt ab ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.*

1. cum cum *Ed. Arg.* — 2. hoſtibus *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* [*Tzſchuck. Wetz.*] *Sed* hoſtes *Ed. Bos.* [*v. not. et edd. ſeqq.*] *Statim* cognitum *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* — 3. in eius vnius pernicie *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* in vn. perniciae eius *Ed. Ald.* eius *aberat a MS. Voſſ.* 2. — 4. aſceſſerunt *MS. Voſſ.* 2. — 5. facta. *Omittunt MSS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Brix. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heuſingerus verba* facta multisque occiſis *tamquam ſpuria, atque a grammatico quodam verbis* magna caede *ſuperſcripta incluſit vncis.* [*Tzſchuck. ad ed.* 2. *ſuſpicatur* magna caede, multis occiſis, *et refert illa verba ad Lacedaemonios, in Epaminondam acriter irruentes, et hominum ſtrage viam quaſi ſibi parantes, etſi omnino vtrimque caedem factam eſſe per ſe pateat. Stau. vero ad ed.* 3. *quod apud Diodor. Sic. XV. c.* 87. *legitur* καὶ

tibus agentem ad Diodor. Sic. libr. 15. cap. 66.]

*de eo*] Abſunt haec vulgo reducta a me auctoritate optimorum codd. Dan. Leid. Boecl.

1 *Apud Mantineam*] Prolixe de hoc proelio Diod. 15. p. 502. 503. [c. 87. vbi v. Weſſel.] Strabo 9. et Xenoph. hiſt. Gr. 7. prope fin. Iconiſmum habes apud Arcerium ad Tactica Leonis p. 176. In Ceramico ab Euphranore pictas exſtitiſſe res ab Athenienſibus in eo geſtas, docet Meurſ. in Ceram. cap. 4.

*inſtaret hoſtes*] Fidenter in textum recepi hanc MS. Dan. ſcripturam: quum vulgati omnes haberent *hoſtibus.* Nam, vt Priſcianus obſeruat lib. 18. Romani veteres vtrumque dicebant, *inſto illi, et illum:* ſicut Graeci ἐπιςατήσει ὑμῶν καὶ ὑμῖν. Plautus Poen. 4, 2. 96. *tantum eum inſtat exitii.* Vide Voſſ. de conſtruct. c. 43. Eodem modo Noſter infra loquitur 18, 4. 2. Mox MS. Boecl. *cognitum a Lacedaem.*

*mag. caede facta*] MS. Boecl. et ed. Brixienſis omittunt

multisque occiſis, fortiſſime [6] ipſum Epaminondam pugnantem, ſparo eminus percuſſum,
2 concidere viderunt. Huius caſu [7] aliquantum retardati ſunt Boeotii: [8] neque tamen prius pugna
3 exceſſerunt, quam repugnantes [9] profligarunt. At Epaminondas, quum animaduerteret, mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque, ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, animam ſtatim emiſſurum: [10] vsque eo retinuit, quoad re-
4 nuntiatum eſt, *viciſſe Boeotios.* Id poſtquam

πολλῶν παρ' ἀμφοτέροις ἀναιρεθέντων, *haud male opinatur, a Cornelio ſcriptum ſuiſſe vel*, magna caede facta, multisque mutuo occiſis, *vel*, mutua caede multis occiſis.] — 6. fortiſſime. *Erat in MS. Leid.* 1. [*Ed. Bos. ac ſeqq. recte: Diodor. enim Sic. l. c.* ἡρωϊκῶς, ait, ὑπὲρ τῆς νίκης ἀγωνισάμενος.] *Abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Mox* pugn. pharo *MS. Leid.* 2. — 7. caſu. *Sic MS. Voſſ.* 2. *Ax. Sed* cauſſa *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. cā *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* cauſa *Ed. Long. Mag. Statim* aliquantulum *Ed. Arg. Long. Mag.* — 8. Boetii *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. vbique.* — 9. repugnantis *MS. Voſſ.* 1. — 10. emiſſurum. *Ita MS. Sau. Put. Gif. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ox. Ax.* [*Ed. facta.* Mox *fortiſſime* etiam in MS. Leid. erat. A vulgatis abeſt.

*ſparo em. percuſſum*] A Gryllo Xenophontis filio, vt apud Athenienſes et Thebanos fama erat. Mantineenſes et Lacedaemonii a Machaerione factum volebant. (vide Pauſan. 8, 11. p. 621. ibique Kühn. et lib. 9. c. 15. p. 741.) Plutarchus Ageſilao c. 35. ab Anticrate quodam, Lacone. [*Sparus (Speer)* erat iaculum ruſticum, telum miſſile, nulla arte politum, in modum pedi recuruum; ſed Cornelius, qui ipſe paullo poſt *ex haſtili* ſcripſerat, intellexiſſe videtur de haſta ſeu haſtae genere. Atqui Cicero, vbi etiam de Epaminonda narrat quaedam, modo *haſtam*, modo *ſpiculum* nominat. Nam de Finib. libr. 2. cap. 30. *euelli*, ait, *iuſſit eam, qua erat transfixus, haſtam:* et libr. 5. epiſt. ad diverſ. ep. 12, 16. *tum*, inquit, *denique ſibi auelli iubet ſpiculum* etc.]

3 *At Epaminondas*] Videri et Aelianus poteſt 12, 3. ac Val. Max. 3, 2. itemque Plutarch. in apophthegm. et Iuſtin, 6, 8.

*ſtatim emiſſurum*] Confirmat hanc lectionem et cod. Boecleri. Nobiliſſ. Schefferus cenſebat ideo retinendam, quia ſimul reſpiciatur ad ſanguinem et eius fluxum, cum quo anima coniuncta. Vulgo erat *amiſſurum.*

[*viciſſe Boeotios*] Dubiam tamen alii faciunt victoriam, et hanc vtrique ſibi adtribuerunt, teſte Xenoph. hiſt. Gr. 7, 5, 25 ſq. vbi v. Mori ac Schneideri

audiuit; *ſatis*, inquit, *vixi:* [11] *inuictus enim morior.* Tum, ferro extracto, confeſtim exanimatus eſt.

X. Hic vxorem nunquam duxit. In quo 1
quum reprehenderetur, [quod liberos non relinqueret,] [1] a Pelopida, qui filium habebat [2] infamem: *maleque eum in eo patriae conſulere diceret:* *vide*, inquit, *ne tu peius* [3] *conſulas, qui ta-* 2
*lem ex te natum relicturus ſis: neque vero ſtirps*

*Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* amiſſurum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb.* (*quem v. ad Plaut. p.* 25. *D.*) *Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 11. nixi *MS. Voſſ.* 1. viri *Ed. Hagu.* [*Conſ. Aelian. H. V.* 12, 3. *ibique Periz. et Iuſtin.* 6, 8. *ibique interpr. ac Stau. ad noſtr. loc.*]

1. repr. [quod lib. n. rel.] *Ita, vncis tamen omiſſis, MS. Boecl. Dan. Sau. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ax. Sed* repr. a Pelopida, quod l. n. rel. *MS. Leid.* 1. *Omittuntur hic verba* quod l. n. rel. *eaque dein poſt τὸ* dicere *inſeruntur in Edd. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Vnci abſunt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* [*Sed Heinrich. coniicit, probatque Tzſchuck. ad ed.* 2. in quo quum reprehenderet Pelopidas et diceret.] — 2. habet *Ed. Lamb. Mox* male *MS. Leid.* 2. — 3. ne in pe-

notas. Conf. etiam Cicer. Tuſc. quaeſt. 2, 24. fin. inprimis Diod. Sic. 15. cap. 82—89. et Weſſel. ad cap. 87. Sepultus vero eſt eodem, quo proelium factum fuerat, loco, et ſepulcrale monimentum, (columna et clypeus, dracone inſignis,) eius tumulo impoſitum, teſte Pauſan. 8, 11. p. 622. ed. Kühn. Is etiam libr. 9, 15. fin. refert elegos, ad Epaminondae ſtatuam adſcriptos. add. Wetzel. not. Fiſcher. in margine adnotauit, Epaminondam a Thebanis publice eſſe ſepultum, teſte Plutarcho vit. Fab. cap. 27. tom. 1. p. 473. ed. Tubing.]

1 *Hic vx. n. d.*] Tamen filium eius Steſimbrotum memorat Plut. in parall. p. 308. [p. 228. Opp. vol. 7. ed. Lipſ.] e Cteſiphontis 3. Boeoticorum: vxorem (γυναῖκα) a Phoebida amatam Polyaenus 2, 2. Gebhardus tamen negat Polyaeni verba fidem Noſtro demere. [add. Tzſch. ad ed. 2.]

*reprehenderetur, quod lib. non relinqu.*] Sic MS. Boecler. et ante Lambinum vulgati, a quibus nec Dan. et Sau. codices discrepabant. Leidenſis paullo aliter, *reprehend. a Pelopida, quod l. n. rel.* Primus Lambinus illa *quod lib. n. rel.* in alium locum coniecit, et illis, *maleque in eo patr. conſ. diceret*, ſubiunxit, quem ceteri ſecure ſecuti ſunt. Mihi ſuſpecta ſunt, et e cap. 5, 5. ab aliquo in ora libri adſcripta videntur.

*mihi poteſt deeſſe. Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi ſuperſtes, ſed etiam immortalis ſit neceſſe eſt.*
3 Quo tempore duce Pelopida, exſules Thebas occuparunt, [4] et praeſidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quam diu facta eſt caedes ciuium, domo [5] ſe tenuit: quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus ſuorum ſanguine cruentaret: [6] namque omnem ciuilem victoriam funeſtam putabat. Idem, poſtquam apud Cadmeam [7] pugnari cum

ius *Ed. Stau.* 2. [*Harl.*] — 4. occuparunt. *Sic etiam MS. Leid.* 2. *Sed* occupauerunt *Ed. Steph. Gebh. Keuch.* — 5. domo. *Ita MSS.* [*v. not.*] *et Ox. Ed. Long.* [*Bos.* 2. *et plures ſeqq.*] *Sed* domi *Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* [*Wetz. et ſic Corn. in Pelopida c.* 4. *init. et in Dione c.* 9. *nec improbant Heus. et Tzſchuck. ad ed.* 2.] *et* retinuit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 6. neque — — cruentare *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mox* putabat *aberat a MS. Voſſ.* 1. *Boecl. Tum* idemque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed* idem *etiam MS. Boecl. Ax.* — 7.

2 *Ex me natam rel. pugnam Leuctr.*] Alteram, Mantineenſem, addunt Xenoph. h. Gr. 7. Diodor. 15, 87. et Val. Max. 3, 2.

3 *Domo ſe tenuit*] Lambinus edidit, *domi ſe retinuit,* Aldinam et Pariſ. edd. ſequutus. quanquam ipſe mallet *continuit.* quod Gebhardus recte reiecit, qui vulgatam lectionem firmat illo Curtii 10, 5. 8. *Nec ſe ipſos intra veſtibulum regiae retinere potuerunt.* et altero Varronis: *Si quis melodinis ſit ὄνος λύρας, Praeſepibus ſe retineat forenſibus.* Ed. Col. *domo ſe retinuit.* Ven. *domum ſe retin.* Verum in optimis libris Dan. Sau. Leid. 1. 2. Voſſ. 1. 2. Put. Boecl. erat, *domo ſe tenuit.* quomodo fere loquutus 18, 5. 7. 23, 12. 3. et 10, 9. 1. Quare non dubitaui ſic et hoc loco, praeeunte Savarone, reſcribere. [Atqui *tenere ſe domo* eſt manere. v. longam Stau. notam ad h. l. in ed. 3.]

*quod neque malos defend. etc.*] MS. Boecl. *quod n. m. d. volebat, neque impugnare, neque man. ſ. ſ. cruentare, namque o. c. vict. ſuneſtam.*

*omnem ciuilem victoriam funeſtam*] Vide Freinshem. not. ad Flor. 3, 22. 15.

*Cadmeam*] Arcem Thebarum. Scripti plerique: *Academiam* vel *Achademiam.* Quare Schefferus legit *arcem Cadmiam:* putatque, ſcriptum fuiſſe breuiter, *ar. cadmiam.* Mox MS. Boecl. *poſtq. ap. achademiam*

Lacedaemoniis coepit,[8] in primis ſtetit. Huius 4
de virtutibus, vitaque ſatis erit dictum, ſi hoc vnum adiunxero, quod nemo eat inſicias,[9] Thebas et ante Epaminondam natum, et poſt eius[10] interitum, perpetuo alieno paruiſſe imperio; contra ea,[11] quam diu ille praefuerit Reipubl. caput fuiſſe[12] totius Graeciae: ex quo intelligi poteſt, vnum hominem pluris, quam ciuitatem fuiſſe.[13]

achademiam *MS. Boecl. Ax. Dan. Voſſ.* 1. Academiam *MS. Sau. Mendos. Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Mantineam *MS. Leid.* 2. Achademi *MS. Voſſ.* 2. Cadmeiam *Ed. Long.* ad Cadmiam *Ed. Ald. Lamb. Patau.* [ad Cadmeam *ſuſpicatus eſt Heuſing. et in textum recepit Tzſch. in ed.* 2.] — 8. cum Laced. pugnauit *MS. Boecl. Ax.* pugnauit cum Laced. *MS. Voſſ.* 2. pugnare cum Laced. coepit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* [*Tzſchuck.* 2. *qui* pugnari *probaret, ſi ſequeretur* coeptum eſt, *vti in priore ſua ed. ſed neſcit, vnde? ediderat, at in nullo exſtat libro.*] cum Laced. pugnare *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Dan.* — 9. it infic. *MS. Leid.* 1. 2. — 10. poſt eiusdem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patau.* — 11. contra ea. *Ita MS. Dan. Sau. Gif. Sed* cum ea *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph.* cum eo *Ed. Ald.* — 12. fuiſſet *Ed. Par. Long. Mag. Steph.* — 13. *Extrema hac vita in Ed. Iens. Med. addita leguntur haec verba:* EPAMINVNDAE VITA FELICITER FINIT.

*cum Laced. pugnauit.* Dan. et Long. *pugnare cum Lac. coepit.*

4 *Eat inſicias*] MS. Leid. *it inſ.* non male. Eſt enim parentheſis. Mox pro *contra ea,* alii *cum eo.* Sed alterum MSS. codicum auctoritate locisque Nepotis aliis ſtabilitur. Ind. vide.

*poſt eius interitum etc.*] Similia Diodorus habet 15. p. 498. et 504. c. 79. et 88. [conf. Stau. ad min. ed.]

*vnum hominem pluris, quam ciuitatem fuiſſe*] Similiter Liuius 2, 10. *Pons ſublicius iter pene hoſtibus dedit, ni vnus vir fuiſſet, Horatius Cocles: id munimen illo die fortuna vrbis Romanae habuit.* Idem de Archimede 24, 34. *Habuiſſet tanto impetu coepta res fortunam, niſi vnus homo Syracuſis ea tempeſtate fuiſſet.* Apud eundem Scipio 28, 43. *Nec felicius Xantippum Lacedaemonium Carthagini, quam me patriae meae ſinerem natum eſſe, creſceretque mihi ex eo ipſo fiducia, quod poſſit in hominis vnius virtute tantum momenti eſſe.* Adde Iuſtin. 5, 4. 12. libr. 6. c. 8. [Demades p. 271. tom. 2. Reisk. *Fiſcher.* add. Stau. ad ed. 3.]

# XVI. PELOPIDAS [1]

## [ARGVMENTVM

*Cap. I. In exſilium eiicitur. II. Cum duodecim adoleſcentibus clam Thebas reuertitur. III. Interfectis tyrannis, libertatem patriae reſtituit. IV. Reliquae eius expeditiones cum Epaminonda. V. Proelio aduerſus Alexandrum Pheraeum cadit.*]

1 Pelopidas Thebanvs magis hiſtoricis,[2] quam vulgo, notus. Cuius de virtutibus dubito,[3] quemadmodum exponam, quod vereor, ne,[4] ſi res

1. Pelopidae vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. hiſtoricis. *Ita MS. Dan. Mendos. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq. h. e. doctis, litteratis, hiſtoriae peritis.*] *Sed* hiſtoriis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* hiſtoricus *MS. Ax.* — 3. dubito. *Aberat a MS. Leid.* 2. — 4. ne. *Eſt in Ed. Lamb.* [*Bos.* 2. *plurimisque ſeqq. et requirit id h. l. elegantia formae periodicae. Heuſingerus vero id reiecit poſt τὸ* incipiam *ediditque*, ne non vitam; *quod* ne *ante* non *facilius excidere potuerit.*] *Nam* ne *abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus.*

1 *Pelopidas Thebanus*] Hippocli filius, nobili Thebis genere: vt Plutarchus ait, [in vita Pelopidae, cap. 3. p. 231. tom. II. ed. Hutten.] Ad noſtrum igitur haud pertinet, quod vir doctus e Suida adducit.

*magis hiſtoricis, quam vulgo notus*] Non accipiendum hoc de vulgo Thebanorum, ac ſi ſuis ignotus fuerit; ſed de Romanis, aut etiam Graecorum aliis. Quare non eſt, cur quis exiſtimet, noſtrum ab initio ſcripſiſſe, *non magis hiſtoricis etc.* Ceterum in vulgatis libris legitur *hiſtoriis;* ſed noſtram lectionem firmant cum manuſcripti, Dan. Schotti et Boecler. tum, vt iam Lambino et Schotto obſeruatum, illa Ciceronis or. pro Mur. c. 7. *Tua vero nobilitas, Ser. Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis et hiſtoricis notior eſt; populo vero et ſuffragatoribus obſcurior.*

*ne, ſi res explicare*] Lambinus ait, quosdam legendum putare, *ſi eas expl.* virtutes ſcilicet; idque probat: ita tamen, vt etiam hanc lectionem ferri putet poſſe, vt res geſtas Pelopidae ſignificarit, et *res ſummis*

explicare incipiam, non vitam eius enarrare, ſed hiſtoriam videar ſcribere:[5] ſi tantummodo ſummas adtigero, ne rudibus litterarum Graecarum[6] minus lucide adpareat, quantus fuerit ille vir. Itaque vtrique rei occurram, quantum potero;[7] et medebor cum ſatietati[8] tum ignorantiae lectorum. Phoebidas[9] Lacedaemonius, quum exer- 2
citum Olynthum duceret, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quae Cadmea[10] nominatur,

5. ſcribere videar *MS. Ax.* — 6. Graec. litterar. min. dilucide *MS. Dan.* — 7. potuero *MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* — 8. tum ſat. *MS. Ax. Voſſ.* 1. *Dan.* cum ſacietati *Ed. Iens. Arg.* — 9. Phebidas *MS. Dan. Ed. Iens. Med. Arg.* *Mox* Olyntum *Ed. Long.* — 10.

*rerum* opponi intelligamus. Verum nihil mutandum eſt. Neque tam *res* et *rerum ſummae* inuicem ſibi opponuntur, quam *res explicare*, et *rerum ſummas adtingere.* Illud pleniorem narrationem deſignat, idemque eſt, ac *rationem geſtorum explicare* 14, 1. 2: hoc brevem et compendioſam. Porro a plerisque edd. *τὸ ne* abeſt: Lambiniana tamen habet, neſcio vnde deſumtum. neque enim in Commentario quidquam de eo adnotat. Et certe vix poteſt abeſſe. Nemo namque veterum, quod ſciam, hanc particulam poſt verbum *vereor*, in hoc ſtructurae genere, omiſit. Quocirca expungere eam nolui. Poſſet tamen etiam alio loco, poſt *τὸ incipiam*, inſeri, legique, *ne non vit. eius.* vt a librariis ob continens *non* omiſſa fuerit. Sed magis tamen placet mihi Lambinianus verborum ordo. Atque ſic et Cicero fecit. vt de orat. 3, 9. *ne, ſi paullo obſoletior fuerit oratio, non digna exſpectatione fuiſſe videatur.* [add. Harl.]

*ſed hiſtoriam*] Vid. Ind. *hiſtoria.* [Ibi nempe *hiſtoria* explicatur ſcriptio publico actui rerum aptior ideoque inſtructior; *vita* autem priuatim moribus ſeruiens, ideoque ſimplicior.] Similiter et alii loquuti. de quo vide Sauaron. ad Sidon. 1. epiſt. 2.

*lucide*] Exc. Dan. *dilucide.* quomodo Terentius Phorm. 2, 3. 52. *Dilucide expediui, quis me oportuit.* Sed ſimplici *lucide* etiam Cicero vſus 2. de orat. cap. 25. *vt verbum illud, quod cauſſam facit, lucide breuiterque definiatur.* Apud eundem lib. 3. eiusd. operis cap. 10. in quibusdam libb. *puri lucidique ſermonis* mentio. Mox Dan. et Boecl. *quantum potuero.* ille etiam, *tum ſatietati.*

2 *Olynthum duceret*] Rem narrat Diodorus 15. p. 467. [cap. 19. n. vt adiuuaret Amyntam, regem Macedoniae, illam vrbem, quod ſatisfacere noluerant ciues, cunctis viribus cum ſociis Lacedaemoniis oppugnaturum. v. Harl. et Stau. ad ed. min.] et paullo aliter Xenoph. hiſt. Gr. 5. [c. 2, 11. ſqq.]

*arcem oppidi — occup.*] Prolixe de hoc Xenophon l. c.

occupauit impulſu [11] perpaucorum Thebanorum, qui aduerſariae factioni quo facilius reſiſterent,
3 Laconum rebus ſtudebant: idque ſuo priuato, [12] non publico, fecit conſilio. Quo facto, eum Lacedaemonii ab exercitu remouerunt pecuniaque multarunt: neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod, ſuſceptis inimicitiis, ſatius ducebant eos obſideri, quam liberari. Nam poſt [13] Peloponneſium bellum Athenasque deuictas, cum Thebanis ſibi rem eſſe exiſtimabant: et eos eſſe
4 ſolos, qui aduerſus reſiſtere auderent. Hac mente amicis ſuis ſummas poteſtates [14] dederant, alteriusque [15] factionis principes partim interfecerant, alios in exſilium eiecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo ſcribere exorſi ſumus, pulſus patria carebat. [16]

Cadmei *MS. Voſſ.* 1. Cadmeia *Ed. Long.* — 11. impulſum *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Statim* paucorum *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Boecl. Ax.* per paucorum *Ed. Iens. Med. Arg.* [*quod leue eſt et vix memorandum.*] *Mox* aduerſarii *Ed. Long.* — 12. ſuae priuatae *MS. Voſſ.* 2. — 13. poſt *abeſt ab Ed. Iens. Med. Statim* Peloponeuſium *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 1. *Dan.* Peloponneſum *Ed. Iens. Med. Arg.* — 14. ſummam poteſtatem *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 15. alteriusque. *Sic MS. Dan. Boecl. Leid.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* alterius *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 16. carebat. *Aberat a MS. Voſſ.* 1.

Plutarchus Pelopida c. 5. brevius Diodorus 15. p. 498. [c. 20.] aliique. [v. Stau.]

*quo facilius reſiſterent, Lacon. reb. ſtud.*] De Thebanis vide Xenoph. l. c. p. 556.

3 *Pecuniaque multarunt*] Decem myriadibus drachmarum, vt Plut. Pelopida c. 6. ait. Quod autem idem in Praeceptis ger. reip. ab Ageſilao ſeruatum ſcribit, id recte Magius de poena capitis interpretatur.

*qui aduerſus reſiſtere*] Lambino mirum loquendi genus videtur: putatque legendum, *qui ſibi reſiſt. aud.* vel certe, *qui ſe aduerſus*, ſeu *aduerſus ſe.* quod poſtremum et Barthio placebat. Sed conſtantem omnium librorum lectionem facile tuetur loquutio ſimilis 17, 4. 7.

4 *Alteriusque factionis principes etc.*] Copulam *que* reſtitui e libb. Dan. et Boecl. nam vulgatis abeſt, etiam optimis.

II. Hi omnes fere Athenas ſe contulerant, [1] 1
non quo [2] ſequerentur otium, ſed, vt, quemque [3]
ex proximo locum fors obtuliſſet, [4] eo patriam
recuperare niterentur. Itaque quum tempus eſt 2
viſum rei gerendae, communiter cum his, qui
Thebis idem ſentiebant, diem delegerunt, [5] ad
inimicos opprimendos ciuitatemque liberandam,
eum, quo [6] maximi magiſtratus [7] ſimul conſueue-

1. contulerunt *MS. Voſſ.* 1. — 2. quo ſequer. *Sic MS. Dan. Ax. Mendos. Ed. Vltrai.* [*Bos. Heus. et ſeqq.*] *Sed* vt ſequer. *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau.* — 3. quemcunque *Ed. Lamb.* [*ſed temere, iudice Tzſchuckio. Mox* ſors *MS. Voſſ.* 2. *loco* τȣ̃ fors: *quae duo vocc. ſaepius permutari, docet Arntzen. ad Vict. de V. illuſtr. cap.* 13. *nr.* 1. *v. Stau. ad ed.* 3. *Heuſing. cuius not. conſ. poſt* vt *interpunxit, vti iam Lambin. ſecerat, et Fiſch. in ſuo exemplo manu ita diſtinxit*, ſed, vt, quemque etc. *vterque igitur* τὸ vt *retulerunt non ad* τὸ obtuliſſet, *ſed ad* τὸ niterentur; *tunc* quemque *ſignificat* quemcunque, *et poſt* eo *ſubintelligendum eſt* loco. *Atque Heuſingeri interpunctionem admiſerunt in textu, partim pluribus defenderunt Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Brem. Heinr. quos ſum ſequutus. Contra Schmied. vulgatam interpunctionem* ſed, vt quemque ex prox. *tuetur et conſequutionem vocc.* vt quemque — obtuliſſet *magis latinam eſſe pronuntiat.*] — 4. optuliſſet *Ed. Iens. Med. tum* niteretur *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 5. elegerunt *MS. Voſſ.* 2. [*Sed* delegerunt *h. l. aptius eſt. v. Stau. ad ed.* 3.] *et paullo ante* idem ſciebant *Ed. Mag.* — 6. eum, quo die *MS. Ax. fortaſſe recte:* [*neque* τὸ die *ſupprimendum videtur Heuſingero, quia veteres ſubſtantiuum, vbi nobis ſuperuacaneum videtur, iterare ſoleant, et laudauit Voſſ. de conſtructione cap.* 55. *atque Cortium ad Salluſt. B. Cat.* 51, 41. *At Tzſchuck. ſine maiore codicum conſenſu obtrudere nolit.*] cum quoque *MS. Voſſ.* 2. eum quoque *MS. Boecl.* cum quo *Ed. Ald.* — 7. maximi magiſtratus. *Sic MS. Dan. Sau. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. [*Et plu-*

1 *Quo ſeq.*] Sic e membr. ſuis et Vltrai. ed. Schottus, itemque Exc. Dan. Alii, *vt ſeq.*

2 *Quo maximi magiſtr.*] Haec lectio eſt editionum vett. plerarumque, et quarumdam e recentioribus: quibus concinunt MSS. Dan. Sau. Schotti; quorum nemo adnotauit, τὸ *maximi* abeſſe. Etiam Boecler. et Leid. habent, etſi corrupte. nam ille: *cum quoque maximi magiſtr. ſimiliter conſ. ep.* hic: *cum quo maximus magiſtr. ſ. c. e.* Et res ipſa retineri iubet. Neque enim omnes Thebanorum magiſtratus vna epulabantur, ſed Polemarchi tantum,

3 rant [8] epulari. Magnae ſaepe [9] res non ita magnis copiis ſunt geſtae; ſed profecto numquam ab tam tenui [10] initio tantae opes ſunt profligatae. Nam duodecim adoleſcentuli coierunt ex his, qui exſilio erant multati, quum omnino non eſſent amplius centum, qui tanto ſe offerrent periculo: qua paucitate perculſa [11] eſt Lacedaemo-
4 niorum potentia. Hi enim non magis aduerſariorum factioni, [12] quam Spartanis, [13] eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Graeciae: quorum imperii [14] maieſtas, neque ita

*rimae vett. atque omnes Edd. poſt Bos. 2. Recte; atque, more Latinis vſitato, voc. magiſtratus in plurali numero de collegio, h. l. Polemarchorum, adhiberi, vberius docuit Stau.] Sed* maximus magiſtratus *MS. Leid.* 1. magiſtratus, *omiſſo* τῷ maximi, *Ed. Lamb. Boecl. Bos.* 1. maxime magiſtratus *Ed. Keuch.* [*Sed in repetita Keuch. edit. Hafniae* 1776. *recte editum eſt* maximi.] *Statim* ſimiliter *MS. Boecl.* — 8. conſuerant *MS. Leid.* 2. *Dan.* conſuerat *MS. Voſſ.* 1. cõuenerat *Ed. Arg. Long. Mag.* — 9. ſpe *MS. Leid.* 2. — 10. ab tenui *MS. Voſſ.* 2. tam ab tenui *MS. Dan.* — 11. percuſſa *MS. Dan. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* 1. *Bos.* 1. *ſollemni permutatione.* [*v. infra, XVIII,* 5, 1. *Sed rectius* perculſa, *h. e. adflicta, Ed. Bos.* 2. *et ſeqq. v. Heuſing. ad h. l. qui etiam in indice voc.* percellere *h. l. ita legere iubet. Atque Stau. ad ſect.* 4. *de vi verbi* percellere, *Burm. et Harl. ad Valer. Flacc.* 2, 91.] — 12. factionis *Ed. Iens. Med. Arg.* — 13. ſpartani *MS. Voſſ.* 2. — 14. imperii. *Sic MS. Dan. Mendos. Ax. Boecl. Leid.* 1.

Archias et Philippus, cum paucis aliis, vt Xenophon [in hiſt. Gr. 5, 4. vbi v. not. Schneider.] ac Plutarchus c. 11. qui prolixe rem narrant, tradunt. Hos *maximos magiſtratus* dixit.

*ſimul conſu. ep.*] Xenophon [l. c. cap. 4, 4. vbi v. Mor. inprimis Schneideri not.] ait, Aphrodiſia ſub finem magiſtratus in polemarcheo celebraſſe. Verum Plutarchus cum in Pelopida c. 9. tum in lib. de genio Socratis, [p. 348. vol. 8. opp. ed. Lipſ.] a Phyllida eorum ſcriba conuiuio exceptos ſcribit.

3 *Qua paucit. perculſa*] Sic Dan. et qu. edd. vt infra ſ. 4. Reliqui *percuſſa.* [vid. VV. LL.]

4 *Imperii maieſtas*] Recte conſenſu quodam reſtituta vox *imperii*, et tam vulgatum *imperio,* quam τὸ *imperioſa* Lambini reiectum eſt, praeeuntibus libris melioribus Dan. Sau. Schotti, Boecl. Leid. Ineptum et valde coactum eſt, *maieſtatem imperio* dici pro *in im-*

multo poſt, Leuctrica pugna,[15] ab hoc initio perculſa, concidit.[16] Illi igitur duodecim, quorum erat dux[17] Pelopidas, quum Athenis interdiu exiſſent, vt veſperaſcente coelo Thebas poſſent peruenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, veſtitu agreſti, quo minore ſuſpi-



*Voſſ.* 1. 2. *Ed. Sau.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* imperioſa *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* imperio *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.* — 15. poſt, Leuctrica pugna. *Sic MS. Dan. Ax. Boecl.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* poſt Leuctricam pugnam *MS. Sau. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patau.* — 16. perculſa concidit. *Ita MS. Dan. Ax. Mendos. Ed. Sau.* [*Ed. Bos.* 2. *et recentt. Recte. De poteſtate verbi* perculſa *v. nr.* 11. *et compoſitum* concidit *vim intendit.*] *Sed* percuſſa cecidit *MS. Voſſ.* 2. perculſa cecidit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 17. dux erat *MS. Ax.*

*perio*, vel *imperii*. Longe aliud eſt *fulgor ab auro*. et ſimilia. Vide Ind. v. *maieſtas*. Recte quoque Lambinus, *Leuctrica pugna*, ablatiuo caſu reſcribendum, et, vt nunc legitur, locum diſtinguendum cenſuit, concinentibus codd. Dan. et Boecl. Nam illa *neque ita multo poſt*, ſeorſim accipi debent: quomodo 4. 3. 1. illa, *poſt non multo*. Vult ſcil. quinquennio poſt, quando Leuctrica pugna commiſſa eſt, id factum eſſe. Quod vulgo, et in MSS. Sau. Sch. aliisque habetur, *neque ita multo poſt pugnam Leuctricam;* neſcio quomodo non ſatis congruens genio Nepotis mihi quidem videtur. Et, ſi de Mantineenſi proelio accipias, (quo Lacedaemonios funditus corruiſſe et principatum Graeciae ἀνελπίςως amiſiſſe, Diodorus 16. p. 474. ſcribit,) ne verum quidem fuerit. nam id toto octennio Leuctrico poſterius fuit. Ne nunc dicam, res Thebanorum potius pugna ad Mantineam concidiſſe: ſic enim exſerte Diodorus 15. p. 498. Reſtabat, vt τὸ *concidit* fide codd. Dan. Sau. Sch. Boecl. reponeretur; quod ego ſine vlla haeſitatione feci, cum et alibi noſter hoc ſenſu id vſurparit. Confer c. 5. 4. 17, 5. 2. et 19, 2. 4. In Cod. Boecl. erat *percuſſa*. vitioſe, vt arbitror. [Neque tamen, obſeruantibus Tzſch. et Wetzelio, Spartani illo tempore totius Graeciae principes fuerunt; vide in Conone c. 4, 4. Paullo poſt, Mellonem, non Pelopidam, in primo loco ponit Xenoph. hiſt. Gr. 5, 4. 3. qui etiam *ſeptem* numerat coniurationis auctores; contra cum Nepote Plutarch. Pelop. 8. *duodecim*, eorumque praecipuos, Pelopidam, primo loco, dein Melona, (Μέλων ſcribitur ab plutarcho,) Damoclidem, et heopompum.]

5 *Veſperaſcente coelo*] Diodorus *noctu* rediiſſe ait. Plu-

cione facerent iter. Qui quum tempore ipſo, quo ſtuduerant, perueniſſent, domum Charonis [18] devenerunt, a quo et tempus et dies erat datus.

1 III. Hoc loco libet interponere, etſi ſeiunctum ab re poſita eſt, [1] nimia fiducia quantae

18. Caronis *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Statim* deuenerunt *etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed* deverterunt *Ed. Lamb. Keuch. e gloſſemate.*

1. ab re poſita eſt. *Sic MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *Tzſchuck.* 1. *Stau.* 1. 2. 3. *Brem. (quem vid.) Schmied.*] *Sed* a re poſita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* a re propoſita eſt *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Wetz.*] ab re propoſita eſt *MS. Dan. Ed. Heus.* [*Harl. Bipont. Ith. Heinr. Tzſchuck.* 2. *Et equidem verius, ſaltem aptius eſſe putem.* Propoſitum *enim, h. e. ab initio poſitum, erat Cornelio, oſtendere, quantus vir fuerit Pelopidas (cap. 1, 1.) et quantas res non ita magnis copiis geſſerit. Ab ea igitur re, antea*

tarchus c. 9. *ἔτι ἡμέρας οὔσης*, et aëre ob ventum et niuem mutari incipiente, eoque plerisque ciuium in aedes ſuas ob tempeſtatem reuerſis.

*quo ſtuduerant*] Subaudi *peruenire.* Sic et 14, 4. 4. Non igitur opus corrigere *ſtatuerant.* [Immo *ſtudere* eſt feſtinare. v. 14, 4. 4. coll. cap. 6, 2. et ante *quo* intellige *eo*, nempe *Thebas.* Nam *peruenire* nomen loci requirit, vt Thebas. v. ad Cic. 16. ep. 4. *Tempore ipſo*, n. veſperaſcente coelo, dictum eſt, vt ap. Terent. Hecyr. 4, 4. 5. *in ipſo tempore. Fiſch.*]

*domum Charonis deuenerunt*] Lambini iudicio vera ſcriptura eſt *deuerterunt.* quomodo Cicero pro Deiotaro: *cum domum regis deuertiſſet.* Sed nulla mutatione opus. Vſus eodem verbo mox c. 3, 1.

*a quo et tempus*] Quid ſibi vult et *tempus* et *dies?* nonne idem ſunt *tempus* et *dies?* vtrum tempus diei ſignificat, an anni? Ita Lambinus. plane ridicule. Tempus enim diei intelligi, poterat ex antecedd. diſcere: *cum tempore ipſo, quo ſtuduerant, perueniſſent.* Senſus igitur eſt, et diem, et tempus diei Charonem ſignificaſſe. Nec male *tempus et dies* exponas tempus diei, per figuram, quam Graeci *ἓν διὰ δυοῖν* vocant. *Tempus* opportunitatem interpretari, hoc quidem loco, opus non eſt.

1 *Hoc loco libet interp.*] Seruit haec formula, cum tacita velut *προθεραπείᾳ*, inſerendis in hiſtoriam iudiciis, obſeruationibus, egreſſionibus, locis memorabilibus.

*ab re poſita*] Sic MS. Boecler. Reliqui plerique tam editi quam ſcripti, *a re poſita.* Lambinus tamen, *a re propoſita.* quem alii poſtea ſequuti ſunt. Atque ſic et Dan. *ab re propoſita.* Mihi ſimplex rectum videtur. *Ponere* eſt referre, narrare, etiam optimis ſcriptoribus. Noſter 15, 6. 1. *in eisque hoc poſuiſſet etc.* Celſus 7, 9. *quod de cancro ſupra poſui.* [v. varr. lectt.]

*quantae calamit.*] In Boecl.

calamitati [2] ſoleat eſſe. Nam magiſtratuum Thebanorum ſtatim ad aures peruenit, exſules in vrbem deueniſſe. [3] Id illi, vino epulisque dediti, vsque eo deſpexerunt, [4] vt ne quaerere quidem de tanta re laborarint. Acceſſit etiam, quod 2 magis aperiret eorum dementiam. Adlata eſt enim epiſtola Athenis ab * Archia hierophante,

*propoſita, alienum hoc interponit, nimiam fiduciam magnae calamitati eſſe ſolere. Conf. Heuſing. qui etiam monet,* ponere *h. l. non eſſe narrare, referre: quod ita* ponenda, *non* poſita *dicendum fuiſſet. Sed quod* ponere *pro* proponere *etiam legitur, (v. interprr. ad Phaedr. III, 14, 8.) equidem* re poſita *loco ſuo remouere non audeo; at interpretor,* antea poſita, dictaue re, *vel* de qua agitur.] — 2. quanta calliditate *MS. Boecl. et Ax. a manu ſecunda; ſed manus prima ſcripſerat* calamitate. — 3. veniſſe *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* — 4. vsque deſpex. *MS. Ax. Mox* re *omittit MS. Voſſ. neſcio, vter.*

corrupte erat: *quanta calliditate ſol. eſſe.* et mox *veniſſe.*

*vt ne quaerere quidem*] Immo, ſi Plutarcho in Pelop. c. 9. credimus, quaeſiere ex Charone ad ſe accito, ſed iam ebrii et negligenter. De epiſtola hac plane nihil Xen. [*quaerere* h. e. inquirere. v. Stau. ad ed. mai.]

2 *Ab Archia hierophante, Archiae*] Sic omnes hodie legunt, et feliciter reſtitutum ab Aldo, vt creditur, locum hunc exiſtimant; quoniam apud Plutarchum [in Pelop. c. 10. et de Socrat. genio vol. 8. p. 356. Opp. ed. Lipſ.] legitur, *veniſſe quendam Athenis ab Archia hierophante ad Archiam cognominem, hoſpitem et amicum, litteras adferentem etc.* Et tamen in MSS. et edd. vett. purioribus nullum vocis *hierophanta* veſtigium, quod ſciam, reperire eſt. Nam in iis fere legitur, *ab Archino vno ex his Archiae.* vel *ab Archia vno Tyſarchae,* vel *Tinarchiae.* quod poſtremum Longolius et Magius, (non adſentiente Lambino,) a negligentia Nepotis eſſe cenſent; qui quum in Graeco ſcriptore reperiſſet ἀπ' Ἀρχίου τινός τῳ Ἀρχίᾳ, ita reddiderit, ac ſi Τιναρχίᾳ vno vocabulo ſcriptum eſſet. Specioſe dictum, fateor; ſi meliores codd. ita legerent. Nunc quid prohibet, ne prima lectione, quae et optimorum codd. Dan. et Boecl. fuit, leuiter immutata legamus: *ab Archia, vni ex his, Archiae? Ex his;* magiſtratibus ſcil. de quibus paullo ante. Pro *vni* librarius ſcripſit *vno*, quod ad Archiam Athenienſem id pertinere putabat. Quanquam et hoc ferri poſſet, quum Titinius dixerit *vni collegii;* Terentius, *nulli conſilii;* Plautus, *coloris vlli:* vt obſeruatum Priſciano. Sic alii *iſto, toto, altero,* dixere. de quo Voſſius de analog. 4, 6. qui et illud Apuleii huc refert 8. Metam. *vno potiundi ſtudio poſtponens omnia.* Sic noſter alibi, *alterae alae, totae inſulae*, pro *alteri, toti.* Fortaſſis et τὸ *Archino* retineri, vel in *Archinoo* mutari pot-

Archiae,[5] qui tum maximum magiſtratum Thebis obtinebat:[6] in qua omnia de profectione exſulum perſcripta[7] erant. Quae quum iam accubanti[8] in conuiuio eſſet data, ſicut erat ſigna-

5. ab Archia hieroph. Archiae. *Ita Ed. Ald. (in qua tamen ſcriptum eſt* hierophonte,) *Lamb.* [*Bos.* 2. *in textu; in ed. tamen prima abeſt ſtellula, Stau.* 1. 2. 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Brem. Wetz.*] *Sed* ab Archino vno Thiſarchiae *MS. Leid.* 2. ab Archino vno Hexhiſarchiae *MS. Voſſ.* 1. ab Archino hierophante vno ex his, *MS. Voſſ.* 2. ab Archino vno ex his Archiae *MS. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Venet.* ab Archino vno tyſarchiae *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* ab Archia vno, Tyſarchae *Codd. vett. apud Mag.* ab Archia vno Tinarchiae *Ed. Long. Mag.* ab Archia, hierophante, vni ex his, Archiae *Ed. Heus.* [*Bipont. Ith. Schmied. Pauſl. quae emendatio admodum probabilis eſſe videtur.*] — 6. obtenebat *MS. Voſſ.* 2. optinebat *Ed. Iens. Med.* — 7. ſcripta *MS. Leid,* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patau.* [*Sed* perſcripta, *h. e. ordine et adcurate pleneque ſcripta, Ed. Bos. et ſeqq. recte. v. Stau.*

eſt. nam vtrumque nomen Athenis vſitatum fuit. Certe ſi mittenti et accipienti vnum idemque nomen fuiſſet, vix dubito, Nepotem addita voce aliqua fuiſſe eos diſtincturum. Nec Plutarchi loco moueor. nam is ſaepe aliter, ac reliqui ſcriptores, nomina effert. [Add. Stau. ad ed. 3.]

*qui tum max. magiſtratum Th. obtinebat*] Polemarchi munere fungebatur. Vide dicta ad c. 2, 2. MS. Leidenſi 1. *maximum* aberat.

*exulum*] Dan. *eorum* et in gloſſa *exulum.* Pari modo et alibi noſter pronomen relatiuum non ad propius, ſed remotius nomen refert. Vt 12, 2. 3. *Lacedaemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas praedas Ageſilaus rex eorum* (Lacedaemoniorum) *faciebat.* niſi illa *re eorum* gloſſema ſunt. Infra 17, 4. 8. *qui ſupplicibus eorum nocuiſſent.* deorum ſcil. quorum templa Ageſilaum ſancta habuiſſe, ſ. 7. dixerat. Tacitus Agric. 41, 3. *Comparantibus cunctis vigorem etc. cum inertia et formidine eorum. ducum* ſcil. de quibus ſ. 2. Nulla neceſſitate Grotius, aliique corrigunt: *formidine ceterorum.* Barthius etiam inepte, *morum.* Quid enim *formido morum?* Paullo poſt MS. Dan. *cum iam occubanti.* Boecl. *iam* aberat.

*ſicut erat ſignata*] Buchnerus putabat leg. *ſicut erat, ſignatam ſ. p. ſ.* atque ſic laudat etiam in acceſſion. ad theſaur. Fabri, col. 1270. et hoc dicere, ait, Nepotem, Archiam non reſignaſſe epiſtolam, ſed ſignatam, vti acceperat, ſubieciſſe in puluinum. Sane ſic ſolent optimi ſcriptores, quorum loca praeter Buchnerum l. c. adnotarunt Geuartius Papinian. lection. 2, 7. Barthius ad Claudian. in tert. conſul. Honorii v. 163. [Buchneri interpunctionem ac lectionem adoptarunt Cellarius, Ith. Brem. Schmied. Sed vulgatum tuentur Heus. Tzſchuck. ad ed. 2. Stau. et Kapp.]

ta, ſub puluinum [9] ſubiiciens: *in craſtinum*, inquit, *differo res ſeueras.* [10] At illi omnes, quum 3
iam nox proceſſiſſet, [11] vinolenti ab exſulibus, duce Pelopida, ſunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non ſolum, qui in vrbe erant, ſed etiam vndique ex agris concurrerunt, [12] praeſidium Lacedaemoniorum ex arce pepulerunt, patriam obſidione liberauerunt, auctores Cadmeae occupandae partim occiderunt, partim in exſilium eiecerunt. [13]

*ad mai. ed. et Harl.*] — 8. quum iam accubanti. *Ita ed. Long.* [*Bos. et rell.*] *Sed* cum iam occub. *MS. Dan.* cum accub. *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* cuidam accub. *MS. Leid.* 2. — 9. ſub pulu. *Sic MS. Dan. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax.* [*Ed. Bos. et ſeqq. recte. v. Burm. ad Petron. Satyr. c.* 74. *p.* 367. *ed.* 1. *et Stau. ad ed.* 3.] *Sed* in puluinum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* — 10. ſeueras. *Ita etiam MS. Mendos. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Bos. Stau.* 1. *et rell. plurimae.*] *Sed* ſerias *Ed. Stau.* 2. 3. [*Harl. Tzſchuck.* 1. *et Schott. id melius habere libros editos, (ſed quinam?) adfirmat: ſenſu quidem eodem; ſed* ſeueras *h. l. plus eſt. Plutarch. in Pelop. c.* 10. εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα. *v. Tzſch. ad ed.* 2.] — 11. cum iam non proceſſiſſent *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Statim* vino pleni *MS. Ernſt. e gloſſemate, puto. Mox in MS. Ax. deerant verba,* duce Pelopida. — 12. concurrunt *Ed. Ald. Mox* liberarunt *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patau.* [*Wetz.*] — 13. alios in ex. eiec. *MS. Mag.* partim ex. eiec. *MS. Bau.* part. in ex. venerunt *MS. Leid.* 2.

*ſub puluinum ſubiiciens*] Longol. et alii, *in puluinum.* Sed noſtra lectio firmatur codd. Dan. et Boecl. Plane ſic Plutarchus c. 10. fin. ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκεν.

3 *Omnes vinolenti ſunt interfecti*] Non aduerſatur, vti Lambino viſum, Nepoti Plutarchus, quum c. 11. Leontidam ſobrium fuiſſe tradit. Nepos enim de magiſtratibus epulantibus ſolummodo hoc tradit. Ceterum *vino pleni*, quod Ernſtius in ſuo cod. reperit, gloſſema puto.

*quibus rebus confectis*] Paullo aliter Plut. p. 284. c. 12.

*partim in exilium eiecerunt*] Schoppius ait in V. C. legi *partim exſilium eiec.* laudatque illud Catulli carm. 34. *Cur non exſilium malasque in oras Itis?* et hoc Accii in Phoeniſſis: *Iuſſit proficiſci exſilium quouis gentium.* Sed apud Catullum

1 IV. Hoc tam turbido tempore, ſicut ſupra docuimus, [1] Epaminondas, quoad cum [2] ciuibus dimicatum eſt, domi quietus fuit. Itaque haec liberandarum Thebarum propria laus eſt Pelopidae: ceterae fere omnes communes cum Epami-
2 nonda. Namque in Leuctrica [3] pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux [4] delectae manus, quae prima phalangem proſtrauit Laconum: omni-
3 bus praeterea periculis adfuit: ſicut Spartam quum oppugnauit, alterum tenuit cornu: quoque Meſſena [5] celerius reſtitueretur, legatus in Perſas eſt profectus. Denique haec fuit altera perſona The-

1. docuimus. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Sed* diximus *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. male. Statim* Epaminundas *MS. Leid.* 2. — 2. cum *aberat a MS. Voſſ.* 1. — 3. in Leuctrica [*Ed. Lamb. Bos. Stau.* 1. 3. *Ith. Tzſchuck.* 1. *Brem. Wetz. Schmied.*] in *aberat a MS. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Stau.* 2. [*Harl. Heinr. Bipont. Tzſchuck.* 2. *Pauſl. v. Oudend. ad Caeſar. B. G.* 2, 1. *p.* 87. *b.*] in *vncis incluſit Heus.* — 4. dux *abeſt ab Ed. Iens. Med. Ald. Mox* primam *Ed. Mag.* — 5. eſſent *MS. Leid.* 2. Eſſena *MS. Voſſ.* 1. *Dan.* Meſena *MS. Voſſ.* 2. *Ax. in quo etiam eſt* quo *pro* quoque.

nil prohibet τὸ *in* aeque ad *exſilium*, ac ad *oras*, referre. Accius ἀρχαΐζει, ac praeterea poëta eſt. Nec opus, vt cum Voſſio transponamus verba. etſi non inficior ſimiles ellipſes in ſcriptoribus priſcis reperiri: quod inter alios idem Voſſius obſeruauit, cap. 65. de conſtructione. In Schoppiano codice τὸ *in* facile vltima proximae vocis abſorbere potuit. Et ipſum hanc lectionem poſtea improbaſſe, ex eo colligas, quod in addition. ad Mineruam Sanctii p. 363. cum reliqua duo loca commemoraſſet, hunc omiſit.

1 [*Epamin. — quietus fuit.*] Conf. Diod. Sic. 15, 81. Plutarchus tamen in Pelop. c. 12. Epaminondam cum Gorgida populum congregaſſe, et auxilio veniſſe. Sed Cornel. ſibi conſtat. v. ſupra Epamin. c. 10, 3. Nec Epaminondas in exſilium miſſus erat. v. Cellar. et Tzſch.]

2 *In Leuctr. pugna*] MS. Boecl. deeſt praepoſitio.

*delectae manus*] De cohorte hac multa Plutarchus Pelopida. [Haec cohors, quia conſtabat tribus coniuratorum armatorum centuriis, a Graecis dicta eſt λόχος ἱερός. v. Stau. et Diodor. Sic. 15, 81. ibique Weſſeling.]

3 *Altera*] Vid. Ind. [Ibi ſic explicatur: *altera perſona*, vnus ex duobus (h. l. Epaminonda et Pelopida,) quibus respubl. plurimum debet: additur *ſecunda tamen*, vt referatur ad ſuperiorem et primum (h. l. Epaminondam.) Nempe *alter* vnus e paribus, *ſecundus* inferior eſt. Eumenius paneg. c. 14. etc. Add.

bis, ſed tamen ſecunda, ita vt proxima eſſet Epaminondae.

V. Conflictatus autem eſt cum aduerſa for- 1
tuna. Nam et initio, ſicut oſtendimus, exſul pa-
tria caruit; et quum Theſſaliam [1] in poteſtatem
Thebanorum cuperet redigere, legationisque iure
ſatis tectum [2] ſe arbitraretur, quod apud omnes
gentes ſanctum eſſe conſueſſet, [3] a tyranno Ale-
xandro Pheraeo ſimul cum Iſmenia [4] comprehen-
ſus, in vincula [5] coniectus eſt. Hunc Epaminon- 2
das recuperauit, bello perſequens Alexandrum.
Poſt id factum, numquam is animo placari po-
tuit in eum, a quo erat violatus. Itaque per-

1. Theſaliam *MS. Voſſ.* 2. — 2. tectum. *Sic MS. Dan. Sed* tutum *Ed. Long. Mag. Steph.* — 3. *De lectione MS. Boecl. et Voſſ. v. not. Etiam in MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. eſt* factum, *pro* ſanctum. — 4. ſimiliter cum hiſmenia *MS. Boecl.* ſimul cum ii ſine via *MS. Leid.* 2. *Atque* Hiſmenia *Ed. Iens. Med. Arg.* his Menia *MS. Ax. Graece* Ἰσμηνίας *dicitur.* — 5. vincla *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Long.*

Tzſchuck. ad ed. 2.] Mox Barthius legebat: *ſed tamen ita ſecunda, vt pr. e. Ep.*

1 *Legationisque iure*] Legationem tamen ad Alexandrum Pheraeum iterum obiiſſe Pelopidam, Polybius auctor eſt lib. 8, 1. *Publica amicitia,* qua fretum fuiſſe, Pauſanias Boeoticis ait, legationem non euincit.

*tectum*] Sic libri meliores. Alii *tutum. Tectus* idem ac ſalvus, tutus, defenſus.

*quod apud omnes gentes ſanctum e. c.*] In MS. Boecl. [et Voſſ. 2.] corrupte erat: *quod apud eos gentes factum eſſe conſueſcet.* Scriptum fuerat *apud oes.* Pro *ſanctum* etiam alii libri *factum* habent. quod recte Schottus improbat in notis ad ſcript. de viris illuſtr. c. 25. Edita lectio firmatur MS. Danielis, et ſimilibus aliorum ſcriptorum locis, quae congeſſit Grotius in adnotat. ad 2. de I. B. et P. cap. 18, 1. vbi et de re ipſa prolixe agit. Mox MS. Boecl. *ſimiliter cum hismenia.* An fuit ἀρχαϊκῶς *ſimulter*, quo Plautum Pſeud. 1, 3. 148. pro *ſimul* vſum volunt? [Conf. Stau. ad ed. 3. de Alexandro Pheraeo, tyranno crudeliſſimo, Iaſonisque genero, et ad ed. min. de Iſmenia, duce Thebanorum: add. Plutarch. in Pelop. capp. 27. ſqq. et Polyb. libr. 8. cap. 1. tom. III. p. 6. ſq. ed. Schweighäuſer.]

2 *Nunquam is*] MS. Boecl. [Ax. Voſſ. 2.] *nunquam ſe.* Dan. *nunquam animo plac. pot.*

[*perſuaſit*] expetitus a Theſſalis, quos iterum vexabat Alexander, vti narrant Plutarch. l. c. 31. et Diod. Sic. 15, 80.

ſuaſit Thebanis, vt ſubſidio Theſſaliae proficiſce-
3 rentur, tyrannosque eius expellerent. Cuius bel-
li quum ei ſumma[6] eſſet data, eoque cum exer-
citu profectus eſſet, non dubitauit, ſimul ac[7]
4 conſpexit hoſtem, confligere. In quo proelio
Alexandrum vt animaduertit, incenſus ira equum
in eum concitauit, proculque degreſſus[8] a ſuis,
coniectu telorum confoſſus concidit.[9] Atque hoc
ſecunda victoria accidit. Nam iam inclinatae
5 erant tyrannorum copiae. Quo facto, omnes
Theſſaliae ciuitates interfectum Pelopidam coro-

6. ſumma cum ei *Ed. Lamb.* [*Wetz.*] — 7. ſimulac *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mox* conflingere *MS. Leid.* 2. — 8. digreſſus *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patau. vt Datam.* 11, 4. [*Sed* degreſſus *Ed. Lamb. Bos. et rell. conf. Plutarch. in Pelop. c.* 32. *Stau. Tzſchuck. etc.*] *Mox* confoſus *MS. Voſſ.* 2. — 9. concidit. *Sic MS. Dan. Ax. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau.* 1. 2. 3. *et plur. recentt.*] *Sed* cecidit *Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Harl. Tzſch.* 1. 2.] *Statim* atque haec *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Dein* init. Haec Tzſchuck. adnotau. in ed. 2.]

4 *Degreſſus*] Leid. et qu. edd. *digreſſus.* Mox *concidit* eſt in Dan. Leid. Boecl. Vulgati, *cecidit.*

*ſecunda victoria*] Lambini audaciam, [legentis *pugna* pro *victoria*,] caſtigauit etiam Rob. Titius locor. controu. 4, 8. Sed quod ipſe reponit *ſecuta victoria*, comparatque cum illo Velleii 1, 2. 3. *Athenienſes ſequuta victoria eſt:* eo opus haud eſſe, e dictis Buchnero adparet. Sicut et illud, non eſſe cur *ſuis*, quod vir doctus volebat, ſubaudiamus. In MS. Boecl. eſt: *Atque haec ſecunda victoria accidit.* Dictum videri poſſit, vt illud 2, 5. 3. *Haec altera victoria etc.* ni repugnaret, quod ſequitur, *nam iam inclinatae etc.* Mutauit, opinor, librarius, quod τὸ *ſecunda* non intelligeret. [*ſecunda* alii explicant propitia aut ſequente, proſequente Thebanos, quos fortuna, interfecto licet duce Pelopida, tamen non deſeruit: alii proprie *quum ſequeretur victoria.* Atque Tzſchuck. ex Diodoro Sic. 15, 80. ὁ Ἀλέξανδρος δευτέρᾳ μάχῃ λειφθεὶς, vſitata et propria ſignificatione intelligit, nec repugnare putat Plutarch. c. 32. et quae ſequuntur.]

5 *Omnes Theſſ. ciuit.*] De honoribus Pelopidae poſt mortem habitis prolixe Plutarchus in vita p. 296.

*coronis aureis*] Vid. Ind. [et Plut. in Pelop. c. 33. ſq.] Mox

nis aureis et ſtatuis aeneis, liberosque eius multo [10] agro donarunt.

Theſaliae *MS. Voſſ.* 2. — 10. aeneis — multo. *Aberant haec duo vocc. a MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Mox* donauerunt *Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.*

MS. Boecl. *et ſtatuis, liberosque eius agro donarunt.* vnde haud vane colligas, cetera, quae vulgo adiiciuntur, a gloſſa eſſe.

# XVII. AGESILAVS [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Cum fratris ſilio de honore regni contendit. II. Pactas cum Tiſſapherne inducias religioſe ſeruat. III. Phrygiam depopulatur. Epheſi hiemat, et militem exercet. Alio ſe citurum ſimulat, ſemper in Aſia victor. IV. Domum reuocatur. Boeotios vincit, iisque parcit. V. Bello circa Corinthum victor, miſeratur caedem Graecorum. VI. Ad pugnam Leuctricam ire recuſat. Spartam ſeruat ſingulari commento. VII. Patriam ſubleuat pecunia. VIII. Eius corporis et vitae ratio. In portu Menelai morbo decedit.*]

1 Agesilavs lacedaemonivs, cum a ceteris ſcriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico [2] collaudatus eſt: eo enim vſus eſt familiariſ-
2 ſime. Hic [3] primum de regno cum Leotychide, [4]

1. Ageſilai vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. Sacratico *MS. Voſſ.* 1. 2. *Statim* collatus *pro* collaudatus *Ed. Long.* — 3. hic. *Sic reſcribe.* [*et ego recepi id.*] *In ipſa ed. Boecl. Bos. Stau.* 1. *eſt* hinc *vitioſe.* — 4. Leontychide *MS. Leid.* 2. *Ed. Ald.* Leutychide *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* [*et ita eum conſtanter vocat Herodotus libr. VI. cap.* 65. 71. 72. *inprimis VIII. cap.* 131. *de ſtemmate illius, (vbi v. Valcken.) ac IX. cap.* 91. *et ſic nomen ſcribere iuſſit Oudendorp. ad Frontin. Strateg. I.* 11. *ſect.* 7. *p.* 138.]

Elogium Ageſilai habes apud Diodor. 15 p. 473. In MS. Dan. *Hageſilaus* ſcriptum erat et heic et ſupra.

1 *A Xenophonte*] Pro *collaudatus* vitioſe qu. edd. vett. *collatus.* [*Socraticus* dicitur, quia Xenophon Socrate vtebatur duce ac praeceptore. Xenophon autem *collaudauit*, h. e. maxime laudauit Ageſilaum in peculiari quodam libello, quem quidem Valcken. ad Herodot. III. 134. 9. 27. ſophiſtae potius cuiusdam ingenio, quam Xenophonti adtribuit; contra vindicarunt eum Xenophonti Weiske in defenſione illius libelli in edit. Xenoph. Opp. vol. IV. Lipſ. 1801. 8. p. 405 ſqq. et Io. Gottl. Schneider ad edit. Xenoph. Oeconom. Conuiu. Hieron. Ageſilai, Lipſ. 1805. 8. p. 267 ſq.]

*vſus eſt familiariſſime*] Quaerit Lambinus, Xenophon Ageſilao, an hic illo; et illud potius cenſet. Ego poſterius. nam

fratris filio, habuit contentionem. Mos eſt enim a maioribus Lacedaemoniis traditus, vt duos haberent ſemper reges, nomine magis quam imperio, ex duabus familiis Procli[5] et Euryſthenis; qui principes ex progenie Herculis Spartae[6] reges fuerunt. Harum[7] ex altera in alterius familiae locum fieri non licebat. itaque[8] vtraque[9]

5. Procli. *Ita etiam MS. Leid. 2. Voſſ.* 1. [*Ed. Long. Bos.* 2. *Stau. Heus. Ith. Brem. Bipont. Heinr. Pauſl.*] *Sed* Precli *MS. Voſſ.* 2. Proclis *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Tzſchuck. Harl. Wetz. Schmied.*] *Mox* Eryſthenis *MS. Leid.* 2. *Dan.* Eriſthenis *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 6. Sparthae *MS. Dan.* — 7. Horum (*ſcil. Procli et Euryſth.*) *MS. Mendos. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Heuſing.* [*Ith. Schmied. Bipont. Heinr. Tzſchuck.* 2. *qui cum Heuſing. illam lectionem late defendit. Sed* harum, *ſcil.* familiarum, *Ed. Bos. Stau. Harl. Brem. Wetz. Tzſchuck.* 1. *Pauſl.*] — 8. ita *MS. Voſſ.* 1. [*et h. l. propter ſeq.* τὸ vtraque *ſuauius.*] — 9. vtraque: *Sic*

*vſus* eſt idem, qui *collaudatus.* Xenophontem ſecum et in pretio habuiſſe, etiam Plutarchus ait in apophthegmatis Laconicis, [p. 796. vol. 6. Opp. ed. Lipſ.]

2 *Ex duabus familiis*] Quarum genealogiam habes apud Henning. tomo 3 theatri genealog. p. 465 et deinceps, aliosque. Ceterum Plutarchus Lyſandro et in apophthegm. Lacon. *Euryponiidas* et *Agidas* vocat. nam, vt diſerte Pauſanias teſtatur in Laconicis, qui antea *Proclidae*, poſt ab Euryponte, Procli ex Soo nepote; qui *Euryſthenidae*, ab Agi, Euryſthenis F. nomen acceperunt: vt iam a Lambino obſeruatum eſt. adde Cragium 2, 2. Magius adnotat, noſtrum *e duabus familiis* idcirco dicere, quia, quum praeter has plures eſſent Spartae Heraclidarum familiae, ex reliquis, vt Plutarchus ait, nullus per generis nobilitatem plus, quam alii, in rebus vrbanis poterat. [add. Stau.]

*Procli*] Sic MSS. meliores et edd. vett. Atque ſic et Cicero extulit de diuinat. 2, 43 *Proclus et Euryſthenes, Laced. reges.* [Sed Erneſti et Hottinger in edd. l. c. dederunt *Procles*, mox tamen etiam *Procli.*] et mox: *anno enim Procli vita breuior fuit.* Quod mirum Longolio viſum, quum Graecis Προκλῆς vocetur. Atque ſic et alibi Noſter. de quo ad 2, 1. 1. Sic item alii, *Perſi*, *Verri*, *Achilli*, vt adnotauit Dan. Pareus ad Salluſtii Fragment. c. 30.

*principes*] I. e. primi. nam ante eos Pelopidae, tertia regum Spartanorum familia, regnabant. Vid. Crag. l. c. Pari ſenſu vox haec exſtat 8, 1. 5 et 22, 3. 3.

3 *Harum*] Long. et MS. Schotti, *Horum.* vt ad *reges* referatur. Sic ſubaudiendum eſſet *neutrum* vel *nullum.* Sed alterum magis congruum videtur. Ad τὸ *fieri* ſubaudi *regem.*

*itaque vtraque*] Sic diſerte

ſuum retinebat ordinem. Primum ratio habebatur,[10] qui maximus natu eſſet ex liberis eius, qui regnans deceſſiſſet: ſin is virilem ſexum non reliquiſſet, tum deligebatur,[11] qui proximus eſ-
4 ſet propinquitate. Mortuus erat Agis rex, frater Ageſilai: ſilium reliquerat Leotychidem,[12] quem ille natum[13] non agnorat: eumdem moriens ſuum

*MS. Boecl. Leid.* 1. *Ed. Vltrai.* [*Bos.* 2. *Heus. et rell. recentt.*] *Sed* vterque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. — 10. prim. rat. habeb. *Sic MS. Dan. Leid.* 1. *Ax. Sed* primum ideo habebatur *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* primus in eo habebatur *Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Patau.* — 11. tunc deligebatur *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. [*Ed. Wetz.*] tunc diligebatur *MS. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Med. Arg. Boecl.* tum delig. *Ed. Mag. Long. Keuch. Stau.* 1. 2. 3. [*Heus. Ith. Harl. Tzſchuck. Heinr. et ego repoſui, pro lect.* tunc eligeb. *in Ed. Bos.* 1. 2. *Ith. nam* deligitur, *qui ex pluribus, ſed idoneis;* eligitur, *qui ex promiſcua multitudine legitur.*] Tum dilegebatur *Ed. Lamb.* [tum diligeb. *Ed. Schmied. Pauſl.*] — 12. Leontychidem *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. Leontychiden *Ed. Ald.* Leutychidē *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* [*v. ad cap.* 1, 2.] — 13. natum. *Ita MS. Dan. Boecl. Leid.* 1. 2. *Ax. Voſſ.* 1. 2. Leid. Etiam optima ed. Vltrai. *Ita vtraque.* melius multo, quam alii *vterque.* nam *ordinem,* ſucceſſionis ſcil. de quo mox ſequitur, non perſonae, ſed familiae retinebant. De ordine illo plura Cragius l. c.

*primum ratio habebatur*] Etiam haec lectio eſt meliorum libb. vt Dan. Leid. etc. At Longolius edidit: *primum ideo habebat.* Magius et Lambinus: *primus in eo habebatur.* quam ſcripturae varietatem Schottus e notarum compendiis ortam cenſet. Addere poterat, prouocabulum *eius* omiſſum corruptelae occaſionem praebuiſſe. Omiſſum autem videtur, ne mox repeteretur.

*qui max. natu*] Vide plane eximiam commentationem Beceleri ad Grotii 2, 7. 18 p. 307 et deinc.

*tunc eligebat.*] Praetulerim, quod eſt in ed. Longolii, *tum deligeb.* ſi ſcripti libri addicerent. [v. varr. lectt.]

4 *Mortuus erat Agis*] MS. Dan. *Hagis.* vt *Hageſilaus.*

*natum*] Sic Longol. et MSS. Dan. Leid. Boecl. Sed Magio inſpecti, et plerique editi, *viuus* vel *viuens.* prius Lambino, poſterius Gebhardo placebat. Verum vtrumque haud dubie a ſcioli cuiusdam manu eſt, qui *morienti* putabat *viuum* opponendum eſſe; vt in Inſtitut. Iuſtiniani, tit. *de Lege Fuſia Canin. toll. Natum*, i. e. quum natus eſſet. Tempus tempori opponit. Non igitur opus ſubaudire *ex ſe.* [Leotychides ex Alcibiade, qui Timaeam, Agidis vxorem, corrupiſſet, ſuſceptus credebatur. Plutarch. in Lyſandro c. 22. vt poſt alios ad-

eſſe dixerat. Is de honore regni cum Ageſilao ſuo patruo[14] contendit. neque id quod petiuit, conſequutus eſt.[15] Nam, Lyſandro ſuffragante, homine,[16] vt oſtendimus ſupra, factioſo, et his[17] temporibus potente, Ageſilaus antelatus eſt.

II. Hic ſimulatque[1] imperii potitus eſt, perſuaſit Lacedaemoniis, vt exercitum emitterent in

*Ed. Iens. Med.* (*in quo eſt* manum) *Arg. Par. Long.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* viuens *MSS. et ed. Mag.* viuus *Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* — 14. patruo ſuo *MS. Ax.* — 15. eſt *aberat a MS. Voſſ.* 1. *Dein a vocc.* Nam Lyſandro *incipit cap. II. in ed. Patau.* — 16. Lyſ. homine ſuffr. homine *MS. Voſſ.* 2. — 17. iis *MS. Voſſ.* 1. *Mox diuiſim* ante latus *Ed. Iens. Med.*

1. ſimulac *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Statim* imperio *MS. Ax. Boecl. Ed. Long. ſed* imperii *MS. Dan. Ed. Par. Ald. Lamb. et rell.*

notauit Tzſchuck. add. Athen. XII, 16. Idem Tzſchuck. de ipſa contentione citat Plut. c. l. et alibi, ac Xenoph. hiſt. gr. III, 3. in. et in Ageſilao I. 5.]

*non agnorat*] Vide Plutarch. de tranquillit. animi p. 467 F.

*ſuum eſſe dixerat*] Vide Plutarch. Ageſilao Pauſan. 3, 8, 4. MS. Boecler. [Ax.] *duxerat.* corrupte.

5 *Suffragante*] Adnitente, commendante. vide Ind. [Ibi enim Boecler. *ſuffragari*, ait, de commendatione, qua primates et gratioſi viri alicuius patrocinium ſuſcipiunt, partes tuentur, aut dignitatem alicui conciliant. Vnde *ſuffragatores*, *προσήγοροι* Graecis et *συνήγοροι*, qui aliis ſuffragationem ſuam apud Principem commodant. Sueton. Veſpaſian. 23. vid. Henr. Valeſium ad Marcellini 29. pag. 391.] De re Xenoph. hiſt. Gr. 3, 3. Pauſan. 3, 8. Plutarch. in Ageſil. 3. in Lyſandr. 21. etc.

1 *Imperii*] Sic MS. Dan. At Boecler. et quidam edd. *imperio.*

*perſuaſit Laced.*] Ita fere et Xenophon in Ageſilao 1, 4. Idem tamen h. Gr. III. 4, 2. et Plut. in vita, c. 23. Lyſandri impulſu id factum aiunt in Aſiam reuerti et ſuis illic amicis opitulari cupientis. [At iuſſum eſſe Ageſilaum, exercitum in Aſiam traiicere, tradit Pauſan. 3, 9. in. conf. Stau. ad mai. et min. edit.]

*vt exercitum emitt.*] MS. [Voſſ. 2. et] Boecl. *exercitus.* ſed vnicum fuiſſe, ſex millibus militum conſtantem, e Diodoro 14. c. 79. conſtat. Xenophon h. Gr. 3, 4, 2. bis mille; et in Ageſilao c. 1, 6. ter mille nouos ciues addit. [Apud Xenoph. in Ageſ. l. c. ex emendat. Hutchins. et Schneid. (cuius not. p. 272 ſq. conſules,) legitur: *ἐὰν δῶσιν αὐτῷ* (Ageſilao) *τριάκοντα μὲν Σπαρτιατῶν, δισχιλίους δὲ νεοδαμώδεις* (duo millia nouorum ciuium, h. e. Lacedaemoniorum libertorum ex Helotibus,) *εἰς ἑξακισχιλίους δὲ τὸ σύνταγμα τῶν συμμάχων*, etc.]

Aſiam, bellumque regi facerent: docens, ſatius
eſſe in Aſia, quam in Europa dimicari. [2] Nam-
que fama exierat, [3] Artaxerxem comparare claſ-
ſis, [4] pedeſtriſque exercitus, quos in Graeciam
2 mitteret. Data poteſtate, tanta celeritate vſus
eſt, vt prius in Aſiam cum copiis [5] peruenerit,
quam regii ſatrapae eum ſcirent profectum. Quo
factum eſt, vt omnes imparatos [6] imprudentesque

2. dimicari. *Ita MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ax. add. not.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Tzſchuck. Harl. Brem. Wetz.*] *Sed* dimicare *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Heus.* [*Ith. Heinr. Schmied. Pauſl.*] — 3. erat *MS. Mendos. Ed. Vltraiect.* famam exire *Ed. Ald.* — 4. claſſis. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 1. *Ed. Bos.* 2. *Stau.* 1. 2. 3. [*Harl.*] *Sed* claſſem *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Pat.* [*Tzſchuck.*] claſſes *MS. Dan. Heus.* [*Ith. Brem. Schmied.*] *Statim* pedeſtriſque exerc. *MS Boecl. Leid.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Harl.*] *Sed* pedeſtresque exerc. *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Bos.* 1. *Heus.* [*et rell. recc.*] pedeſtreisque *Ed. Lamb.* — 5. cum copiis. *Aberat a MS. Ax. Statim* perueniret *etiam MS. Ax.* [*Ed. Bos. Stau.* 1. 2. *Brem. Harl.*] *Sed* peruenerit *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Mediol. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lambin. Steph. Gebh. Keuch. Patau. Heuſing.* [*Stau.* 3. *Ith. Wetz. Tzſchuck.* 1. 2. *Schmied. Heinr. Pauſl. idque h. l. melius eſſe videtur: accedit quoque maior codd. veterumque edd. auctoritas. Quare ſic reſcripſi.*] — 6. omnes imperatores imparatos *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.*

*in Aſiam*] Vide orationem Scipionis apud Liuium 28, 43 et 44.

*regi*] Abſolute poſitum, pro *regi Perſarum.*

*dimicari*] Ita MSS. Dan. et Boecler. quod ſperni non debet. nam ſic et alibi loquitur. Vide 4, 5. 1 et 16, 1. 3. Vulgo editur, *dimicare.* quomodo 1, 5. 4 *dimicare vtile arbitrabatur.* Mox pro *fama exierat* vet. cod. Schotto laudatus et ed. Vltrai. *fama erat.* ſed vide Ind. in *exire.* quidam editi: *famam exire.* vt ſint verba Ageſilai: quod recte Lambinus reiicit.

*claſſis pedeſtriſque exerc.*] Sic MS. Boecl. probante Scheffero. ἀρχαϊκῶς, vt infra c. 3, 5 *Sardis*, et alibi ſimilia alia. [*pedeſtres* opponuntur *claſſi*: ſunt igitur terreſtres exercitus et comprehendunt equitatum. Xenoph. de eadem re l. c. ἐξηγγέλθη βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἀθροίζων καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πολὺ ϛράτευμα ὡς ἐπὶ τὺς Ἕλληνας.] *Claſſes*, plurium numero, etiam Dan. habuit. Nempe ſequitur et *exercitus* in plurali.

2 *vt omnes imparatos*] Longol. et alii vna voce auctius: *vt omnes imperatores imparatos.* Sed ea MSS. abeſt.

offenderet. Id vt cognouit Tiſſaphernes,[7] qui 3
ſummum imperium tum inter praefectos habebat regios, inducias a Lacone petiuit, ſimulans, ſe dare operam, vt Lacedaemoniis cum rege conueniret;[8] re autem vera, ad copias comparandas: easque impetrauit trimeſtres.[9] Iurauit au- 4
tem vterque, ſe ſine dolo inducias conſeruaturum: in qua pactione ſumma fide manſit Ageſilaus: contra ea Tiſſaphernes nihil aliud, quam

*Long. Mag. Lamb. Steph. Sed rectius abeſt* imperatores *ab MS. Dan.* [*et Ed. Bos. ac ſeqq.*] — 7. Tiſaph. *Ed. Iens. Med. Arg. vbique. Mox in Ed. Iens. Med. eſt* Licone. — 8. Lacedaemonii — conuenirent *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. [*At Stau. ad ed.* 3. *late docet, non recte dici homines* cum aliquo conuenire, *pro paciſci, conſentire; ſed vel rem dici, vel de re* conuenire inter homines, *vel ſaepe etiam Nominatiuum rei ſubintelligi. add. not.*] — 9. trimenſtris *MS. Dan.* trimeſtris *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mox* indutias *Ed. Lamb. et* Tiſaphernes *Ed. Long.*

3 *Inducias a Lacone petiuit*] De induciis his Xenophon Ageſilao, 1, 7 et h. Gr. 3, 4, 5 ſq. Plutarchus Ageſilao, c. 9 et Polyaenus 2, 8.

*ſimulans, ſe dare operam*] De cautionibus circa inducias adhibendis vid. Strauchius noſter diſſ. de Induciis, cap. 5 ſ. 3 et deinceps. [Conf. ad Conon. 2, 2.]

*vt Lacedaemoniis cum rege conueniret*] Id enim vt impetraret, [n. vt Graecorum ciuitates Aſiaticae eſſent αὐτόνομοι.] veniſſe ſe, ſignificarat Ageſilaus Tiſſapherni. Teſtis Xenophon 3 de reb. Graec. [et Ageſil. 1, 10. ac Plutarch. l. c.]

4 *Contra ea Tiſſaphernes nihil aliud, quam bellum comparauit*] *Atqui hoc ſalua pactionis fide facere potuit,* inquit Gebhardus. *Nam iuris gentium eſt, contra laedentem ſibi conſulere. At, ſi interpretantur Graeculi, ſtare iureiurando, contra paratum perſtare imparatum ac velle offenſioni patere; periurii crimini Tiſſaphernes non poteſt eximi. Quod ſecus eſt.* Haec ille. Adduunt alii, *licere induciarum tempore militem conſcribere;* (vid. Grot. 3, 21. 7) *neque perfidos eſſe, qui datis induciis ad ſuum commodum vtuntur; niſi addita ſit expreſſa cautio, manſura omnia in eo ſtatu, quo tum, quum induciae inchoarent, fuiſſent.* Albericus etiam Gentilis de iure belli 2, 13 negat, conuenire cum receptis moribus, quod Tiſſaphernes non ſeruaſſe inducias dicitur, qui ad bellum interea ſe compararit. Et tamen periurii ac perfidiae crimen ei, praeter Ageſilaum et Nepotem, etiam Xenophon, Plutarchus et Polyaenus impingunt. Nam ille, *quae iurauerat, ſtatim violaſſe, et, quum pacem ſeruare deberet, magnum exercitum a rege, praeter eum, quem ha-*

5 bellum comparauit. Id etſi ſentiebat Laco,[10] tamen iusiurandum ſeruabat, multumque in eo ſe conſequi[11] dicebat, quod Tiſſaphernes periurio ſuo et homines ſuis rebus abalienaret, et deos ſibi iratos redderet; ſe autem, ſeruata religione,[12] confirmare exercitum, quum animaduerteret, deorum numen[13] facere ſecum; hominesque ſibi conciliari[14] amiciores, quod his[15]

10. loco *MS. Voſſ.* 2. — 11. conſequi ſe *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus. Patau.* [*Wetz. Ith.*] — 12. confirmata relig. *MS. Voſſ.* 1. *ſed in marg.* al. conſeruata. [*et* conſeruata *Ed. Pauſl. add. not.*] *Mox* animaduerter. *aberat a MS. Voſſ.* 2. — 13. vnius nomen *MS. Boecl. Voſſ.* 2. vnius numen *MS. Ax.* [deorum numen *eſt vel periphraſis pro*, deos, *vel deorum poteſtas, auxilium, auſpicium.*] — 14. conciliari. *Ita MS. Dan. Leid.* 2. [*Ed. Bos. cum plurimis.*] *Sed* conciliare *MS. Leid.* 1. *Ax. Boecl. Voſſ.* 1. 2. (*ſed in Voſſ.* 1. *ſupra notatum erat* conciliari,) *Ed. Gebh.* [*Wetz. vt pari conſtructione procedat cum* confirmare.] *Statim* amitiores *Ed. Iens. Med. Arg.* amicitiores *MS. Ax.* — 15. iis *Ed. Mag. Sed* his *etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2.

*hebat, arceſſiuiſſe* ait. iſte, *pacto inito, quum exiſtimaret, ſe iuſtam militum multitudinem habere, bellum inſtauraſſe; Ageſilaum autem ſtatim periurium eius dolo vltum.* hic denique, *magna manu collecta Graecos, diem praeſtitutum exſpectantes, adortum.* Quae certe non ſunt quieſcentis et feriantis, ſed bellum gerentis. Noſter, quod probe notandum, non ſimpliciter *bellum comparaſſe*, ſed NIL ALIVD *quam bellum comparaſſe* ait. Et tamen promiſerat iureiurando, ſe regi perſuaſurum, vt ciuitates Graecorum in Aſia liberas eſſe et ſuis legibus viuere ſineret. Quod neutiquam feciſſe eum, e dictis colligere eſt.

5 *In eo ſe conſequi*] Sic Dan. Reliqui, *conſequi ſe*. Buchnerus ſuo codici adſcripſerat, *in* abundare; vt 2, 2. 3 et apud Virgil. Eclog. 7 *Referebat in ordine Thyrſis.* ſed ſecus eſt.

*ſeruata relig.*] MS. Dan. [Ax.] *conſeruata:* quomodo ſtatim *conſeruare fidem* dixit.

*deorum numen*] *Vnius nomen* erat in Boecl. Vnde Scheferus coniiciebat, *huius nomen*, referebatque ad *religionem*, vt *religionis nomen* ſit fama eius. quomodo et 1, 8. 4 *nobile nomen* pro fama clara. Fortaſſe tamen monachus aliquis, ſuperſtitionem Graecorum deteſtatus, ſcripſerat in ora, *vnius*, vt vnius ſolummodo dei numen eſſe innueret; idque librarius pro plurali *deorum* ſuppoſuit.

*hominesque ſibi conciliari*] Nihil de hominibus Plutarchus et Polyaenus. Xenophon tamen or. de Ageſilao 1, 12 ait, eum hac re effeciſſe, vt omnes et Graeci et barbari ei, ſi voluiſſet, adhaeſuri fuerint.

ſtudere conſueſſent, quos conſeruare fidem [16] viderent.

III. Poſtquam induciarum praeteriit [1] dies, 1
barbarus non dubitans, quod ipſius erant plurima domicilia in Caria, et ea regio his temporibus [2] multo putabatur locupletiſſima, eo potiſſimum hoſtes [3] impetum facturos: omnes ſuas copias eo contraxerat. At Ageſilaus in Phrygiam 2
ſe conuertit, eamque prius depopulatus eſt, quam Tiſſaphernes vsquam ſe moueret. Magna praeda militibus locupletatis, Epheſum hiematum exercitum reduxit: atque ibi, officinis [4] armorum



16. confirmare fid. *MS. Voſſ.* 2. *tum* videret *Ed. Arg.*

1. preteriit *Ed. Iens. Med.* — 2. iis tempor. *MS. Voſſ.* 1. — 3. hoſtis *Ed. Iens. Med. Arg.* — 4. efficinis *MS. Leid.* 2.

*conciliari amiciores*] [h. e. magis amicos fieri, beneuolos reddi.] Sic Lambin. et MS. Dan. At reliqui, etiam Boecler. et Leidenſis, *conciliare:* vt ſi dii conciliaſſe Laconibus homines dicantur, ſiquidem *deorum numen* retinemus. Sed alteram lectionem firmat, quod ſequitur, *quod his ſtudere conſueſſent etc.* Id enim ad homines pertinere, vix dubito. Proinde cauſſa fauoris humani non a diis, ſed ab hominum ingenio petitur. Ceterum Lambinus aut delendum cenſet *amiciores;* ſcriptumque forte ad oras interpretandi gratia, e regione verbi *conciliari, amiciores fieri:* aut legendum, *ſibi fieri amiciores,* vel *hominum ſibi amicitiam conciliari.* Nam omnino, inquit, Latine dici non poteſt, *conciliari amicum* ſeu *amiciorem.* dicunt enim Latini vel *aliquem conciliari* ſimpliciter, vel *aliquem amicum fieri,* vel *amicitiam alicuius conciliari.* Sed recte Gebhardus ad propriam Nepoti in loquendo indolem, conſenſumque librorum provocat.

1 [*Domicilia*] h. e. praedia, poſſeſſiones. conf. Xenoph. Hellen 3, 2, 12 et cap. 4. 12.]

2 *In Phrygiam*] Sic quoque Xenophon, etſi rem paullo aliter narrans, et Plutarchus in Ageſilao. Neque diſcrepant a noſtro, vti Magio ac Lambino viſum, Polyaenus 2, 8 et Frontinus 1, 8. 12. qui in Lydiam irrupiſſe ſcribunt. nam illi de altero ſtrategemate loquuntur, de quo noſter mox l. 4 et 5. quod comparanti illorum verba cum iis, quae Nepos, Xenophon et Plutarchus de ea re tradunt, tam manifeſtum eſt, vt mirari ſatis nequeam, viros doctos id non animaduertiſſe; Lambinum praeſertim, qui horum loca ad alterum illum noſtri adnotauit.

*exercitum reduxit*] Quod exta ſacrificanti parum laeta fuerant, quodque equitatu barbaris inferior eſſet. Ita Xenophon 3 h.

inſtitutis, magna induſtria bellum adparauit,[5] et quo ſtudioſius armarentur, inſigniusque [6] ornarentur, praemia propoſuit, quibus donarentur,
3 quorum egregia in ea re fuiſſet induſtria. Fecit idem in exercitationum generibus, vt, qui ceteris praeſtitiſſent, eos magnis [7] adficeret muneribus. His igitur rebus effecit, vt et ornatiſſimum et
4 exercitatiſſimum haberet exercitum. [8] Huic quum tempus eſſet viſum, copias extrahere ex hiber-

5. apparauit. *Ita etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sau. Put. Gif.* [*v. not. Stau. ad. ed. mai. Ed. Bos. cum ſeqq.*] *Sed* apparuit *MS. Ax.* parauit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.* — 6. inſignius *MS. Boecl. Voſſ.* 2. inſignibusque *MS. Dan.* [*v. not.*] *Mox* premia *Ed. Iens. Med. dein* egrecia *pro* egregia *MS. Voſſ.* 2. — 7. eos magis *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *quod Scheffero melius videtur.* — 8. haberet exercitum et exercitatiſſimum *MS. Leid.* 2. *In ed. Ald.* τὸ et *ante* ornat. *deeſt.*

Gr. c. 4, 15 et in Ageſilao 1, 16. Diodorus 14, 81. Plutarchus in Ageſilao c. 9 et in apophth. Laconicis.

*ibi officinis armorum inſtitutis*] Inſtruxit autem has officinas tanta cura Ageſilaus, vt ipſa vrbs Xenophontis iudicio videretur ἐργαςήριον τῦ πολέμυ eſſe.

*magna induſtria*] Vide Xenophont. h. Gr. 3 et in Ageſilao, 1, 26 ſqq.

*bellum apparanit*] Sic quoque MS. Schotti et Sauaro. Alii *parauit*. Vtroque modo Nepos alibi loquitur.

*inſigniusque ornarentur*] Vide ad Flor. 1, 16. 7 et 2, 18. 11 notas Freinshemii. De ſplendore armorum adde Polybium 11 p. 629 et Plutarchum in Philopoemene p. 360 et ſeq. Porro Boecl. aberat copula. et poteſt abeſſe. Dan. habebat *inſignibus*. culpa ſcioli cuiusdam, opinor, cui *inſignia* militum in mentem erant. [Verum *ornare* h. l. vſitate ponitur, et ſignificat, omnibus rebus ad vſum operis, negotii etc. perficiendi idoneis copioſe apteque inſtruere. Hinc mox exercitus dicitur *ornatiſſimus*, h. e. omnibus rebus neceſſariis inſtructiſſimus.]

*praemia propoſuit*] Vide Xenophontem h. Gr. 3 p. 499 et Ageſilao p. 655.

3 *Fecit idem in exercit. gen.*] Plura ad Claudian. Barthius in commentario p. 656. 657. adde Herm. Hugonem de militia equeſtri 3, 1.

4 *Huic quum tempus eſſet viſum*] Inſolita locutio viſa Lambino, itaque *tempus* delendum putabat. Sic enim loqui Latinos, *viſum eſt mihi dicere, ſcribere, facere.* Non feciſſet, opinor, ſi recordatus eſſet, Noſtrum 16, 2. 2 dixiſſe: *cum tempus eſt viſum rei gerendae.* et 14, 11. 1 *tempus eſſe maiores exercitus parari.* denique 23, 13. 4 *tempus eſt facere finem.* Integrum eſt, *viſum eſt tempus faciendi*, vel *facere*: ellipticum, *viſum eſt facere. Tem-*

naculis: vidit, ſi, quo eſſet iter facturus, palam pronuntiaſſet, hoſtes [9] non credituros, aliasque regiones praeſidiis [10] occupaturos, nec dubitaturos, aliud [11] eſſe facturum, ac pronuntiaſſet. Ita- 5
que quum ille Sardis [12] iturum ſe [13] dixiſſet, Tiſſaphernes eamdem Cariam defendendam putauit. In quo [14] quum eum opinio feſelliſſet, victumque ſe vidiſſet conſilio: ſero ſuis praeſidio profectus eſt. Nam quum illo veniſſet, iam Ageſilaus, multis locis expugnatis, magna erat [15] praeda potitus. Laco autem, quum videret, hoſtes equi- 6
tatu ſuperare, numquam in campo ſui fecit poteſtatem, et his locis manum conſeruit, quibus plus pedeſtres copiae valerent. Pepulit ergo,

9. hoſtis *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Sic etiam ſ.* 6. — 10. praeſidiis. *Ita MS. Dan. Leid.* 1. [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau. Mox in MS. Ax. erat* neque *pro* nec. — 11. eum aliud *MS. Ax.* — 12. Sardeis *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* [Sardes *Ed. Wetz. Pauſl. Schmied.*] Sardis *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Ed. Bos. Heus. et rell. plur.*] — 13. iturum ſe *MS. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. et ſeqq. recentt.*] *Sed* ſe iturum *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* — 14. in eo *MS. Voſſ.* 1. — 15. magui erat *MS. Voſſ.* 2.

*pus* autem *extrahere*, pro *extrahendi* vel *ad extrahendum*, Helleniſmus eſt. Vide Ind. v. *tempus.* Freinshemius legebat: *Hinc cum t. e. v.* [Freinshemio ſuffragatur Heuſing. ſed inuito etiam Kappio, qui tamen, ſi quid mutandum ſit, malit *Hic quum*. Tum *extrahere*, quod notionem difficultatis, moleſtiae alias inferre ſolet, (et frequentius dicitur *exerc. educere*,) h. l. adhibitum videtur, quia forſan exercitus per varia loca, in hibernaculis, h. e. hibernis, diſperſas, colligi debuit. conſ. Tzſchuck. et Harl.] Schefferus autem, *Heic cum*, vt 15, 6. 3. Sed *τὸ huic* Nepotis genio congruentius. Paullo poſt vulgo *praeſidiis* abeſt, etiam ab optimis editionibus. Sed erat in MSS. Dan. et Leid. Itaque diutius exſulare non ſum paſſus.

5 *Cum ille Sardis iturum ſe*] Vide, quae diximus paullo ante ad illa ſ. 2 *in Phrygiam*. Ceterum ſic Dan. elegantius quam alii, *ſe iturum*.

[*ſero*] n. die quarto, poſtquam Ageſilaus Sardes, quae erat vrbs celeberrima Lydiae, ipſamque adeo Lydiam, ingreſſus ac populatus erat. v. Xenoph. h. Gr. III. 4, 21.]

quotieſcumque [16] congreſſus eſt, multo maiores aduerſariorum copias: et ſic in Aſia verſatus eſt, vt omnium opinione victor duceretur. [17]

1 IV. Hic quum iam animo [1] meditaretur proficiſci in Perſas, et ipſum regem adoriri, nuntius ei domo venit ephorum miſſu, [2] bellum Athe–

16. quotienscunque *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Med. Arg.* [*Long. et hanc ſcripturam quidam VV. DD. praeſtare putarunt. v. Cellar. Orthogr. lat. p.* 336. *ibique Harl. additamenta, et infra XVIII.* 5, 7.] — 17. diceretur *Ed. Ald.*

1. iam animo. *Sic MS Dan.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed ab Ed. Iens. Med Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau. abeſt* τὸ iam. — 2. ephororum miſſu. *Ita gloſſa MS. Dan. et Ed. Vltraiect. in*

1 *Cum iam animo*] Sic Dan. Vnde olim coniiciebam: *cum in animo meditaretur.* quomodo Terentius Ad. 3, 1 dixit *in animo cogitare* et *inſtituere.* Nunc nihil muto. nam ſic et paullo poſt ſ. 5 *Cum iam haud ita longe abeſſet.* In reliquis libris τὸ *iam* ob ſimilitudinem particulae praecedentis videtur excidiſſe.

*nuntius ei domo venit*] Scytale ſcilicet. Plutarchus: ἅμα τῷ τὴν σκυτάλην ἐλθεῖν. Xenophon [in Ageſ. 1, 36. add. hiſt. Gr. 3, 4, 26.]: ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, βοηθεῖν τῇ πατρίδι. Leunclauius ſupplet, ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν ὁ ἐπιστέλλων, quoniam in loco parallelo hiſt. Gr. 4 mox adducendo τὸ ἐπιστέλλοι legitur, vultque omiſſum illud ὁ ἐπιστέλλων propter ſimilitudinem cum vocabulis praecedentibus. Lambinus ad h. l. laudat: ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη ἀπὸ τ. οἴκ. τελ. Sed vereor, ne inuitis libris. Fortaſſe nihil deeſt, ſed ἐλλειπτικῶς loquitur Xenophon; vt in re ſimili hiſt. Gr. 3 p. 501 ἔρχεται ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, ἄρχειν καὶ τῷ ναυτικῷ Quem locum pariter Leunclauius, ſed aeque fruſtra, vt arbitror, ſollicitat. Vtrobique ſubaudiri poteſt ex Plutarcho, ἡ σκυτάλη ἡ κελεύσα vel aliquid ſimile. *Nuntius* ergo videtur idem eſſe ac ſcytale, epiſtola, ſiue res per eam ſignificata: etiam ſi *miſſu Ephorum* h. e. Ephororum veniſſe dicatur. nam et epiſtola mittitur; et *mittere* interdum nil aliud eſt, quam ſcribere, nuntiare; vt apud Graecos ἐπιστέλλειν. Atque ſic et alibi *nuntii* voce noſter vſus, vt docebit Index.

*Ephorum miſſu*] Quanquam libri omnes *iuſſu;* tamen quoniam MS. Dan. et ed. Vltrai. ad oram habuere *miſſu*, haud ſpernendum id, immo genuinum puto. nam librarii vix excogitaverint vocem rarioris vſus: ſed potius vt varia lectio adſcripta fuerit. *Miſſu Ephorum*, i. e. mittentibus Ephoris, nuntium ſcilicet, vel epiſtolam ſiue ſcytalen per Epicydidam quendam. Xenophon 4, 2. 2 hiſt. Graecae: εὐθὺς δὲ ἐπὶ τὸν Ἀγησίλαον ΠΕΜΠΟΥΣΙΝ Ἐπικυδίδαν. ὁ δ᾽ ἐπεὶ ἀφίκετο τά τε ἄλλα διηγεῖτο ὡς ἔχοι, καὶ ὅτι ἡ πόλις ΕΠΙΣΤΕΛΛΟΙ αὐτῷ, βοηθεῖν ὡς τάχιστα τῇ πατρίδι. Haec

nienſes et Boeotios indixiſſe Lacedaemoniis:[3] quare venire ne dubitaret.[4] In hoc non minus eius[5] 2
pietas ſuſpicienda eſt, quam virtus bellica: qui quum victori[6] praeeſſet exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Perſarum potiundi, tanta

*marg.* [*Ed. Bos.* 2. *Stauer. Heus. et fere omnes ſeqq.*] *Sed* ephororum iuſſu *MS. Dan. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Brem.*] pro ephororum iuſſu *MS. Leid.* 2. [*v. not.*] — 3. et Boeotios bellum indixiſſe Lacedaemoniis *MS. Ax. Voſſ.* 2. *In MS. Voſſ.* 1. *erat* Boetos. *In Ed. Iens. Med.* eſt boetes. — 4. ne dubitaret *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Heus.* [*Tzſchuck. Stan.* 3. *Ith. Harl. Schmied. Pauſl. et ego ſic reſcripſi. Sed* non dubitaret *Ed. Bos. et reliq. edd. antiq. ac recc.*] Ne *probat quoque Ruhnken. ad Rutil. p.* 116. — 5. eius *aberat a MS. Boecl. et Ax.* [*vncis id incluſum habent Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau. Harl. Bipont. quia illarum editores anteced.* in hoc *interpretantur de Ageſilao.*] *Sed vnci abſunt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Tzſch. Ith. Wetz. Brem. Schmied. Heinr. Pauſl. rectius forte, et ego vncos omiſi; at* in hoc *tum explicandum eſt* in hoc facto, hac in re.] *Mox* ſuſcipiendae *MS. Mendos. Ed. Arg.* — 6. victor *Ed. Ald.*

aut ſimilia noſter exprimere voluit. Pro *miſſu*, quod meliores editiones habent, τὸ *iuſſu* irrepſerat etiam apud Ciceronem ad Attic. 8, 9 et Tacitum hiſtor. 1, 43. 4: qui et alibi hac voce vſus. Id igitur et heic factum fuiſſe probabile eſt. Denique hanc lectionem plane confirmant illa 7, 4. 3 de re ſimili: *quum ei nuntius a magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet, vt domum rediret.* Caeſ. de B. G. V. 27. *miſſu Caeſaris.*

*bellum indixiſſe Lacedaemoniis*] Vide Diodor. Sic. XIV. 82. Xenoph. hiſt. Gr. IV. 2, 1. [Bellum illud dictum eſt Corinthiacum. v. cap. 5 et in Pauſan. c. 4, 14. init. id vero indixerunt illi, auro a Perſis inducti, et quidem, ſecundum Polyaen. Strateg. I. 48, 3. ſuaſu Cononis, per oratores ciuitatum Graeciae auro corruptos, qui ſuis ciuitatibus, vt bellum inferrent Lacedaemoniis, perſuaderent: quod etiam factum eſt.]

*non dubit.*] Lambinus mallet, *ne dubitaret.*

2 *In hoc non minus* [*eius*] *pietas*] MS. Boecl. omittit *eius.* forſan haud male. Sic cap. 7, 2 *in hoc illud inprimis fuit admirabile.* et alibi ſaepius. *In hoc*, ſcil. Ageſilao. [vid. varr. lectt.] Mox quaedam edd. *cum victor praeeſſet.* Sed alterum et congruentius eſt, et in melioribus libb. reperitur.

*regni Perſarum potiundi*] Vide quae diximus ad 9, 2. 3. Xenophon hiſt. Gr. 4, 2. 3. ait, agitaſſe animo et ſpe concepiſſe euerſionem eius imperii, quod prius Graeciam armis inuaſerat.

*tanta modeſtia*] Valde extollunt hoc factum laudantque Xe-

modeſtia dicto audiens fuit iuſſis abſentium magiſtratuum,[7] vt ſi priuatus in comitio eſſet Spartae: cuius exemplum vtinam imperatores noſtri
3 ſequi voluiſſent! ſed illuc redeamus. Ageſilaus opulentiſſimo regno praepoſuit bonam exiſtimationem, multoque glorioſius duxit, ſi inſtitutis patriae paruiſſet, quam ſi bello ſuperaſſet Aſiam.
4 Hac igitur mente Helleſpontum copias traiecit, tantaque vſus eſt celeritate,[8] vt, quod iter Xerxes anno vertente confecerat, hic tranſierit tri-
5 ginta diebus. Quum iam haud ita longe[9] abeſſet a Peloponneſo, obſiſtere ei conati ſunt Athenienſes et Boeotii,[10] ceterique eorum ſocii, apud

7. magratuum *Ed. Iens.* — 8. tant. celer. vſus eſt *MS. Ax. Paullo ante* Aſiam ſuper. *Ed. Lamb.* — 9. haud ita longe. *Ita MS. Dan. Leid.* 1. *Boecl.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* ita aut longe *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* haud longe *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch.* — 10. Boetii *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens.*

nophon l. c. et Plutarchus p. 604. Adde not. ad 14, 4. 3. [et Stauer. ad min. ed.]

*abſentium*] MS. Boecler. *hẽtium*, et in margine *hẽſentium*. in quibus haud dubie aliquid latet. Schefferus citabat *ſentium* et ingenioſe ſuſpicabatur, *ſciſcentium*; primamque ſyllabam in voce *ſciſcentium* deletam eſſe ob poſtremam praecedentis vocis, ei non abſimilem.

*in comitio*] Xenophon in Ageſil. 1, 36. *οὐδὲν διαφερόντως ἢ εἰ ἐν τῷ ἐφορείῳ ἔτυχεν ἑστηκὼς μόνος παρὰ τοὺς πέντε. Ephoreum* autem curia Ephororum, vt e Pauſaniae Laconicis docent Cragius 2, 4 et Emmius lib. 3 p. 125.

4 *Anno vertente*] ſcil. *ſe*; h. e. toto anno, cuius ſcil. curſus natura vertitur eodem, vbi incepit, annuo ſpatio. Supra 2, 5. 3 *ſex menſibus* iter hoc confectum ait. Pro *tranſierit* Lambinus mallet *tranſegerit*. nulla neceſſitate. *Tranſire iter* dictum, vt *tranſire flumen*, *mare*, *ſaltum etc.* et *tranſire vitam* apud Salluſtium Catil. c. 1 ac Senecam de Prouid. c. 4. Poſſis et abſolute accipere, vt 2, 9. 1. 7, 9. 3 et alibi.

*triginta diebus*] Cum noſtro facit Xenophon Ageſilao, cum ait minori quam menſis ſpatio hoc iter confeciſſe, *μεῖον ἢ ἐν μηνί.* Noſter *triginta dies* numerat, fortaſſis idcirco, quod totidem Xerxem in hoc itinere conſumſiſſe dixerat 2, 5. 3.

5 *Cum iam haud ita longe*] Sic Dan. Leid. Boecler. Aliis *ita* deeſt.

[*ſocii*] n. Argiui, Corinthii, Locri aliique. v. Xenoph. hiſt. Gr. 4, 2, 17. Mox *Coronea*, vrbs Boeotiae, haud confundi debet cum *Chaeronea*, haud procul inde diſſita. v. Schlegel. Obſſ. in Corn. Nep. p. 85 ſeq.

Coroneam: quos omnes graui proelio vicit. Hu- 6
ius victoriae vel maxima fuit laus, quod quum
plerique ex fuga ſe in templum Mineruae con-
iecisſent,[11] quaereretur que ab eo, quid his fieri
vellet;[12] etſi aliquot vulnera acceperat eo proe-
lio, et iratus videbatur omnibus, qui aduerſus
arma tulerant; tamen antetulit irae[13] religionem,
et eos vetuit violari. Neque vero[14] hoc ſolum 7
in Graecia fecit, vt templa deorum ſancta ha-
beret; ſed etiam apud barbaros ſumma religione
omnia ſimulacra, arasque conſeruauit. Itaque 8
praedicabat, mirari ſe, non ſacrilegorum numero
haberi, qui ſupplicibus eorum nocuiſſent: aut
non grauioribus poenis adfici, qui religionem
minuerent,[15] quam qui fana ſpoliarent.

*Med. Arg.* — 11. conieciſſet *MS. Ax.* — 12. vellet fieri *MS. Leid.* 2. — 13. ire *Ed. Iens. Med. Arg.* — 14. neque vero. *Ita etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. [*Ed. Bos. et ſqq.*] *Sed* τὸ vero *abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 15. minuerint *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med.* — minueret — ſpoliaret *MS. Ax.* — phana *pro* fana *Ed. Iens. Med. Arg. Long.*

Proelium autem graue Xenophon, qui ipſe, auctore Plutarch. in Ageſ. c. 17 ſq., illi interfuit, fuſius enarrauit in Ageſilao, cap. 2, 9. ſqq. et in hiſt. Gr. 4, 3, 16 ſqq. add. Diod. Sic. 14, 83 — 85.]

6 [*plerique*] Xenoph. ll. citt. numerat tantum 80. — *Mineruae* n. Itoniae. v. Stau. ad min. ed.]

[*religionem*] Contra Polyaen. II. 1, 4. monet, Ageſilaum id caute potius callideque feciſſe, ne cum deſperatis hominibus proelium inſtauraret.]

7 *Neque vero*] Τὸ *vero* abeſt a quibusdam MSS. et edd. et paullo poſt pro *conſeruauit* Long. *conſecrauit.* non recte, vt Schottus recte iudicat. [*conſeruarit* MS. Ax. De vſu voc. *numero* cum genitiuo v. I. Fr. Gronou. Obſeruatt. I. c. 6. p. 46. ed. Platneri.]

8 *Supplicibus eorum*] *Barbarorum* ne, quos proxime; an *deorum*, quos paullo ante nominauit? Hoc malim. nam Xenophon Ageſilao [cap. 11, 1. collato cap. 2, 13.] vnde totus hic locus expreſſus Lambino, et recte quidem, videtur, *deorum*, et paullo poſt *ararum ſupplices* vocat: *ἱκέτας δὲ θεῶν οὐδὲ ἐχθροὺς ἐβιάζετο, νομίζων ἄλογον εἶναι τοὺς μὲν ἐξ ἱερῶν κλέπτοντας, ἱεροσύλους καλεῖν· τοὺς δὲ βωμῶν ἱκέτας ἀποσπῶντας, εὐσεβεῖς ἡγεῖσθαι.* Nec inſolitum Noſtro, prouocabulum relatiuum ad remotius Nomen referre,

V. Poſt hoc proelium, collatum eſt omne bellum [1] circa Corinthum, ideoque Corinthium [2] eſt adpellatum. [3] Hic quum vna [4] pugna decem
2 millia hoſtium, Ageſilao duce, cecidiſſent, [5] eoque facto opes aduerſariorum debilitatae viderentur: tantum [6] abfuit ab inſolentia gloriae, vt

1. coll. omne b. eſt *MS. Ax.* — 2. Corinthum *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. add. not.* [*Stau. ad ed.* 3. *malit* Corinthiacum. *Graecis quidem eſt vſitatum* Κορινθιακός· *ſed vtramque formam horum gentilium promiſcue, etiam in libris graecis, ſaepe occurrere, adnotauit Tzſchuck. ad ed.* 2.] — 3. *Reſcribe* eſt adpellatum, *vt eſt in Edd. noſtris omnibus.* [eſt *omittitur in Ed. Bos. et Wetz.*] — 4. vna *Aberat a MS. Voſſ.* 1. — 5. reciderunt *MS. Leid.* 2. — 6. tamen *Ed. Gebh. Statim* afuit *Ed. Lamb. Gebh. Keuch.* [*conf. de hac ſcriptura ſupra ad XII.* 5. *Drakenb. ad Sil. Ital. XIII.* 261.

Vide notata ad 16, 3. 2. Proinde non eſt cur cum Magio legamus *deorum.* [Magii emendationem adprobant Bremi et Büchling. Sed Heuſing. *eorum* referendum quoque putat ad *deorum,* quod nr. 7. legitur. Wetzel. ex loco Xenophontis colligit, hos, qui Xenophonti ſint *ararum ſupplices,* noſtro eſſe *templorum ſupplices.* An τὸ *eorum* referendum eſt ad *ſimulacra arasque,* quo ſupplices confugere ſolebant? Tzſchuck. ad ed. 2. neſcio, ait, an *ſupplicibus eorum* ita intelligi poſſit, vt ſint *ſupplicibus ex eorum numero,* et *eorum* totum ſpectet, vt in aliis, *ſupplicibus* partem totius ſ. eorum.]

1 *Ideoque Corinthium adpellatum*] Nugae ſunt, non modo quod nonnulli legerunt, *Corinthus eſt appellata,* ſcil. ἀπὸ τȢ κορύνειν· ſed etiam, quod Longolius, qui illos ridet, legit, *Corinthum eſt adpellatum,* et interpretatur; *denunciatum, vt Corinthum conueniret,* aeque riſu excipiendus. [Hoc bellum durauit octo annos et pace Antalcidae compoſitum eſt. Conf. Iſocr. in Panegyr. cap. 53. p. 70. et cap. 40. pag. 86. et ad vtrumque locum Mori notas in ed. 3. Lipſ. 1804. 8. aliosque, quos citarunt Stauer. in min. ed. ibique Harl. ad noſtrum locum.]

2 *Ageſilao duce*] Quod Xenophon in Ageſilao 7, 5. nuntium tantae cladis (ἀγγελίαν) ad Ageſilaum perueniſſe; Plutarchus autem cum in Ageſilao, tum in apophthegm. reg. et duc. audiſſe eumdem magnum hoc proelium, et in apophth. Lacon. audiuiſſe numerum hoſtium mortuorum (ter verbo πυθόμενος vſus) ſcribit; inde Magius et Lambinus colligunt, Ageſilaum neutiquam huic pugnae interfuiſſe. Addit tamen Lambinus, reſponderi poſſe, duces non ipſos cernere oculis mortuorum numerum, ſed certis hominibus ex ſuis negotium dare, vt hoc cognoſcant. Potius dixerim, duce aliquo fieri, etiam quae abſente eo, ſed auſpiciis eius fiunt.

*tantum abfuit*] Sic habent edd. pleraeque; nec discrepant, quod ſciam, libri meliores. Lon-

commiſeratus ſit fortunam Graeciae, quod tam multi a ſe victi vitio aduerſariorum concidiſſent: namque illa multitudine, ſi ſana mens eſſet, Graeciae ſupplicium Perſas dare potuiſſe. [7] Idem quum aduerſarios intra moenia compuliſſet, et, 3
vt Corinthum oppugnaret, multi hortarentur: negauit id ſuae virtuti conuenire: ſe enim eum eſſe dixit, [8] qui ad officium peccantes redire

*Cort. ad Plin. libr. II. ep.* 11. *Oudendorp. ad Caes. B. G.* 1. 36, 5.] — 7. potuiſſet *Ed. Long.* — 8. eum dixit *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Mox* peccantis *Ed. Iens. Med. Arg. Par.*

gol. tamen, Lambin. et quaedam recentiores, *aſuit*: quod ſolum Latinos vſurpaſſe contendit non modo heic, ſed etiam ad 9, 1. 2 et 20, 1. 3 ac ad Horatii Satyr. 1. p. 50, et prolixius in notis Ciceronianis, poſt Muretum et Victorium, Lambinus. Et certe veteres interdum ſic extuliſſe, atque ſic paſſim in MSS. codd. legi, negare nolim. nube teſtium id euicit Phil. Pareus in Lexico Critico. [add. VV. LL.] Ex eo tamen nondum conficitur, alterum, quod et ipſum in plurimis codd. reperitur, Latinum plane non eſſe.

*illa multitud. Graeciae ſupplicium Perſas dare pot.*] Hoc eſt, vt Xenophon in Ageſilao, l. c. et Plutarchus in eiusdem vita, c. 16. ac apophth. Lacon. loquuntur, tot viros viuos potuiſſe barbaros vniuerſos ſuperare; aut, vt in apophth. reg. et duc. habetur, interficere. Similis querela Lucani princ. lib. 1 *Cumque ſuperba foret Babylon ſpolianda tropaeis Auſoniis, vmbraque erraret Bratus inulta, Bella geri placuit nullos habitura triumphos? Heu quantum potuit terrae pelagique parari Hoc, quem ciuiles hauſerunt, ſanguine dextrae! etc.* quae ex hoc Ageſilai dicto ſumta eſſe, vir ſui nominis H. Grotius in Notis ad eum locum obſeruat. De phraſi, *ſupplicium dare*, Indicem vide. [in quo locus ita explicatur: Graeciam ſuas clades in Perſas vindicare potuiſſe: ſic Terent. Heaut. 1, 1, 86. illi de me ſupplicium dabo.]

[*Graeciae*] Longol. Mag. Steph. Gebh. Keuchen. Heuſing. (cuius longam notam conferes,) ithe poſt τὸ *Graeciae* interpungunt, *ſi ſana mens eſſet Graeciae, ſupplicium Perſas dare potuiſſe.* Reliqui interpungunt poſt *eſſet*, et *Graeciae* coniungunt cum ſequentibus verbis: quos propter formulam *ſupplicium dare*, cui Datiuus addi ſolet, ſequi malim. add. Stau.]

*potuiſſe*] Sic meliores libri. Alii *potuiſſet*, ac ſi Nepotis iudicium hoc eſſet. Sed Ageſilai eſſe, e ſcriptoribus modo laudatis conſtat.

3 *Negauit id ſuae v. c.*] Vide Xenoph. p. 669, A. B. [in Ageſ. 7, 6 ſq.] qui tamen rem paullo aliter narrat.

*eum eſſe*] I. e. talem, tantum. MS. Boecl. vox *eſſe* aberat.

cogeret, non, qui vrbes nobiliſſimas expugnaret 4 Graeciae. Nam ſi, inquit, eos[9] exſtinguere voluerimus, qui nobiscum aduerſus barbaros ſteterunt, nosmetipſi nos expugnauerimus,[10] illis quieſcentibus: quo facto, ſine negotio, quum voluerint, nos opprimENT.

1 VI. Interim accidit illa calamitas apud Leuctra[1] Lacedaemoniis: quo ne proficiſceretur,[2] quum a plerisque ad exeundum premeretur, vt ſi de exitu diuinaret,[3] exire noluit. Idem, quum Epaminondas Spartam oppugnaret, eſſetque ſine muris oppidum, talem ſe imperatorem praebuit, vt eo tempore omnibus adparuerit, niſi 2 ille fuiſſet, Spartam futuram non fuiſſe. In quo quidem diſcrimine celeritas eius conſilii ſaluti fuit vniuerſis. Nam quum quidam adoleſcentuli, hoſtium aduentu perterriti,[4] ad Thebanos trans-

9. eos. *Abeſt ab Ed. Gebh. Keuch.* — 10. expugnamus *MS. Leid.* 2.

1. Leuctram *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par.* [*Sed ἐs Λεῦκτρα (Leuctra,) Thucyd. V.* 54. *add. Stau.*] — 2. proficiſcerentur *Ed. Gebh.* [*ſed vitioſe. v. Heuſing.*] — 3. *v. notam.* — 4. perteriti *Ed. Iens. Med.*

4 *Steterunt*] MS. Boecler. [Voſſ. 2. Ax.] *ſteterint*, bene.

1 [*Interim*] Quod bellum Corinthium geſtum eſt a. 361 et pugna Leuctrica (de qua vid. XV. 6, 4.) 22 annis poſt conſequuta ſit a. 383. Wetzel. particulam *interim* h. l. minus adcuratam eſſe, pronuntiat; ſed Schmied. bene animaduertit, *interim*, vt paſſim vocabula temporis, latius valere.]

[*quo ne profic.*] Riclef. malit, *quo vt proficiſceretur*, et verba *ad exeundum* ex gloſſa migraſſe putat. Alii anacoluthon h. l. eſſe opinantur.]

*vt ſi de exitu diuinaret*] MS. Boecl. *vt ſi de exercitu diuin.* ed. Vltrai. *vt ſi de exitu dimicaret.* Sed editam lectionem tuentur verba Diodori lib. 15, 54. 55. *ὕϛερον δὲ διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔδοξεν ὐκ ἀνθρωπίνην ἀπόφασιν, ἀλλὰ θεῶν τινὰ χρησμὸν εἰρηκέναι.* De re adi Commentarium Boecleri p. 22 et ſeq. [add. Stau. et Tzſch.]

*eſſetque ſine muris oppidum*] Cur, quando et quamdiu Sparta ſine muris fuerit ac non fuerit, poſt Lambinum et Magium ad h. l. itemque Cragium 1, 2 ac lib. 3 p. 120 et deinc. Emmium lib. 3 p. 115, prolixe tradit Meurſius Miſcellan. Lacon. 4, 10.

*niſi ille fuiſſet*] Plutarchus etiam p. 614 D, c. 33. ſcribit, omnes fateri, Ageſilaum cauſſam fuiſſe.

2 *Celeritas eius conſilii*] Referunt id praeter Noſtrum, et-

fugere vellent, et locum [5] extra vrbem editum cepiſſent: Ageſilaus, qui perniciofiſſimum fore videret, ſi animaduerſum eſſet, quemquam ad hoſtes transfugere conari, cum ſuis eo venit, [6] atque, vt ſi bono animo feciſſent, laudauit conſilium eorum, quod eum locum occupaſſent, et ſe id quoque [7] fieri debere animaduertiſſe. Sic adoleſcentulos, ſimulata laudatione, recuperauit, et adiunctis de ſuis comitibus locum tutum reliquit. Namque illi, aucto numero eorum, qui expertes erant conſilii, commouere ſe non ſunt auſi, eoque libentius, quod latere arbitrabantur, quae cogitarant. [8]

5. et eum locum *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* *Mox* coepiſſent *Ed. Iens. Med. Arg.* — 6. conuenit *pro* eo venit *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* — 7. ſe quoque id *Ed. Patau. certe numeroſius.* [*Et Bremi vnice probat, quoniam* quoque *a* ſe *dependeat. Schmied. interpungit* et ſe, id quoque — debere, animadu. *Tzſchuck. ad ed.* 2. *poſt* quoque *diſtinguendum putat, ita vt* id *vtramque partem reſpiciat. Ricleſ.* quoque *gloſſema eſſe cenſet.*] *Tum* debere *abeſt ab ed. Mag.* — 8. cogitauerant *MS. Voſſ.* 1. *Ax.* cogitarunt *MS. Voſſ.* 2.

iam Polyaenus 2, 14 et Plutarchus in vita p. 613 et ſeq. c. 32, ſed paullo aliter.

*et locum extra vrbem editum*] Plutarchus Ἰσσώριον vocat, *locum bene ſeptum et adſcenſu difficilem*, vbi Dianae templum: Polyaenus λόφον ἱερὸν Ἀρτέμιδος Ἰσσωρίας, *prope Pitanem;* vti quidem recte Caſaubonus illic et Meurſius Miſcell. Lac. 4, 14 legunt. nam vulgo legitur Ἀρτέμιδος Ὀρθείας. Fortaſſis etiam legendum, λόφον, οὗ ἱερὸν Ἀρτ. Meminere praeterea Stephanus et Heſychius; ſed hic Ἰσσωρίαν vocat. In MS. Boecl. erat, *et eum locum.* Forraſſe ſub τῷ *eum* nomen loci latet, legendumque: *et Iſſorium, locum extra vr. editum.* [At non placet Heuſing. neque neceſſaria mihi videtur illa emendatio ſ. ſuſpicio.]

*cum ſuis eo venit*] Plutarchus ac Polyaenus tradunt, ſolum, aut cum vnico ſeruo, et inermem eo veniſſe, dixiſſeque *non illuc, nec vnum in locum omnes, ſed alios huc*, alio loco demonſtrato, *alios illuc conuenire iuſſos:* ipſum vero Iſſorium, aliis continuo accitis, occupaſſe.

[*ſe — animaduert.*] Hic accuſatiuus cum infinitiuo regitur a *dixit*, quod per zeugma ex antec. verbo *laudauit* eſt arceſſendum atque ſubintelligendum.]

3 *Aucto numero eorum, qui expertes erant conſilii*] Lamb. interpretatur, *qui non erant ſeceſſionis illius participes.* Quomodo igitur *eorum numerus au-*

1 VII. Sine dubio [1] poſt Leuctricam pugnam Lacedaemonii ſe numquam refecerunt, neque priſtinum imperium recuperarunt: quum interim Ageſilaus non deſtitit, quibuscumque rebus poſſet,
2 patriam iuuare. Nam quum praecipue Lacedaemonii indigerent pecunia; ille omnibus, qui a rege defecerant, praeſidio fuit. [2] A quibus ma-
3 gna donatus pecunia, patriam ſublenauit. Atque in hoc illud inprimis fuit admirabile, [3] quum maxima munera ei ab regibus, et dynaſtis, ciuitatibusque conferrentur, nihil vnquam [in] domum [4] ſuam contulit, nihil de victu, nihil de

1. ſi non dubio *MS. Ax. et* Leuctricam *MS. Voſſ.* 2. — 2. fuit *aberat a MS Ax.* — 3. amirabile *MS. Voſſ.* 2. *dein* conferentur *MS. Voſſ.* 1. — 4 quod nihil num-

*ctus?* An legendum eſt, *aucti numero eorum?* adiunctorum ſcil. de comitibus Ageſilai. An potius dicendum, quosdam transfugarum conſilii, quod alii ceperant, expertes fuiſſe? Sane Polyaenus noctu principes factionis eductos ait. Sed dubito, an ῥῆσις Nepotis hunc ſenſum admittat. [Bremi etiam cum Boſio legere malit *aucti numero eorum.* Ego vero cum Boſio et Tzſchuckio nihil muto, et interpretor: illi perfidi, qui ſecundum Plutarch. in Ageſ. c. 32. numero fere ducenti fuerunt, nihil vltra moliti ſunt, quum numerus bonorum et conſilii expertium iis augeretur, quos Ageſilaus ex vrbe eo ſubmiſerat, aut ſe ſequi iuſſerat.]

1 [*Poſt Leuctr. pugn. — recup.*] Haec ex hiſtoria vberrime expoſuit Stauer. ad ed. min. et 3.]

2 *A quibus magna donatus pecunia*] Vid. Xenophon p. 663 B.

3 *Nihil vnquam* [*in*] *domum*] Praepoſitio etiam Leidenſi aberat: quare vncis incluſi. Atque ſic alibi dixit *domos ſuas discedere* 2, 4. 1. quomodo Livius, *domos ſuas abire*, et *dilabi domos.* Ouidius, *ſuas quemque redire domos.* Tacitus, *reliquias ſuas domos comportare:* vt adnotatum Voſſio de conſtruct. cap. 42 et Bangio obſeru. philolog. lib. 2 p. 1064. Tamen nec alterum minus Latinum eſt, vt iidem, et ante eos Sanctius in Minerua lib. 4 p. 363 obſeruarunt. Et ſic plane in re ſimili ſcriptor de viris illuſtribus cap. 60 *in domum ſuam nihil contulit.* et 33. [num. 8. vbi Arntzen. plura contulit vett. ſimilia loca,] *ſe nihil amplius de praeda hoſtili in domum ſuam conuertiſſe.* Ac fieri potuit, vt in MSS. quos diximus, *in* ob praegreſſam *m* exciderit. Quare expunctum nolui. [Vid. varr. lectt. De *dynaſtis* v. ad XIV. 2, 2.]

*nihil de victu, nihil de veſtitu Laconum mutauit*] In Leid. 1. erat: *nihil vnquam de victu, nihil vnquam de veſtitu, L. m.* [conf. Xenoph. in Ageſ. c. 5. Plutarch. c. 19.]

veſtitu Laconum mutauit. Domo eadem fuit 4
contentus, quia Euryſthenes,[5] progenitor maiorum ſuorum, fuerat vſus: quam qui intrarat,[6] nullum ſignum libidinis, nullum luxuriae videre poterat: contra, plurima[7] patientiae atque abſtinentiae. Sic enim erat inſtructa,[8] vt nulla in re differret a cuiusuis[9] inopis atque priuati.

quam domum *MS. Boecl. Voſſ.* 2. [*et comprobauit Scheffer. quia more Graecorum duplex negatio validius neget.*] quod nihil vnquam d. *MS. Ax.* [*Ed. Wetz. et placuit Heuſing.*] nihil vnquam dom. *MS. Leid.* 1. *Voſſ.* 1. [*Ed. Schmied.*] nihil v. in dom. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Pauſt. qui exemplis veterum, etiam Cornelii VII.* 3, 6. *VI.* 3, 5. *adlatis docet, voc.* domus, *ſi per adiectiuum, h. l.* ſuam, *aut per ſubſtantiuum in Genitiuo curatius deſignetur, praeponi ſolere praepoſitionem. Atque Stau. ad ed.* 3. *laudat locum Cornelii in Attico cap.* 22. vt — ex domo in domum videretur migrare, *et Cicer. lib. I. acad. quaeſtion.* remigrare in domum veterem e noua. *Harles. coniecit et vberius expoſuit:* admirabile, quod, quum.— conferrentur, nihil etc. *Heuſing. vero et Tzſchuck. atque Fiſcher. in ſuo exempl. poſt* admirabile *punctum poſuerunt, et* Quum *maiore littera initiali ſcripſerunt, (atqui, ſi τὸ* quod *omiſeris, haec interpunctio conciſae et minutae Nepotis orationi erit aptior,) τὸ* in *autem cum aliis VV. DD. incluſerunt vncis.*] — 5. Eryſthenes *MS. Leid.* 2. Heriſtenes *MS. Voſſ.* 1. Eriſthenes *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.* — 6. intrauit *MS. Ax.* — 7. contra ea plur. *MS. Leid.* 2. *Ax. Sau. Gif. Put. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Heus.* [*Schmied. Ith. Heinr. Sed Tzſchuck. offendit in ea ſonus ſimilis.*] — 8. ſic enim ſtructa *MS. Ax. Boecl. Voſſ.* 2. ſic en. inſtructa *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 9. cuiuis. *Sic MS. Boecl. Ax.* [*Ed.*

4 [*libidinis — abſtinentiae*] De poteſtate vocc. et oppoſitione vitiorum ac virtutum docte quidem et copioſe, at ſubtilius diſputarunt Lambin. Ernſt. Heuſing. et Stau. Nam Bremi atque Tzſchuck. bene animaduerterunt, omnia eſſe referenda ad τὴν παρασκευὴν τῆς οἰκίας, tum ſubſtantiuorum *libidinis ac luxuriae* poteſtatem et oppoſitionem eſſe latiorem; atque non tam verborum, quam rei premendam eſſe oppoſitionem, ne falſae notiones extorqueantur.]

*Sic enim erat inſtructa*] MS. Boecler. *ſic enim ſtructa.* Nempe ignotus librario vocis *inſtructa* ſignificatus erat; et praeceſſerat de domo. Τὸ *erat* etiam omnibus libris, quibus Lambinus vſus eſt, aberat. forſan ob ſimilitudinem a τῷ *enim* abſorptum.

*differret cuiuis inopis*] Vulgo edunt, *differret a cuiusuis inopis.* Sed a vett. edd. Longol.

1 VIII. Atque hic tantus vir, vt naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, ſic maleficam nactus eſt in corpore fingendo. Nam et ſtatura fuit humili, et corpore exiguo,

*Bos. Stau. Harl. Pauſt.*] *Sed* a cuiusuis *Ed. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heuſing. Patau.* [*Ith. Tzſchuck.* 1. 2. *Wetz. Schmied. Brem. Heinr. vid. not.*] vt in re nulla differret a cuiusuis in. *MS. Leid.* 2. vt in re nulla differret cuiusuis in. *MS. Voſſ.* 1. vt nulla in re differret cuiusuis in. *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Long.* *et* cuiusuis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.*

Brix. aliisque Praepoſitio abeſt. Quod Lambinus interpretatur, *vt nulla in re cuiusuis inopis domus ab Ageſilai domo differret.* Vt nos primi, quod ſciam, edidimus; erat in opt. libro Boecleri: nec dubito rectum et genuinum eſſe. *Differret cuiuis,* domui ſcilicet, dictum, Graecorum imitatione, pro *differre a quauis.* Vt apud Horatium *differret ſermoni ſermo; enitar tragico differre colori; quantum ſimplex hilarisque nepoti Diſcrepet,* et ſimilia, poſt Vechnerum hellenolexiae 1, 25 et Voſſium de conſtruct. c. 37, congeſta a Bangio obſ. philol. lib. 2. p. 1022. 1023. [*Cuiuis* Stauer. ad min. ed. defendit et prouocat ad Oudendorp. ad Caeſar. B. G. libr. V. c. 14. init. ſed Oudend. primum ipſe in textu retinuit meliorum codd. lectionem, *a Gallica differunt conſuetudine,* et pro conſtructione cum datiuo tantum adtulit noſtrum Nepotis locum ex immutatione Boſiana, et duo Plinii maior. loca: addit tamen, pluribus Caeſaris locis excitatis, cum ablatiuo ſi conſtruat Caeſar, eum ſolere adiicere praepoſitionem, niſi deſignetur res, per quam differunt. A Graecis quidem et poetis, etiam ſerioribus proſaicis, latinis *differre,* vt *diſtare,* cum caſu datiuo conſtrui haud negandum eſt, (v. Oudend. ad Lucan. VIII. 787. et Burm. ad Quinctil. I. O. V, 10. p. 397.) At tamen, quia plures codd. h. l. legunt *cuiusvis,* modo addita, modo omiſſa praepoſitione *a,* et multo maior pars editorum id retinuerunt, (v. varr. lectt.) praeterea *differre* cum tertio caſu poetarum potius eſt, quam oratorum et hiſtoricorum, quos aetas Corn. Nepotis tulit, reuocaui priſtinam lectionem *a cuiusuis* ſcil. domo.]

1 *In corpore fingendo etc.*] Mire variant editi pariter ac ſcripti. Lambinus et poſt eum reliqui ediderunt, *in corpore, exiguus et claudus alt. pede.* Longol. Brix. et ſcripti Schotto, Boeclero, ac Sauaroni inſpecti: *in corpore exiguo, et claudus a. p.* nec diſcrepat Dan. Sed plenius MS. Leid. *in corpore eius fugiendo, nam et ſtatura fuit humili et corpore exiguo, et claudus alt. pede.* Ed. Vltraiectina: *in corpore fingendo. Nam et ſtatura fuit humili et corpore exiguo. Qui autem virtutes nouerant.* Vnde non dubito, Nepotem ſcripſiſſe, vt nos edidimus, niſi et τὸ *eius* e Leid. inſeri debet. Vt nonnulla in vulgatis omitterentur, fecit vox *corpore* bis in eadem periodo poſita. Vide, quae diximus ad

et claudus [1] altero pede. Quae res etiam nonnullam adferebat deformitatem: atque ignoti faciem eius quum intuerentur, contemnebant: [2] qui autem virtutes [3] nouerant, non poterant admirari ſatis. Quod ei vſu venit, quum annorum octoginta [4] ſubſidio Tacho [5] in Aegyptum iuiſ-

1. in corpore exiguo, et claudus *MS. Dan. Mendos. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* in corpore exiguus et claudus *Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Mag.* [*in qua omiſſa quoque ſunt verba* ſingendo. Nam — corpore, *vti in Long. et in antiquioribus codd. opinor, atque editt. memoratis: namque haud omnino curate adnotarunt interpretes var. lect. de lect. MS. Leid. et Ed. Vltraieot. v. Boſii, quem ſequuti ſunt recentiores editores, notam.*] *Ceterum in MS. Leid.* 2. *et Voſſ.* 1. *pro* nactus eſt *erat* habuit. — 2. contemnabant *MS. Leid.* 1. — 3. virtutes. *Sic MS. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Vltraiect.* [*Bos.* 2. *et fere omnes ſeqq.*] *Sed* virtutem *Ed. Iens. Med. Arg. Paris. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Wetz.*] — 4. octuaginta *MS. Leid.* 2. [*add. Boſii not.*] — 5. Tacho *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Stau.* 2. 3. *Heus.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Bipont. Ith. Wetz. Schmied. et ego pro vulgato* Thaco, *quod etiam retinuit Brem.* re-

7, 3. 2. [*exiguo* h. e. tenui, gracili. v. Kapp. et Tzſchuck. *altero* explicat Kapp. *ſiniſtro, laeuo*, quod tamen, Tzſchuck. ad ed. 2. ait, vt ipſa vocabuli vis incertum reddit, ita in aliis loca inuicem comparata reluctantur. Sic quod in Nepotis Hannibale cap. 4, 3. dicitur: *numquam* dextro *oculo aeque bene vſus eſt*, apud Liuium 22, 2. f. c. effertur *altero oculo capitur.* etc. vid. Koch. Prolegg. ad Theopomp. Chium p. 46. qui conferre iubet totum h. locum cum Theopomp. libr. XIII. Philipp. in Athenaeo XIV. p. 657. et XIV. p. 616. et 676.]

*nonnullam affer. deformit.*] Vide Cic. ad famil. 5, 12.

*ignoti faciem eius*] Geminum quid. de Agricola Tacitus 40, 4. Plura in hanc rem Franc. Iunius de pictura veterum 3, 2. 9, Creſollius Vacation. autumn. 2. p. 150 et Freinshemius ad Curtii 6, 5. 29. Ceterum *ignoti* ſunt qui non nouerant Ageſilaum: *facies* autem videtur totius corporis formam et modum deſignare. Vid. Gell. 13, 28.

*qui autem virtutes*] Sic Boecl. et ed. Vltrai. melius quam alii *virtutem*. nam *virtutes* plures ei verſu praeced. tribuit; et enumerat Xenophon fine Ageſilai, [c. 2 – 6.]

2 *Annorum octoginta*] Boecl. [et Ax.] *ſeptuaginta*. ſed vulgatam tuentur Xenophon, [in Ageſil. 2, 28. vbi vid. Schneid. p. 299.] qui ἀμφὶ, et Plutarchus, [in Ageſ. c. 36 ſeqq.] qui ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη tum natum fuiſſe dicunt.

*Thaco*] Scripſit, opinor, *Tacho*. eſt enim Plutarcho, Athenaeo 14, et Diodoro 15, Ταχὼς,

ſet, et in acta cum ſuis accubuiſſet, ſine vllo tecto, ſtratumque haberet tale, vt terra tecta eſſet ſtramentis: neque huc amplius, quam pellis eſſet iniecta: eodemque comites omnes accubuiſſent, veſtitu humili, atque obſoleto, vt eorum ornatus non modo in his regem neminem ſignificaret; ſed hominis non beatiſſimi [6] ſuſpi-
3 cionem praeberet. Huius de aduentu fama quum ad regios eſſet perlata, celeriter munera [7] eo cuiusque generis ſunt adlata. His [8] quaerentibus Ageſilaum, vix fides facta eſt, vnum eſſe ex his,
4 qui tum [9] accubabant. Qui quum regis verbis, quae adtulerant, dediſſent, ille praeter vitulina, et huiusmodi genera obſonii, [10] quae praeſens

*ſcripſi.*] Taco *MS. Leid.* 2. *v. Kühn. et Perizon. ad Ael. V. H.* 5, 1. *Mox* iſſet *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Long. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck. Ith. Heinr. Schmied.*] *Tum* aſtha *pro* acta *MS. Leid.* 2. — 6. homines non beatiſſimi *MS. Voſſ.* 1. *ſed ſupra ſcriptum erat* hominis. *Sed* homines non beatiſſimos *MS. Boecl. Voſſ.* 2. [*quod probat Scheffer. et* eſſe *ſubintelligit, ſed Heuſingero recte disſentiente.*] *Mendos. Ax. Ed. Vltraiect.* [non beatiſſimi *h. e. non admodum beati, diuitis, i. e. mediocris fortunae. v. Heuſing. ſed Kapp. interpretatur pauperrimi.*] — 7. munera. *Aberat a MS. Ax.* — 8. iis quaer. *Ed. Lamb.* — 9. qui cum *MS. Voſſ.* 1. *Mox* attullerant *MS. Voſſ.* 1. — 10. opſonii *Ed. Lamb.* [*Heus. Tzſchuck. Brem. Wetz. Schmied. et graecum eſt* ὀψώνιον, *h. e. caro et piſces.*] *Mox* deſideradat *Ed. Iens.*

Africano et Euſebio Τέως, aliis, niſi mendoſi ſunt, *Thaus, Taos, Thamus.* Regem omnes fuiſſe ſcribunt, Plutarcho excepto, qui ϛρατηγὸν vocat Aegyptium; et tamen paullo poſt Nectanebin ab eo deficientem regem ab Aegyptiis renuntiatum; in apophthegmatis etiam Laconicis Ageſilaum a rege Aegyptiorum arceſſitum ait. Porro non aduerſatur Noſtro, vti Gebhardus cenſebat, Polyaenus 2, 22, cum Ageſilaum Nectenabo συμμαχοῦντα memorat. nam ei poſtea opem tulit, vt dicemus ad ſ. 6. Tacho autem adfuiſſe Ageſilaum, etiam reliqui, modo laudati, referunt. [add. Stau. ad min. ed.]

*iuiſſet*] Long. *iſſet.* Mox *in acta*, eſt, in littore, vide Indicem. [Ibi de hoc voc. quo etiam Cicero aliique vſi ſunt, et quo ſignificatur amoenus in littore ſeceſſus, laudantur Muret. varr. lectt. 1, 3. Brodaei miſcell. 2, 8. Caſaubon. ad Sueton. Aug. 72. multique alii. add. Stau. ad min. ed.]

4 *Huiusmodi*] Boecl. *eiusmodi.* Mox Lambinus edidit, *ceteraque ref. iuſſit.* inuitis, opi-

tempus deſiderabat, nihil accepit; vnguenta, coronas,[11] ſecundamque menſam ſeruis diſpertiit; cetera[12] referri iuſſit. Quo facto eum barbari 5
magis etiam[13] contemſerunt, quod eum ignorantia bonarum rerum illa potiſſimum ſumſiſſe arbitrabantur. Hic quum ex Aegypto reuerteretur, 6
donatus a rege Nectanabe[14] ducentis viginti ta-



11. Cerenos *MS. Voſſ.* 2. *ſed in marg.* coronas. — 12. ceteraque *Ed. Par. Ald. Lamb.* — 13. etiam magis *MS. Voſſ.* 2. *Ax. A MS. Leid.* 2. *aberat τὸ* etiam. *Statim* contempſerunt *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. In his quoque mox legitur* ſumpſiſſe. — 14. Onabide *MS. Boecl. Voſſ.* 2. Nabide *MS. Voſſ.* 1. Natonabile *MS. Leid.* 2. Notonabide *MS. Ax.* Nathabide *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* Nectanebe *Ed. Patau.* [*Wetz.*] Nectanabide *Ed. Heus.* [*Tzſchuck.* 2. *Ith. Schmied. Pauſl.*]

nor, libris, et contra morem Nepotis.

[*coronas*] h. l. de Aegyptiis, coronas ex papyro, quae *coronaria* hinc vocatur, confectas. Atque Plutarch. in Ageſ. cap. 36. fin. prodit, Theophraſtum narraſſe, eum στεφανώτριδι βίβλῳ, *papyro coronaria*, ob coronarum ſimplicitatem (λιτότητα) delectatum eſſe. Add. Athen. 6, 7. p. 680. et Tzſchuck.]

*ſeruis diſpertiit*] Idem eum feciſſe donis, quae a Thaſiis oblata erant, Plut. in apophth. Lac. ſcribit p. 110. [Athen. 14, 21. p. 657. ex Theopompo tradit, Thaſios ei aduenienti miſiſſe pecora omnigena, boues opimos (Plutarch. c. 36. non addit, *regis cauſſa* illa *munera hoſpitalia*, in his farinam, vitulos et anſeres, eſſe adlata,) et inſuper *bellaria*, πέμματα καὶ τραγημάτων εἶδος παντοδαπόν, (a Nepote nominatur *menſa ſecunda:*) haec autem bellaria auferre, et tandem dare iuſſiſſe Ageſilaum *helotibus*, (*ſeruis* apud Cornel. Nepot.) Hinc Valcken. ad Theocr. Adoniaz. digreſſ. 4. p. 276. C. cenſet, Nepotem diverſa confudiſſe.] Simile quid de Lyſandro Aelianus 3, 20.

5 [*Bonarum rerum*] vt Graec. ἀγαθὰ, *lautiores cibi*. v. omnino Küſter. ad Ariſtoph. Acharn. 873. vbi h. l. Nepotis laudatur. — Plut. v. 1122. Periz. ad fragm. Aelian. voc. ἐῤῥύμβονα. *Fiſch.*]

6 *Nectanabe*] Vide, quae diximus ad 12, 2. 1. MS. Boecler. *Onabide*. Africano eſt Νεκτανάβω, Abul Faragio in hiſtoria dynaſtiarum pag. 89.]

نقطا نبوس *Nectanebus*, (ſic enim legendum puto pro

نقطا بيوس quod in

edit. Pocokiana legitur) ſed Patricidae ſiue Eutychio in Annal.

p. 266 فرعون شا ناق

*Pharaun Schanek.* Ceterum Ageſilaus, Tacho regno pulſo, Nectanebi adhaeſerat: vt adparet e Xenophonte, Plutarcho ac Diodoro. Diodorus tamen ait,

lentis, quae ille muneri populo ſuo daret: veniſſetque in portum, qui Menelai vocatur, iacens inter Cyrenas et Aegyptum: in morbum impli-
7 citus[15] deceſſit. Ibi eum amici, quo Spartam[16] facilius perferre poſſent, quod mel non habebant, cera circumfuderunt: atque ita domum retulerunt.[17]

15. implicatus *Ed. Lamb.* — 16. Spartham *MS. Voſſ.* 1. *vbique.* — 17. rettul. *Ed. Iens. Med. Arg.*

Ageſilaum a Tacho, beneficio eius reſtituto, non a Nectanebo, magnificis muneribus donatum. Quod ei adſentiri non vult Vſſerius P. 1. Annalium V. T. p. 269. [Plutarch. in Ageſ. c. 40. p. 705. tom. 3. Opp. ed. Reisk. tradit, Ageſilaum accepiſſe, praeter alios honores et munera, argenti ducenta et triginta talenta. Add. Plutarch. in Lacon. apophthegm. p. 804. Opp. tom. 6. ed. Reisk.]

[*iacens*] coniungitur cum *qui*, ſcil. portus, *vocatur:* de hoc ipſo portu v. Stau. ad ed. 3. h. l. *iacere* autem de locorum ſitu dici ſolet.]

[*deceſſit*] conf. Pauſan. 3, 10. p. 229. Kühn. *Fiſch.* Plutarch. in Ageſil. c. 40. Ageſilaum, ſcribit, deceſſiſſe, quum annos vixiſſet quatuor et octoginta, et Lacedaemone regnaſſet vnum ſupra quadraginta; ex his autem amplius triginta maximum et potentiſſimum fuiſſe, totiusque paene Graeciae imperatorem et regem vsque ad pugnam Leuctricam habitum.]

7 *Perferre poſſent*] MS. Leid. 1. *poſſet perferri.* non improbo. Sic 18, 8. 4 *qua ad hibernacula aduerſ. poſſet perueniri.*

*quod mel non habebant*] Vide Marcell. Donatum dilucid. ad Liuii lib. 40.

*cera circumfuderunt*] Sic et Plutarchus l. c. 40. Sed Diodorus 15, 93. ἐν μέλιτι deportatum ſcribit: credo, quod alioquin id obtineret inter Spartanos. Nam et Ageſipoliden Xenophon 5, 3, 19. hiſt. Gr. melle conditum et domum reportatum ſcribit. [Victor. varr. lectt. 19, 1. *Fiſch.* add. Tzſchuck. et Cellar.]

# XVIII. EVMENES [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Eius officia apud reges Macedonum. II. Cappadociam ſortitur prouinciam. Carus Perdiccae eſt et fidus. III. A Perdicca oppoſitus Europaeis aduerſariis, deuiis itineribus milites ſuos fallit, vt, contra quos ducerentur, reſciſcere non poſſent. IV. Vincit Craterum et Neoptolemum. V. Abſens capitis damnatur. Obſeſſus in caſtello Nora callide ſe ſuosque liberat. VI. Olympiadi liberisque Alexandri bene conſulit. VII. Bellum parat aduerſus Antigonum nomine Alexandri. VIII. Antigoni victor, cogitur a militibus, copias hiematum diuidere. Antigonus in hibernaculis hoſtem vult aggredi. IX. Conſilio callido Antigoni refrenat impetum. X. Victor, Antigono victo, a ſuis traditur. XI. Impatiens ſupplicium expoſtulat. XII. Fame fatigatus, iugulatur a cuſtodibus. XIII. Exſtincto Eumene, Praefecti vſurpant nomen regis.*]

EVMENES CARDIANVS. Huius ſi virtuti par 1
data eſſet fortuna, non ille quidem maior, [2] ſed

1. Eumenis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 2. maior. *Sic etiam MS. Mendos. Ed. Long. Mag. Sau.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* maior fuiſſet *Ed. Lamb. Steph. Tale addi-*

Meminit Eumenis et L. Ampelius in lib. memoriali.

1 *Cardianus*] Ampelius: *Eumenes Cardianus, Philippi et Alexandri armiger bellicoſiſſimus.* ſic legendus is locus. male vulgo eſt: *Cardienus, Philippi Alexandri armiger.* [vid. Solanus et Reitzius ad Lucian. pro lapſu inter ſalutandum, c. 8. tom. I. p. 734. *Fiſch. Cardianus* dicitur ab Cardia, oppido Thraciae in Cherſoneſo, ad ſinum Melanem. v. Aelian. V. H. 3, 23. fin. ibique Kühn. et Perizon. Add. Stau. ad h. l. et Schlegel. l. c. pag. 86. Vitam Eumenis vberius expoſuit Plutarch. in vit. parall. tom. III. Opp. pag. 562—608. ed. Reisk. ſiue tom. IV. p. 38—68. ed. Hutten. et comparat eum cum Sertorio.]

*non ille quidem maior*] Gebhardus τὸ *fuiſſet* a correctoribus ſuſtinendae ſententiae inſultum cenſebat. Sed τὸ *enaſiſſet* alio loco poſuit Longolius: vt paullo poſt dicemus.

multo illuſtrior, atque etiam honoratior: quod magnos homines [3] virtute metimur, non fortuna. [4]
2 Nam quum aetas eius incidiſſet [5] in ea tempora, quibus Macedones florerent: multum ei detraxit inter hos [6] viuenti, quod alienae erat ciuitatis: neque aliud huic defuit, quam generoſa ſtirps. Etſi ille [7] domeſtico ſummo genere erat:

*tamentum deſiderari hic, videbatur mihi.* — 3. homines euaſiſſet, virt. *Ed. Long.* — 4. virt. metimur, non fort. *Ita MS. Mendos. Boecl.* [*Ed. Bos. Stau. Heus. et ſeqq. Recte: Nepos enim ſuam hic interponit ſententiam.* Metiri *autem, vt graec.* μετρεῖν, *h. l. idem eſt ac aeſtimare.*] *Sed* virtute metiuntur, non fortuna *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Par. Ald.* virtute metiunt, non f. *Ed. Med. Arg. nempe ſcriptum erat* metiunt̃. *id neglexerunt operae.* virt. metiuntur, non fortuna, prudentes *Ed. Long. Mag. Lamb. Steph.* — 5. cecidiſſet *MS. Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Bos. Stau.* 1. 2. *Brem. qui id adcuratius dictum putat, quod notionem caſus et euentus fortuiti includat: neque tamen deſunt exempla eiusdem ſignificationis* τȣ̃ incidere. *Nam*] incidiſſet *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patau.* [*Stau.* 3. *Harl. et rell. fere omnes. Quare reduxi* incidiſſet. *Cicer. Orat. cap.* 12. *ſ. ſect.* 39. quorum aetas quum in eorum tempora, quos nominaui, incidiſſet.] *Mox* florent *Ed. Gebh.* — 6. inter eos *MS. Voſſ.* 1. *Mendos. Ed. Mag. Gebh. Keuch. Patau. Sed abſunt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph.* [inter hos *Ed. Bos. et ſeqq.*] — 7. tametſi enim ille *Ed. Lamb.*

*ſed multo illuſtrior*] Vide Freinshem. ad Flor. praef. 2. [Vir doctus, Berneggerus opinor, ad oram exempli mei Lambin. manu adſcripſit: „Facta dictaque alia clariora ſunt, alia maiora. Plin. iun. libr. 3. epiſt. 16.“]

*magnos homines*] Addit editio Colon. Longolii, *euaſiſſet.* Debuit, opinor, *euaſiſſe.* Sed libris manu exaratis deeſt.

*virtute metimur, non fortuna*] Vt editum eſt, MSS. Schotti et Boecl. et qu. edd. vett. exhibent. Vulgati: *metiuntur, non fortuna prudentes.* Quod ex officina correctorum eſſe recte notauit Gebhardus. Et Lambinus quoque τὸ *pendentes* ab aliis inculcatum cenſet; etſi τὸ *metiuntur* retinet, putatque ſubintelligendum *homines*, vel *omnes*, vel *plerique;* aut τὸ *magnos* non cohaerere cum ſubſtantiuo *homines*, et ſubaudiendum *viros.* quod poſterius valde coactum et ineptum eſt.

2 *Cecidiſſet*] Long. Lamb. et alii: *incidiſſet.* quomodo fere loquitur infra 25, 7. 1.

*Macedones florerent*] Vide Iuſtin. 33, 2.

*inter hos*] Sic MSS. Lambinus et alii male omittunt. Qu. edd. *inter eos.*

*etſi ille domeſt. ſummo gen.*] Sic MSS. Vulgati; *tametſi enim ille etc.*

*domeſtico ſummo genere*]

tamen Macedones eum ſibi aliquando anteponi 3
indigne ferebant; neque [8] tamen non patiebantur. Vincebat enim omnes [9] cura, vigilantia, patientia, calliditate, et celeritate ingenii. Hic 4
peradoleſcentulus ad amicitiam acceſſit Philippi,

*Stau. ita interpunxit* ſtirps: etſi ille — erat. Tamen Maced. *Tzſchuck. tamen ad min. ed. periodus hiulca videtur; cum quoque offendit iteratum* tamen *poſt* neque.] — 8. naque *Ed. Iens. Med.* — 9. omnis *Ed. Iens.*

Viri docti, qui a Suida regis filium vocari ad h. l. adnotarunt, non animaduerterunt, eum duos Eumenes, hunc noſtrum, et regem Pergami, Attali filium, confudiſſe: quod iam obſeruatum Reineſio τῷ πάνυ, Var. 3, 2. [h. e. domi, in patria, in Thracia quidem nobilis erat, ſed alienae ciuitatis; a Macedonibus autem nonniſi Macedones habiti ſunt generoſi. v. Stau. atque Heuſing. mox *neque tamen non pat.* eſt, et tamen, licet inuiti, patiebantur.]

3 *Macedones eum ſibi aliquando anteponi*] Pro *aliquando* Lambinus coniiciebat *aliquanto*, vel *aliquantum.* nihil tamen mutabat. Nec mutatione opus. Tὸ *aliquando* non ad verbum *anteponi*, ſed ad τὸ *ferebant*, referendum videtur. [ſecus ſentit Tzſchuck. et Brem.]

4 *Hic peradoleſcentulus*] Adnotat Schottus: *annorum fere trium et viginti*: laudatque illa ex c. 13, 1. *quum ab anno viceſimo, vt ſupra oſtendimus etc.* E quo loco et Lambinus colligebat, Eumenem ab anno XX aut XXI in amicitiam regum venire coepiſſe. Legit enim cum Puteano: *ab anno vigeſimo, et ſupra, ſeptem annos etc.* Sed de Puteani correctione Lambinus ipſe dubitat. neque ea, noſtro iudicio, opus eſt, vt ſuo loco docebimus. Quomodo autem ex his verbis colligi poſſit, Eumenem fere XXIII annorum fuiſſe, quum ad amicitiam Philippi acceſſit, fateor me ignorare. Nam etſi tam annos VII et XIII, quibus regibus ad manum fuit, quam VIII illos, quos ab obitu Alexandri minimum exegit, et XLV vitae illius, omnes pro completis accipias, ab his vbi priores detraxeris, non amplius quam XVII, vt recte Kirchmaierus obſeruavit, relinquentur. Si vero ſeptimum Philippi, et XIII Alexandri, et VIII imperii militaris, pro inchoatis, aut nondum completis, accipias; (et ſane Alexander ſolum annos XII cum menſibus VIII regnauit,) vitae autem nouiſſimum, XLVI inchoatum facias: attamen neque ſic plures, quam XIX, exibunt. En vtrumque calculum:

| | | |
|---|---|---|
| Anni vitae | 45 | 45 |
| miniſterii | 28 | 26 |
| | 17 | 19 |

Atque tot annos natum fuiſſe Eumenem, quum in amicitiam Philippi veniret, oſtendemus infra, ad c. 13, 1. Neque eſt, quod cum Lambino obiicias, *non eſſe peradoleſcentulum, qui natus eſt annos XX.* nam cum noſter 25, 2. 4. Atticum XXII annos natum *adoleſcentulum* vocet; quidni biennio

Amyntae [10] filii, breuique tempore in intimam peruenit familiaritatem. Fulgebat enim iam in adoleſcentulo indoles virtutis. Itaque eum habuit ad manum ſcribae loco: quod multo apud Graios honorificentius eſt, quam [11] apud Romanos. Nam apud nos, reuera ſicut ſunt, mercenarii ſcribae exiſtimantur: at apud illos contrario [12] nemo ad id officium admittitur, niſi hone-

*Med. Arg. Par.* — 10. Amynthae *MS. Voſſ.* 1. — 11. honoriſ. quam *MS. Ax. in quo mox erat* namque ap. nos. [*dein* mercennarii *Ed. Ald.*] — 12. contrario. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Sed* e contrario *MS. Leid.* [*Ed.*

circiter minorem *peradoleſcentulum* dicere liceat?

5 *Ad manum habuit ſcribae loco*] Illud *ſcribae loco* de gloſſemate ſuſpectum eſt Scheffero. Nam *ad manum aliquem habere*, inquit, pro *ſcribae loco habere*, vſurpauit Cicero quoque. Neque aliunde ſunt, qui ex eo *amanuenſes* adpellantur. Haec ille. Nil tamen mutare auſim. Potuitque iſta Nepos perſpicuitatis ergo, vt ſaepe alias, addere. [Plutarch. in vit. init. eum vocat ἀρχιγραμματέα, magiſtrum libellorum et ſcriniorum, hod. *Geheime Secretär*, aut Cancellarium. Fiſcher in marg. citauit Carcin. ad decret. pro Hyrc. p. 361. ſq.]

*quod multo apud Graios*] Vide Ind. [in quo de dignitate et officiis ſcribae apud quosdam Graecos copioſe diſputat Boecler. isque et Boſius laudant Caſp. Barth. aduerſ. 50, 1. Herm. Hugon. de prima ſcribendi orig. c. 32. ac Dan. Feſſel. aduerſar. ſacr. 1. 1. add. Cellar. et Stau. ad noſtr. loc. Eſchenbach. de ſcribis vett. Romanorum, Norib. 1705. 8. diſſ. V. p. 257. ſqq.] et Freinshem. ad Curtii 7, 3. 4. vbi et de Perſarum ſcribis, eorumque dignitate, quaedam adnotat. Athenis tamen, pariter vt Romae, vile fuiſſe ſcribarum munus, docet Sam. Petitus Commentar. ad Leges Atticas lib. 3. tit. 2. p. 257. 258.

*quam apud Romanos*] Magius refert, Petrum Angelium Bargaeum, cum ſe a Paulo Iouio in hiſtoria *ſcribam* nuncupari animaduertiſſet, aegre tuliſſe, et id tamquam iniuriam cum eo expoſtulaſſe, tantamque in iram exarſiſſe, vt mox in Iouii hiſtorias cenſuram conſcripſerit. Idem hodie a viliſſimis ſcribarum exſpectes, ſi hoc eos nomine adpelles. adeo apud nos quoque id euiluit!

*reuera, ſicut ſunt, mercenarii ſcr. exiſtim.*] Mira locutio. An legendum, *ſicut reuera ſunt?* vel τὸ *reuera* gloſſema eſt? An *reuera exiſtimari* idem eſt, ac vere et reapſe vt mercenarios haberi, etſi non ita vocentur? [Interpunxi cum Tzſch. Bremioque, *apud nos, reuera ſicut ſunt, mercen.* pro vulgata diſtinctione, *ap. nos reuera, ſic. ſunt, merc.*]

*contrario*] Sic MS. Boecler. et qu. edd. quomodo Cicero lib. de vniuerſo cap. 12. dixit

ſio loco, et fide, et induſtria cognita; quod neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe [13] participem. Hunc locum tenuit amicitiae apud Phi- 6
lippum annos ſeptem. Illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. [14] Nouiſſimo tempore praefuit etiam alterae [15] equi-

*Lamb. v. Heus. et Stau. ad ed.* 3. at — contrario *eſt pleonaſmus, et plura aduerbiorum atque coniunctionum eiusdem omnino ſignificationis geminatarum exempla collegit Iani in Artis poeticae libris IV. Halae* 1774. 8. *p.* 232. *ſqq.*] — 13. eſſe eum *MS. Ax.* — 14. tresdecim *MS. Voſſ.* 1. 2. [*At quoniam Alexander regnauit tantum annos* 12. *menſes* 8. (*Arrian. de exped. Alexandri* 7, 28.) *et Eumenes nouiſſimo tempore equitum alae praefuit, Nepotem minus adcurate retuliſſe, iam animaduerterunt Wetz. et Tzſchuck.*] — 15. alterae. *Sic MS. Giſ. Mendos. Boecl. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. [*Thott. Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. Harl. Ith. Heinr. Bipont. Tzſchuck.*] *Sed* alteri *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Wetz. Brem. Schmied. et probat Schlegel. in Obſſ. crit. et hiſt.*

motus animi aliis *contrario diſſidentes*, quos Plato ἐναντίως διεςῶτας vocarat. Sic enim legendum eſt, non, vt vulgo editur, *contrarios*: quod iam vidit Giſanius in obſeru. Lat. L. ſequutusque eſt Pareus in Lexico Critico. Alii apud Noſtrum edidere, *e contrario*, vt 11, 1. 4. et 22, 1. 2.

6 *Eodem gradu*] Τὸ *dignitatis*, quod in ora Cod. Ernſtiani ſcriptum, haud dubie gloſſema eſt. Abſolute *gradum* Noſter etiam 19, 2. 3. dixit. V. Ind.

*alterae equitum alae*] Sic MSS. Giſ. Schott. Boecl. itemque alii Lambino memorati, ſuffragante Giſanio in Ind. Lucret. v. *vnae*. Caeſar de B. Gall. I, 27. *ne qua legio alterae legioni ſubſidio venire poſſit*. Sic omnes MSS. Brantio viſi habuere. Terentius Heaut. 2, 2 30. *haec ipſa in itinere alterae dum narrat*. Infra 20, 3. 2. *tantum otium totae inſulae conciliauit*. ſic enim e MS. legendum. Et ita veteres hanc et ſimiles voces alias inflexiſſe, docent Priſcianus lib. 6. Voſſius de analog. 2, 3. et quos ibi laudat, itemque Bangius lib. 1. p. 40. Quare non dubitaui, ſic pro *alteri*, quod in omnibus edd. habetur, reſcribere. Porro *altera ala* eſt, quae cap. 13, 1. *vna* dicitur; niſi is locus corruptus eſt, quod valde vereor: id eſt, vna e duabus. Duae enim antiquitus alae erant, vt vel ipſum nomen docet, (de quo Gellius 16, 4. ac Vegetius 2, 1.) et quod *dextrae* ac *ſiniſtrae* nominibus diſtinguebantur. Thomas Reineſius, ὁ πάνυ, putabat, diuerſas intelligi debere alas, et Eumenem prioribus iſtorum XIII annorum vni equitum alae, quocunque vocabulo, nouiſſimo autem tempore etiam alteri, quae *hetaerice* dicta, praefuiſſe: ad-

tum alae, quae hetaerice [16] adpellabatur. Vtrique autem in conſilio [17] ſemper adfuit, et omnium rerum habitus eſt particeps. [18]

1 II. Alexandro Babylone [1] mortuo, quum regna ſingulis familiaribus dispartirentur, [2] et ſumma rerum tradita eſſet tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum [3] ſuum dederat, Perdiccae:

*in Corn. Nep. pag.* 68. *ſq.*] — 16. Etherice *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par.* haeterice *Ed. Bos.* 1. Eretrice *Ed. Long.* etaerice *Ed. Ald.* — 17. conſilio *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* et in conſilio *Ed. Lamb.* — 18. participes *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2.

1. Babilone *Ed. Arg.* — 2. disparterentur *MS. Leid.* dispertirentur *MS. Ax. Ed. Steph. Gebh. Keuch.* [*Wetz.*] dispartiretur *Ed. Iens. Med. Par.* [dispartirentur *Ed. Lamb. Long. Bos. Heuſing. et plurr. rell. Sic* reſacrare, detractare *etc. v. ſupra ad VII,* 6. *p.* 145.] — 3. anulum

eoque heic de maxima parte XIII annorum; cap. vero 13. de extrema, et vltimo vitae Alexandri ſermonem Noſtro eſſe. Sed non tacuiſſet h. l. Nepos de priore praefectura, ſi aliquam prioribus Alexandri annis geſſiſſet Eumenes. Et qui dixiſſet *alterae* (h. e. vt ille accipit, diuerſae, alii,) eum alae praefuiſſe, quum prioris nullam mentionem fecerit? *Altera* igitur ala eſt alterutra, e duabus vna. Sic enim loquuntur optimi ſcriptores. Suetonius Galba cap. 10. *Alarum altera aegre retenta in officio.* Cicero 2. Offic. 13. *cum te Pompeius alae alteri praefeciſſet.* Hirtius de bello Afric. *Caeſar alteram alam mittit.* Sic Noſter *alterum cornu* dixit 16, 4. 3.

*hetaerice*] quaſi ſodalium ſive amicorum, τῶν ἑταίρων, [*Leib-Garde:*] quod Alexander indiderat honoratiſſimis ſuorum equitationi adſuefactis: ſicvti πεζεταίρους vocarat pedites. Teſtis Anaximenes apud Harpocrationem in πεζέταιρος. Ipſam alam Arrianus libr. 6, 21. ἵππον τὴν ἑταιρικὴν vocat. Verba vtriusque adduxit Lambin.

*in conſilio adfuit*] Longol. et alii omittunt praepoſitionem. Sed ita et Cicero loquitur.

1. [*Alex. — mortuo etc.*] Longior haec eſt periodus, multarumque ſententiarum interpoſitione perplexa: nam illa connectuntur cum verbis: *hoc tempore data eſt.* Ita mox cap. 3, 3 et 4. vid. Boecler. Alexander vero Babylonem delegerat regiam et exornare conſtituerat; at impeditus morte, quam probabiliter nimio vini vſu et temulentia in intempeſtiuis commiſſationibus accelerauit. v. Stau. ad ed. 2. (ibique Kapp. in ed. Harl.) et 3. Alii autem tradunt, eum veneno fuiſſe exſtinctum.]

*cum regna ſingulis famil.*] Teſtamento Alexandri diſtributas prouincias, etiam alii tradidere. Vide [Iuſtin. 13, 2 — 4.] Vſſer. Annal. V. T. P. I. p. 402. et deinceps.

ex quo omnes coniecerant,[4] eum regnum ei 2
commendaſſe,[5] quoad liberi eius in ſuam tutelam perueniſſent: (aberant[6] enim Craterus, et Antipater, qui antecedere hunc videbantur: mortuus erat Hephaeſtio,[7] quem vnum[8] Alexander, quod facile intelligi poſſet, plurimi[9] fecerat.)

*MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Par. Long. Mox idem cod. eaedemque edd.* Perdicae. — 4. coniecerunt *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* — 5. commiſiſſe vel commendaſſe *MS. Leid.* 1. *Mendos. Voſſ.* 1. *Ed. Sau. In MS. Ax. erat* regnum ei quoad commiſiſſe liberi eius. *Statim* quod ad *MS. Voſſ.* 2. — 6. aberat *Ed. Ox. Lond. Mox* Crateros *MS. Leid.* 2. Cratheros *MS. Voſſ.* 1. Cratheres *MS. Ax.* Cratherus *Ed. Iens. Arg.* Gratherus *Ed. Med.* — 7. Epheſtio *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Arg.* epheſeio *Ed. Iens. Med.* — 8. vnum. *Sic et MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed* viuum *Ed. Par. Ald. Lamb.* numerum *Ed. Iens. Med.* — 9. plurimum *MS. Mendos. Ed. Vltrai.*

2 *Ex quo omnes coni. etc.*] Quoniam alias annuli traditio ſignum imperii aut hereditatis traditae fuiſſe videtur: (de quo vide ſis Kirchmannum et Licetum in: de annulis, illum cap. 22. hunc cap. 51. itemque Freinshem. not. ad Curtii 10, 5. 3.) idcirco nonnulli exiſtimarunt, annulo dato, Alexandrum Perdiccae imperium tradidiſſe. Sed verius eſt, quod noſter tradit, eum ſolummodo temporarium regni adminiſtratorem et cuſtodem annuli conſtitutum. Vide, quae notauit ad Curtii l. cit. Loccenius. [Iuſtin. 12, 15.]

*commendaſſe*] MSS. Schotti, Leid. et Sauaro, *commiſiſſe vel commendaſſe.* Sed altervtrum gloſſema eſſe, manifeſtum eſt. Gebhardus *commiſiſſe* genuinum cenſebat: ego alterum.

*in ſuam tutelam*] Male edd. Par. Ald. *extra ſuam tut.* nam *in ſuam tutelam peruenire,* eſt ad pubertatem peruenire. Ergo illa loquutione *in tutel. ſuam peru.* notatur pupillaris aetas ſub poteſtate tutoris, cuius finis pubertas. [De Perdicca v. Periz. ad Ael. V. H. 12, 16. et de reliquis tutoribus nominatisque hominibus et ſubole regia Stau. ad ed. 3.]

*Craterus*] Vid. Diodor. 19.

*mortuus er. Hephaeſtio*] De morte Hephaeſtionis, et Alexandri ob eam luctu Plutarchus Alexandro, Pelopida, et Eumene, Arrianus de reb. Alex. 7. et diſſert. Epicteti 2, 22. Aelianus Var. hiſt. 7, 8. Curt. 3, 12. 16.

*quem vnum*] Alii *quem viuum.* quod etiam Gebhardus tuetur. Nam proxime, inquit, praeceſſit: *mortuus erat.* Magis ei lectioni fauet Diodorus 19. ζῶντα μὲν γὰρ προετίμησε πάντων τῶν φίλων. Attamen nihil muto.

*intelligi poſſet*] An legendum *poteſt*, vel *poſſit?* [Sed nihil eſt mutandum: nam, aliis iam monentibus, auctor iudicium ſuum ita interponit, vt ad rem narratam cum indicio cauſſae transferat.]

hoc tempore data eſt Eumeni Cappadocia, ſiue[10]
potius dicta. Nam tum in hoſtium erat poteſta-
3 te. Hunc ſibi Perdiccas adiunxerat magno ſtu-
dio, quod in homine fidem et induſtriam ma-
gnam videbat: non dubitans, ſi eum[11] pellexiſſet,
magno vſui fore ſibi in his rebus, quas adpara-
bat. Cogitabat enim, quod fere omnes in ma-
gnis imperiis concupiſcunt, omnium partes[12] cor-
4 ripere atque complecti.[13] Neque vero hoc ille
ſolus fecit;[14] ſed ceteri quoque[15] omnes, qui

10. ſine *MS. Voſſ.* 1. *Mox* hoſtium poteſtate *MS. Voſſ.* 2. *Statim* nunc *MS. Voſſ.* 2. — 11. ni eum *MS. Voſſ.* 1. — 12. omnium partis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. v. not.* — 13. amplecti *Ed. Mag. Gebh. Sed* complecti *etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax.* — 14. Neque vero hoc ille ſolus fecit. *Sic MS. Voſſ.* 1. *Ed. Stau.* 2. 3. *Heus.* [*Harl. et rell. recc. atque reſcripſi.*] *parum abeſt MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* nec vero haec ille ſol. fecit. *Sed* neque vero hoc ſolus fecit *Ed. Ald. Steph. Gebh. Keuch. Bos.* neque vero hoc tempore ſolus fecit *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* — 15. quaeque *MS.*

*Cappadocia*] Vna cum Paphlagonia, et finitimis regionibus ad Trapezuntem vsque. Sic Plutarchus in Eum. c. 3. Diodorus 18, 3. Iuſtinus 13, 4. 17. Arrianus apud Photium Cod. 92. Apud eumdem tamen Iuſtinum 13, 6. 14. legitur, *Paphlagoniam* poſtea demum cum Lycia, Caria, et Phrygia *Eumeni adiectam* fuiſſe. Sed ibi vel gloſſema eſt τὸ *Paphlagonia*, inde natum, quod aliquis in margine ad illas prouincias, quas Eumenes acceperat, hanc vocem e c. 4, 17. adſcripſerat: vel fortaſſe reſcribendum *Pamphylia.* nam eam vna cum Lycia et Phrygia magna primitus Antigono obtigiſſe, ex Arriani excerptis Photianis diſco. Sic enim illa: Παμφύλων, καὶ Λυκίων, καὶ Φρυγίας τῆς μεγάλης Ἀντίγονος; ſubaudi: ἄρχειν ἐτετάχθη. Magius apud Iuſtinum reponebat *Lycaonia.* ſed id a recepta lectione nimium recedit.

*in hoſtium erat poteſtate*] Ariarathis regis, qui Eumeni ibi imperare iuſſo quod cedere noluiſſet, victus a Perdicca et ſuspenſus; Eumenes vero in regnum reſtitutus eſt. Teſtes Arrianus apud Photium, Plutarchus, Diodorus, 18, 16. et Appianus Mithridaticis. Ceterum Schottus putabat Nepotem ſcripſiſſe: *in hoſt. er. poteſtatem.* quomodo Cicero in Maniliana cap. 12. dixit *portus in praedonum fuiſſe poteſtatem;* ita laudante etiam Gellio 2, 7. Sed non, ſi Cicero, ſtatim et Nepos ita loquutus eſt.

3 *Omnium partes corripere*] Locus Iuſtini 17, 2. 11. fortaſſe fauet lectioni cod. Ernſtiani, *omnes partes.* [Sed *omnium partes* ſunt omnium ducum et familiarium prouinciae.]

4 *Neque vero hoc ſolus f.*] MS. Boecl. *nec v. haec ille ſolus f.* Longolius: *Neque v. hoc tempore ſolus f.* An fuit:

Alexandri fuerant amici. Primus Leonnatus [16] Macedoniam praeoccupare deſtinauerat. [17] Is multis magnis [18] pollicitationibus perſuadere Eumeni ſtuduit, vt Perdiccam deſereret, ac ſecum faceret ſocietatem. Quum perducere eum [19] non poſſet, 5
interficere conatus eſt: et feciſſet, niſi ille clam noctu [20] ex praeſidiis eius effugiſſet.

III. Interim conflata ſunt illa bella, quae ad 1
internecionem [1] poſt Alexandri mortem geſta ſunt, omnesque concurrerunt [2] ad Perdiccam opprimendum: quem etſi infirmum videbat, quod vnus omnibus reſiſtere cogebatur: tamen amicum non deſeruit, neque ſalutis, quam fidei, fuit cupidior. Praefecerat eum Perdiccas ei parti Aſiae, quae 2

*Voſſ.* 2. *Mox* fuerunt *MS. Leid.* 2. — 16. Leonnadus *MS. Voſſ.* 2. Leonatus *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 17. praedeſtinauit *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. praedeſtinauerat *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.* — 18. magnisque *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *bene.* [*Ed. Long. Lamb. Wetz.*] — 19. quum eum perd. *Ed. Lamb.* — 20. noctu. *Aberat a MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Mediol. Par. Ald. Lamb.*

1. ad internecionem. *Ita etiam MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. [*Ed. Bos. et ſqq.*] *Sed* interceptionem *MS. Boecl. Voſſ.* 2. internicionem *Ed. Iens. Med.* internitionem *Ed. Long.* interinitônem *Ed. Arg.* — 2. concurrunt *Ed. Par. Ald.*

*neque v. hoc temere ſ. f.?* quomodo fere loquutus 25. 20. 2. [vid. VV. LL.]

*amici*] Ita vocantur principum conſiliarii, praefecti, proceres. v. ind. Boſian. [De hoc Leonnato, vno ex ſeptem illis illuſtribus Alexandri cuſtodibus, qui ex tribus, quos recenſet Arrianus ap. Phot. p. 215. is eſt, qui Phrygiam minorem, ad Helleſpontum ſortitus fuerat, v. Stau. ad ed. min.]

*Macedoniam praeoccupare*] Vid. Plut. Pro *deſtinauit* MS. Boecl. *praedeſtinauit.* plerique alii, *praedeſtinauerat.* quod Lambinus a praeced. *praeoccupare* profectum putat.

5 *Clam noctu aufugiſſet*] Qu. edd. omittunt τὸ *noctu.* Sic tamen et Plutarchus c. 3. νύκτωρ ἀνέφευξε.

1 *Ad internecionem*] ad partis aut partium internecionem ſ. interitum, bellum, quod cum excidio alterius geritur. [conſ. Heyne proluſ. *de bellis internecinis*, in eius opuſc. academic. Vol. IV. v. 460. ſqq.] MS. Boecler. habebat: *ad interceptionem.*

2 *Praefecerat eum*] MS.

inter Taurum montem iacet atque Hellespontum, et illum [3] vnum oppoſuerat Europaeis aduerſariis. Ipſe Aegyptum oppugnatum aduerſus Ptole-
3 maeum [4] erat profectus. Eumenes quum neque magnas copias, neque firmas haberet, quod in-exercitatae, [5] et non multo ante erant contractae, aduentare autem dicerentur, Hellespontumque tranſiſſe [6] Antipater [7] et Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri cum claritate tum vſu
4 belli praeſtantes; (Macedones vero milites ea tunc [8] erant fama, qua nunc Romani feruntur; etenim ſemper habiti ſunt fortiſſimi, qui ſummam imperii [9] potirentur:) Eumenes [10] intelligebat, ſi copiae ſuae cognoſſent, [11] aduerſus quos duceren-

*Mox* Perdicam *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Long.* — 3. Ellespontum vt ill. *MS. Voſſ.* 2. *Mox* vnum appoſuerat *MS. Voſſ.* 2. *Statim* Europis adu. *MS. Leid.* 2. — 4. Ptolom. *Ed. Bos.* 1. — 5. et inexerc. *MS. Boecl. Ax.* — 6. transcurriſſe *Ed. Ald. Lamb.* transiiſſe *Ed. Steph. Gebh. Keuch.* [*et ſic meum exempl. Long. non*, transcurr. *vt Boſius in nota ſcripſerat.*] — 7. Antypater *Ed. Iens. Med. tum* Crateros *MS. Voſſ.* 1. Cratheros *MS. Voſſ.* 2. Graterus *Ed. Med. ſic quoque in cap. ſeq. init.* — 8. tum *MS. Ax.* [*nec improbat Heuſing.*] — 9. ſummam imp. *Sic codd. a Boſio citati, ac Put. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. [*Ed. Long. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* ſumma imp. *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Mag. Steph.* — 10. Eumenes igitur *Ed. Lamb.* [*Schmied. et ego* igitur, *quod Latini poſt longam parentheſin iterato nomini adiicere ſolent, docente Heuſing. reponerem, ſi vel vnus probae notae cod. id exhiberet.*] *Statim* intellegebat *MS. Voſſ.* 1. — 11. cognoſſent. *Sic MS. Boecl. Mendos.* [*Ed. Bos.* Boecler. [Voſſ. 2. Ax.] *praeſecerat hunc.*

3 *Tranſiſſe*] Longol. Lamb. aliique, *transcurriſſe.* quod reiicere non auſim. Nam, vt recte Lambinus, *currere* interdum et pro nauigare, et *curſum* pro nauigatione vſurpant Latini. Vid. Ind. v. *curſus.*

4 *Qui ſummam imperii potir.*] Sic vett. codd. Gifanii, (vt is teſtatur in Ind. Lucret.) ac P. Danielis, et Sauaroni inſpecti, itemque ed. Long. et alii plures. Itaque loquuti non ſolum Accius et Lucretius, quos ad h. l. Lambinus laudat, ſed etiam Plautus, Terentius, Cicero, Salluſtius, Iuſtinus, alii. V. Voſſ. de conſtruct. c. 22. Bang. obſ. philol. lib. 2. p. 1053. et Priſcian. 18. Tamen MS. Boecl. *qui ſumma imperii potir.*

*Eumenes intelligebat*]. Qu. edd. *Eumenes igitur intelligebat.*

*cognoſſent*] Sic e membr.

tur, non modo non ituras, ſed ſimul cum nuntio dilapſuras. Itaque hoc eius fuit prudentiſſimum 5
conſilium,[12] vt deuiis[13] itineribus milites duceret, in quibus vera[14] audire non poſſent, et his perſuaderet,[15] ſe contra quosdam barbaros proficiſci. Itaque tenuit hoc propoſitum, et prius 6
in aciem exercitum eduxit, procliumque commiſit,[16] quam milites ſui ſcirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum praeoccupatione, vt equitatu[17] potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.

IV. Quorum acerrimo concurſu quum ma- 1
gnam partem diei eſſet pugnatum,[1] cadit Crate-

*Heus. Stau.* 1. 3. *et ſeqq. recentt.*] *Sed* cognoſcerent *MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Stau.* 2. *Patau.* — 12. conſilium. *Aberat a MS. Boecl. Ax.* [*ſed ob τὸ* conſilium *ſequitur* vt: *illo autem omiſſo, ſcribendum erat* quod, *Heuſing. bene adnotante et docente.*] *In MS. Ax. etiam erat* praeſtantiſſimum *pro* prudentiſſimum. — 13. denis *Ed. Iens. Med.* — 14. veſtra *Ed. Iens. Med.* — 15. perfunderet *MS. Leid.* 2. — 16. plurimumque commiſſit *MS. Voſſ.* 2. praeliumque emiſit *Ed. Lamb.* — 17. et equit. *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* [*male. v. Stau. ad ed.* 3.]

1. oppugnatum *MS. Ax. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. De varia lect. τῦ* Cra-

ſuis Schottus et Boeclerus. Alii *cognoſcerent.*

5 *Conſilium*] Aberat haec vox MS. Boecl. Atque ſic fere loquitur 17, 7. 3. [ſed vid. V. L.]

*contra quosd. barbaros*] Plutarchus de garrulit. p. 506. [ſive p. 17. vol. 5. opp. ed. Lipſ.] *Eumenes cum audiuiſſet, Craterum aduerſus ſe cum copiis venire, nemini amicorum rem aperuit, ſed Neoptolemum eſſe finxit. hunc enim milites Eumenis contemnebant: illius et gloriam admirabantur, et virtutem diligebant. rem ipſam excepto Eumene norat nemo.* Vide ibi plura.

6 *Quam milites ſui ſcirent*] Confer et Iuſtinum 13, 8. Arrian. apud Photium cod. 92.

*deterior*] Ed. Vltrai. *deteriore.* quod recte reiicit Schottus. repugnat enim *τὸ valebat*, cui opponitur. *Τὸ inferior*, quod in ſuo cod. reperit Ernſtius, haud dubie gloſſema eſt.

1 *Pugnatum*] Long. et MS. Boecl. *oppugnatum.* quod pro ſimplici repoſuiſſe librarios, vix crediderim. An igitur ita loquuti veteres? An fuit, *appugnatum, compugnatum*, aut *depugnatum?* Diſpiciant, qui omnes loquendi modos, verbaque rariora in numerato habent.

rus dux, et Neoptolemus,[2] qui ſecundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrit ipſe[3] Eu-
2 menes. Qui quum inter ſe complexi,[4] in terram ex equis decidiſſent, vt facile intelligi poſſet inimica mente contendiſſe, animoque magis etiam pugnaſſe, quam corpore: non prius distracti ſunt, quam alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque eo magis[5] ex
3 proelio exceſſit, ſed acrius hoſtis inſtitit.[6] Hic equitibus profligatis, interfecto duce Cratero, multis praeterea, et maxime nobilibus captis, pedeſter[7] exercitus, quod in ea loca erat deductus, vt, inuito Eumene, elabi non poſſet, pa-

terus *v. ad cap.* 3, 3. — 2. Pneothplemus *MS. Voſſ.* 1. Neprolemus *MS. Voſſ.* 2. — 3. ipſe. *Aberat a MS. Boecl. Ax.* — 4. compleſſi *MS. Voſſ.* 2. — 5. nec eo m. *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. — 6. hoſtis inſt. *Sic MS. Gif. Mendos.* [*Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau. Harl. Ith. Heinr. Schmied. v. not. atque* inſtare hoſtes, (*quomodo habent Edd. Wetz. et Brem.*) *erit, docente Stau. ad ed. mai. ſtare in vel contra hoſtes.*] *Sed* hoſtibus inſt. *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed.* [*Iens.*] *Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Tzſchuck.*] *vt XV,* 9, 7. *vbi ſimilis varietas.* inſtituit *Ed. Ox. operarum errore.* — 7. pedeſter. *Sic MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 1. [*Ed. Bos. Stau. Heus. Harl. Tzſchuck. et ſeqq.*] *Sed* pedeſtris *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* pedeſtres exerc. *Ed. Ald. tum* que *Ed. Iens.* qui *Ed. Ald. loco* quod.

[De *Cratero* et *Neoptolemo* multus eſt Stau. ad ed. min.]

*ſecund. locum imperii teneb.*] Siniſtro enim cornu praeerat, ſicuti Craterus dextro. Diodor. 18, 30. ſq.

*ipſe*] vid. VV. LL.

2 *inter ſe complexi*] Diod. 18, 31. [ibique v. Weſſel.] Iuſtin. 13, 8. Arrian. l. c. Plutarch. c. 7.

*aliquot plagis*] Tribus, in brachio et feminibus: ſed magis territus iis, quam laeſus. Diodor. et Plut. in Eum. c. 7.

*hoſtis inſtitit*] Sic e ſuis codd. Giſanius Ind. Lucr. v. *ſubiungere*, et Schottus. *Hoſtis* autem pro *hoſtes*, antique. *Inſtare hoſtes* etiam ſupra dixit 15, 9. 1: vbi vid. not. Vulgati *hoſtibus inſtitit.*

3 *Pedeſter*] Sic Leid. et poſtrema edit. ſua, e MS. ſuo, vt arbitror, Boeclerus. Vulgo editur, *pedeſtris.*

*quod in ea loca*] Melius ita Lambinus, quam alii, *qui in ea l.*

cem ab eo petiit:[8] quam quum impetraſſet, in
fide non manſit, et ſe, ſimul ac[9] potuit, ad An-
tipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie ſe- 4
miuiuum[10] elatum recreare ſtuduit. Quum id
non poſſet,[11] pro hominis dignitate, proque pri-
ſtina amicitia; namque illo vſus erat, Alexandro
viuo, familiariter; amplo funere[12] extulit, oſſa-
que in Macedoniam vxori eius ac liberis remiſit.

8. petit *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patau.* — 9. ſimulac *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 10. ſemiuiuum. *Aberat a MS. Voſſ.* 2. *Sed* ſemianimem *MS. Ax.* [*Heuſing. ob hanc varietatem opinatum, librarios, quod deeſſe videbant, ſuppleuiſſe alterumutrum, copioſe refutat Stau. ad ed.* 3.] — 11. poſſet. *Sic quoque MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Ed. Long.*] *Lamb.* [*Bos. Heus. Stau. et ſeqq.*] *Sed* potuiſſet *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Mox* Alexander *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 12. munere *MS. Giſ. Mendos. Voſſ.* 1. *v. not.*

4 *Semiuiuum elatum recreare ſtuduit. Quum id non poſſet etc.*] Vide Grot. de I. B. et P. 2, 19. 3. [Plutarch. in Eumene cap. 7. p. 577. ed. Reisk. vbi hanc Eumenis cum Cratero et Neoptolemo μονομαχίαν verboſius euarrat, id, quod Eumeni tribuit Nepos, Gorgiae, vni ex Eumenis ducibus, adſcribit, et hunc, tradit, cognouiſſe Craterum, deſilientemque ex equo cuſtodiam corporis, grauiter iam adfecti animamque agentis (δυσθανατοῦντος) adhibuiſſe. Diodorus autem Sic. lib. 18, 30. de hoc facto tacet, eiusque exitum paullo aliter memorat.]

*non poſſet*] Alii *non potuiſſet.*

*amplo funere extulit*] [h. e. pompa funebri.] *Amplo munere* legit e ſuo codice Giſanius in obſeruat. Lat. L. v. *munus;* additque illud Valerii Max. 8, 15. 2. *quotiescunque munus aliquod Corneliae gentis celebrandum eſt.* vbi quidam, (Pighium notat,) nimis licenter *funus* repoſuerit. Hoc autem loco etiam Schottus ſuum cod. habere *munere*, adnotat, ſed addit: *vitioſe fortaſſe.* Ac vereor, ne librarii lapſus ſit. vix enim Nepos dixerit Eumenem *amplo munere extuliſſe* Craterum. Non ita ſolent, quod ſciam, Latini. At altera ratione paſſim vſi. Curtius 4, 8. 9. *Repertum corpus magnifico extulit funere.* Suetonius Nerone c. 9. *Claudium adparatiſſimo funere elatum.* et c. 30. *Cercopithecum Panerotem prope regio extulit funere.* Quod vero Noſtro *ampliſſimo funere efferre,* id eidem Suetonio eſt *ampliſſime funerare,* Calig. cap. 15. Apud Valerium ſi *munus* retineri debet, intelligendum eſt gladiatorium. Cui heic locus haud eſt. neque enim id Graecorum, ea quidem aetate, funeribus adhibitum lego.

*in Macedoniam*] MS. Boecl. [et Voſſ.] *in Macedonia.* ſicut

1 V. Haec dum apud Helleſpontum [1] gerun-
tur, Perdiccas apud flumen Nilum interficitur a
Seleuco et Antigono: rerumque [2] ſumma ad
Antipatrum defertur. Hic, qui deſeruerant, [3]
exercitu ſuffragium ferente, capitis abſentes da-
mnantur: in his Eumenes. Hac ille perculſus [4]
plaga non ſuccubuit, neque eo ſecius bellum ad-
miniſtrauit; ſed exiles res animi magnitudinem,
2 etſi non frangebant, tamen minuebant. [5] Hunc

1. Hellespunthum *MS. Voſſ.* 1. *Mox* Perdicas *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Long.* *tum* Nilum flumen *MS. Ax.* *et* Saeleuco *MS. Voſſ.* 2. — 2. verumque *MS. Voſſ.* 1. — 3. deſeruerunt *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Long. Mag. Stau.* 2. — 4. percuſſus *Ed. Lamb. Brouckhuſ. ad Propert. I,* 1, 13. [*Ed. Brem. atque Tzſchuck. malit* perculſus, *quod rem inopinam, ſubitum ictum, vel acrem commotionem indicet, et propter ſequens* non ſuccubuit *aptius videatur. vid. ſupra ad XVI,* 2, 3.] — 5. minuebant *MS. Ax. Boecler,*

infra 13, 4. *in Cappadocia.* [conf. Stau. ad ed. 3.]

1 *Apud flumen Nilum*] Eſt veluti περίφραϲις Aegypti, inquit Longolius. Atqui ad Nilum caſtra poſuerat Perdiccas, copiasque traiicere conatus erat, paulo antequam ab equitibus ſuis interficeretur. Vide Diodorum 18, 26. [ibique Weſſel.]

*a Seleuco et Antigono*] Immo ab equitibus ſuis, ſi Diodoro et Arriano credimus, vel, vt Pauſanias Atticis [1, 6. 3.] ait, a cuſtodibus corporis ſuis. [Stau. ad ed. min. h. l. de Perdicca copioſe agit, et, quod Plutarch. in Eum. c. 8. p. 580. Reisk. tradit, illum in Aegypto per proditionem fuiſſe interemtum, non, vt Nepos narrat, a Seleuco et Antigono, ad Nepotem ab erroris culpa liberandum acute coniicit *a Teutamo et Antigene*, (qui duces fuerunt Argyraſpidum), et de his docte diſſerit: neque tamen vlli ſuam obtrudere cupit coniecturam, quae etiam paullo audacior in priori nomine eſſe videtur.]

*rerumque ſumma ad Antipatrum*] Idem et Arrianus tradit p. 608. edit. nuperr. Amſtel. [*ſumma rerum* h. e. *Regentſchaft, Kuratel der königlichen Prinzen.* A Iuſtino 16, 1. 14. vocatur *miniſter regni* et *tutor* cum Leonnato, et Perdicca et Cratero libr. 13, 2. 14. Conf. tamen Diodor. Sic. 18, 36—39.]

*hic qui deſ.*] Alii libri: *Hi qui deſ.* quod non male reiicit Lambinus. Sed ratio eius inepta eſt. Dixiſſet, inquit, potius, *ſi qui deſ.* Quaſi non ſaepius ita loqueretur Nepos. Qu. edd. *deſeruerunt.*

*damnantur*] Circiter L. Ita Diodorus [18, 37. vbi vid. Weſſel.] et Arrianus.

*in his Eumenes*] Et Alcetas Perdiccae frater, ac Pitho Illyrius. Diodorus, Arrianus et ex emendatione Vſſerii annal. V. T. p. 412. Iuſtinus 13, 8. 10. [conf. Plutarch. in Eum. c. 9. p. 582. ſqq. ed. Reisk.]

*tamen imminuebant*] MS. Boecler. et alii: *tamen minue-*

perſequens [6] Antigonus, quum omni genere co-
piarum abundaret, ſaepe in itineribus vexabatur:
neque vmquam ad manum accedere licebat, niſi
his locis, quibus pauci poſſent [7] multis reſiſtere.
Sed extremo tempore quum conſilio capi non 3
poſſet, multitudine circumuentus [8] eſt. Hinc [9]
tamen, multis ſuis amiſſis, ſe expediuit, et in
caſtellum Phrygiae, quod Nora [10] adpellatur,
confugit. In quo quum circumſederetur, [11] et 4
vereretur, ne vno loco manens equos militares
perderet, quod ſpatium non eſſet agitandi: cal-
lidum fuit eius inuentum, quemadmodum ſtans
iumentum calefieri [12] exercerique poſſet, quo li-
bentius et cibo vteretur, et a corporis motu [13]
non remoueretur. Subſtringebat caput loro [14] 5



*Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Ed. Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Brem. et ego codd. auctoritate motus repoſui pro vulgato* imminuebant.] non minuebant *Ed. Iens. Med. Arg. Long.* — 6. ipſe ſequens *MS. Voſſ.* 2. [*Mox* neque vsquam, *quia ſequatur* niſi his locis, *legere malint Bremi et Tzſchuck.*] — 7. poſſet *MS. Voſſ.* 2. multis poſſent pauci *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag. Patau.* quibus pauci multis poſſent *MS. Ax.* [*Ed. Wetz.*] — 8. circuitus *MS. Voſſ.* 1. *add. not.* — 9. huic *Ed. Iens. Med.* — 10. Hora *MS. Long. Ed. Arg. Par.* hora *Ed. Iens. Med.* — 11. quo circ. *Ed. Iens. Med.* *Mox* ſpacium *Ed. Iens. Med. Arg. Mag. vbique.* — 12. concalefieri *MS. Voſſ.* 1. — 13. victu *MS. Leid.* 2. — 14. loco *Ed. Iens. Med.*

*bant.* quomodo 7, 10. 3. dixit *minui opes.*

2 *Quibus pauci poſſent multis reſiſtere*] V. ſupra ad 1, 5. 3.

3 *Multitudine circumuentus*] Ed. Vltrai. *circumitus.* quomodo ſupra 2, 3. 2. *ne multitudine circumiretur.* itemque 16, 6. 2.

*Nora*] Cauſſas, cur huc ſe contulerit, habes apud Plutarchum, [in Eum. c. 10.] Diodorum, et Iuſtinum 14, 2. 2 et 3. [Secundum Plutarch. in cap. 10. citato p. 596. Reisk. in Nora, (quod eſt vocab. pluralis numeri,) arcem, ad Lycaoniae et Cappadociae poſitam confinium, cum quingentis equitibus et ducentis peditibus refugit, reliquos, miſſionem poſtulantes, fecit miſſos. Add. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 18, 41.]

4 *Circumſederetur*] Ab Antigono, poſtquam miſſo ad ſe Ptolemaeo, illius fratris filio, nullam ſalutis ſuae et veniae mentionem in colloquio fecerat. Vide Plutarchum, c. 11.

*et vereretur*] De hoc Eume-

altius, quam vt prioribus pedibus planè terram poſſet adtingere; [15] deinde poſt verberibus [16] cogebat exſultare, et calces remittere: qui motus non minus ſudorem excutiebat, quam ſi in ſpa-

15. poſſet terram attingere *MS. Ax.* — 16. poſterioribus *MS. Sau. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *in marg.* verberibus,

nis conſilio praeter Diodorum 18. et Plutarchum, Frontinus 4, 7. 34.

5 *Poſt verberibus*] Sauaro e MS. ſuo legit, *poſterioribus*, aitque hanc optimi codicis lectionem praeter Diodorum et Plutarchum admodum confirmare Frontinum. Verum Frontinus et Diodorus non dicunt, *pedibus poſterioribus exſultaſſe*, ſed *innixos* iis, dum anterioribus inſiſtere cupiunt, crura iactaſſe. Diodorus: συναναγκάζων τοῖς ὀπισθίοις ποσὶν ἐπιβεβηκέναι. Et paucis interiectis: ὁ μὲν ἵππος βȣλόμενος στηρίζεσθαι τοῖς ἐμπροσθίοις, διεπονεῖτο τῷ τε σώματι παντὶ, καὶ τοῖς σκέλεσι. Frontinus, [vbi v. Oudend. p. 549.] *Vt poſterioribus pedibus innixi, prioribus adleuatis, cum naturalem adpetunt adſiſtendi conſuetudinem, ad ſudorem vndique* (alii *vsque*, vel *vimque*) *crura iactarent.* Plutarchus, fateor, ait c. 11. clamoribus et flagellis ſtimulatos, poſterioribus exſultaſſe et tripudiaſſe cruribus: τοῖς ὀπισθίοις ἐνήλλοντο, καὶ διεσκίρτων σκέλεσι. Non tamen idcirco quidquam mutandum eſt: neque enim veriſimile eſt, pro *poſterioribus* librarios in tot codicibus repoſuiſſe *poſt verberibus*. praeterea indicare Nepos voluit, qua ratione coëgerit equos exſultare. *Verberibus* ſcilicet, ſeu, vt eſt apud Plutarchum, ταῖς μάστιξιν. Barthius codici ſuo adſcripſerat, *legendum pone, i. e. poſterioribus pedibus.* Sed nulla mutatione opus. *Deinde poſt*, per pleonaſmum, dictum vt *poſt deinde* apud Terentium Andr. 3, 2. 3. Gellium 7, 3. 11. 7, 12. 5. *deinde poſtea* apud Vlpian. l. 15. §. 46 D. de iniur. et famoſ. libell. *poſt hinc* Virgil. Aen. 8. *deinceps inde* Liu. 5. et apud alios *ſimul vna, prorſus omnino, olim quondam, repente ſubito, rurſum denuo, procul longe, nunc iam, tandem denique*, et ſimilia, noto pleonaſmo. Exempla habes apud Voſſium de conſtruct. cap. 63. Bangium obſeru. philol. 2. p. 1149 et 1343. Quae quum ignoraret librarius, praeceſſiſſetque de *prioribus pedibus*; illud *poſterioribus* ſubſtituit. Simul autem hinc adparet, *poſt* heic non idem eſſe ac *poſteriore parte*: ſed ſignificatum temporis obtinere. [Neque tamen τὸ *poſterioribus* damnat Tzſchuck. ad ed. 2. putatque, id apte reſpondere τῷ *prioribus*, et pleonaſmum τȣ̃ *poſt* in lectione vulg. *poſt verberibus* hinc ſubmoueri. Iam cum Keuchenio Heuſingerus *poſterioribus* convenientius dici, quum praecedat *prioribus*, nec pleonaſmos temere eſſe fingendos, iudicavit.]

*calces remittere*] h. e. reiicere, calce ferire, de equis. [Mox de voc. *nitidus* v. Burm. ad Phaedr. 3. fab. 7, 4.] et confer loca aliorum paullo ante adducta. Mox MS. Boecl. *decurrerent.* vitioſe.

tio decurreret.[17] Quo factum eſt, quod omni- 6
bus mirabile eſt viſum, vt iumenta aeque[18] nitida ex caſtello educeret, quum complures menſes in obſidione fuiſſet, ac ſi in campeſtribus ea locis habuiſſet. In hac concluſione,[19] quotiescum- 7

*omiſſo* τῷ poſt *MS. Ax.* [*v. not.*] — 17. decurrerent *MS. Boecl. Ax.* — 18. aeque iumenta *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.* — 19. ac ſi — concluſione. *Abſunt ab Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag.* [*In ed. Lamb. et Patau. legitur* in campeſtribus et planis ea locis habuiſſet. Quotiescunque voluit etc. *Lambin. in notis alteram lection.* in h. concl. *(quam ille et Magius et Steph. in textu omiſerunt,) adtulit et interpretatus eſt. Fiſcher.* τὰ et planis *haud dubie e gloſſemate orta eſſe iudicat.*] *Sed* cum complures menſes — apparatum *etiam MS. Mendos. Ven. Ed. Long. Atque* in hac concluſione *etiam MS. Leid.* 1. 2. *Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax.* [*Ed. Long. Bos. Heus. et ſeqq.*] *Sed* ea concluſ. *MS. Mendos. Ed.*

6 *Campeſtribus*] Addunt Lambinus et alii, *et planis*. Sed ea non agnoſcunt libri meliores.

7 *In hac concluſione*] Ita MSS. Burg. Leid. Boecl. et qu. edd. vett. Aliae, *Ea concluſione:* quod etiam Schottus in ſuo cod. reperit. Quaedam plane omittunt, credo, quod non intellexere, quid eſſet *concluſio*. Lambinus interpretatur, in hoc concluſo loco, vel interea dum in hoc loco clauſus erat. inepte. *Concluſio* idem eſt ac obſidio. Sic Caeſ. B. C. 2, 2.

*quod caſtrum ſubſidia hab. non pot. et ver approp.*] Mire variant libri, nec minus Interpretes. Quaedam edd. vett. legunt diſtinguuntque hoc modo: *quamdiu fuit hyems, quod caſtrum ſubſidia* (vel *caſtra ſubſidio*) *habere non poterat, donec ver appropinquabat. Simulata tunc deditione etc.* quam lectionem interpolatam eſſe manifeſtum eſt. Neque enim ita ſolet Nepos, nec MSS. concinunt. Vetuſtiſſima Argentoratenſis: *quamd. f. hyems, quod caſtrum ſubſidia hab. n. poterat, ver appropinquabat. Simulata deditione etc.* quomodo et Ven. ac Flor. niſi quod ante τὸ *ſimulata* interpunctionem non habent. Giſanius Ind. Lucr. v. *ſubiungere* e ſuo cod. legit *q. f. hiems, quod caſtra ſubſidio hab. n. poterat.* atque ſic et ſcriptus Schotti. Vnde Boeclerus olim tentabat: *q. d. f. hiems, q. caſtra ſubſidio habere non poterat, cum ver approp.* vt exciderit particula. quomodo et Freinshemius autumabat, *deinde* aut ſimile quid ante voces *quod caſtrum* fuiſſe ſcriptum. Gebhardus [et editor Patauin.] cum Sauarone legebat: *q. d. f. hiems, quod caſtra ſub divo hab. n. poterat. Ver appropinquabat: ſimul. dedit. etc.* Non improbat tamen ſcripturam codicum Schotti et Giſanii. immo nec vulgatam, quae et in ed. Pariſ. et MS. Boecl. reperta, ac a Lambino reliquis omnibus praelata, et a recentioribus plerisque, atque a nobis etiam, (niſi quod copulam *et* inſeruimus,) retenta eſt; modo ſic

que [20] voluit, adparatum [21] et munitiones Antigoni alias incendit, alias disiecit. Tenuit autem ſe vno loco, quamdiu fuit hiems. Sed quod caſtrum ſubſidia habere non poterat, et ver ad-

*Gebh. Keuch.* — 20. quotienscunque *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Long.* [*vid. ſupra ad XVII.* 3, 6.] *Statim* noluit *Ed. Iens. Med.* — 21. et apparatum *Ed. Iens. Med. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh.*

dispungatur: *q. d. ſ. hiems. Quod caſtrum ſubſidia habere non poterat; ver appropinquabat.* hoc ſenſu: Hieme tota incluſus caſtro manſit: cur non vere quoque et diutius? quaerat aliquis tacite. Caſtrum, reſpondet Cornelius, nulla poterat habere ſubſidia. Lambinus varie coniectabat. modo: *quod caſtris*, (vel *caſtrum*, pro *caſtrorum*, ſuffragante Puteano,) *ſubſidia hab. n. p.* modo transponebat: *Ver* (vel *cum ver*) *appropinquabat; quod caſtrum ſubſidia habere non poterat, ſimul. ded.* MS. Leid. *quod caſtra ſubſidio vel ſub diuo habere non poterat, ver appropinquabat.* Ernſtianus denique: *ſed caſtrum ſubſidia habere non poterat et ver appropinquabat.* Longum eſſet, tot discrepantes lectiones ſub examen vocare. Dicam breuiter, quid mihi videatur. *Caſtra* tum nulla habebat Eumenes. nam fuſus ab Antigono, et amiſſis ſuorum octo millibus cunctisque impedimentis, vagabundus et fugitans et videns ſe fortunam obſidionis ſubiturum, maiorem militum partem dimiſerat: qui, dum ille Noris obſidetur, partim in Cappadocia palabantur, partim ad Antigonum transierant. Secum autem ſolum equites Iɔ, pedites CC, vt Plutarchus; ſeu, vt Diodorus ait, Iɔc in vniuerſum, retinuit. Quumque liberatus obſidione eſſet, priſtinos amicos, et palantes per Cappadociam militiae ſuae ſocios recolligens, ſolum circiter duo millia contraxit: neque plures ſecum habuit, quum e prouincia diſcederet. Vide Plutarchum p. 589. 590. Diodorum 18. p. 649. 650. 656. Iuſtinum 14, 2. 3 et 6. Non igitur Eumenes neque tamdiu vno loco ſe tenuit, nec deditionem ſimulauit, *quod caſtra ſubſidio*, vel *caſtris*; aut *caſtrum ſubſidia habere non poterat.* nulla enim tum quidem caſtra habuit. At vtrumque facere potuit, quod *caſtrum* (Nora) *ſubſidia habere* (aliunde) *non poterat.* Sed magis tamen congruit, vt dicamus, eam ob cauſſam *ſimulaſſe deditionem.* Quare et verba ea ad ſequentia potius referenda erunt. Quod ſi facias, manifeſtum erit copulam aliquam aut particulam deſiderari. quod iam videre Lambinus, Freinshemius, et Boeclerus. Quum igitur copula diſerte in codice Ernſtiano fuerit, non dubito eam reponendam, legendumque vt nos edidimus. Poſſis etiam eiusdem codicis ductu legere: *ſed quod caſtrum ſ. h. n. p. et v. a.* Potuit vero facile *τὸ et* ob vltimam ſyllabam vocis *poterat; τὸ quod* autem in eodem codice ob particulae *ſed;* et in aliis haec ob illius ſimilitudinem excidere. quamquam et pro *quod* facile *ſed* reponi potuit, quod librarius ignoraret genus loquendi, quo

propinquabat:[22] ſimulata deditione, dum de conditionibus tractat, praefectis[23] Antigoni impoſuit, ſeque ac ſuos omnes[24] extraxit incolumes.

VI. Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexandri, quum litteras et nuntios miſiſſet in Aſiam, conſultum, vtrum repetitum Macedoniam

*Keuch. Patau.* [*Brem.*] — 22. quod caſtrum ſubſ. h. n. p. et ver approp. *Sic MS. Voſſ.* 2. *Ax. Boecl. Sed* ſed caſtrum ſubſidia hab. n. p. et v. *MS. Ernſt.* quod caſtra ſubſidio habere n. pot. et v. *MS. Mendos. Giſ.* quod caſtrum ſubſidia hab. n. p., ver *MS. Boecl. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. [*Heus. Ith.*] quod caſtra ſubſidio vel ſub diuo h. n. pot., ver *MS. Leid.* 1. quod caſtra ſub diuo hab. n. poterat. Ver *MS. Sau. Ed. Gebh. Keuch. Patau.* [*quam lectionem veram eſſe iudicat, beneque explicat Kapp. in Opuſc. Harles. p.* 463. *ſq.*] *Etiam in MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *erat* ſub diuo. *et in priore quoque* ad ver. [*forſan debuit ſcribere* ac *vel* at.] *MS. Put.* quod caſtrum ſubſidium etc. [*Sed* hyems, quod caſtrum ſubſidia hab. non poterat, donec ver appropinquabat. Simulata tunc deditione *Ed. Long.* hiems. Quod caſtrum ſubſid. h. non pot., ver appropinquabat: ſim. ded. *Ed. Heus. Ith. Bipont. Tzſchuck.* 1. *Sic quoque Stau. in ed.* 3. *et Pauſl. niſi vt cum Boſio τῷ* ver *praeponerent* et. *Sed Schmied. dedit* hiems; quod caſtrum ſubſ. h. non poterat, cum ver approp. *Ego vero cum Tzſchuck. in ed.* 2. *Bremio et Wetz. recepi ex cod. Ernſt.* ſed, *quod facere etiam voluiſſe Boſium, ex eius nota colligo: (nam in textu editum erat:* hiems. quod caſtrum — et ver approp.) *atque interpunxi et dedi:* hiems. Sed quod — — et ver adprop.] — 23. praefectus *MS. Leid.* 2. — 24. omnis *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* omneis *Ed. Ald. Statim* traxit *MS. Voſſ.* 1.

noſter etiam cap. 7, 1. vſus eſt: *quod vna erant Macedones etc.* Quae ignorantia effecit etiam, opinor, vt alii verba iſta ad praecedentia referrent. Ceterum non repugnabo, ſi quis cum Gebhardo Sauaronianam lectionem amplecti malit: quum ea et Leidenſi codice confirmetur. vt hic ſit ſenſus, Eumenem in caſtello ſe tenuiſſe, quod ob hiemem *non poſſet*, recollectis militibus ſuis per prouinciam dispalantibus, *caſtra ſub diuo*, hoc eſt in campo, *habere*. Sed magis tamen placet altera. Iudicent, qui ingenio et iudicio in his litteris ſubacto valent. [vid. VV. LL.]

*ſimulata deditione*] Rurſus aliter Iuſtinus 14, 2. 4. Vide Vſſer. annal. V. T. p. 421.

1 *Ad hunc Olympias*] Vide Plutarch. c. 13. ac Diodorum 19, 5 ſqq.

*repetitum Macedoniam veniret*] *Repetitum in Maced. ven.* habuere libri Schotti et

veniret; [1] (nam tum in Epiro habitabat,) et eas [2]
2 res occuparet: huic ille primum ſuaſit, ne ſe moueret, et exſpectaret, quoad Alexandri filius

1. vtrum rep. Maced. ven. *Sic MS. Voſſ.* 2. *Mendos. Ven. Ed. Lamb.* [*Bos. Heus. et ſeqq. recentt.*] *Sed* vtr. rep. in Macedoniam veniret *MS. Ax. Mendos. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Sau.* vtrum rep. iret Macedoniam *Ed. Vltrai. Gebh. Keuch.* [*quod probat Heuſing.*] vtr. repētū in Mac. ven. *MS. Boecl.* vtrum repetitam in Maced. ven. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* [*Stau. ad ed. 2. coniecit, et ad ed. 3. vberius ex hiſtoria expoſuit*, repetita, *i. e. reuocata in Macedoniam. Olympias enim, quae Neoptolemi, Epirotarum regis, erat filia, et foemina magni animi, nec rei militaris imperita, a Polyſperchonte ex Epiro, in quam propter inimicitias cum Antipatro, tutore Alexandri Aegi, confugerat, conſentiente ſenatu amicorum, in Macedoniam reuocata erat, antequam has litteras ad Eumenem mitteret. conf. Diodor. Sic.* 18. *cap.* 49. 58 *et* 65. *Numquam autem forſan reuocata fuiſſet Olympias, niſi Macedones iam gemuiſſent ſub tyrannide Eurydicae, vxoris Aridaei, ſub nomine mariti omnia pro lubitu agentis. v. Iuſtin.* 14, 5. *et plura apud Stau.*] — 2. vt eas *MS. Leid.* 2. [eas res *interpretatur Heuſing. illud imperium. Tzſchuck.* eius *(ſcil, Macedoniae)* res *h. e. imperium.*]

Sauaronis et qu. edd. Longolius: *repetitam in Macedoniam ven.* MS. Boecl. *repētū in Maced. ven.* Videri poſſit fuiſſe, *repente in M. v.* praeſertim cum mox ſuadeat Eumenes, *exſpectaret, quoad Alexand. F. regnum adipiſceretur.* Sed, vt nos edidimus, etiam in Burgenſi ac Veneto fuiſſe, Magius teſtis. Simile eſt illud c. 3, 2. *Aegyptūm oppugnatum erat profectus.* Praepoſitionem addidere librarii, vt arbitror, quod verbum *venire* ad *Macedoniam* referrent; cum ad τὸ *repetitum* pertineat. Schottus mallet, *vtrum repetitum iret Macedoniam*, vt in ed. Vltrai. legitur, quod etiam nuperae quaedam edd. ſequutae. Lambinus vero in not. *vtrum expetitam in Mac. v.* h. e. cupitam, ſeu exoptatam, In quo Gebhardus eum deliraſſe cenſet. [v. varr lectt.]

*occuparet*] Addunt alii: *in Epiro maneret.* quod a Lambino eſt. nam libri non agnoſcunt. Et fatetur ipſe, ſubintelligi poſſe.

2 [*Et exſp.*] h. e. ſed vt exſp. nam *et, que* poſt negatiuam propoſitionem ſaepe ponitur, pro *ſed:* dein ex antecedenti *ne* adfirmatiua *vt* adſumitur. Pariter in §. 3. *ne pateretur — ferretque*, h. e. *ſed vt ferret.* v. Ruhnken. ad Rutil. p. 46. ſq.]

*Alexandri filius*] E Roxane ſuſceptum intelligi, facile adſentior Lambino. nam de Hercule, Barſines filio, qui, vt e Diodoro 20. conſtat, Pergami educabatur, ad regnum euehendo tum quidem nemo cogitabat: etſi poſtea Polyſperchon id molitus eſt. Roxanes autem filius iam rex deſignatus erat. Ceterum nomen Roxanes filii quaerit Lambinus, et coniicit, *Philippi* nomen ei impoſitum fuiſſe; im-

regnum adipiſceretur: ſin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium iniuriarum obliviſceretur,[3] et in neminem acerbiore vteretur imperio. Horum nihil ea fecit.[4] Nam et in 3
Macedoniam profecta eſt, et ibi crudeliſſime ſe geſſit. Petiit[5] autem ab Eumene abſente, ne pateretur, Philippi domus et familiae inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere,[6] ferretque opem

3. obliuiſceretur omnium iniur. *MS. Voſſ.* 1. *Mox* imp. vter. *Ed. Lamb.* — 4. illa nihili fecit *MS. Ax.* — 5. petit *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* petiuit *Ed. Long. Mag. Patau. Paullo poſt* ac famil. *MS. Ax.* — 6. inimiciſſ. — interimere. *Sic MS. Mendos. Ven. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Sed* amiciſſimos interire *MS. Ernſt. Ed. Long.* amiciſſimus interire *Ed. Mag.* inimiciſſimos interimere *Ed. Iens. Med. Arg. Par.*

mo ad Phocionem plane adfirmat: additque a Trogo *Herculem* nominari. Mihi poſterius incertum, prius falſum videtur. nam etſi apud Iuſtinum 14, 6. 2. legitur *Olympiada cum nuru Roxane, et nepote Hercule Pydnam conceſſiſſe*: vix tamen crediderim, Iuſtinum id ſcripſiſſe: quum non ignorarit, *Herculem* dictum fuiſſe alium Alexandri F. e Barſine natum, vt adparet e 13, 2. 7. Non autem ille, ſed Roxanes F. apud Olympiadem erat. quod non modo e Diodoro 19. ſed ex ipſo etiam Iuſtino fine capitis conſtat, vbi *filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam miſſos* ait. quod de Roxane filioque eius refert Diodorus. vt mirer, doctiſſ. Vſſerium annal. V. T. p. 427. ea de Barſine et eius filio, tamquam e Iuſtino ac Diodoro, narrare. Suſpicor itaque, *Herculis* nomen apud Iuſtinum poſteriore loco e priore irrepſiſſe. Porro *Philippum* nemo veterum, quod ſciam, Roxanes filium nominauit. Nepos enim 19, 3. 3. Philippum Aridaeum Alexandri M. fratrem deſignat, non, vt Lambinus cenſuit, Roxanes filium. Hunc autem *Alexandrum* vocatum, docuit e Pauſania, Dexippo et Porphyrio, Freinshemius ad Curtii 10, 6. 9. Addere poterat Arrianum de rebus poſt Alex. ſub initium.

*ſin aliqua cup. rap. in Macedoniam*] Deſunt heic aliqua in MS. Boecl. [et Voſſ. 2.] ſtatim enim ſequitur, *profecta eſt etc.* Occaſionem praebuit vox *Macedoniam* repetita. Vide quae diximus ad 7, 3. 2.

3 *In Macedoniam profecta*] Vide Diodorum 19. p. 676. [c. 11.] Iuſtin. 14, 6 et 7.

*inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere*] Vt expreſſimus, erat in MSS. Schotti, Boecler. Burgenſi, et quibusdam editis, ſuffragantibus Schotto, Gebhardo, Boecl. nec improbabant Magius et Lambinus, etſi aliter ipſi correxerant. Alii *inimiciſſimos interimere*. Ed. Colon. et MS. Ernſtii: *amiciſſimos interire*. Vnde Lambinus, ratus ſimilitudine vocum *amiciſſimos* et *inimiciſſimos* alterum membrum

4 liberis Alexandri. Quam veniam ſi ſibi [7] daret, quam primum exercitus pararet, quos ſibi ſubſidio adduceret. [8] id quo facilius faceret, ſe omnibus praefectis, qui in officio manebant, miſiſſe litteras, vt ei parerent, eiusque conſiliis vterentur.
5 tur. His rebus [9] Eumenes permotus ſatius duxit, [10] ſi ita tuliſſet fortuna, perire bene meritis [11] referentem gratiam, quam ingratum viuere.

1 VII. Itaque copias contraxit, bellum aduerſus [1] Antigonum comparauit. Quod vna erant Macedones complures nobiles, in his Peuceſtes, [2] qui corporis cuſtos fuerat Alexandri, tum autem

*Ald.* [*add. Boſii not.*] interire *etiam MS. Ax.* — 7. ſibi *abeſt a MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 8. adducere *Ed. Iens. Med. Mox* manebat *MS. Voſſ.* 2. — 9. his rebus. *Sic MS. Mendos. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ax. Sed* his verbis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 10. dixit *Ed. Hacq.* — 11. meritus *MS. Voſſ.* 2. meritum *MS. Ax.* benemeritis *Ed. Iens. Med. Par.*

1. aduerſum *Ed. Gebh. Keuch.* — 2. Peucreſtes *MS. Voſſ.* 1. Pencreſtis *MS. Voſſ.* 2. Peuceſtas fuit *Ed. Long.*

omiſſum, edidit [etiam Steph.]: *familiae inimiciſſimos regnare, amiciſſimos interire;* inuitis libris. Magius coniecerat, *amiciſſimus interire.* Lambinus poſteriore coniectura: *amiciſſimus ſtirpem eius interire.* ſed anteponit tamen priorem.

4 *Quam veniam*] h. e. ſi adnueret petitioni: [v. ſupra ad 11, 10, 1.] Quaedam edd. *quam veniam ſi daret.*

*miſiſſe litteras*] Vide Diodorum 18. p. 658. [Iuſtin. 13, 4.]

5 *His rebus*] Sic e MS. ſuo legit Schottus, ſuffragante Boeclero: concinitque et Leidenſis. Alii *His verbis.* vt infra 20, 1. 6.

1 *Quod vna erant Macedones etc.*] Qu. edd. etiam recentiſſimae, haec ad praecedentia referunt, hoc modo: *comparavit: quod vna er. Mac. compl. nobiles. In his Peuceſtes etc. phalanx erat Macedonum. Inuidiam verens etc.* ſed nullo commodo ſenſu, et praeter morem Nepotis. Longolius rectius illa, *in his etc.* parentheſi incluſit: ſed male poſt *Peuceſtes* addit *fuit.* Ceterum particula *quod* ſic vti ſolet Nepos: nec, quod olim ſummo viro videbatur, aut ea omittenda, aut addendum eſt *autem.*

*Peuceſtes*] De quo v. Arrianus 6. extr. et in exc. Photii, Diodorus 19, 22. Plutarchus in Eumene, c. 13. ſqq. Polyaenus 4. Curtius 9, 5. Plinius 34, 8. alii. [v. Cellar.]

obtinebat Perſidem, et Antigenes,[3] cuius ſub
imperio phalanx erat Macedonum: inuidiam ve-
rens, (quam tamen[4] effugere non potuit,) ſi po-
tius ipſe alienigena[5] ſummi imperii potiretur,
quam alii Macedonum, quorum[6] ibi erat multi-
tudo: in principiis nomine Alexandri ſtatuit ta- 2
bernaculum,[7] in eoque ſellam auream[8] cum ſce-
ptro ac diademate iuſſit poni, eoque[9] omnes quo-

Peuceſtes fuit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mox* optin. *Ed. Iens. Med. Arg.* — 3. Antigenes. *Ita MS. Mendos.* et Antigenes *Ed. Mag. Pat.* [*Tzſchuck. Brem. et ſic reſcripſi.* τὸ et *omiſerunt Bos. et alii.*] *Sed* Antigonem *MS. Leid.* 2. Antigenus *MS. Voſſ.* 2. et Teutamus *Ed. Lamb.* et Antigonus *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Steph. Gebh. Keuch.* — 4. Tamon *Ed. Iens.* Tamō *Ed. Med.* — 5. alienigenas *Ed. Iens. Med. Arg.* [*Fuit enim Cardianus.*] — 6. quorum. *Aberat a MS. Leid.* 2. — 7. tabern. ſtatuit *MS. Voſſ.* 1. Alexandri nomine tab. ſtatuit *MS. Ax.* — 8. aeream *Ed. Iens. Med. Ald. Mag. Mox* ſceptro vt diad. *Ed. Med.* — 9. atque omn. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag.*

*Antigenes*] Sic e Plutarcho correxit Magius, et e ſchedis ſuis Schottus. Plerique alii habebant *Antigonus.* ſed is hoſtis Eumenis erat. Antigenem autem fuiſſe phalangis Argyraſpidarum praefectum, e Diodoro, Polyaeno, Plutarcho et excerptis Arriani conſtat. Aldus eumque ſequuti alii *Teutamus* ediderunt. Sed is ſecundum imperii gradum tenuit. Antigenes autem princeps phalangis fuit. Diſerte Arrianus: Ἀντιγένει, τῷ τῶν ἀργυρασπίδων ἡγεμένῳ. Qu. edd. copulam addunt: *et Antigenes.*

*inuidiam verens*] Vide Diodorum 18. p. 659.

*effugere non potuit*] Aliter Diodorus et Plutarchus. nam ille *inuidiam a ſe depuliſſe* ait: hic, *non acceptis pecuniis leuaſſe.* Sed noſter, vt videtur, de poſtremo vitae tempore loquitur; illi de eo, quod aduentum Eumenis proxime excepit.

2 *In principiis*] ſcil. caſtrorum. Polyaenus: ἐν μέσῳ ςρατοπέδῳ. Diodorus *in aula regia.* Curtius *in regia.* Plutarchus locum non indicat. *Principia*, h. e. locus caſtrorum, vbi tendebant duces, tribuni cet. vbi ius dictum, ſigna adſeruata, altaria culta. v. Lipſ. milit. Romanor. 5, 4. add. Bernegg. ad Iuſtin. 11, 6. 6. et Gronou. Obſſ. 4, 10. vbi plura de hoc voc. [Gebh. ad h. l. Diod. Sic. 18, 60 et 61. ibique Weſſel.]

*ſtatuit tabernaculum*] Finxit ſcilicet, ſomnium ea de re ſibi obtigiſſe. Vide, praeter Plutarchum, Polyaenum in Eumene ſect. 2. Diodorum 18. p. 660.

*eoque omnes qu. conuen.*] Nam dedignabantur ad eum, tanquam inferiorem, accedere; et ipſe Eumenes erubeſcebat ante

tidie conuenire, vt ibi de ſummis rebus conſilia caperentur; credens minore ſe inuidia fore, ſi ſpecie imperii nominisque ſimulatione Alexandri
3 bellum videretur adminiſtrare. Quod et fecit. [10] Nam quum non ad Eumenis principia, ſed ad regia conueniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodammodo latebat: quum tamen per eum vnum gererentur omnia.

1 VIII. Hic in Paraetacis [1] cum Antigono con-

10. [quod effecit *coniecit pluribusque bene explicuit Heuſing. probauitque Tzſchuck. et in textum recepit Schmied. h. e. finem adſequutus eſt, vt Macedones principes eius mandatis, tamquam ab Alexandro datis, parerent. Sed Stau. grauiter increpans Heuſingerum,* τὸ fecit *h. l. more Corneliano idem eſſe contendit ac* effecit. *add. Harl.*]

1. hic in Paraet. *Sic MS. Gif. Dan. Ed. Vltrai. Lamb.* [*Bos. et rell. recentt.*] *Sed* hic impar *MS. Ernſt.* hic in Paretaſtis *MS. Leid.* 2. hic impar aetatis *MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Sau. Put. Mendos. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.*

ipſorum fores conſpici. Plutarchus.

3 *De rebus*] Lambinus coniicit leg. *de ſummis rebus*, vt verſu praeced. non opus.

1 *In Paraetacis*] Ernſtius in ſuo Cod. fuiſſe ait, *impar:* ac, vt videtur, probat. Reliqui plerique tam ſcripti, quam olim excuſi, *impar aetatis.* Verum *in Paraetacis* diſerte fuit in codice Gif. et ed. Vltrai. idque poſt Gifanium Ind. Lucret. v. *Sola Loca,* Lambinus, ſed tamquam a ſe excogitatum, et Savaro, pariter vt Lambinianum, amplectitur. ſequiturque et Schottus ad h. l. (quamquam in obſeruat. lib. 3, 2. *imparatus* legat, quod etiam Lambino in mentem venerat;) et quicunque poſt illos Nepotem edidere, aut hunc eius locum laudarunt. Erat autem *Paraetaca* vrbs et *Paraetacorum* ſiue *Paraetacena* regio in Media ſita, vt e Strabone 6 et 15. Plinio N. H. 6, 26. Arriano de reb. Alex. 4. Ptolemaeo 6, 4. et Stephano de vrbibus fuſe oſtendit Lambinus. Meminit *Paraetacenorum* et Herodotus 1, 101. Arrianus lib. 3. Παραιτάκας vocat. Iſidorus Characenus in σαθμοῖς Παρθικοῖς *Paractacenem* dici ait Sacaſtenem Sacarum Scytharum. Porro *e Paraetacis in Gabienem mouiſſe* Eumenem poſt hanc pugnam, ſcribit Diodorus 19, 34. [vbi v. Weſſel.] inque ea regione cum Antigono pugnatum, ſummaria Graeca eius libri diſerte indicant, quorum vnum ſic habet: παράταξις Ἀντιγόνε πρὸς Εὐμένην καὶ τὲς σατράπας ἐν Παραιτάκοις. Quare non eſt, quod de veritate huius lectionis dubitemus, praeſertim quum vulgatae ferri nequeant. Nam Eumenem Antigono *imparem aetate* non fuiſſe vel inde apparet, quod Eumenes, vt etiam

ſlixit, non acie inſtructa, ſed in itinere; eumque male acceptum in Mediam hiematum coëgit redire. Ipſe in finitima regione Perſidis hiematum copias diuiſit, non vt voluit, ſed vt militum cogebat voluntas.[2] Namque illa phalanx Alexan- 2
dri Magni,[3] quae Aſiam peragrarat,[4] deuiceratque Perſas, inueterata cum gloria tum etiam[5] licentia, non parere ſe ducibus,[6] ſed imperare poſtulabat; vt nunc veterani faciunt noſtri.[7] Ita-

*Long. Mag.* — 2. ſed vt mil. cog. vol. *Ita MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* ſed vt mil. cogebant vol. *MS. Voſſ.* 2. ſed mil. cog. vol. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Patau.* mil. id cog. vol. *Ed. Gebh. Keuch.* [ſed mil. it cog. vol. *Ed. Long. at τὸ* it *vitioſe editum eſſe videtur pro* vt: *atque* ſed mil. vt cog. vol. *Ed. Lamb.*] — 3. Al. magis *MS. Voſſ.* 2. — 4. peragrarat. *Sic MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. [*Ed. Long. Lamb. Bos. et rell. recentt.*] *Sed* peragrauerat *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Statim* deuigaretque *MS. Voſſ.* 2. [*add. Boſii not.*] — 5. tum glor. tum et *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Mag.* — 6. omnibus ducibus *MS. Voſſ.* 2. — 7. noſtri [*ſcil. Romani*]. *Sic MS. Mendos. Ed. Vltrai. Abeſt ab Ed.*

Schottus adnotat, tum annos fere XL habuit. Praeterea loquutio inſolens eſt. Sed nec *impar* copiis fuit, quum in exercitu eius XXXV peditum, equitum ſex millia et centum, ac Elephanti CXIV fuerint: in Antigoni vero XXVIII millia peditum, equitum VIII et quingenti, Elephanti LXV. Teſtis Diodorus 19, 34. [Conf. Schlegel. l. c. p. 86. ſq.]

*non acie inſtructa*] MS. Boecler. [Voſſ. 2.] *acie ſtructa*. quomodo Virgilius alicubi loquitur. [v. Stau. ad ed. 3.]

*male acceptum*] Amiſerat enim pedites 3700, equites 54; vulnerati erant plures quam 4000. Vide Diodorum.

*in finitima regione Perſ. hiem. cop. diuiſit*] Polyaenus lectioni Lamb. *dimiſit* fauet: Ἐν τῇ Περσίδι τὴν δύναμιν ἀφῆκε κατὰ κώμας χειμάζουσαν, in Eumene, ſect. 4. Regionem illam Diodorus et Plutarchus *Gabenen*, Polyaenus *Gabienen* vocat. Ptolemaeo ſunt *Gabena*. [*Gabienem* praefert Weſſel. ad Diodor. Sic. 19, 26. Lambini ſuſpicionem *in finitimam regionem*, nec non aliorum coniecturam *dimiſit*, quam etiam Lambin. non damnat, oppugnat et repellit Gebhard.]

*vt militum cog. vol.*] Alii: *militum cogebat* (vel *id cog.*) *vol.* Lambinus: *mil. vt cog. vol.*

2 *Illa phalanx Alexandri*] Vide Diodorum 19.

*deuiceratque Perſas*] MS. Boecler. *deuigarat.* Vnde Cl. Schefferus ſuſpicabatur, *et deuaſtarat.* Mox idem MS. *tum gloria tum et licentia.* bene.

*nunc veterani faciunt noſtri*] Τὸ *noſtri*, quod antea aberat, reſtituit e MS. ſuo et

que periculum eſt, ne faciant, quod illi fecerunt ſua intemperantia nimiaque licentia, vt omnia perdant, neque minus eos, cum quibus ſteterint,
3 quam aduerſus quos fecerint. Quod ſi quis illorum veteranorum legat facta; paria horum cognoſcat, neque rem vllam,[8] niſi tempus, intereſſe indicet. Sed ad illos reuertar. Hiberna ſumſerant[9] non ad vſum belli, ſed ad ipſorum
4 luxuriam, longeque inter ſe diſceſſerant.[10] Hoc Antigonus quum comperiſſet, intelligeretque, ſe parem non eſſe paratis aduerſariis: ſtatuit aliquid ſibi conſilii noui[11] eſſe capiendum. Duae erant viae, qua ex Medis, vbi ille hiemabat, ad ad-
5 verſariorum hibernacula[12] poſſet perueniri: quarum breuior per loca deſerta, quae nemo incolebat propter aquae inopiam, ceterum dierum erat[13] fere decem: illa autem, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum; ſed erat copioſa, omniumque rerum abun-

*Iens. Med. Arg. Par. Long. Lamb. Patau. Sed Heuſing.* [*et Bipont.*] *incluſerunt vncis;* [*at inuito Stau. ad ed.* 3.] — 8. nullam *MS. Voſſ.* 2. — 9. ſumſerat *Ed. Med. Arg.* ſumpſerat *Ed. Long. Mag.* — 10. diſcenſerant *MS. Voſſ.* 1. 2. diſſenſerant *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 11. noui conſilii *Ed. Lamb.* conſilii, *omiſſo* τῷ noui, *Ed. Ald.* — 12. ad hib. adu. *MS. Ernſt.* [*nexu quidem molliore; ſed exemplis ſimilem ſyllabarum geminationem Heuſing. et Stau. vindicant.*] — 13. erant *MS. Ax.*

ed. Vltrai. Schottus; adnotatque aetatem heic indicare ſcriptorem, Attici nimirum et Caeſaris.

*ſua intemperantia*] Lambinus mallet: *hoc eſt, ſua intemp.* non opus.

5 [*Omn. rer. abundans*] Heuſing. haec verba iudicabat, eſſe prioris *erat copioſa* interpretationem, fortaſſe a grammatico interſcriptam: ad primum quod adtinet, eiusmodi interpretationes amplificandae aut explicandae orationis cauſſa ſubiectas, eſſe admodum frequentes, conſtat; ſed a grammatico quodam illa verba h. l. eſſe addita, negandum erit. Contra τὸ *copioſa* opponitur τῷ *nemo incolebat*, quoniam *deſerta* (ab hominibus) et *ſola*, (quod idem eſt, v. Harl. not.) *loca* erant, et refertur ad copiam ac frequentiam hominum; τὸ autem *omnium rer. abundans* oppo-

dans. Hac ſi proficiſceretur,[14] intelligebat, prius 6
aduerſarios reſcituros de ſuo aduentu, quam ip-
ſe[15] tertiam partem confeciſſet itineris:[16] ſin per
loca ſóla contenderet, ſperabat, ſe imprudentem
hoſtem oppreſſurum. Ad hanc rem conficien- 7
dam, imperauit,[17] quam plurimos vtres[18] atque
etiam culleos comparari; poſt haec[19] pabulum;
praeterea cibaria cocta dierum decem,[20] vtque
quam minime fieret ignis in caſtris. Iter, quod

14. hac ſi proficiſceretur. *Ita etiam MS. Ax.* [*viniceque probat Heuſing.*] *Sed* hanc ſi proficiſcerentur *MS. Boecl.* hac ſi proficiſcerentur *MS. Voſſ. 2.* — 15. quam ille *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 16. itineris. *Sic MS. Voſſ. 1. 2. Leid. 2.* [*Ed. Ald. Par. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* itineris ſui *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Statim* quod ſi *pro* ſin *Ed. Long.* ſi *Ed. Mag.* — 17. imperat *Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.* — 18. vires *Ed. Iens. Med. Mox* culeos *Ed. Par. Ald. Long. Mag.* [*Heuſingero verba,* atque etiam culleos comparari, *ſuſpecta videbantur, quoniam ſatis eſſet* imperauit quam plur. vtres, *nec ſatis conſtet, quae culleorum et vtrium diſferentia fuerit. Enimuero quod* cullei *fuiſſe dicuntur vtribus capaciores; illa verba prudentiam Antigoni, ac maiorem eius curam et aquae abundantiam ad illius inopiam per loca deſerta ſubleuandam declarant.*] — 19. poſt hoc *MS. Voſſ. 2. Ax. Mox* praeterea *aberat a MS. Boecl.* — 20. dierum decem. *Ita MS. Boecl. Ed. Long.* [*Bos. 2. Heus. et plur. ſeqq.*] *Sed* decem dierum *MS. Voſſ. 2. Ed. Ald. Lamb. Bos. 1.* [*Ith.*] *Statim* vt *MS. Boecl. Voſſ. 1. 2. Leid. 2. Ax.* [*Ed. Brem. qui τὸ* que *poſt* vt *in longa nota damnat: at* ignis *intelligi debet de ignibus nocturnis, qui in caſtris fieri ſolebant. Hinc imperauit, vt quam minime fieret ignis in caſtris. add. Stau. in min. ed. et Tzſchuck.*]

nitur *τῷ propter aquae inopiam.*]

6 *Hac ſi proficiſceretur*] MS. Boecl. *hanc ſi proficiſcerentur.* quod probabat Cl. Schefferus. Mox alii, *itineris ſui. ſin per l. ſ.* Longolius: *itin. ſui. quod ſi per l. ſ.*

7 *Poſt haec pabulum etc.*] MS. Boecler. *poſt haec pabulum cibaria cocta dierum d. vt quam m. f. i. i. c.* Tò *praeterea* abſorpſit vox proxime ſequens terminatione ſimili. Numerum dierum etiam Colon. et aliae edd. poſtponunt.

*vtque quam minime fieret ignis in caſtris*] Polyaenus ait plane interdixiſſe, ne ignes accenderent: καίειν ὐκ ἐπιτρέπων.

habebat,[21] omnes celat. Sic paratus, qua conſtituerat, proficiſcitur.

1 IX. Dimidium fere ſpatium confecerat, quum ex fumo caſtrorum eius ſuſpicio adlata[1] eſt ad Eumenem, hoſtem adpropinquare. Conveniunt duces; quaeritur,[2] quid opus ſit facto. Intelligebant[3] omnes, tam celeriter copias ipſorum contrahi non poſſe, quam Antigonus adfu-
2 turus videbatur. Hic omnibus titubantibus, et de rebus ſummis deſperantibus, Eumenes ait, ſi celeritatem velint adhibere, et imperata facere, quod ante non fecerint, ſe rem expediturum. Nam, quod[4] diebus quinque hoſtis transiſſe[5] poſſet, ſe effecturum, vt non minus totidem dierum ſpatio retardaretur: quare circumirent, ſuas
3 quisque copias[6] contraheret. Ad Antigoni autem refrenandum[7] impetum, tale capit conſi-

21. *Pro* iter *erat* item *in MS. Voſſ.* 2. iterque *Ed. Par. Ald. Lamb.* [*Tum Tſchuck. ad ed.* 2. *coniicit* quod agebat; *quia* iter habere *inſolens ſit loquutio.*] *Mox* caelat *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.*

1. alata *MS. Voſſ.* 2. — 2. quaerere *MS. Ax. Voſſ.* 1. *ſed in hoc ſupra notatum erat* quaeritur. — 3. intellegebant *MS. Voſſ.* 1. [*de qua ſcriptura v. Arntzen. ad Victoris epitom. c.* 47. *num.* 5. et *Stau. ad noſtrum loc. in ed. mai.*] — 4. quot diebus *MS. Voſſ.* 1. — 5. transiſſe. *Ita etiam MS. Leid.* 2. *Sed* transire *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 6. ſuasque quisque *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Patau. Statim* contrah. cop. *MS. Voſſ.* 2. *Ax. propius certe ad rationem Nepotis.* [*Secus ſentit Tzſchuck.*] — 7.

1 *Ex fumo caſtrorum*] Cum noſtro facit Polyaenus: τὴν φλόγα ἰδόντες οἱ πολέμιοι, συνῆκαν. [Plutarch. in Eum. c. 15. p. 599. ed. Reisk. (vbi v. not.) tradit, montium incolas pyrarum miratos frequentiam (τὸ τῶν πυρῶν πλῆθος,) nuntios miſiſſe dromadibus vectos ad Peuceſtam.]

2 *Totidem dierum*] Plutarchus: *vt tribus diebus poſterius, quam exſpectentur, adſint.* Diodorus: *vt tribus aut quatuor diebus tardius adueniat.*

*ſuas quisque*] Longol. et alii: *ſuasque quisque.* Mox forſan Nepos ſcripſit *contraherent.*

lium. Certos [8] mittit homines ad infimos mon-
tes, qui obuii erant [9] itineri aduerſariorum: his-
que praecipit, [10] vt prima nocte, quam latiſſime
poſſint, ignes [11] faciant quam maximos, atque hos
ſecunda vigilia minuant, tertia perexiguos red-
dant: et adſimulata caſtrorum conſuetudine ſuſpi- 4
cionem iniiciant hoſtibus, his [12] locis eſſe caſtra,
ac de eorum aduentu praenuntiatum; [13] idemque
poſtera nocte faciant. Quibus imperatum erat, [14]
diligenter praeceptum curant. Antigonus, tene- 5

referendum *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med.* — 8. fidos certos *MS. Ax. e gloſſemate. Nam librarii gloſſis gloſſemata iunxere. v. ad Cic. orat. poſt red. ad Quirit.* 1. *extr. Mox* ad infirmos m. *Ed. Med.* — 9. eant *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patau.* — 10. praecipit *Ed. Lamb. Steph. Gebh.* [*Tzſch. Wetz. Brem. Schmied.*] *Bene: nam praecedit et ſequitur praeſens.* [*ideoque recepi pro,* praecepit, *quod eſt in aliis.*] — 11. ignis *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Mox* reddant, vt *Ed. Patau.* — 12. in his *Ed. Lamb.* — 13. pernuntiatum *MS. Leid.* 2. eſſe praenuntiat. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Lamb.* (*ſic meum quidem vtrumque exemplum. Fiſcher. tamen ex Lamb. ed. notat* praenunt. eſſe,) *Gebh. Boecl. Keuch. Heus.* [*Ith. Bipont. Wetz. Schmied.*] *Statim* idem *ſine* que *MS. Ax. dein* faciët *Ed. Arg.* Idemque — facient *Ed. Long.* — 14. erat. *Abeſt ab Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag.*

3 *Mittit* ] Edd. Gebh. Keuch. *omittit.* An debuit excudi *emittit?* quo verbo Noſter vſus hac ratione 17, 2. 1.

*obuii erant* ] Sic recte Lambinus. nam ad montes, non ad homines, pertinet. Vulgati *eant.* quod Gebhardus tuetur. *Nam ex hibernaculis ſuis*, inquit, *iuſſit quosdam procedere obviam aduentantibus Antigoni militibus.* Atqui hoc iſtis indicat Nepos: *certos mittit homines etc.* Neque ſcio, an ſatis Latine dicatur *obuium ire itinere alicuius.* Certe exemplum deſidero. Et cur non dixit potius *qui aduerſariis obuii eant?*

[*prima nocte*] h. e. quum nox incipit, et h. l. prima vigilia. Diod. Sic. 19, 38. κατὰ πρώτην φυλακήν.]

*tertia perexiguos reddant* ] Quaerunt hoc loco Magius ac Gebhardus, cur nullos quarta vigilia ignes Eumenes fieri iuſſerit. At ille quidem reſpondet, *poſt tertiam vigiliam non conſueuiſſe ignes accendi:* hic, ſolitos accendi, inde colligit, quod Epaminondas Sparta pulſus iuſſit ſuos ἑωθινῆς φυλακῆς πυρὰς καίειν ἐν τῇ παρεμβολῇ, vt eſt apud Diodorum 15. nam de quarta id capit. Nugae. Alia fuit Graecarum, alia Romanarum vigiliarum ratio. Nam apud Graecos, ſecus quam apud Ro-

bris obortis, ignes [15] conſpicatur; credit de ſuo
aduentu eſſe auditum, et aduerſarios illuc ſuas
6 contraxiſſe copias. Mutat conſilium, et, quoniam
imprudentes [16] adoriri non poſſet, flectit iter
ſuum, et illum anfractum longiorem copioſae
viae capit, ibique diem vnum opperitur, ad laſ-
ſitudinem ſedandam militum, ac reficienda iu-
menta, quo integriore exercitu decerneret.

1 X. Hic [1] Eumenes callidum imperatorem
vicit conſilio, [2] celeritatemque impediuit eius:
2 neque tamen multum profecit. Nam inuidia du-
cum, cum quibus erat, perſidiaque [militum] [3]
Macedonum veteranorum, quum ſuperior proe-
lio diſceſſiſſet, Antigono eſt deditus, quum exer-

— 15. ignis *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Med. Long.* igneis *Ed. Par. Lamb.* — 16. imprudentem *MS. Boecl. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* [imprudenteis *Ed. Lamb.*]

1. [Sic Eum. *coniiciebat Heuſing. neque tamen, quod Nepoti familiare eſt* hic, *n. aduerbium, textum mutare auſus eſt. Sed* ſic *in textum recepit et late defendit Brem.*] — 2. conſilio. *Aberat a MS. Mendos.* — 3. militum. *Aberat a MS. Mendos. Boecl. Leid.* 1. *Ax.* [*Ed. Heinr.*] *Erat in MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Vnci abſunt ab Ed.*

manos, nox in tres tantum vigilias ſiue partes diſtributa fuit: vt docet Delrius in notis et Comm. ad Senecae Troad. v. 437. agnouitque et Lipſius de Mil. Rom. 5, 9. et in analectis. ſequutusque eſt Farnabius in not. ad Senecae l. c. et Thyeſtis v. 798. vt mirer, doctiſſ. Schelium in notis ad Caſtra Polybii p. 197. eumdem Graecorum ac Romanorum fuiſſe morem, exiſtimaſſe.

5 *Ignes*] Ed. Colon. *ignis.* vt alibi ſolet Noſter.

*contraxiſſe*] Sic ſ. 1 et 2. loquutus. MS. Boecl. *traxiſſe.* Mox ſ. 6. idem MS. et ed. Longol. *quon. imprudentem ador.* quomodo loquutus c. 8, 6.

1 *Conſilio*] Aberat MS. Schotti. ſicuti mox ſ. 2. *militum* in eod. MS. et Codd. Boecler. ac Leid. Et poteſt abeſſe.

2 *Perſidiaque* [*militum*] *Macedonum*] Vide Polyaenum 4. c. 6, 15. in Antigono comm. 12. Diodorum 19. p. 694. [cap. 48. nr. 70. et 78. ibique Weſſeling. Plutarch. in Eum. cap. 16. ſq. ex quo etiam cognoſcimus, *Duces* inuidos praecipue fuiſſe Antigenem et Teutamum, Argyraſpidum praefectos.]

*cum ſuperior proelio diſceſſ.*] Paullo aliter Iuſtinus, Plutarchus, et qui prolixe proelium hoc deſcribit, Diodorus l. c. Cum noſtro tamen facit Polyaenus. Iis, quae ad h. l. adnota-

citus ei ter ante, ſeparatis temporibus, iuraſſet,
ſe eum defenſurum, nec vmquam [4] deſerturum.
Sed tanta fuit [5] nonnullorum virtutis obtrectatio,
vt fidem amittere mallent, [6] quam eum non pro-
dere. [7] Atque hunc Antigonus, quum ei fuiſſet 3
infeſtiſſimus, conſeruaſſet, ſi per ſuos eſſet lici-
tum, quod ab nullo ſe plus adiuuari poſſe intel-
ligebat [8] in his rebus, quas impendere iam ad-
parebat omnibus. Imminebant [9] enim Seleucus,
Lyſimachus, Ptolemaeus, opibus iam valentes,
cum quibus ei de ſummis rebus erat dimican-
dum. Sed non paſſi ſunt hi, [10] qui circa erant: 4
quod videbant, Eumene recepto, omnes prae il-
lo parui futuros. Ipſe autem Antigonus adeo



*Long. Lamb. Mag. Bos.* 1. *Steph. Gebh. Keuch. Stau.* 2. *Patau.* [*Harl. Ith. Wetz. Schmied.*] — 4. neque vnquam *MS. Ax.* — 5. fuit. *Aberat a MS. Ax. Voſſ.* 2. *Statim* non nullorum *Ed. Iens. Med. Arg. vbique.* — 6. nollent *MS. Leid.* 2. — 7. perdere *MS. Voſſ.* 1. 2. *Mendos. Boecl.* [*Ed. Bos. Wetz.*] *Sed* prodere, [*h. e. deſtituere, hoſtibus tradere, adeoque etiam* perdere, *v. Heuſing. et Stau.*] *Edd. noſtri omnes,* [*et recentt. quare repoſui* prodere.] — 8. intelleg. *MS. Voſſ.* 1. intelligat *Ed. Arg. Statim* in iis reb. *MS. Voſſ.* 1. — 9. imminebat *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mox* Ptolomaeus *MS. Leid.* 2. Ptholomaeus *MS. Voſſ.* 1. — 10. ii *MS. Voſſ.* 1. *Dein* omnis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Statim* pro illo *MS. Leid.* 2.

vit Ernſtius, adde Iuſtin. 14, 4. 13. et ibi not. Berneggeri. [Bernegg. orae exempli mei Lambin. ad *τὸ ter* adſcripſit: *quater* habet Iuſtin. 14, 4, 3.]

*non perdere*] Sic MSS. Sch. et Boecl. Idque etiam Schefferus longe praeſtantius indicabat, quam, quod in omnibus antea vulgatis legitur, *non prodere. Nam ex obtrectatione virtutis,* inquit, *non eſt tam proditio, quam ſtudium perdendi atque ſubuertendi quacunque denique ratione.* Et quid aliud eſt *prodere,* quam *fidem amittere?* Niſi dicas, *prodere* perdendi ſignificatu heic accipi. quod interdum fieri, docet poſt alios Gronouius ὁ πάνυ obſeru. 3, 20. [add. Stau. ad ed. mai.]

3 *Opibus iam valentes*] Nam Seleucus Babyloniam; Lyſimachus Thraciam et finitimas regiones; Ptolemaeus Aegyptum tenebat. v. Diodor. 18, 3. et 39.

[*de ſummis rebus*] v. Gron. ad Liu. 38, 50, 9. *Fiſch.*]

erat incenſus, vt, niſi magna ſpe maximarum rerum, leniri non poſſet.

1 XI. Itaque, quum eum in cuſtodiam dediſ-
ſet, et praefectus [1] cuſtodum quaeſiſſet, quemad-
modum ſeruari vellet? vt acerrimum, inquit, leo-
nem; [2] aut ferociſſimum elephantum. Nondum [3]
2 enim ſtatuerat, conſeruaret [4] eum, nec ne. Ve-
niebat autem ad Eumenem vtrumque genus ho-
minum, et qui propter odium fructum oculis ex
eius caſu capere vellent, et qui propter veterem
amicitiam colloqui conſolarique cuperent; multi
etiam, qui eius formam cognoſcere ſtudebant,
qualis eſſet, quem tamdiu, tamque valde [5] ti-
muiſſent, cuius in pernicie poſitam ſpem habuiſ-
3 ſent victoriae. At Eumenes, quum diutius in
vinculis eſſet, ait Onomarcho, [6] penes quem ſum-
ma imperii erat cuſtodiae, ſe mirari, quare iam
tertium diem ſic teneretur: non enim hoc con-
venire Antigoni prudentiae, vt ſic deuteretur [7]

1. dediſſet praefectus *Ed. Iens. Med.* [*tum* quemadm. eum ſeru. *ſuſpicabatur Schmied.*] — 2. leonem, inquit *MS. Voſſ.* 2. *Statim* aut vt ſer. *Ed. Patau.* — 3. nundum *MS. Leid.* 2. — 4. ſeru. *v. not.* *Sed* conſeruaret (*ſcil.* vtrum conſeru.) *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Lamb. Steph. Heus.* [*Harl. Brem. Tzſchuck. et ego, quia* conſeruare *melius a* ſeruare *diſtinguitur, id reddidi.* conſeruare eum *minus latine Ed. Par. Ald. Long. Mag.*] eum conſeruaret *Ed. Gebh. Keuch.* *Deinde* vtriusque gen. *MS. Voſſ.* 2. — 5. tamdiu valdeque *MS. Leid.* 2. — 6. Honomarco *MS. Leid.* 2. onomarco *MS. Voſſ.* 1. — 7. ſic deuter. *Ita MS. Ax. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Giſ. Put. Sau. Ed. Iens. Ald. Long. Gebh. Keuch.* [*Bos.* 2. *Heus. et rell. recentt. v. not. Bos.*] ſic ſe vteretur *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. [vt ſic vteretur *malit Ernſt.*]

1 *Seruaret eum*] Sic nouiſſime edidit Boeclerus; credo, fide MS. codicis. nam antea vulgati: *conſeruaret eum.* vel *eum conſeruaret.* [v. varr. lect.]

2 *Qui propter odium*] In MS. Boecl. [Voſſ. 2. Ax.] fuit, *qui per odium etc.*

*colloqui*] Lambinus coniicit *adloqui.* nulla neceſſitate.

*cuius in pernicie*] Vide not. ad 15, 9. 1 et 2.

3 *Sic deuteretur victo*] Fideuter repoſui ſcripturam, quae in omnibus MSS. et ante Lambinum editis reperta eſt. nam et

victo: quin aut [8] interſici, aut miſſum fieri iube-
ret. Hic quum ferocius Onomarcho loqui vide- 4
retur, quid? tu, inquit, animo ſi iſto eras, cur
non in proelio [9] cecidiſti [10] potius, quam in po-
teſtatem inimici venires? Huic Eumenes, vtinam 5
quidem iſtud eueniſſet! inquit: [11] ſed eo non ac-
cidit, quod numquam cum fortiore ſum congreſ-
ſus. Non enim cum quoquam arma contuli,
quin is [12] mihi ſuccubuerit. Non enim virtute
hoſtium, ſed amicorum perfidia decidi. Neque
id falſum. * Nam et [13] dignitate fuit honeſta, et

8. quando aut *MS. Ax.* cum aut *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Poſtea τὸ* inquit *aberat a MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. — 9. non praelio *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh.* — 10. cecidiſti. *Sic etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Sed* concidiſti *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* occidiſti *Ed. Keuch.* — 11. inquit *inculcauit Lamb. Sed abeſt* [ *a MS. Leid. Voſſ.* 1. 2. *et hanc ellipſin frequentem eſſe Phaedro aliisque auctoribus, docet Stau. ad ed. mai.*] *ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Vncis incluſerunt Heuſinger.* [*Bipont. Tzſchuck.*] — 12. his mihi *Ed. Iens. Med. Arg.* — 13. Nam et dign. —

codex Boecler. habet *denteretur.* quod ex altero corruptum eſſe, nemo non videt. Probant autem hanc lectionem Schottus, Sauaro, Schoppius Veriſimil. 4, 18. dictumque volunt, vt *denaſci, deamare, deſaeuire, delitigare etc.* Schefferus quoque ſine dubio ſic ſcribendum in textu, raritatemque vocis correctoribus fraudi fuiſſe cenſebat. Primus mutauit Lambinus, quod Latinum non eſſe putaret.

4 *Quam in poteſtatem inimici venires*] Lambinus mallet, *quam commiſiſti, vt in pot. in. ven.* ſed mox fatetur, alteram lectionem antiquitatem illam incorruptam et ſimplicem magis olere.

5 *Non enim virtute hoſtium*] Vir doctus ingratam cenſebat hanc vocum, *non enim,* repetitionem, et feſtinanti forte Nepoti excidiſſe. Atqui ſic et cap. 13. *τὸ tamen*, et c. 3, 5. 6. *τὸ itaque* repetitur. Et ſexcenta eiuscemodi apud Graecos Latinosque ſcriptores obſeruare licet.

*nam et dignitate*] Haec non ſatis bene cohaerent praecedentibus. quomodo enim ex eo, quod Eumenes *dignitate honeſta*, et *viribus ad laborem ferendum firmis*, et *figura* denique *venuſta fuit*, ſequitur, aut ſemper antea ſuperiorem fuiſſe proelio, aut poſtremo non virtute hoſtium, ſed amicorum perfidia decidiſſe? Quare adſentior Aug. Buchnero, quaedam hoc loco deeſſe putanti, eoque aſteriſcum adpoſui. Fuit, cur putarem haec ſubiicienda iis, quae cap. 12. de forma Eumenis dixit. Sed dubito, an et illis ſatis congruant.

*dignitate honeſta*] Dubitabat

viribus ad laborem ferendum firmis, [14] neque tam magno corpore, quam figura venuſta.

1 XII. De hoc Antigonus quum ſolus conſtituere non auderet, ad conſilium retulit. [1] Hic, quum plerique omnes primo perturbati [2] admi-

figura venuſta. *Aſteriſcus abeſt ab Edd. noſtris omnibus. Addiderunt eum Bos. Stau.* [*Harl. Bipont. Heinr. Schmied. cuius not. conſ.*] *Sed Heuſinger. verba* neque id falſum — venuſta *tamquam aliena nec ſatis latina vncis coercuit.* [*Brem. verba*: Nam et dignitate — venuſta, *ex duobus gloſſematibus orta, opinatus vncis ſecluſit. Tzſchuckio ad ed.* 1. *garruli ea eſſe librarii, et ad ed.* 2. *ea male adiecta varias ob rationes videntur, aut, ſi nihil excidit, melius locum ſortiri §.* 2. *poſt* victoriae. *Audaciorem et ampliſſime ornatam coniecturam Claudii Ciuilis, h. e. Withofii, in Nouis obſſ. miſcell. tom. I. pag.* 154. *ſqq. propoſitam, iam protulit Stau. ad ed. min. ſed conferes ibid. not. atque leniorem interpretationem Harl. et Kapp. quorum poſterior nihil mutandum, et τὸ* nam *h. l. non eſſe coniunctionem cauſſalem, ſed inſeruire transitioni cenſuit. Vonck in Specimine critico in varios auctores, Traiecti ad Rh.* 1744. 8. *p.* 79. dignitatem *notare, ſcribit, corporis ſtaturam et formae pulcritudinem, et locum ipſum hac transpoſitione:* nam et viribus ad laborem firmis, et dignitate fuit honeſta, neque tam [*aut cum Harl. ſi emendare velis,* neque tamen tam] magno corpore, *ſanari poſſe, acute ſuſpicatur. Sed Heinſii ſuſpicionem ad Vell. Paterc. II. c.* 29. dignitate oris *vel* formae fuit honeſta *iam reiecit Claud. Ciuilis l. c.*] — 14. ad labor. ferend. firmus *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* [*Atque* honeſtus *et* firmus *V. quidam D. et alius* dignitate fuit conſtanti, *teſte Wetzelio, maluerunt corrigere; ea tamen, quae ſequuntur, haud concinne reſpondere tunc videntur.*]

1. rettulit *Ed. Iens. Med. Arg.* [*De formula* ad conſilium retulit *v. not. ad* 19, 3. 4.] — 2. hic cum pl. o. pr.

olim vir ſummus, an, vt *forma* et *facies*, ſic et *dignitas*, *honeſta* dici queat: et quoniam in libris eſt *viribus firmus*, coniiciebat legendum, *et dignitate honeſtus, et vir. ad lab. ſer. firmus;* quomodo apud Terentium *honeſtus* pro pulcro ponitur. Sed deſeruit ipſe hanc coniecturam poſtea. neque ea opus. *Dignitas* enim hoc loco formam corporis eximiam notat, vt alibi. V. Ind. v. *dignitas*, et alia huc ſpectantia in v. *figura* et *venuſta*. [In voc. *figura* ſic explicatur: *figura venuſta* de congruo totius corporis habitu; opponitur hic magno corpori. Faciunt ad mentem loci illa Taciti Agric. 44, 2. *ſi habitum eius poſteri noſcere velint, decentior, quam ſublimior fuit.* De *venuſta figura* in eod. ind. longior eſt obſeruatio, quam vt h. l. commode repetatur.]

1 *Hic cum plerique o. pri-*

rarentur, non iam de eo ſumtum eſſe ſupplicium,
a quo tot annos adeo eſſent male habiti, vt ſae-
pe ad deſperationem forent adducti, quique ma-
ximos duces interfeciſſet; denique in quo vno eſ- 2
ſet tantum, vt, quoad ille viueret, ipſi ſecuri
eſſe non poſſent; interfecto, nihil habituri nego-
tii eſſent: poſtremo, ſi illi redderet ſalutem,
quaerebant, quibus amicis eſſet vſurus? ſeſe enim
cum Eumene apud eum non futuros. Hic, [3] co- 3
gnita conſilii voluntate, tamen vſque ad ſepti-
mum diem deliberandi ſibi ſpatium reliquit.
Tum autem, quum iam vereretur, [4] ne qua ſe-
ditio exercitus oriretur, vetuit ad eum quem-
quam [5] admitti, et quotidianum victum amoue-

pert. *Sic MS. Voſſ.* 2. [*Ed. Lamb. Bos. Stau. (qui ad ed.* 1. *tuetur hanc lect. ad ed. autem* 3. *dubitat, an ita ſcripſerit auctor,) Heus. (qui tamen in not. ſauet lectioni* hic quum primo perturbati adm. *et fidem Stauer. facit dubiam in adnotata Voſſ. cod. lectione; ſed Stau. ad ed.* 3. *ſe bene defendit; at ipſe dubitat, an integra iſta Nepotis narratio non ſit mutilata; nam ſuſpecta illi ſunt* primo, denique, poſtremo. *Sed occurrunt illi dubitationi Tzſchuck. Harl. atque Brem.) Ith. Brem. (niſi vt per errorem typothetae editum ſit* hi quum pler. omn.*) Wetz. Schmied.*] *Sed* hic cum omnes vel pr. pert. *Ed. Ald. Long. Mag. Patau.* hic cum omnes pr. perturb. *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* [*Sed* plerique omnes *ſunt non omnes, maxima pars. Eſt atticum loquendi genus,* πλείονες πάντες: *atque Bos. in ind. laudat A. Gellii noct. attic.* 8, 12. *Priſcian. lib.* 18. *Donat. ad Ter. Andr.* 1. 1, 28. *et Seru. ad Aen.* 1. *add. not.*] — 3. [hac cognita *ſuſpicatur Heuſing. ſed praeter neceſſitatem.*] — 4. quum iam ver. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ax.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* iam *abeſt ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* — 5. quenquam ad eum *MS. Leid.* 2.

*mo pert. adm.*] MS. Boecler. [Ax.] *Hoc cum primo perturbati adm.* Ed. Col. *Hic cum omnes vel primo p. a.* [Atqui conſeruatum cupiebant Nearchus Cretenſis et Demetrius, ipſius Antigoni filius. v. plura apud Plutarch. in Eum. c. 18.]

2 *Quibus amicis*] MS. Boecl. [Voſſ. 2.] *quibus amicitia.* An legendum *quibus amicis iam eſſet vſurus?*

3 *Deliberandi*] MS. Boecl. [Ax.] *deliberando.* Mox qu. edd. *cum vereretur,* omiſſo *iam.* Paullo poſt MS. Boecl. *victum remoueri.*

ri[6] iuſſit. Nam negabat, ſe ei vim adlaturum, qui
4 aliquando fuiſſet amicus. Hic tamen non amplius, quam triduum, fame fatigatus, quum caſtra mouerentur, inſciente Antigono, iugulatus eſt a cuſtodibus.

1 XIII. Sic Eumenes annorum quinque et

6. remoueri *MS. Boecl. Voſſ. 2. Ax.* moueri *MS. Leid. 2.*

4 *Hic tamen*] MS. Boecler. [Ax.] *tamen* aberat. [conf. Iuſtin. 14, 4. Plut. in Eum. c. 19.]

1 *Ab anno viceſimo*] Vir doctus annum non vitae ac aetatis, ſed officii apud Reges Philippum atque Alexandrum, indicari ait. Rationes adducit has. Primo, quod dicit, *vt ſupra oſtendimus.* Id feciſſe κατὰ τὴν διάνοιαν cap. 1, 6. Deinde, quod ſequitur, *ſeptem annos Phil. appar. et tredecim apud Alex. etc.* Denique, quod, quum accederet ad amicitiam Philippi, annos non ad amplius XV, aut maxime XVII, natus fuerit. Nollem iſta bono illi viro excidiſſe. Sunt enim, vt molliſſime dicam, plane ἀπροσδιόνυσα, partim et falſa. Quomodo enim Eumenes *ab anno* officii XX ſeptem annos Philippo adparere potuit? Initium enim et terminum a quo, (vt ſcholae loqui amant,) miniſterii, verbis illis indicari, nemo non videt. Atqui *viceſimus* officii *annus*, vltimus erat Alexandri. *A quo*, (h. e. inde vsque, ab eo tempore,) Philippo adparuiſſe Eumenem, vt dicamus, conſuetudo Latini ſermonis haud permittit. quis enim ſic loquitur? Si id voluiſſet Nepos, dixiſſet *ad annum vsque viceſimum*, vel *per annos XX.* Atqui ſupra id docuit, inquit; immo docuiſſe ſe ait? Nego vtrumque. Nam illa, *vt ſupra oſtendimus*, genuina non eſſe, mox docebimus. Neque idem eſt *locum amicitiae apud Philippum annos VII, apud Alexandrum XIII, tenuiſſe*, ac *ab anno viceſimo adparuiſſe Philippo annos VII, XIII Alexandro.* Aliud enim eſt, *annos XX*, aliud *ab anno viceſimo* regibus inſeruiiſſe. Quare neque ſupra c. 1, 6. nec in iis, quae heic ſubiiciuntur, docetur, quod vir doctus voluit, *hunc annum viceſimum de officio intelligendum eſſe.* nam vtrobique non initium miniſterii, ſed anni illius, indicantur. Eumenem vero, quum ad amicitiam Philippi acceſſit, maiorem annis XVII, immo XIX annos natum eſſe potuiſſe, iam ſupra ad c. 1, 4. docui, idque ita eſſe, ſic oſtendo. Secundum Vſſerium, (qui accuratiſſime omnium res Alexandri M. et ſucceſſorum eius digeſſit,) Eumenes obiit ſub initium anni Periodi Iulianae 4399. ſiue hieme anni I. Olympiadis CXVI: Alexander anno P. I. 4391. ſiue I. Olympiadis CXIV. menſe Daeſio, h. e. ſecundum Vſſerium, Maio Iuliano. Superuixerit igitur Alexandro annos VII cum menſibus circiter IX. Alexander autem regnauit annos XII, et, ſi Arrianum ſequimur, menſes VIII, ſi alios, qui eodem, quo Caligula die, h. e. XXIV Ianuarii, Philippum caeſum volunt, ſolum IV. Qua-

quadraginta, quum ab anno viceſimo, [vti ſupra oſtendimus,] [1] ſeptem annos Philippo adparuiſ-

1. vti — oſtendimus. *Abſunt vnci ab Ed. Arg. (in qua eſt* oſtendimus,) *Long. Lamb. Steph. Gebh. Bos.* 1. *Heus. (in quibus eſt* vt, *etiam in Mag. Keuch.)* [*Ith. Wetz. Tzſch.* 1. 2. *Schmied.*] vt ſupra *Ed. Iens. Med. Par. Ald.* [*Stau. in ed.* 3. *verba* quum ab anno — — partim interfeciſſet *vn-*

re *e tredecim annis*, quibus Eumenem Alexandro adparuiſſe ait Nepos, poſtremus ſolum de IV, aut VIII menſibus accipi debet. Pari modo dici poteſt, vltimum eorum ſeptem, quibus Philippo adparuit, tantummodo inchoatum, aut certe nondum completum fuiſſe. Contra ea, quod annorum XLV fuiſſe, quum interficeretur, dicitur; id licet accipere de completis; ita vt tum ſextum et XL. egerit, eiusque iam aliquot menſes effluxerint. Notum enim eſt, ſaepe non ſolere in computandis vitae annis menſes, etiamſi plures, adtendi. Potuit igitur annos XLV cum menſibus VI, aut etiam pluribus, exegiſſe. Ab his ſi ſubtrahas annos integros imperii militaris poſt Alexandrum VII, Alexandri XII, Philippi VI: et pro III nondum completis ſesquiannum, (quod licere, e ſuperioribus adparet,) remanebunt anni aetatis completi XIX, ac fortaſſis et vnus alterue menſis praeterea: incidetque adeo initium miniſterii Eumenis in annum vitae XX inchoatum ſiue currentem. Adponam calculum, vt res eo manifeſtior ſit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Eumenes ſuperuixit Alexandro | an. | 7 | menſ. | 8 |
| adparuit Alexandro | | 12 | | 4 vel 8 |
| Philippo | | 6 | | 6 vel 2 |
| ante miniſterium vixit | | 19 | | - - |
| Vixerit igitur vniuerſe | | 45 | | 6 |

Sic igitur plana omnia, nec opus erit de anno XX. officii Nepotem interpretari. Quod ſi maxime largiar, non exceſſiſſe Eumenem annos XLV, et Philippo adparuiſſe annos VII integros, aut maiori ſui parte elapſos; tamen ne ſic quidem neceſſe erit ad annos miniſterii haec verba trahere. nam potuit Nepos, aliorum ſcriptorum exemplo, numero rotundo vſus, *annum viceſimum* dicere, qui reuera XIX. vel XVIII. erat.

*vti ſupra oſtendimus*] Quidam libri ſolum, *vt ſupra*, c. 1, 6. omiſſo verbo. praeterea nusquam in ſuperioribus de anno viceſimo aetatis (hunc enim intelligendum eſſe, iam docuimus) loquutus eſt. Itaque Lambinus, coniecturam Cl. Puteani ſequutus, legebat *et ſupra*, hoc ſenſu: Eumenem ab anno XX. vel XXI. in amicitiam regum venire coepiſſe. Ego hoc omne ab aliquo in margine ad illa *ſeptem annos Philippo etc.* adſcriptum, poſtea in textum irrepſiſſe arbitror. quare vncis incluſi. [Sed iure disſentiunt Heuſing. Harl. et Tzſchuck. Atque Cornelium annos nonnumquam computare per interualla, monet Schlegel. l. c. pag. 102. De anno, quo mortuus eſt Alexander, v. Corſini Faſtos attic. tom. IV. p. 50. ſq.]

*adparuiſſet*] MS. Boecl. et qu. editi *paruiſſet*. quod recte

ſet,[2] et tredecim apud Alexandrum, eumdem locum obtinuiſſet, in his vnum [3] equitum alae prae-

*cis incluſit.*] — 2. paruiſſet *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Arg. Long. Statim* tredecim *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. et tresdecim *MS. Voſſ.* 1. *tum* optin. *Ed. Iens. Med.* — 3. vnum *MS. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 2. [*idque poſt Boſium pro vulgari lectione* vni, *probauit Heus. in not. quia Eumenes nouiſſimo tempore praefuit equitatui, atque vnum tantum, vt videtur, annum: atque in textum id receperunt Ith. Brem. Tzſchuck. in ed. 2. atque Heinr. quos ſum ſequutus.*] *Add. Reines. ep.* 79. *ad Bos. p.* 304.

Magius corruptum putat. Nempe cum ignoraret imperitus librarius hanc vocis acceptionem, *parendi* verbum, quod miniſterio Eumenis congruentius putabat, ſuppoſuit. *Parere* quidem interdum idem eſſe quod *adparere*, dudum eruditi monuerunt. Videſis doctiſſ. viri Chriſtiani Daumii, amici noſtri, notas ad diſticha Catonis nomen praeferentia lib. 2, 8. Sed dubito, an miniſtrandi ſignificatu vllibi reperiatur.

*in his vni equitum alae praeſ.*] Perelegans et ingenioſa eſt correctio erudītiſſ. Freinshemii in not. ad Curtii 7, 1. 4. *in his VIII* (ſc. annos) legentis; quam et Boeclerus probat. [et V. D. in marg. ad ex. meum Lamb.] *Annos enim,* inquit, *putat, et nihil facilius fieri potuit, quam vt nota numeri transiret in vocem.* Sed, quod pace ſummorum virorum dixerim, dubito an tot annos patiantur illa extremo cap. 1. *Nouiſſimo tempore etiam alteri equitum alae praefuit.* nam cum cetera eodem vtrobique modo narrentur, et hoc in loco veluti recapitulentur, quae cap. 1. dicta fuerant; nec aut ibi *prioris,* aut heic *alterius* alae ac praefecturae fiat mentio; non dubito vtroque loco eandem alam, idemque munus deſignari. Quare et tempus illud, quod h. l. indicatur, cap. 1. *nouiſſimum tempus* vocari ſequitur. Sic vero dici poſſe tot annos, ſiue maiorem partem annorum, qui recenſentur, vix crediderim. Adde, quod Alexandro regnante, vsque ad obitum ſuum Hephaeſtio alae hetaericae chiliarchus fuit. Teſtis Arrianus 6 et 7. et in Indicis. Is vero demum proximo ante Alexandrum anno obiit. Videturque Eumenes ei ſucceſſiſſe, non tamen pari cum dignitate. nam, vt eſt apud eundem Arrianum, Alexander neminem chiliarchum in Hephaeſtionis locum τῇ ἵππῳ τῇ ἑταιρικῇ praefecit, ne Hephaeſtionis nomen ex agmine interiret: ſed Hephaeſtionis chiliarchiam vocari voluit etc. Certe Eumenem inter ductores equitum, Alexandro mortuo, etiam Arrianus in Excerptis Photianis ſub initium recenſet. Vtcunque fuerit, octo annos ei alae praefuiſſe, vix crediderim. Sed nec vulgata lectio placet, quippe neſcio quomodo inconuenientius paullo videtur, dicere, *in his* (tredecim) *annis* vni alae praefuiſſe, qui ſolum *nouiſſimo tempore* praefuit. Addidiſſet Nepos, quot annis praefuerit, aut ſaltem dixiſſet, *aliquamdiu* praefuiſſe. Reineſius editam lectionem tuebatur ob ῥῆσιν cap. 1, 6. Cum enim Nepos alam, cui praefuiſ-

fuiſſet, poſt autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxiſſet, ſummosque duces partim repuliſſet, partim interfeciſſet, captus non Antigoni virtute, ſed Macedonum periurio, talem habuit exitum vitae. In quo[4] quanta fuerit 2
omnium opinio eorum, qui poſt Alexandrum Magnum reges ſunt adpellati,[5] ex hoc facillime[6] poteſt iudicari, quod nemo Eumene viuo rex adpellatus eſt, ſed praefectus; iidem poſt huius oc- 3

4. in quo [*h. e. quod ad hunc adtinet. v. Heus.*] *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Ed. Long. Bos. cuius not. adi, Stau. et rell. recc.*] *Sed* de quo *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 5. [ſunt appell. *omnes edd. etiam Bos.* 2. *praeter Stauer. et Harl. in quibus, neſcio quare? omiſſum eſt τὸ* ſunt.] — 6. facile *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.*

ſet Eumenes *nouiſſimo tempore* commilitii Alexandri, *alteram* appellet; manifeſte, inquit, inſinuat, iam ante iſtam, annis prioribus, rexiſſe alam, eoque hanc alam aliam eſſe ab illa. Adde quae diximus ad eum locum. Sed oſtendimus ibidem, *alterae* idem eſſe ac alterutri. Libens itaque amplector ſcripturam MS. codicis bibliothecae Leidenſis: *in his vnum eq. alae praeſ. Vnum*, ſc. annum. Quae vox compendio exarata, ab exſcriptoribus facile aliter inflecti, h. e. I ſiue nota vnitatis in *vni*, propter continens *alae*, mutari potuit. MS. Boecl. aberat vox *equitum.*

*Macedonum periurio*] Plutarcho nomen *Sibyrtius* reſtituit etiam Bongarſius ad Iuſtin. 13, 4. 22. Arriano, apud quem et lib. 5. incorruptum exſtabat, Nic. Blancardus.

2 *In quo quanta fu.*] Sic habent edd. ante Lambinum vulgatae. Etiam MS. Boecler. *i. quo quanto fu.* Sed Lambinus correxit: *De quo.* quem ſequuti ſunt reliqui. Ego veterem lectionem loco mouere nolui. Sic fere et c. 12, 2. loquutus: *in quo vno eſſet tantum.* Statim MS. Boecl. [et Ax.] *omnium hominum opinio eorum.* Sed τὸ *hominum* e varia lectione in textum irrepſit. Norunt, qui ſcriptos codices tractarunt, duas illas voces crebro inuicem permutari.

*quod nemo Eumene viuo rex appell.*] Ridiculum eſt idcirco id factum dicere, *quia ipſe Eumenes rex erat.* Numquam enim fuit. Suidas ita vocat, fateor: ſed eum confudiſſe hunc noſtrum cum Attali filio, rege Pergami, iam ad c. 1, 2. monuimus. Ceterum hunc locum expreſſit Ampelius, vbi de Eumene: *adeo terribilis, vt viuente eo nemo auſus ſit rex adpellari.* [Iuſtin. tamen libr. 15, 2, 14. ait, hoc eos non Eumenis, ſed potius verecundiae cauſſa feciſſe, quoad Alexandro iuſtus heres fuerit.]

3 *Iidem poſt h. o.*] MS. Leid. *Sed poſt h. o.* Mox MS. Boecl. et qu. edd. *praeſtare vol.* omiſſo *id.* In eod. MS. in

caſum,[7] ſtatim regium ornatum nomenque ſumſerunt: neque, quod initio praedicarunt,[8] ſe Alexandri liberis regnum ſeruare, id praeſtare[9] voluerunt; et, vno propugnatore ſublato, quid ſentirent, aperuerunt.[10] Huius ſceleris[11] principes fuerunt Antigonus,[12] Ptolemaeus, Seleucus, Lyſimachus, Caſſander.[13]
4 Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis eius ſepeliendum tradidit. Hi militari honeſto[14] funere, comitante toto exercitu, humauerunt: oſſaque eius in

7. ſed poſt h. o. *MS. Leid.* 1. eidem p. h. o. *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* idem p. h. o. *Ed. Ald. Mox* regnum orn. *Ed. Iens. Med.* — 8. praedicarant *Ed. Lamb.* [*probatque Wetzel. in not.*] — 9. id praeſtare [*ſuauius, ad ingratum ſonum,* ſeruare, praeſtare, *euitandum, in Ed. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* id *abeſt a MS. Boecl. Ax. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 10. aperuerunt *MS. Voſſ.* 1. 2. — 11. caeleris *Ed. Arg. Statim* participes *MS. Mendos. Voſſ.* 1. *ſed in marg.* al. principes. — 12. Antigonus. *Aberat a MS. Boecl. Axen.* — 13. Caſſandrus *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* Caſander *Ed. Iens. Med. Arg. vbique.* — 14. Hi militari hon. *Sic etiam MS. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos. Heus. Stau. Harl. Ith.*

*principibus ſceleris* deeſt nomen *Antigoni.* Pro *principes* MS. Schotti *participes.* eius iudicio non male. Sed plures participes ſceleris huius fuiſſe, adparet e ſuperioribus.

[*Statim*] non *ſtatim,* ſed aliquot annis poſt, Alexandri matre, et duobus filiis a Caſſandro interſectis, id factum eſt. v. Schlegel. l. c. p. 102. ſq. — *reg. ornatum,* h. e. diadema, purpureum pallium.]

*Ptolemaeus, Seleucus, Lyſimachus*] V. ſupra 8, 10. 3.

4 *Propinquis*] Plutarchus, c. 19. τὸ δὲ σῶμα τοῖς φίλοις παραδοὺς, ἐπέτρεψε καῦσαι. E quibus verbis Lambinus mallet legi, *amicis eius ſep. trad.* invitis libris, et nulla neceſſitate.

*hi militari hon. ſun.*] Lambinus et alii: *qui eum militari honeſtoque ſun.* Ed. Colon. *hi militari honeſtoque ſun.* Vt nos, edidit Boeclerus, fide, vt arbitror, ſui codicis.

*humauerunt*] Quoniam Diodorus 19, 44. ac Plutarchus l. c. corpus Eumenis crematum fuiſſe ſcribunt, idcirco Lambinus legi vult *cremauerunt.* quod etiam Magius olim in mentem ſibi veniſſe ait, auctoritate Plutarchi inducto, et quod abſurdum ei videretur, humato Eumene, oſſa fuiſſe in Cappadociam remiſſa. Sed is tamen reiicit hanc coniecturam, quod animaduerterat, Nepotem verbo *humare* improprie pro *ſepelire* vſum. *Sepultos* autem dici quoque modo conditos, etiam crematos, poſtquam cineres collecti eſſent, e Plinio N. H. 7, 54. Gellio 10, 8. auctore de viris illuſtr. cap. 45. et Valerio Max. 5, 1 ext. 6. oſtendit,

Cappadociam ad matrem atque vxorem liberosque eius deportanda curarunt.

*Heinr. Schmied. Pauſt. atque Heuſing. ac Stau. docuerunt, ſaepius duo adiectiua vni ſubſtantiuo ſine copula adponi.*] *Sed* ei milit. honeſtoque *Ed. Iens. Med.* qui eum milit. honeſtoque *Ed. Ald. Lamb. Patau.* [ *Wetz.* ] hi milit. honeſtoque *Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* [ *Tzſchuck. Brem.*]

idemque nuper nube exemplorum euicit Gisb. Cuperus, Obſeruationum lib. 3. cap. 7. Nulla igitur mutatione opus. [ Bene Heinrich. et Tzſchuck. copioſius ad ed. 2. ita explicant locum: Propinqui corpus ſepelierunt, i. e. cremarunt; hi cineres ex more collectos humauerunt, i. e. humo obruerunt, terra condiderunt; oſſa ad matrem, vxorem, (n. *Barſinen,* ap. Plut. in Eum. c. 1. vbi v. Moſen Duſoul, ) liberosque deportanda curarunt. Aliter narrat Arrian. exped. Alex. VII, 4. p. 484. ed. Raphel.]

*in Cappadociam*] MS. Boecl. *in Cappadocia.* corrupte.

*ad matrem atque vxorem etc.* ] De more ad propinquos mittendi occiſorum cadauera, Kirchmannum adi appendice de funer. Rom. cap. 4.

# XIX. PHOCION[1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Virtutibus ſuis clarior, quam re militari. II. Senex in odium ciuium peruenit. Eius culpa Nicanor Piraeeo potitur. III. Exſilio mulctatur. Cauſſam apud Macedones dicere cogitur, et Athenas deducitur. IV. Athenis damnatus, ad ſupplicium traditur.*]

1 PHOCION ATHENIENSIS, etſi ſaepe exercitibus praefuit, ſummosque magiſtratus cepit; tamen multo eius notior integritas eſt vitae,[2] quam

1. Phocionis vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.* — 2. integritas eſt vitae. *Sic Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. (qui antea habet* mag. coepit,) *Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Bos.* 1. 2. *Heus. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Pauſl.* *Sed* eſt *aberat a MS. Voſſ.* 1. 2. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Stau.* 1. 2. 3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2.]

1 *Phocion*] Lambino ſemper *Phocio* ſcribitur: ſed melius aliis *Phocion*, vt *Cimon*, *Conon*, *Timoleon*. Phoci filium, τὸν Φώκȣ, vocant Aelianus Var. 2, 26. et Suidas. Cochlearii filium, idem Aelianus 12, 43. [Phocionis vitam latius perſequitur Plutarch. vit. parall. vol. IV. opp. ed. Reisk. p. 295—360. ſiue tom. V. ed. Hutten. p. 1—43. et comparat eum cum Catone minore. Phocion fuit quidem filius Phoci, ſed hunc fuiſſe cochlearium, negat Plutarch. c. 4. contra Idomeneum, quod Glaucippus, Hyperidis filius, qui omnia contra eum collegit conuicia, id haud praetermiſiſſet, neque mores adeo liberales et honeſtos, vel inſtitutionem, quum Platonis et poſt Xenocratis eſſet auditor, ſortitus fuiſſet; contra auguratur, Phocionem loci fuiſſe non omnino obſcuri et abiecti. add. Perizon. ad Ael. H. V. 12, 43. p. 796. ed. Abr. Gronou. et Weſſeling. ad Diod. Sic. 18, 64.]

*etſi ſaepe*] Niſi tamen mendum [MS. Boecl. *pſaepe*] eſt, inde natum, quod librarius, cum ob feſtinationem priore ſyllaba vocis *ſaepe* omiſſa, poſteriorem exarare coepiſſet, *p* litteram non deleuit.

*integritas vitae*] Qua *inſtructiſſimum* fuiſſe, ſcribit Valerius Max. 5, 3. ext. 3. [Ea, quae cap. 2. de Phocione narrantur, laudem vitae integritatis videntur valde imminuere. Quare Heuſing. ad conciliandas has, quae ſibi contrariae eſſe videntur, narrationes et ad Phocionis laudem non minus quam

rei militaris labor. Itaque huius memoria eſt
nulla, illius autem magna fama: ex quo cogno-
mine Bonus eſt adpellatus. Fuit enim perpetuo 2
pauper, quum diuitiſſimus [3] eſſe poſſet propter
frequentes delatos honores, poteſtatesque ſum-
mas, quae ei a populo dabantur. [4] Hic quum 3
a Rege Philippo munera magnae pecuniae repu-

3. diuitiſſimus. *Sic MS. Giſ. Voſſ.* 1. [*Ed. Lamb. Bos. Heuſing. et plurr. recentt. add. Bos. not.*] *Sed* diutiſſimus *MS. Ax.* ditiſſimus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. Patau.* [*Wetz.*] *vt apud Cicer. Lael.* 16. ditior *pro* diuitior. [*v. ſupra ad VII,* 3, 1.] — 4. dabantur. *Sic etiam MS. Mendos. Sau. Giſ. Put. Ed. Iens. Ald. Long.* [*Bos. (v. not.) et ſeqq.*]

quodammodo Nepotis fidem vindicandam, poſt Lambinum, cui ea, quae de Phocionis perfidia adferuntur, a Timaeo et Theopompo, ſcriptoribus maledicentiſſimis, ſumta videntur, multa congeſſit ac disputauit: inter alia *integritatem vitae* h. l. interpretatur abstinentiam a muneribus, et conſtantem ac perpetuam recte agendi voluntatem, quae nec pretio nec gratia ab honeſto abducatur. Inprimis hoc valet, quod Phocion, ſenio confectus, adeoque vt corpore, ita animo infirmior, et quod homines ea aetate tardiores, timidiores et creduli fieri, faciliusque flecti ſolent, praeſertim adparente atque imminente periculo, a priſtina mentis firmitate conſtantiaque deſciſcere potuit. v. Harleſii not. Add. Heynii Opuſc. acad. vol. III. p. 348. not. et p. 356. egregie defenditur Phocion.]

*Bonus eſt adpellatus*] Miratur Plutarchus, c. 10. quo pacto vir tam aſpera triſtique natura cognomen χρηστοῦ, (ſic enim Graece vocatus ſuit,) conſequutus ſit. Sed reſpondet mox ipſe ſibi. Adi Buchnerum in acceſſ. ad Theſ. Fabri v. *Bonus.* [Conf. Valer. Max. III, 8. ext. 2. Ael. V. H. 12, 49.]

2 *Diuitiſſimus*] Sic e ſuo Cod. legit Giſanius Ind. Lucr. v. *diuitior;* ſequutusque, vt videtur, Lambinus eſt. quomodo Cicero 1. de diuin. 30. *diuitiſſimum fore praedictum eſt.* Et 2 offic. 17. *Mamerco homini diuitiſſimo.* vti quidem eum locum e vet. cod. emendauit Car. Langius. Vſus et Sidonius 4. epiſt. 3. Sic *diuitior* apud eundem, itemque Plautum, Lucretium, Terentium, Calpurnium, Martialem, Tacitum, occurrit. vt iam obſeruatum Voſſio de analogia 2, 25. Bangio p. 191. et Pareo in Lexico Critico.

*dabantur*] Sic MSS. et editi veteres. itaque loquutus eſt ſupra 16, 1. 3. *Mandabantur,* quod in aliis legitur, Lambini audaciae debetur.

3 *A rege Philippo*] Ab Alexandro C talenta argenti ad ſe miſſa accipere noluiſſe Phocionem, tradunt Plutarchus in vita c. 18. et in apophthegm. Imperatorum, Aelianus 11, 9. ſed quae de liberis heic adduntur, non memorant. Quare quae heic narrantur, fortaſſe diuerſa ſunt ab illis. Philippus autem ſor-

diaret, legatique hortarentur accipere, ſimulque[5] admonerent, ſi ipſe his facile careret,[6] liberis tamen ſuis proſpiceret, quibus difficile eſſet in ſumma paupertate tantam paternam tueri glo-
4 riam: his ille:[7] ſi mei ſimiles erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; ſin disſimiles ſunt futuri, nolo meis impenſis illorum ali augerique luxuriam.

1 II. Idem[1] quum prope ad annum octogeſimum proſpera perueniſſet[2] fortuna, extremis temporibus magnum in odium peruenit ſuorum ci-
2 vium. Primo, quod[3] cum Demade de vrbe tradenda Antipatro conſenſerat; eiusque conſilio

5. ſimul *Ed. Par. Ald.* — 6. curaret *MS. Voſſ.* 2. — 7. his ille. *Sic etiam MS. Ax. Sed* hic ille *Ed. Par. Ald. Lamb. Patau.*

1. idem *Ed. Heus. ex emendatione Scioppii in Suſpect. lectt. IV.* 18. *p.* 166. [*Ith. Tzſchuck.* 1. 2. *Stau.* 3. *Schmied. Heinr. et ego ſic reſcripſi: quamquam* eidem *h. l. antiquo more pro* idem *quoque ſcriptum fuerit. Bremi tamen* eidem *retinet, at in datiuo ex anacoluthi ratione explicat.*] — 2. perueniſſet. *Ita quoque MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Sau. Put. Giſ. Ed. Iens. Ald. Long.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* permanſiſſet *Ed. Lamb. Steph.* manſiſſet *Ed. Keuch. Patau. Mox* peruenit in odium *MS. Ax. Voſſ.* 2. *certe numeroſius et rotundius.* — 3. primo, quod. *Ita MS. Leid.* 1. *Sed abeſt τὸ* quod *ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.*

taſſis ille fuit, de quo infra c. 3, 3. [add. Stau.]

4 *His ille*] v. varr. lectt. [Sed priora verba Menyllo, praefecto Macedon., a quo oblata ſunt munera, tribuit et vnum Phocionis filium prodigum, Phocum, nominat Plut. c. 30.]

1 *Perueniſſet*] Sic plerique omnes MSS. itemque edd. Ven. Col. Pariſ. aliae. Lambinus cum aliis, *manſiſſet*. Rurſus alii, *permanſiſſet*. Schoppius Veriſim. 4, 18. p. 241. legit: *Idem cum pr. ad a. o. pr. perueniſſet fortuna.* quod genuinum eſſe vix dubito. Pro *idem* facile ob ſimilitudinem irrepere potuit *eidem*. nam et infra ſ. 4. in Codice Boecl. legebatur *eidemque poſtularet*, pro *idemque*.

2 *Primo quod cum Dem.*] Reſtitui τὸ *quod* auctoritate codicis Leid. (nam editis omnibus aberat,) et fauent, quae mox ſubiicit. Mox Boecler. [Voſſ. 1. Ax.] *meriti exiſtim.* non male. [De Demade et Demoſthene vberrime disputauit Stauer. ad ed. mai. et min. atque ad hanc quoque v. Harles. Add. Cellar.]

*cum Demade*] Cum quo ad Antipatrum legatus fuerat miſ-

Demoſthenes cum ceteris, [4] qui bene de republ. mereri exiſtimabantur, populiſcito [5] in exſilium erant expulſi. [6] Neque in eo ſolum offenderat, quod patriae male conſuluerat, ſed etiam, quod amicitiae fidem non praeſtiterat. Namque, au- 3
ctus adiutusque a Demoſthene, eum, quem tenebat, adſcenderat gradum, quum aduerſus Charetem eum ſubornaret: ab eodem in iudiciis, quum capitis cauſſam diceret, defenſus, aliquoties [7] liberatus diſceſſerat. Hunc non ſolum in periculis non defendit, ſed etiam prodidit. Con- 4

1. *Patau.* [*Schmied.*] quod *vncis incluſit Heus.* — 4. tum cet. *Ed. Iens Med. Arg.* — 5. populiſcito. *Sic MS. Mendos. Ed. Vltraiect.* [*Bos. et ſeqq.*] *Sed* ſcito populi *MS. Leid.* 1. ſcito *MS. Leid.* 2. plebeſcito *MS. Voſſ.* 2. plebiſcito *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 6. in ex. erant exp. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Sed* in exilium erant miſſi et expulſi *MS. Leid.* 1. in exilio erant exp. *MS. Voſſ.* 2. [*Sed* in exſilium *propter conſenſum librorum alii rectius tuentur. Tum* Demoſth. — erant expulſi *idem eſt, ac* ceteri cum Demoſth. erant exp.] — 7. aliquotiens *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg.*

ſus. Vide Diodor. 18, 18. et Plutarchum c. 30. prolixe iſta narrantes.

*populiſcito in exſil. er. expulſi*] Sic diſerte MS. Schotti, et ed. Vltrai. Etiam Leidenſis: *ſcito populi.* Et Nepos alibi hac voce vſus. quare et h. l. pro *plebiſcito* reponendam cenſui. vide ad 3, 1. 5. Reliqua Leid. ſic exhibet: *in exſilium erant miſſi et expulſi.* quae faciunt vt ſuſpicer, illa *in exſilium* gloſſema eſſe, Nepotemque ſcripſiſſe: *populi ſcito erant expulſi.* quomodo loquutus 3, 1. 5. ac fere et 7, 9. 1. 15, 6. 3. *Eiiciendi* verbo ſimiliter vſus eſt 2, 8. 1 et 7, 4. 6. Scilicet adſcripſerat aliquis margini vocis *expulſi* interpretamentum, *in exſilium erant miſſi.* quod poſtea in textum irrepſit. Sed exſcriptores alii, quum viderent alterutrum verbum abundare, abiecto ſpurio, genuinum retinuerunt, ſimulque partem gloſſae.

3 [*auctus*] ſcil. honoribus, dignitate. v. Stau. et Harl.]

[*adu. Charetem*] De hoc vide ſupra XII, 3. fin. XIII, 3. *ſubornaret*, h. e. quum eum clam neceſſariis ad nocendum, ſiue quibus Charetem labefactaret atque deiiceret, praeſidiis inſtrueret. Aliter narrat rem Plutarch. c. 14. v. Lamb. (qui arbitratur, Nepotem ea, quae prodidit, ex Timaeo forſan aut Theopompo ſumſiſſe,) Heus. et Tzſchuck.]

[*periculis*] h. e. adcuſationibus, iudiciis capitis. (v. Ruhnken. ad Rutil. p. 27.) Mox *prodidit*, h. e. deſtituit, non defendit, nec ſeruauit. v. Harles. De *Dercyllo* v. Plutarch. c. 32.]

cidit autem maxime vno crimine,[8] quod, quum[9]
apud eum ſummum eſſet imperium populi, et
Nicanorem, Caſſandri praefectum, inſidiari Pi-
raeeo[10] Athenienſium a Dercyllo[11] moneretur,
idemque[12] poſtularet, vt prouideret, ne commea-
tibus ciuitas priuaretur: huic,[13] audiente populo,
Phocion negauit eſſe periculum, ſeque eius rei
1. Graeciae g. [*vti Graeci* Ἑλλὰς γῆ *pro* Ἑλληνική. *aut Genitiu.* Graeciae *eſt in regimine poſitus.*] *Ita etiam MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Sed* Graecae g. *MS. Boecl. Ax.* [*Thott. et vnice probat Schlegel. p.* 69. *Ed. Wetzel. Schmied. conf. Heus. et Tzſchuck.*] 2. videbantur. *Ita etiam MS. Voſſ.* 2. *Ax. Sed* viderentur *MS. Leid.* 2. videantur *Ed. Iens. Med. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl.*

DE REGIBVS] Adnotat Lambinus, nullis in libris, neque antiquioribus, neque recentioribus, hanc inſcriptionem ſe reperiſſe. In Boecler. certe iſta vitae Timoleontis continuantur. Giſanius quoque Ind. Lucret. v. *Veſtis* illa c. 3, 4. *Neque ita multo poſt Seleucus etc.* tamquam e vita Timoleontis, fide MS. Cod. ſui, laudat. [Fiſcher. in Libello varr. lectt. ita ſcripſit: „Haec in libris cum ſcriptis plerisque, vt Boecl. Giſ. Ax. Leid. 2. Voſſ. 1. 2. 3. Vffenbach. (v. Io. Heinr. Maii Bibl. Vffenbach. part. IV. p. 220 ſq.) [Thott. v. Schlegel. l. c. p. 26. ſqq. et 16.] tum editis, vt Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Gebh. adiuncta leguntur vitae Timoleontis. Sed in Ed. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. [Bos. et ſeqq.] ſeiuncta a ceteris repeRiuntur, adiecto indice *de regibus:* in Steph. *de regibus breuis notatio.*“ At in meo exemplo edit. Long. Colon. 1543. 8. nullus index, *de regibus,* eſt praemiſſus; ſed ſtatim vitae Timoleontis ſubiunctus eſt libellus, et tantum a nouo verſu, ſ. noua linea incipit: *Hi fere fuerunt Graeciae gentis* etc.]

1 *Graeciae gentis*] Vide Voſſ. de conſtruct. c. 2. In MS. tamen Boecler. erat: *Graecae gentis.*

*digni videbantur*] Sic non modo qu. edd. vett. ſed etiam optimus liber Boecler. Nec video, cur mutarint alii in *videantur.*

que eos adtingere [3] noluimus, quod omnium res geſtae ſeparatim ſunt relatae: neque tamen hi admodum ſunt multi. Lacedaemonius autem 2
Ageſilaus, nomine, non poteſtate fuit rex; ſicuti [4] ceteri Spartani. Ex his vero, qui dominatum [5] imperio tenuerunt, excellentiſſimi [6] fuerunt, (vt nos iudicamus,) Perſarum Cyrus, et Darius, Hyſtaſpis [7] filius: quorum vterque priuatus virtute regnum eſt adeptus. Prior horum apud Maſſagetas in proelio cecidit. [8] Darius ſenectute diem

*Keuch. Bos.* 1. — 3. adiungere *MS. Mendos.* — 4. ſicut *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patau.* [*Forſan ſuauiorem h. l. id reddit ſonum.*] — 5. dominatum. *Ita MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. *Sed* orbem domitum *Ed. Ald. Statim* imperium *MS. Voſſ.* 3. *et* retinuerunt *Ex. Venet. apud Magium.* — 6. excellentiſſimum *MS. Leid.* 2. — 7. Vſtaſpi *MS. Leid.* 2. Hirtapſi *MS. Voſſ.* 1. irtapſi *MS. Voſſ.* 3. Hiſtaſpis *Ed. Ald. Boecl. Keuch. Bos.* 1. Hiſtaſpi *Ed. Iens. Med. Par.* Hyſtapſis *Ed. Arg.* Hyrptaſi *MS. Ax.* — 8. cecidit. *Ita etiam MS. Leid.* 2. *Sed* occidit *MS. Mendos. Voſſ.* 1. 2.

*attingere*] *Attingendi* verbo hoc ſenſu etiam 16, 1. 1. vtitur. quamquam et alterum [*adiungere*] adhibuit 15, 10. 4.

*ſeparatim*] Alio libro, qui regum vitas continebat. ita Lambinus. Nec aliter Voſſius accipit, de hiſtor. Lat. 1, 14. Malim aliorum ſcripta de ſingulorum rebus geſtis intelligi. nam ſi de ſuis loqueretur, *a ſe* relatas dixiſſet. quomodo 24, 3. 5. *in eo libro, quem ſeparatim de eo fecimus.*

2 *Lacedaemonius*] Ed. Vltr. Arg. *Lacedaemoniis.* Sed repugnat, quod ſtatim ſequitur, *ſicut ceteri Spartani.*

*non poteſtate*] Vide ad 4, 3. 5. et 17, 1. 2. dicta.

*qui dominatum*] Olim edebatur: *qui domitum orbem.* Sed iam obſeruauit Magius, nullum exemplar huic Aldi lectioni ſuffragari. Venetum, eodem teſte, habebat, *imperio retinuerunt.* Sed receptam lectionem facile tuentur loca alia 14, 4. 1. 1, 3. 5. 1, 1. 2. praeſertim 20, 3. 5.

*Cyrus*] Maior ſcilicet, Cambyſis filius, Aſtyagis e filia nepos: cuius res, praeter ſcriptores hiſtoriae vniuerſalis, (e quibus praecipui ſunt Herodotus, Diodorus Siculus et Iuſtinus,) perſequuti ſunt Xenophon in Cyropaedia, et Cteſias in Excerptis Photianis.

*Darius Hyſt.*] De quo conſulendi iidem ſcriptores, Xenophonte excepto. Quaedam et Noſter habet 1, 3. et deinceps, itemque 2, 2 et ſeqq.

*in proelio cecidit*] In proelio contra Scythas ſiue Maſſagetas eum cecidiſſe, etiam Herodotus 1. Polyaenus 8. Iuſtinus 1, 8. et Valerius Max. 1, 10. ſcribunt: ſed in acie captum et

3 obiit ſupremum. Tres ſunt praeterea eiusdem [9] generis; Xerxes, [10] et duo Artaxerxes, Macrochir et [11] Mnemon. Xerxi maxime eſt illuſtre, quod [12] maximis poſt hominum memoriam exercitibus, terra marique bellum intulit Graeciae.
4 At Macrochir praecipuam habet [13] laudem ampliſſimae pulcerrimaeque corporis formae, quam incredibili ornauit virtute belli. Namque illo Perſes nemo fuit manu fortior. [14] Mnemon au-

3. — 9. eius *MS. Ax.* — 10. Xerſes *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Mox in iisdem libris erat* Artaxerſes. — 11. Macr. quoque et *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. In Voſſ.* 2. *pro* Macrochir *erat* Machrodne. *Statim* Memion *MS Leid.* 2. Memno *MS. Voſſ.* 2. Memnon *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Ald. Long. vbique.* Mēnon *Ed. Iens Med. Arg. Par. vbique.* — 12. quod. *Aberat a MS. Ax.* — 13 haberet *MS. Voſſ.* 1. — 14. Perſes n. f m. fortior. *Sic MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. (*niſi quod in Voſſ.* 2. *pro* fortior *legitur* ferocior,) *Ed. Stau.* 1. 2. 3. *Heus. et ita ſcribendum docet*

cruci adfixum, Diodorus 2, 44. Aliter item Xenophon 8, 7. et Cteſias in Perſicis, qui ex acie ſaucium elatum, et in caſtris ſuis mortuum aiunt, poſtquam filiis praecepta dediſſet. Rurſus aliter Iohannes Malela, et Lucianus libro de longaeuis. Vide Vſſerii Annal. V. T. p. 140. et 149. [conf. Weſſeling. ad Herodot. 1. cap. 214. lin. 78. et ad Diodor. Sic. 2, 44.] Pro *cecidit* V. C. Schotti *occidit* habuit. Non ita ſolet Noſter.

3 *Xerxes*] Cuius res praeter iam laudatos ſcriptores fuſius enarrat Petrus Bizarrus l. 2. rerum Perſicarum. Quaedam et noſter narrat 2, 2. et deinc. qui et alibi eius meminit.

*Mnemon*] Huius res, praeter Cteſiam, Diodorum, Iuſtinum, ſeparatim tradit Plutarchus in Vita illius, et magnam partem auctor librorum ſeptem de expeditione Cyri, fratris eius, ſiue is Xenophon eſt, ſiue Themiſtogenes Syracuſanus. [*Macrochir* vocabatur probabiliter propter ampliſſimam potentiam ſiue fortitudinem. Alii aliter explicant. v. Kapp. Tzſchuck. et Wetzel.]

*Xerxi*] Vide not. ad 2, 1. 1. et 17, 1. 2. Similiter loquutus eſt 3, 2. 2.

*maximis — exercitibus — bellum intulit Graeciae*] De hoc bello vide ſupra 2, 2. et deinceps, quaeque nos ad ea capita adnotauimus.

4 *Perſarum n. f. m. f.*] Pro *Perſarum* membranae Schotti *Perſes.* quomodo et alibi MSS. Codd. habent. vt 7, 9. 5. Quod autem in MS. Ernſt. fuit: *nemo fuit pulchrior, nemo fortior:* haud dubie a manu ſcioli cuiusdam eſt, qui quum videret, *pulcerrimae corporis formae* paullo ante mentionem factam, eam neque heic omittendam putauit.

tem iuſtitiae fama floruit. Nam quum matris ſuae ſcelere amiſiſſet vxorem, tantum indulſit[15] dolori, vt eum pietas vinceret. Ex his duo eodem nomine, morbo naturae debitum reddiderunt: tertius ab Artabano[16] praefecto ferro interemtus[17] eſt.

II. Ex Macedonum autem genere[1] duo multo ceteros antecelſerunt rerum[2] geſtarum gloria: Philippus Amyntae filius, et Alexander Magnus.

*Oudend. ad Frontin. in Add. p.* 506. [*in ed.* 2. *Lugd. B.* 1779 8. *pag.* 195. *not.* 46. *Etiam Ed. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Brem. Schmied. Pauſl. et ego ſic reſcripſi.*] *Sed* Perſarum ne. f. m. f. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*etiam* 2. *v. not.*] fortior fuit *MS. Ax.* — 15. indulxit *MS. Voſſ.* 2. — 16. Arthabano *MS. Voſſ.* 1. Arthebano *MS. Voſſ.* 2. — 17. interemtus. *Sic MS. Leid.* 1. *Boecl. Ax.* [*Bos. Stau. Tzſchuck. Harl. Brem. Heinr. Schmied.*] *Sed* interemptus *MS. Voſſ.* 2. interfectus *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. Patau.* [*Ith. Wetz.*]

1. gente *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Vltrai.* — 2.

*matris ſuae*] Paryſatidis, quae Statiram vxorem eius veneno necauit. Vide Cteſiam et Plutarchum in Artax. c. 19. m.

*tantum indulſit dolori etc.*] Nempe matre Babylonem dimiſſa, ſolum ancillam eius Gingin, ſeu, vt Cteſias vocat, Gingen, miniſtram ſceleris, ſupplicio adfecit. *Pietas* igitur erga matrem intelligenda eſt, non erga defunctam vxorem, vt vir doctus videtur accepiſſe. Adde Ind. v. *dolor.*

5 *Morbo naturae debitum reddiderunt*] Similia paſſim apud Senecam et alios inuenias.

*tertius ab Artabano*] Vide Diodorum Sic. 11, 19.

*interemtus eſt*] Ita reſcripſi, ſequutus MSS. Boecl. et Leid. vtque vitarem κακοφωνίαν. nam vulgo edunt, *interfectus eſt.*

1 *Genere*] MS. Schott. et ed. Vltrai. *gente.* ſed *generis* voce hoc ſenſu et paullo ante cap. 1, 3. vſus eſt.

*Alexander Magnus*] Rerum ab Alexandro geſtarum ſcriptores recenſet Freinshemius prolegomen. in Curtium cap 4. cuius indiculum ſupplet Reineſius epiſtola 38. ad Rupertum, quae et apud Rupertum in obſeruationib. ad Beſoldum cap. 8. legitur. Ex iis, qui ſuperſunt, praecipui, Curtius, Arrianus, et Plutarchus. E recentioribus diligenter eas digeſſit Vſſerius in annal. V. T. [Add. Fabr. B. Gr. vol. III. p. 32. ſqq. ed. Harl. inprimis St. Croix in Examen critique des Anciens Hiſtoriens d'Alexandre le Grand. Paris. 1775. 4. quod opus nuper auctius editum eſt, et antea a Richardo Clayton in linguam anglicam translatum,

Horum alter Babylone morbo conſumtus; [3] Phi-
lippus Aegis a Pauſania, quum ſpectatum ludos
2 iret, iuxta theatrum occiſus eſt. Vnus Epirotes
Pyrrhus, qui cum populo Rom. [4] bellauit. Is
quum Argos oppidum oppugnaret in Peloponne-
ſo, [5] lapide ictus interiit. Vnus item [6] Siculus,
Dionyſius prior. Nam et manu fortis, et belli
peritus fuit, et, id quod in tyranno non facile
reperitur, minime libidinoſus, non luxurioſus,
non auarus, nullius rei denique cupidus; niſi
ſingularis perpetuique imperii, ob eamque rem
crudelis. Nam dum id ſtuduit munire, nullius
pepercit vitae, quem eius inſidiatorem putaret.

rex *Ed. Iens. Med.* — 3. conſumtus; Phil. *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Heus.* [*Ith. Tzſchuck.* 2. *Bipont. Pauſl Brem. Wetz. Schmied. recte; ad vitandam repetitionis moleſtiam. In reliquis enim edd. exſtat* conſumtus eſt. Phil. *In Ed. Heinr. errore, credo, typothetae omiſſa ſunt verba*, Amyntae fil. — — Philippus, *et editum eſt:* gloria: Philippus Aegis a Pauſ. — occiſus eſt.] *Mox* Egys *MS. Leid.* 2. Aegys *MS. Voſſ.* 1. [*Aegae fuit oppidum Macedoniae.*] Thebis *MS. Ax. Voſſ.* 2. — 4. ro. *Ed. Iens. Med.* P. R. *Ed. Ald.* — 5. Peloponenſo *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. Peloponneſſo *MS. Voſſ.* 2. *Statim* lapidis ictu *Ed. Ox.* — 6. item. *Abeſt ab Ed. Par. Ald.*

ſaepe auctum, emendatumque, Bath. et Lond. 1793. m. 4.]

*morbo conſumtus*] Vide Vſſerium p. 398. A MS. Boecler. aberat τὸ *eſt*.

*Philippus Aegis a Pauſan.*] Vide Cic. de fato c. 3. Aelian. Var. 3. extr. Valer. Max. 1, 8. Iuſt. 9, 6. Plutarch. Alexandro, Pauſaniam Arcadicis, Ioſephum 11, 8. Perſarum inſidiis interfectum, fingit Alexander apud Curtium 4, 1. 12. et Arrianum 2.

2 *Epirotes Pyrrhus*] Cuius res, praeter Iuſtinum, Florum, alios, ſeparatim compoſuit Plutarchus [tom. III. p. 1. ſqq. ed. Hutt.]

*lapide ictus interiit*] Tegulae ictu Pyrrhum occubuiſſe, etiam Pauſanias Atticis, 1, 13. Strabo 8. et Ouidius in Ibin, 152. ſcribunt. [De Pyrrho eiusque morte et de Dionyſio, quem tamen vino deditum ac ſacrilegum fuiſſe et miſeram egiſſe vitam, alii memoriae prodiderunt, reliquisque in cap. ſequenti memoratis, Stau. ad min. edit. plura adnotauit. add. Wetzel. not. de Pyrrhi ſtemmate.]

*Dionyſius prior*] De quo multa Noſter 10, 1. et 2. [Cic. Tuſc. quaeſt. 5, 20—22.]

*nullius rei denique cup.*] Vide Diodorum Sicul. 20. et Liuium 24, 22.

*eius inſidiatorem*] *Imperii* ſcilicet, non *vitae*. adeoque et

Hic quum virtute tyrannidem ſibi peperiſſet, 3 magna retinuit felicitate: maiorque annos ſexaginta [7] natus, deceſſit florente regno. Neque in tam multis annis cuiusquam ex ſua ſtirpe funus

*Sed Heuſing. vncis incluſit.* — 7. annos ſexag. natus. *Ita etiam Ed. Long.* [*Bos. Heus. qui tuetur hanc lectionem, et plur. recentt.*] *Sed* enim annos ſex. n. *MS. Sau. Gif. Put. Leid.* 2. *Ax. v. not.* annus ſex *MS. Voſſ.* 3. annis ſex. natu *Ed. Lamb. Steph.* [*Tzſchuck.* 2. *Wetz. Atque Tzſchuck. iam in not. ad ed.* 1. *multus erat de h. l. et Lambin. correctionem, valde quidem probabilem, vnice veram eſſe iudicabat; quia ex linguae vſu dicatur* maior natu *et ab eod. comparatiuo* maior *dependeat ac regatur* annis.] annis ſex. natus *Ed. Bos.* 1. [*atque* natus *vindicat Garaton. ad notam a me laudatus, vbi multus eſt et de hac conſtructione et de loco noſtro. add. Harl. not.*]

heic pronomen relatiuum ad remotius nomen referendum. Vide ad 19, 2. 5. [et Stau. in ed. 3. de crudelitate Dionyſii.]

3 *Magna retinuit felicitate*] Vide Florum 2, 17. 18. Liuium 37, 35. et prolixe Camerar. hor. ſucciſ. 2, 50. Gruter. ad Tacit. discurſ. 18. et 25.

*maiorque annos ſexag. natus*] Ita Col. et quibus Lambinus vſus. Aliae, et MSS. Savaronis: *maiorque enim annos ſexag. natus.* quomodo et Boecl. niſi quod *annis*, vt videtur, habet. Lambinus ſola, vt ait, coniectura ductus, damnata vulg. lectione vt Latinis auribus inaudita, correxit, *maiorque annis ſexag. natu.* quod retinuere alii, Lambinianas correctiones ſequi ſoliti, etiam Loccenius; etſi Boeclerus, quem alias fere ſequitur, nouiſſime emendarat, *maiorque annis ſex. natus.* Et ſane ſic Cicero loquitur 2. in Verrem c. 49. [vbi v. Garaton. p. 494. ſq.] et in quaeſtion. Academicis 4, 19. Neque tamen altera lectio ferri nequit, ſi ſubaudiantur particulae *ante*, et *quam*. Vt integre ſit, *maiorque quam ante annos LX natus.* nam et Noſter alibi dixit, *annos LXXX, LV, XXIII natus.* vide Ind. v. *natus.* Ne de aliis veterum nunc dicam. Sed quoniam in quibusdam libris legitur, *maiorque enim:* non dubito aliquid mendi ſubeſſe. Forſan Nepos ſcripſit: *maiorque duo et ſexag. annos natus.* vt nota binarii transierit in *n*, qua littera voculam *enim* a librariis compendio ſcripturae exprimi notum eſt. Sane LXIII. aetatis anno Dionyſium obiiſſe, colligas e Cicerone Tuſcul. quaeſt. 5, 20: vbi *duodequadraginta annos tyrannum Syracuſanorum fuiſſe* ſcribit, *cum V et XX natus annos dominatum occupauiſſet.* Copula, ſemel corrupto loco, facile potuit excidere. Quod ſi haec coniectura diſpliceat, legi poſſit: *maior enim quam ſexag. annos natus.* vel, omiſſo τῷ *quam*, *maior enim ſ. a. n.* Nam ea particula, ſiue in textu, ſiue in ora lecta fuit, facile in encliticam, quae nunc ibi legitur, corrumpi potuit. [add. VV. LL.]

vidit, quum ex tribus vxoribus liberos procreaſſet, multique ei nati eſſent nepotes.

1 III. Fuerunt praeterea magni[1] reges ex amicis[2] Alexandri Magni, qui poſt obitum eius imperia ceperunt. In his Antigonus, et huius filius Demetrius: Lyſimachus, Seleucus, Ptolemaeus.
2 Ex his Antigonus, cum aduerſus Seleu-

1. magni r. *Ita MS. Mendos. Boecl. Ax. Leid.* 1. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Vltrai.* [*Bos.* 2. *et plur. ſeqq.*] *Sed* multi *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Brem. qui id vnice probat. Contra tuentur* τὸ magni, *praeter Boſium, Stauer. (qui ad ed. mai. et min. Antigoni reliquorumque memoratorum vitam, res geſtas fataque vberius enarrat,) Tzſchuck. ad edit.* 2. *et Wetzel.*] — 2. amici *MS. Voſſ.* 2. *a quo deinde non minus, quam ab*

*ex tribus vxoribus*] Vapulat heic Lambino aliisque Nepos; quoniam, vt volunt, Dionyſius duas tantum vxores habuerit. Et ſane duas ſolum memorant Cicero Tuſc. 5, 20. Valerius Max. 9, 13. ext. 5. Aelianus 13, 10. et Diodorus 14: ſed vno die ductas ac eodem tempore in matrimonio habitas, poſtquam denuo tyrannidem recepiſſet. Verum cumprimum eam occupaſſet, duxerat Hermocratis Syracuſani filiam, quae ob immanes Syracuſanorum contumelias ipſa ſibi mortem conſciuit. Sic diſerte Plutarchus princ. Dionis. quem ſi recte inſpexiſſent viri docti, nae illi erroris haud arguiſſent noſtrum, nec eorum vnus de *tertia concubinae vicem implente* cogitaſſet. [add. Stau. ad ed. 3.]

1 *Magni reges*] Sic MSS. Schotti, Leid. Boecl. et d. Vltrai. probante optimo Scheffero noſtro: cuius iudicio non ſatis conuenit τὸ *multi*, (quod hucvsque in edd. tantum non omnibus legitur) cum numerus non fuerit tantus. Et cap. 1, 1. vniuerſe negat *admodum multos* eſſe reges memoria dignos. Putabat idem emendationem factam a ſciolo, cui non placuerit vocem *magni* repeti, cum ſequatur ſtatim, *Alexandri Magni.* Fortaſſe Nepos ſcripſit, *multi magni reges;* atque ab altera abſorpta eſt, prior alibi, alibi poſterior vox.

*imperia ceperunt*] Vide Vſſer. annal. V. T. p. 403 et 404. et denuo p. 409. 413 et 414.

*in his Antigonus*] Cuius et reliquorum geſta accurate e ſuis ſcriptoribus diligenterque digeſſit Vſſerius in annalibus modo laudatis. adde Rupertum in animaduerſ. ad Beſoldum.

*huius filius*] MS. Boecl. [et Ax.] *eius filius.*

*Demetrius*] Cognomento *Poliorcetes.* [v. Stau. ad ed. 3.]

*Seleucus*] Cognom. *Nicator.* ea enim vera cognominis huius ſcriptura eſt, vt poſt alios docet Ezech. Spanhemius, diſſertat. 5. de praeſtantia et vſu numiſm. vet. p. 375. et deinceps. Aliis *Nicanor* eſt.

*Ptolemaeus*] Non Ceraunus, quod vir doctus [Magius] putabat, ſed Lagi filius, cognomi-

cum, Lyſimachumque [3] dimicaret, in proelio oc-
ciſus eſt. Pari leto [4] adfectus eſt Lyſimachus a
Seleuco. Nam ſocietate diſſoluta, bellum inter
ſe geſſerunt. At Demetrius, quum filiam ſuam 3
Seleuco in matrimonium dediſſet, neque eo ma-
gis [5] fida inter eos amicitia manere potuiſſet: ca-
ptus bello, in cuſtodia ſocer generi, periit mor-
bo. [6] Neque ita multo poſt Seleucus [7] a Ptole- 4
maeo Ceranno dolo interfectus eſt: [8] quem ille

*Ax. aberat* τὸ Magni: *quod Heuſinger. vncis incluſit.* [*Tzſchuck. ad ed.* 2. *ſuſpicatur, forte, ſi valeat traiectio, legi antea poſſe,* multi magnique reges, *quo vtrisque libris ſatisfiat.*] — 3. et Lyſimachum *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ax. in quo verborum ordo erat hic:* ex his Antigonus in praelio, cum aduerſus Seleucum et Lyſimachum dimicaret, occiſus eſt. — 4. loeto *Ed. Med. Arg.* letho *Ed. Steph. Mox* ab Seleuco. namque ſoc. *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 5. eos magis *MS. Voſſ.* 3. — 6. periit a morbo *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Guelf.* [*et placet Heus. ac Stau. qui ad ed.* 3. *docet, praepoſitionem* a *verbis neutris ſaepius addi, et cauſſam ſignificare efficientem.*] — 7. Seleuchus *MS. Voſſ.* 2. — 8. eſt *aberat a MS. Leid.* 2. *et Voſſ.* 1.

ne *Soter*, vt iam monuit Lambinus.

2 *In proelio*] De quo prolixe Plutarchus Demetrio. A Leid. aberant haec verba. ſed ita et 22, 4. 2. loquitur.

3 *Captus bello*] Immo dedidit ſe Seleuco. Teſtes Plutarchus in vita, Iuſtinus 16, 2. 6.

*in cuſtodia generi*] Peninſulae Syriae incluſus, vt Plutarchus: ſeu, vt Diodorus 21. in excerptis Peireſcianis, Pellae cuſtoditus.

*periit morbo*] In quem ex otio, ſagina et vino delapſus erat. Plutarchus.

4 *A Ptolemaeo Ceranno*] Ptolemaei Lagidae ex Eurydice filio. Caedem hanc narrant Iuſtinus 17, 24. Appianus Syriacis, Pauſanias Atticis, Memnonis Excerpta apud Photium cap. 13. Plinius 6, 11.

*Alexandrea*] Sic legit e ſuo cod. Gifanius Ind. Lucr. v. *Veſtis.* firmatque Lambinus illo Horatii 4. od. 14. *Portus Alexandrea ſupplex.* Vetus inſcriptio Neapolitana apud Gruterum 376, 3. PROCVR. LVDI. FAMIL. GLAD. CAESARIS. ALEXANDREAE. AD EGYPTVM. Alia apud eundem 525, 2. TR. MIL. ALEXANDRE. AD. AEGYPT. LEG. XXII. In nummo M. Lepidi apud Vrſinum in Familiis Rom. p. 7. capiti turrito ſubſcriptum legitur: ALEXANDREA, et in alio: ALEXSANDREA. Sic *Antiochea.* Auſonius de claris vrbibus: *Tertia Phoebeae lauri domus Antiochea.* Priſcianus lib. 2. *Inueniuntur auctores*

a patre expulſum Alexandrea,[9] alienarum opum indigentem receperat. Ipſe autem Ptolemaeus,[10] quum viuus filio regnum tradidiſſet, ab illo eodem vita priuatus dicitur. De quibus quoniam ſatis dictum putamus, non incommodum videtur, non praeterire Hamilcarem et Hannibalem:[11]

9. Alexandrea. *Sic MS. Giſ. Voſſ.* 1. *Sed* Alexandria *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* — 10. Ptolomaeus *MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. Phtolmaeus *MS. Voſſ.* 3. — 11. Amilcarem et Anibalem *MS. Voſſ.* 1. *In Ed. Par. Ald. Mag. vbique eſt* Annibalem.

*frequenter varie proferentes* ALEXANDRIA, ALEXANDREA, NICIA *et* NICEA, ANTIOCHIA *et* ANTIOCHEA. et mox Horatii loco iam laudato id firmat. Quare obtemperandum Giſanio cenſui, monenti, *ne deleantur haec antiquitatis veſtigia etiamnum in vet. lib. expreſſa.* nam hucusque omnes ediderant, *Alexandria.*

*ipſe autem Ptolemaeus*] Vide Iuſtinum 24. 5. 6. Memnonis excerpta Photiana cap. 15. Pauſaniam Phocicis, aliosque.

*quum viuus filio regnum trad.*] Idem fecit Artaxerxes Mnemon, apud Iuſtinum 10, 1. 2: et apud alios alii: ſed inconſulte magis, quam infeliciter. De Ptolemaeo vide eumdem Iuſtinum 16, 2. 7 et ſeqq. et Porphyrium, in Graecis Euſebianis Scaligeri p. 59: e iunioribus, Vſſerium p. 469.

*ab illo eodem vita priuatus dicitur*] Nusquam alibi, quod ſciam, hoc legitur, ne apud Iuſtinum quidem [quem vid. XVI, 2, 7. et XXIV, 5, 6.] et Porphyrium. Sed nec vllibi praeterea inuenio, quo mortis genere Ptolemaeus Lagi perierit. nam quod apud Syncellum p. 271. legitur, Πτολεμαίȣ τȣ̃ Λάγȣ κεραυνῷ τεθνεῶτος, quodque Iac. Goar reddidit, *Ptolemaeo Lagi F. fulminis ictu mortem obeunte:* id non ad eum, ſed ad Ceraunum, filium eius, (quem et alibi *Ptolemaeum Lagi F.* vocat) ſpectare, ſatis arguunt, quae de *pugna cum Gallis* (ſic enim vertendum, non *Galatis*, vt Goar fecit) ſubiiciuntur, reſpiciuntque quae paullo ante p. 266. ea de re ſcripſerat Syncellus. legendum autem Κεραυνȣ̃. quod et Scaliger vidit. Legit enim, τȣ̃ Λάγȣ, τȣ̃ καὶ Κεραυνȣ̃, in Graecis Euſebianis p. 66. quod miror non obſeruaſſe Goarem, qui tanto ſtudio loca a Scaligero mutata conſignauit. Hoc autem vult, opinor, Syncellus, mortuo Ceranno, fratre natu maiore, regnum obtinuiſſe Philadelphum. Sed de his plura, deo dante, in notis ad Syncellum, cuius nouam editionem meditamur. Quae quum ita ſint, paene ſuſpicor, lapſum heic Nepotem, et ad Lagidem retuliſſe, quod de Euergeta legerat: quem a filio, idcirco *Philopatore* dicto, interfectum,

quos et animi magnitudine [12] et calliditate omnes in Africa [13] natos praeſtitiſſe conſtat.

12. *Pro* animi magnitudine *erat* cum magnit. *in MS. Voſſ.* 1. et ai *Ed. Ien.* — 13. Affrica *MS. Voſſ.* 1. Aphrica *Ed. Par.*

apud Iuſtinum 29, 1. 5. legimus. Sane diuerſos Ptolemaeos etiam alii veterum confuderunt.

# XXII. H A M I L C A R [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Erycem defendit. Pacem conſtantia ſua patriae conciliat. II. Remotis a Carthagine militibus mercenariis, otium toti Africae reſtituit. III. Filium ſuum ſecum in Hiſpaniam ducit. Hasdrubal eius gener, et in imperio ſucceſſor. IV. In Hiſpania proelio aduerſus Vettones cadit.*]

1 HAMILCAR [2] HANNIBALIS F. cognomine

1. Hamilcaris vita *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Statim* Anybalis *MS. Voſſ.* 1. 2. Annibalis *Ed. Par. Ald.* [*Male. vid ad Hamilc.* 1 *init.*] — 2. Amilcar *MS. Voſſ.* 1 2. Hamilchar *Ed. Arg. vbique. Statim* Anybalis *MS. Voſſ.* 1. 2. Annibalis *Ed. Par. Ald.* [*Male. vid. Harl. not.*]

De HAMILCARE hoc (nam plures eo nomine Poenorum duces fuere, congeſti ab Henningio in Theatro genealog. tom. 2. p. 221 et ſeqq. ſed aliquando, etiam a veterum nonnullis, vt videtur, non ſatis diſtincti) videndi praeterea Polybius 1. c. 56. ſqq. et 2. Liuius 21, 1. Diodorus Sicul. in Eclogis lib. 24 et 25. et in Excerptis Peireſc. lib. 25 et 26. Valer. Max. 6, 6. 2 et 9, 3. ext. 2. Silius Ital. lib. 1. Iuſtinus 44, 5. 4. Appianus principio Ibericorum et Annibalicorum et Ecloga leget. 18. Porphyrius de abstin. 2, 57. Eutropius 2. Oroſius 4, 9 et 13. L. Ampelius cap. 36. Zonaras tomo 2. ac fortaſſis et Frontinus 3, 10. 9 et 3, 6. 2. non item 1, 1. 2. vt Sauaro voluit. nam ibi *Himilco* legendum eſſe, viri docti recte cenſent. Nec apud Liuium et Florum, quos idem laudat, vlla noſtri mentio. Sicuti nec apud Valer. Max. 4, 3. apud quem et qui 1, 7. ext. 8. memoratur Hamilcar, non hic, ſed Giſconis F. eſt. Eius caput, vt volunt, exhibetur in numo argenteo tetradrachmo inter Imagines illuſtrium Fulu. Vrſini, num. 9. ad quam vide Commentar. Ioh. Fabri p. 9. 10. Integra vero effigies in duabus gemmis eiusdem, de quibus dicemus ad 23, 2. 3. Neminem ex feliciſſimis etiam regibus ei comparandum eſſe, cenſebat Cato apud Plutarchum in vita p. 340. *Martem alterum* a ſuis vocatum, apparet e Liuio 21, 10. Alia illius elogia habes apud Diodorum in exc. Peireſc. lib. 23, 24. Zonaram l. c. p. 55. aliosque.

1 *Hamilcar*] Ita non modo apud Noſtrum in editis et MSS. libris ſcribitur hoc nomen; ſed etiam apud Iuſtinum, Frontinum, Eutropium et Ampelium.

Barcas, [3] Carthaginienſis, [4] primo Poenico bello,

3. Barchas *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Ald. Mag. Steph.* Bartha *MS. Voſſ.* 3. Barcha *MS. Oxon. Ax. Ed. Arg. Par. Long.* Barchos *Ed. Iens. Med.* Brachos *Ed. Gebh.* — 4. Karthaginienſis *MS. Leid.* 2. [*Ed. Lamb. in meo exemplo,*

Etiam in ſaxo vet. apud Reineſium claſſe 3. praeſtantiſſimi operis Inſcriptionum nondum editi, eſt: HANNIBAL HAMILCARIS F. Verum apud Liuium, Valerium, Silium, aliosque ſine adſpiratione legitur. quomodo Graecis plerisque Ἀμίλκας dicitur; Appiano autem Ἀμίλχας, ſeu, vt in Eclogis legationum legitur, Ἀμίλχας. quod origini ſuae propius eſt: quippe haud dubie a מלך vel מלכא, quod regem Tyriis Phoenicibusque deſignat, ortum. de quo vide Seldenum de diis Syr. 1, 6. Voſſium de idololatr. 2, 11. Bochartum de coloniis Phoenicum 2, 5.

*Hannibalis F.*] Nusquam alibi, quod ſciam, legitur, cuius filius Hamilcar hic fuerit. Polybius πατέρα κατὰ φύσιν Ἀννίβου vocat. Vnde factum, puto, quod nonnulli heic maluerunt legi, *Hannibalis parens:* quod etiam in prima Boecl. legitur. Verum non ita ſolet Nepos. Cogitandum, an fuerit filius eius, qui Valerio Max. 7, 3 ext. 7. *ſuperior Hannibal,* Oroſio 4, 7. *ſuperior,* aliis *Giſconis F.* a Duilio victus. [Quod auorum nomina frequenter non apud Graecos tantum, ſed etiam apud alias gentes nepotibus ſunt impoſita: ab Hannibale, Hamilcaris patre, poſterior Hannibal, Hamilcaris filius et prioris nepos, id nomen accepiſſe videtur.]

*Barcas*] Sic et apud Silium ac Frontinum cognomen hoc exaratum inuenio. nec aliter Graeci, Polybius B. Pun. 1, 56. Diodorus, Strabo, Plutarchus, Appianus, et, ex emendatione I. Valentini, ac Rob. Keuchenii in notis ad Frontinum, [ſtrateg. 3, 9. vbi vid. Oudend. in ed. 2. p. 409.] Porphyrius περὶ ἀποχῆς 2, 57. vbi vulgo eſt Βάλκας. Etiam Zonarae Βαρκίδης dicitur. credo, erat, vt ait Silius, [1, 72. vbi v. Rupert.] *ortus quod Sarrana priſci Barcae de gente.* Vnde et apud Liuium *Barcina familia* 23, 13. *Barcina factio* 21, 2 et 9. 30, 42. et *Barcini* 21, 2 et 28, 12. In ſcriptis aliquot noſtri Codd. et vulgatis edd. Frontini *Barca* eſt. Haec ſcriptura ſi vera eſt, *Barcas* idem fuerit ac *fulgur, fulmen,* aut *tonitru.* nam id Chald. et Syr. eſt ברקא, Ebr. ברק, Arab. برق. Sic Ptolemaeorum vnus κεραυνὸς dictus. In aliis Nepotis codd. *Barcha* ſcriptum. quomodo et ſcriptoribus aliis *Barchas* dicitur. Id eſſet ברחא. ſic Talmudici ac Syri *hoedum* vocant. quod cognomen Asdrubalis Poeni eſt apud Liuium 38, 42 et 44. Appianus ἔριφον vocat. Paullo aliter Ampelius: *Hamilcar, qui* BOCCOR *cognominatus eſt.* quod ſi genuinum eſſet, de quo tamen valde dubito, dixerim idem eſſe, ac *Armentarius,* quo cognomine Galer. Maximianum Imp. adpellatum eſſe, notum eſt. nam id Ebraeis eſt בקר, Chald. et Syr. בקרא, Arab. بقار *Baccar.* Ceterum *Bar-*

E e

*Stau. Harl. Tzſchuck. Brem.* Carthaginienſis *Ed. Bos.* 2. *Heus. Ith. Heinr. Schmied. Wetz.*] Carthaginenſis *MS. Voſſ.* 1. 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. vbique.* Karthaginenſis *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Ald. Lambin.* [*ap. Fiſcherum,*] *Boecl. Bos.* 1. *vbique.* [*vid. ſupra XIV,* 1, 1. *Oudendorp. ad Frontin. Strateg.* 1, 7. *nr.* 3. *ſupra ad X,* 1, 5. *in VV. LL.*] *Mox* Poenico *MS. Gif. Dan.* [*Ed. Bos.* 2. *Heus. et rell. fere omnes recentt.*] *Sed* Penico *MS. Voſſ.* 3. Pouenico *MS. Voſſ.* 1. Punico *MS. Voſſ.* 2. [*Thott. v. Schlegel. l. c.* 68. *qui probat,*] *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Schmied.*]

*cas* gentile nomen fuiſſe, modo laudata Silii verba docent. [add. Sil. It. 17, 460.] Apud Suidam, niſi is corruptus eſt, aliud Hamilcari cognomen tribuitur. Sic enim ille: Ἀμίλκας, ὁ καὶ Φαβέας. et alibi: Φαβέας, ὁ καὶ Ἀμίλκας. Verum vix dubito, apud ſcriptorem, vnde hauſit, fuiſſe primitus, Βάρκας: ſed vitioſe poſtea deſcriptum, Φάρκας. Inde, ρ in β, et κ in ε, litteras in ſcriptis codd. haud valde diſſimiles, mutatis, exiit Φαβέας. [Hinc Hannibal Barcae filius nominatur a Plutarch. de virtutib. mulier. pag. 20. vol. VII. Reisk. adnotante Tzſchuckio.]

*Carthaginienſis*] Ita nomen hoc exaratum reperitur in optimis quibusque libris Ciceronis, Liuii, Plinii, aliorum; et in ſaxo Romano apud Gruterum p. 586, 9. Recteque literam I interſeri, poſt Priſcianum, Manutium, Lipſium, Dausquium in orthographicis, quosque hic laudat, docent contra Iul. Scaligerum Voſſiumque duo ſummi atque harum rerum peritiſſimi viri, Aug. Buchnerus, et Ioh. Fred. Gronouius: ille in acceſſionibus ad Theſaurum Fabri; hic ad Liuii 28, 26. et Plinii 33, 11. Non repugnabo tamen, ſi quis malit cum Dausquio, *Cartaginienſis*, eliſo H.. nam ſic plane in columna roſtrata C. Duilii bis ſcriptum, numero plurali, CARTACINIENSIS, apud Gruterum p. 404, 1. Pighium in Faſtis, aliosque: *C* pro *G* adhibito, ἀρχαϊκῶς. Sed et in aliis lapidibus occurrit *Cartaginenſis* p. 174, 3. 349, 1. 580, 10. *Cartago*, in fragmento tabulae aeneae paullo poſt bellum Punicum II. ſcriptae p. 512. *Cartagine*, in ſaxo Vulſinienſi p. 385. Immo ne quidem τὸ *Carthaginenſis* ſine *I*, quod in quibusdam MSS. ac edd. Nepotis habetur, plane improbare auſim, cum ob analogiam, tum ob lapides modo laudatos; quibus addi poteſt alius, in quo legitur *Carthaginenſis conuentus*, apud Reineſium in Nouo opere inſcriptionum, claſſe 3. K littera in hoc nomine exarando vſos veteres, e Grammaticis antiquis, Diomede, Priſciano, Victorino, Sergio, Cledonio, Velio Longo, Terentio Scauro, Conſentio, Beda, diſcimus, idque ſequuti plures e iunioribus, in his Lambinus, et qui poſt eum vulgarunt Nepotem. ſed dubito, an ſcripti codices veterum auctorum, inſcriptionesque ita exhibeant. In nummis quoque non aliter quam per C ſcriptum inuenio. vt in aereo Scipionis, qui penes me eſt, in cuius antica parte caput Scipionis cum epigraphe: P. SCIPIO AFRIC. in poſtica, CART. SVBAC. et homo quadrigis inſiſtens. Et in ſimili, apud Gorlaeum in theſauro numiſm. Rom.

ſed temporibus extremis, admodum adoleſcentulus in Sicilia praeeſſe [5] coepit exercitui. Quum 2 ante eius aduentum [6] et mari et terra [7] male res gererentur Carthaginienſium, [8] ipſe, vbi adfuit, [9] numquam hoſti ceſſit, neque locum nocendi de-

Ee 2

5. poſt *pro* praeeſſe *MS. Leid.* 2. — 6. autem eius aduentu *MS. Ax.* eius aduentu *MS. Voſſ.* 2. *omiſſo* τῷ aut *add. not. Boſii.* — 7. et marique terra *MS. Voſſ.* 3. — 8. Karthaginenſ. *Ed. Lamb. Bos.* 1. *vbique.* — 9. ipſe tibi adfuit *MS. Voſſ.* 1. ipſe vbi fuit *MS. Voſſ.* 2. adfuit *etiam Ed. Long. Mag. Pat.* [*Heus. et plurr. recentt. Sed* affuit *MS. Thott. Ed. Lamb. Bos. Schmied. Pauſl.*] *Statim* numquam *Ed. Mag. Patau* [*Stau. Heus. cum aliis recentt. Sed* nunquam *Ed. Long. Bos. Ith. Schmied.*

tab. 45. n. 1. cui inſcriptum: CARTHAGO SVBAC.

*primo Poenico bello*] Cuius ſcriptores praeter Ernſtium ad h. l. recenſent Freinshemius ad Flori 2, 2. et Dausquius ad l. Silii. E iunioribus id egregie enarrauit tomo 2. Annalium Steph. Pighius. Res mari in eo geſtas accurate conſignauit Tho. Riuius lib. 3. hiſtoriae naualis antiquae a cap. 9. ad 27. vsque: breuius Claud. Moriſotus lib. 2. Orbis maritimi c. 13. Ceterum *Poenico* reſcripſimus pro *Punico*, fide Giſaniani Codicis, in quo et infra c. 4, 3 et 24, 3. 3. *Poenicum* legebatur, teſte Giſanio Ind. Lucr. v. *Poeniceus.* Atque ſic poſtremo loco etiam P. Daniel in ſuo ſcriptum reperit. Nimirum ita ſolebant non modo vetuſtiores; vnde in columna Duiliana CLASES POENICAES, et in fragmento iudiciario paullo ante laudato BELLVM POENICIVM PROXSVMVM; ac ap. Cn. Naeuium principio hiſtoriae ſuae (qui et ipſi *Belli Poenici* titulum fecerat, vt e Nonio v. *calumnia* cognoſcimus) *Poenica*, ſeu, vt Paullus Merula corrigit, (vide commentarium eius in Ennium) *fraudes Poenicae:* ſed etiam Auguſti ac Tiberii aetate. Hinc in Faſtis Capitolinis triumphalibus apud Gruter. 297. *claſſis Poenica.* et apud Valerium Max. *Poenicum vallum* 3, 2. 20. *Poenicae feminae* 1, 6. 15. *Poenici exercitus* 3, 6. 4. *Poenica victoria* 3, 18. 6. *Poenicus aſtus* 5, 1. ext. 6. [add. Stau. ad mai. edit.]

*admod. adoleſc. praeeſſe coep. exercitui*] Fuit autem Hamilcar ſucceſſor Carthaloni datus. vt adparet e Polybio 1, 54. et 56. idque exſerte tradit Zonaras.

2 *Cum ante eius aduentum*] MS. Boecl. *cum aut eius aduentu.* Vnde Schefferus legebat: *cum autem eius aduentu.* Fuiſſe ſcil. compendioſe ſcriptum, *cum autē eius.* poſt, illud *e* in *aute* viſum male agglutinatum ex voce *eius. Eius aduentu*, eſſe, illo tempore, ſtatim cum aduenifſet. Vereor vt hanc emendationem admittat, quod mox ſequitur: *ipſe vbi adfuit.*

*et mari et terra male res gerer.*] Vide notata ad h. l.

dit: ſaepeque e contrario, occaſione data, laceſſiuit,[10] ſemperque ſuperior diſceſſit. Quo facto, quum paene omnia in Sicilia Poeni amiſiſſent,[11] ille Erycem ſic defendit, vt bellum eo loco ge-
3 ſtum non videretur. Interim Carthaginienſes claſſe apud inſulas Aegates[12] a C. Lutatio,[13]

*Heinr. Pauſt.*] *abeſt ab ed. Lamb.* — 10. laceſſ. *Sic MS. Mendoſ. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Sed* hoſtem laceſſ. *Ed. Lamb. Statim* ſemper *ſine* que *MS. Voſſ.* 2. — 11. amiſſiſſent *Ed. Arg.* — 12. Aegatis *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* [*Atque ita ſcribendum eſſe cenſet Stau. ad ed. mai. citatque Arntzen. ad S. A. Victor. de vir. ill. cap.* 41. *nr.* 1.] — 13. C. Lutatio. *Sic et MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. [*Ed. Lamb. Bos. Stau. et ſeqq.*] *Sed* G. Luctatio *MS. Voſſ.* 1. C. Luctatio *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.*

Ernſtio. qui et deinceps, quoniam ad hanc et ſeqq. vitas operoſior eſt, ſaepius adeundus. neque enim opus eſt repetere, quae ille iam occupauit.

*laceſſiuit*] Quomodo Romanos laceſſiuerit, vide apud Polybium 1, 56 et ſeqq. Zonaram p. 63. Eius hoc bello ſingularem induſtriam et fortitudinem cum eximia prudentia coniunctam praedicat Diodorus 24. in Exc. Peireſcianis.

*ille Erycem ſic defendit*] Immo oppugnauit ſiue obſedit. nam tenebant Romani, a L. Iunio Bruto paullo ante captum, vt teſtatur Polybius lib. 1, 58. Ita quidem Lambinus. Verum Nepos, vt arbitror, non de monte Eryce, ſeu vertice montis, cui templum Veneris Erycinae inaedificatum erat, loquitur; quem, et radicem montis, Romani tenebant: ſed de vrbe, inter faſtigium et radices montis ſita, quam Hamilcar occupauerat, ac aduerſus Romanos vndique ſe prementes acerrime tuebatur. Vide Polybium 1, 58. et 2, 7. Diodorum 24. Ecloga 2. Vrbem autem ipſam fuiſſe *Erycem* dictam, e Thucydide 6. Diodoro 22. Stephano de vrbibus, Tzetze ad Lycophronem et Scholiaſte Theocriti ad Idyllium 15. conſtat. quorum verba habes apud Cluuerium Siciliae antiqu. 2, 1.

3 *Apud inſulas Aegates*] Miratur Cluuerius Sicil. antiq. 2, 15. nemini hactenus, ne quidem linguae Graecae ad miraculum peritis viris, animaduerſum, vocabulum hoc apud omnes, quotquot has inſulas memorarunt, auctores, corruptum eſſe, vti apud vnos duos, Nonium et Freculphum, integrum ſanumque hodie legatur; *Aegades* ſcilicet. Sic enim in commune dictas tres inſulas, Hieram, Phorbantiam, et Aeguſam, eadem formatione, vti *Stoechades*, *Choerades*, *Echinades*, *Strophades*, *Sporades*, *Cyclades*. Quare non modo hoc loco, ſed etiam apud Melam 2, 7. Florum 2, 2. 33. Liuium 21, 10. 41. et epit. 19. ſcriptorem de viris illuſtribus c. 41. [vbi v. Arntz. p. 182.] Silium Ital. 1. et 2. reſcribit *Aegades*. Sed intercedit Iſ. Voſſius in obſervat. ad Melam, contenditque, omnino Romanos *Aegatas* vo-

conſule Romanorum, ſuperati, ſtatuerunt belli finem facere, [14] eamque rem arbitrio permiſerunt Hamilcaris. Ille etſi flagrabat bellandi [15] cupidi-

*Steph. Gebh.* — 14. facere belli finem *MS. Ax.* [belli facere finem *MS. Thott.*] — 15. bellandi. *Sic MS.*

caſſe has inſulas: et ſic quoque habere libros manu exaratos Nonii Marcelli. Silium quoque paſſim producere mediam, quae tamen breuis foret, ſi *Aegades* verum nomen eſſet. Addo ego, quod hae inſulae nusquam apud Graecos, quod ſciam, Αἰγάδες vocantur. Certe, qui hanc pugnam memorant, ſolum ad Aeguſam, vel ad Erycem, commiſſam ſcribunt: nam quod in Latina Polybii interpretatione c. 60. legitur, AEGATES *vocare alios Aeguſam*, id a Caſaubono eſt: quem idcirco recte reprehendit Cluuerius. Neque enim vnius inſulae id nomen eſt. quare et apud Oroſium 4, 10. legendum eſt, *apud Aegates inſulas;* vt iam monuit Simſonius Parte 5. Chronici catholici p. 84. Αἰγούσας equidem apud Polybium 1, 44. inuenio: ſed negat Cluuerius omnes tres inſulas ita eum adpellaſſe. *Aegates* autem Liuius etiam 22, 54. 23, 13. et Ampelius c. 46. vocant. Atque ſic et apud Nonium cap. de genere armorum edidit e MSS. Mercerus, eamdemque lectionem inter varias ſuas adnotauit Gothofredus. Non diſſimulandum eſt tamen, in ſcriptis codd. libri Aur. Victor. de viris illuſtribus *Aegadas* vel *Aegades* [ſ. *Egadas* in ed. Arntz.] et apud Vrſpergenſem quoque, ac forſan et alios aeui poſterioris, *Aegades* legi.

*a C. Lutatio*] Ita nomen conſulis huius exaratur in Faſtis Capitolinis conſularibus ac triumphalibus apud Gruterum p. 292. et 297. et in melioribus libris Flori, ſcriptoris de viris illuſtr. ac Liuii, locis modo laudatis, itemque apud Valerium Max. 1, 3. 1. et 2, 8. 2. et Ampelium, et in nummo veteri apud Pighium annal. tom. 2. p. 68. Etiam Zonarae Λυτάτιος eſt, ſicuti Polybio, et Appiano Λυτάτιος. Nec aliter fratris eius Quinti, anno ſequente Conſulis, nomen ſcribitur in iisdem Faſtis, in nummis vett. apud Fulu. Vrſinum et Gorlaeum, et apud Liuium 30, 44. Oroſium 4, 1 etc. Sicut et aliorum illius familiae, in ſaxis veteribus apud Gruterum, apud Pighium in Annalibus, Plutarchum, Catone maiore, Liuium 42, 6 etc. Vt dubitari non debeat, hanc veram eſſe ſcripturam. Verum in qu. MSS. et edd. Nepotis, et apud Oroſium, Eutropium, Caſſiodorum, aliosque recentiores, tum et in qu. edd. Liuii, et aliorum ſcriptorum, C inſerto, *Luctatius* legitur. quod Pighius corruptum, et ad fidem antiquitatis corrigendum cenſet. Cui, dubito, an adſentiri poſſim: quum etiam in lapidibus vetuſtis apud Gruterum legatur C. LVCTATIVS p. 551, 6. et Q. LVCTATIVS Q. F. MENS. p. 63, 6. Vt vtrumque Romanis in vſu fuiſſe videatur.

*ſuperati*] Memorant hanc victoriam, praeter laudatos Ernſtio, Liuius epit. 19. Florus, auctor de viris illuſtr. Valerius Max. Eutropius, Ampelius, Zonaras locis citatis.

*arbitrio permiſ. Hamilcaris*] Sic et Polybius 1, 62.

tate: tamen paci ſeruiendum putauit, quod patriam, exhauſtam ſumtibus,[16] diutius calamitatem[17] belli ferre non poſſe intelligebat: ſed ita,
4 vt ſtatim mente agitaret, ſi paullum modo[18] res eſſent refectae, bellum renouare,[19] Romanosque armis perſequi, donicum aut[20] certe viciſſent,[21]

*Voſſ.* 1. 2. 3. *Oxon. Leid.* 2. *Sed* belli *Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mox* tamen *aberat a MS. Voſſ.* 3. — 16. ſumptibus *Ed. Ieus. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 17. calamitates *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Keuch. Bos.* 1. [*Heus. Ith. add. not.*] — 18. paull. m. *Ita etiam MS. Leid. Sed* paullummodo *Ed. Med.* paullū mō *Ed Par.* paululum modo *Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* [*Brem.* paulum modo *Ed. Heinr. Schmied. Wetz.*] — 19. reuocare *MS. Oxon. Ax.* — 20. donicum aut. *Sic MS. Gif. Bau. Mendos. Boecl.* [*Ed. Bos. Heus. et ſeqq. in textu.*] *Sed* donec aut *MS. Bau.* 2. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. A MS. Leid.* 2. *aberat.* — 21. aut certe v. [*Ed. Long. Bos. Stau. et ſeqq.*] *Sed* vt certe viciſſent *MS. Voſſ.* 1. aut certe viciſſet *MS. Ax* aut vt certe viciſſent *MS. Bau. Mendos.* aut virtute viciſſent *Ed Lamb.* aut vi certe vic. *Ed. Gebh. Keuch. Patau.* [*Hic locus valde exercuit ingenium criticorum, et alii aliter tentarunt eum, aut interpretati ſunt. v. Heus. et Harles. Tzſchuckio in* certe *vitii labes haeſiſſe videtur, quae verum ſubiectum oppreſſerit. Brem. ſuſpicatur* donicum aut vitae certamine viciſſent. *Non male. Kappio tamen et Pauſtero, forſan rectius, locus ſanus eſſe videtur, et* certe vincere *eſſe,* veram et ſine exceptione

*paci ſeruiendum putauit*] Vide Lipſium politic. 5, 20. 31. 32. et grauiſſimam diſſertationem Boecleri in Comm. ad Tacit. Annal. 1, 10. 6.

*calamitatem belli*] Sic inuenio in omnibus ante nouiſſimam Boecleri vulgatis, in qua eſt *calamitates.* Nec video, cur mutari debeat. nam ita paſſim Cicero et alii veterum loquuntur.

4 *Vt ſtatim mente agitaret etc.*] Sic et Polybius 3, 9. adde Liuium 21. princ.

*donicum* Ita libri meliores, Gif. Bauar. Schotti, et Boecler. eum in ali s ſit *donec.* Vide ndicem.

*aut certe viciſſent*] Sic praeter editos ante Lambinum, etiam MS. Boecl. (niſi quod compendium ſcripturae etiam accipi poteſt, *viciſſet*) et alter e Schoppianis. nam in altero, eoque antiquiore, itemque Schotti membranis, erat, *aut vt certe vic.* Vnde vterque legit, *aut vi certe vic.* quod etiam Gebhardus amplectitur. ac *certe vincere* exponit, victoriam indubitatam, etiam conceſſione hoſtium reportare. Atque ſic et Lugduni nuper editum video. *Certe* autem Schoppius dictum vult pro *certo*, vt apud Lucretium 3, 1092. et 4, 761. *Vi* autem *vincere*, vt apud Plautum

aut victi manus [22] dediſſent. Hoc conſilio pacem conciliauit: in qua tanta fuit ferocia, vt, quum Catulus negaret, ſe [23] bellum compoſiturum, niſi ille cum ſuis, qui Erycem tenuerunt, [24] armis relictis, Sicilia decederent: ſuccumbente patria, ipſe periturum ſe potius dixerit, quam

victoriam reportare.] — 22. manum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [2. *Wetz.*] *Sed* manus *MS. Gif. Mendos. Ax. Sau. Boecl. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Stau.* 1. 2. 3. *Heus.* [*Harl. Ith. Brem. Tzſchuck.* 1. 2. *Heinr. Schmied. Pauſl. quos ſum ſequutus, tam ob codd. conſenſum, quam quia* manus *in hac loquutione, a gladiatoribus ſumta, eſt frequentius.*] *Paullo poſt* cum Catul. *omiſſo* τῶ vt *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Heus.* [*Schmied. Heinr.*] — 23. ſe *omiſſum eſt in MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 24. tenuerant *Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Wetz.* tenerent, *vti Schmied. iam in ſuo, Lexicon über den Corn. Nep. p.* 59. *ſuaſerat, inuito Tzſchuck. ad ed.* 2. *Heuſing. (quem ſequuti ſunt Schmied. et Heinr.) ducibus MSS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. 3. *edidit*, ferocia, quum Catulus neg. — — Sicilia decederent; vt ſuccumbente patria: *non bene, ait Wetzel.*] et

Amphitr. 1, 1. 82. *Vicimus vi feroces.* Coniiciebat etiam Schottus: *aut vere viciſſent.* Giſanius Ind. Lucr. v. *Donicum* e ſuo cod. legit: *aut virtute viciſſet.* Lambinus, coniectura, vt ait, ductus: *aut virtute viciſſent.* Nam ſi *certe*, inquit, adfirmationem ſignificat, non eſt heic ei voci locus: ſin pro *ſaltem* ponitur, poſteriore loco ſemper poni ſolet. *Vincere* autem *virtute*, eleganter dictum vult, vt *vincere eloquentia, ingenio, dolo etc.* Sic autem et Leid. habuiſſe videtur. Plana eſt lectio, fateor: ſed quis credat pro notiſſima voce librarios ſcripſiſſe *certe*, aut *vt certe?* Tentabam olim: *aut hi certo vic.* ſc. Romani. Sed non ſatis placebat. Vix dubito, latere grauius vlcus, haud temere ſanandum ſine ope melioris codicis.

*aut victi manum dediſſent*] *Manus* praeferebat Lambinus, et e ſuis codd. Giſanius ac Sauaro: reperitque in ſuo etiam Boeclerus. Atque ſic et Plautus Perſa 5, 2. 72. *fateor, manus vobis do.* Vide et Eraſmus Chil. 1, 9. 79. ac Sauaronem ad epiſtolam Sidonii carmini 14. praefixam. Neque tamen vulgata lectio, *manum dediſſent*, exemplo caret, vt iam obſeruatum Lambino.

5 *Pacem conciliauit*] Quibus ea conditionibus conuenerit, habes apud Polybium 1, 62. 63. ſcriptorem ſ. Aur. Vict. de viris ill. c. 41. Appianum eclog. legation. 18. Eutropium fine 2. Oroſium 4, 11. Zonaram p. 65. Facta autem eſt Q. Lutatio, A. Manlio Conſulibus, teſte Liuio 30, 44.

*in qua*] Quomodo *in pace* tanta fuit ferocia, quae nondum facta erat? An legendum, *in quo*, vel *in qua re?* [*in qua,*

cum tanto flagitio domum rediret: [25] non enim ſuae eſſe [26] virtutis, arma a patria accepta adverſus hoſtes [27], aduerſariis tradere.

II. Huius pertinaciae [1] ceſſit Catulus. At ille, vt Carthaginem venit, multo aliter, ac ſperabat, [2] Rempublicam ſe habentem [3] cognouit. Namque diuturnitate [4] externi mali tantum exarſit [5] inteſtinum bellum, vt numquam pari periculo [6]

ſuccumb. *MS. Leid.* 2. — 25. rediret [*ſubint.* vt, *et nihil mutandum eſt. v. etiam Tzſch. ad ed.* 2. *pro* rediturum eſſe *interpretatur Heuſing. et* redire *aut* eſſe rediturum *rectius ſcriptum fuiſſe, putat Schmied.*] *ſed* redierit *MS. Voſſ.* 1. redierat *MS. Leid.* 2. — 26. eſſet *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.* — 27. hoſtis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* hoſteis *Ed. Ald.*

1. pertinacia *MS. Ax.* [*Verba tamen:* Huius pertin. ceſſ. Catulus *rectius ſuperiori capiti adiecerunt Heus. Stau. in ed.* 3. *et alii.*] — 2. ac ſperabat. *Abſunt ab Ed. Par. Ald.* [ſperarat *Ed. Schmied. ex coniectura.*] — 3. hĕntem *Ed. Iens.* — 4. diuturnitatem *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Statim* extremi *Ed. Ald.* — 5. exarxit *Ed. Iens. Med.* [exarſerat *malint Schmied. et Tzſchuck. ad ed.* 2.] — 6. in pari per. *MS. Ernſt.* pari in per. *Ed. Lamb.* [*Brem. Tzſchuck.* 1. *ſed in ed.* 2. *et edita eſt, et in not. vindicata lectio vulg.* pari per.] tali per. *MS.*

ſcil. *concilianda* pace, bene explicant Heuſing. Stau. in ſec. mai. ed. (qui etiam laudat Struchtmeyeri Animadu. critic. I. cap. 10. p. 54.) et Brem. ſed *in quo* (vti Corn. in ſubiecta adiunctae rei notione ſoleat,) legendum putat Tzſchuck. et in textum admiſit Heinr.]

*vt, cum Catulus etc.*] MS. Boecl. transpoſito τῷ *vt*, habet: *cum Catulus etc. vt ſuccumb. patr.* Mox Colon. *negaret bellum compoſ.* omiſſo prouocabulo. Et pro *tenuerunt* Lambinus et alii *tenuerant.* non ita congrue: nam adhuc tenebant, quum iſta agerentur.

6 *Cum tanto flagitio*] Vide Gebh. et notas Berneggeri ad Iuſtin. 33, 2. 3. et 44, 2. 5. Ceterum de tergiuerſatione Hamilcaris paullo aliter Zonaras: μόνην τὴν τῦ ζυγῦ ἀτιμίαν ὁ Ἀμίλκας παρῃτήσατο.

*aduerſariis tradere*] Schotti ſ. Mend. cod. [et MS. Voſſ. 1. 3.] *aduerſariis reddere.* quod tamen ille non ſequitur.

1 *Huius pertinaciae ceſſit Catulus*] Vide Forſtn. ad annal. 2. Taciti p. 221. 222. Ceterum MS. Boecl. [Voſſ. 2. Ax.] vox *Catulus* aberat.

*aliter rempubl. ſe habentem cognouit*] Pro *ſe habere.* Dictum graeca ratione, vt apud Liuium 2. *iuuentutis proceres ſecum partem periculi ſuſtinentes vidit.* Et apud Perſium ſat. 3. *helleborum Poſcentes videas.*

*pari periculo*] Sic libri omnes Lambino inſpecti, et membra-

fuerit Carthago, niſi quum deleta [7] eſt. Pri- 2
mo mercenarii milites, qui aduerſus Romanos fuerant, [8] deſciuerunt: quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt Africam, ipſam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo ſunt Poeni perterriti, [9] vt etiam auxilia [10] a

*Leid.* 2. — 7. deleta. [*a Scipione Africano iuniore.*] *Sic etiam MS. Ax.* [*recte. v. Flor.* 2, 15. 4. *et Stau. in ed. mai.*] *Sed* deſerta *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. 3. *Ed. Iens. Med. Ald. Similis confuſio erat ſupra*, 20, 3. 2. — 8. fuerant. *Sic etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. — 9. perteriti *Ed. Iens. Med.* — 10. etiam auxilia. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Sed* auxilia etiam *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Mag. Gebh. Boecl.*

nae Bauaricae vetuſtiores. Similiter alibi loquutus Nepos. Tamen MS. Ernſtii, et quidam editi, *pari in periculo.* Mox pro *deleta* alii libri *deſerta.* quod Gebhardus probius cenſet, nec Lambinus omnino improbat.

2 *Mercenarii milites deſciuerunt*] De ſeditione hac, et inde orto aliquot annorum bello, quod Liuius 22, 1. *Africanum*, Graeci *Libycum*, vocant, eiusque cauſſis, prolixe Polybius 1, 66. et deinceps. Brevius id narrant Diodorus 25. Ecloga 1. et in excerptis Peireſc. Appianus Libycis p. 3. Ibericis p. 257. Annibalicis p. 313. et in fragmento Σικελικῶν, quod habetur Ecloga legationum 8. [Bellum, cuius cauſſa ex negato ſtipendio mota eſt, ſecundum Liuium quinque annos, ſed ſec. Polybium I, 28. tres annos et quatuor menſes durauit. De Carthaginienſium militibus mercenariis Stau. ad ed. 3. conſulere iubet Arntzen. ad Victor. de vir. ill. c. 40. nr. 3.]

*aduerſus Rom. fuerant*] Adnotat Lambinus, quosdam legi velle, *ierant.* Et ſane infra 23, 4. 2. dixit *Scipionem aduerſus Hannibalem veniſſe.* Atque ſic plane Plautus, quamquam in re alia, Amphitr. 3, 3. 43. *huic eam aduerſum.* Et Terentius Adelphis 1, 1. *qui aduerſum ierant. Aduerſum tendere* dixit Virgilius Aen. 6. Nil tamen muto. nam ſic fere eodem Hannibale c. 12, 3. *quod adverſus ius hoſpitii eſt.* Alibi dixit *aduerſus aliquem ſacere, ſtare, arma ferre.* Vide Indicem. [Polybius I, 67. tradit, 120 ſtadia ab vrbe abfuiſſe.]

3 *Vt etiam auxil. a Rom. petiuerint, eaque impetrarint*] Sic MS. Boecl. Alii transponunt: *vt auxil. etiam a R. p. eaque impetr.* Ceterum abſunt ab ed. Vltraiect. duae poſtremae voces, adnotante Schotto: qui addit, *Et certe Polybius nihil horum commemorat, ſubſidia Romanos Poenis miſiſſe.* quam Schotti adnotationem ſi inſpexiſſet Kirchmaierus, haud vocaſſet, opinor, errorem, quod ea in priori editione noſtra ſub eo nomine laudata eſt. Sed et ante Schottum negauerat Lambinus, vllum hac de re verbum apud Polybium reperiri, niſi forte ſit illud, quod lib. 1, 83. narrat, *Romanos nihil promtitudinis*

Romanis petiuerint, eaque impetrarint.[11] Sed extremo, quum prope iam ad deſperationem perveniſſent,[12] Hamilcarem imperatorem fecerunt.
4 Is non ſolum hoſtes[13] a muris Carthaginis remouit, quum amplius centum millia[14] facta eſſent armatorum: ſed etiam eo compulit, vt locorum anguſtiis clauſi, plures fame, quam ferro,

*Keuch. Bos.* 1. *Statim* ab Romanis *MS. Voſſ.* 1. 3. — 11. ea impetr. *MS. Voſſ.* 3. *Abſunt ab Ed. Vltrai.* eaque impetrauerint *Ed. Steph. Mag. Gebh. Keuch. v. not.* — 12. perueniſſet *MS. Ax.* [*ſed vid. Heuſing.*] — 13. hoſtis *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 14. centum millibus *MS. Voſſ.* 2. *Ax.*

*erga Carthaginienſes, opem ſociorum implorantes, omiſiſſe:* et *ab eo tempore,* quo controuerſia inter eos orta, compoſita fuerat, *in omnibus, quae poſtularant, promte comiterque iis adnuiſſe.* Addere poterat, quod mox adiicit Polybius, *permiſiſſe eos mercatoribus, vt ad illos neceſſaria exportarent, non item, vt ad eorum hoſtes: nec recepiſſe, qui ab eis defecerant;* denique, quod ſtatim ſubiicit, *Carthaginienſes a iam dictis amicis* (Hierone ſcil. ac Romanis) *accepto auxilio,* (τυγχάνοντες ἐπικουρίας) *obſidionem toleraſſe.* Verum haec poſtea demum facta eſſe, quam Hamilcar imperator creatus eſſet, e ſerie narrationis Polybianae intelligitur. Ac dubito, an de his Nepos accipi queat. Etiam Appianus in hiſtoria Sicula [Punicor. c. 5.] diſerte ait, *Romanos auxilium rogantibus Carthaginienſibus milites quidem haud ſubmiſiſſe; ſed permiſiſſe, vt merces ex Italia Siciliaque exportarent, et ad hoc ſolum bellum milites in Italia conducerent: miſiſſe etiam legatos, qui bellum ſopire conarentur, ſed fruſtra.* Quae poſteriora etiam principio belli Punici habentur, itemque apud Zonaram: qui tamen addit, Romanos frumentum miſiſſe Carthaginienſibus: καὶ σῖτον ἔπεμψαν. Quare haud valde repugnauerim, ſi quis, quae de *impetratis auxiliis* heic adduntur, vt ſpuria eiicienda putet. Expungere tamen non ſum auſus, quod in optimis libris MSS. inveniuntur. [Neque expungenda ſunt. Nam, quod Polybius dixit, haec poſtea demum facta eſſe, quam Hamilcar imperator creatus eſſet, ea temporis ſeriem tantum ſpectant, certe rem ipſam non tollunt. v. Tzſchuck. ad ed. 2. et Kapp. Bremii autem coniectura, *eaque* (h. e. ſed ea) *non impetrarint,* num probabilior videatur, alii iudicent.]

4 *Plures fame, quam ferro interirent*] Adeo vt occiſos in proelio, captos, et ſeruos, ac denique ſe inuicem deuorarent. Teſtes Polybius 1, 84. 85. Porphyrius de abstinentia 2, 57. Addit tamen Polybius, poſtea plures XL. millibus trucidatos ab exercitu Hamilcaris et elephantis.

interirent. Omnia oppida abalienata,[15] in his Vticam atque Hipponem, valentiſſima totius Africae, reſtituit patriae. Neque eo fuit contentus, ſed etiam fines[16] imperii propagauit,[17] tota Africa tantum otium reddidit, vt nullum in ea bellum videretur multis annis fuiſſe.

III. Rebus his[1] ex ſententia[2] peractis, fidenti animo atque infeſto Romanis, quo facilius cauſſam bellandi[3] reperiret, effecit, vt imperator cum exercitu in Hiſpaniam[4] mitteretur, eoque

15. abalienata. *Sic MS. Sau. Giſ. Put. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. [*Ed. Long. Bos. et ſeqq.*] *Sed* alienata *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed. Iens. Med. Ald. Lamb. Bos.* 1. [*Parum intereſt.*] *Statim* in iis *MS. Voſſ.* 1. — 16. finis *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 17. propagauit. *Sic etiam MS. Ax.* prograuit *Ed. Iens. Med. Par. add. not.*

1. rebus iis *MS. Voſſ.* 1. — 2. ſnïa *Ed. Par. Mox* aïo *in Ed. Iens. Par.* — 3. belli *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. [*vid. ſupra, in cap.* 1, 3.] cauſa belli reperiretur *Ed. Long. Steph. Mag. Gebh. Keuch. et* cauſa *Ed. Iens. Med. Arg. Similis error ſupra* 19, 4. 2. — 4. in Hiſpaniam. *Sic MS. Sau. Giſ. Put. Boecl. Voſſ.* 2. 3. *Leid.* 2. *Sed*

*oppida abalienata*] Sic MSS. Sauar. Boecl. et quidam Lambino viſi. quomodo paulo ante v. 1. *totam abalienarunt Africam.* Vulgo editur *alienata.* Sic *inſulae alienatae* 5, 2. 4. Statim Leid. 1. *validiſſima totius Afr.* Lambinus autem coniiciebat, *opulentiſſima.* Mihi *valentiſſima* rectum eſt. nam et alibi ea voce vſus.

5 *Fines imperii propagauit*] Edd. Ven. Ald. et Flor. *prorogauit.* Lambini iudicio, mendoſe.

*tota Africa tantum otium reddidit*] Fuit cum legendum putarem, *totae Africae.* quomodo fere loquitur 20, 3. 2. *tantum otium toti inſulae conciliauit.* Nunc nihil muto. *tota Africa,* pro *in t. Afr.* dictum, vt praefat. verſ. 5. *tota Graecia.*

1 *Quo facilius cauſſam bell. reperiret*] Sic fere et Polybius 1, 10. *ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα σπουδάζων ταύτῃ χρήσασθαι παρασκευῇ πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον.* Et Oroſius 4. 13. *Amilcar ab Hiſpanis in bello, cum aliud bellum aduerſus Romanos clam pararet, occiſus eſt.* adde Liuium 21, 2. Aliter Appianus Iberico: *ἀφορμὴν αὐτῷ ποιούμενος ἀποδημίας τε καὶ ἔργων, καὶ δημοκοπίας.* adde eundem Annibalico p. 314. Ceterum edd. Colon. Gebh. et aliae habent: *cauſſa bell. reperiretur.* non aeque apte.

*in Hiſpaniam*] Addunt praepoſitionem etiam MSS. Sauar. et Boecl. Ab ed. Lambin. aliisque abeſt.

*mitteretur*] Ita quidem et Polybius 2, 11. et Iuſtinus 44, 5.

ſecum duxit filium Hannibalem,[4] annorum no-
2 vem. Erat praeterea cum eo adoleſcens illuſtris, formoſus,[5] Hasdrubal: quem nonnulli[6] diligi turpius, quam par erat, ab Hamilcare, loquebantur.[7] Non enim maledici tanto viro deeſſe poterant. Quo factum eſt, vt a praefecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur eſſe. Huic ille filiam ſuam in matrimonium dedit, quod moribus
3 eorum non poterat interdici[8] ſocero gener. De hoc ideo mentionem fecimus,[9] quod, Hamilcare occiſo, ille exercitui praefuit, resque magnas

Hiſpaniam, *omiſſa praepoſitione, MS. Voſſ.* 1. *Ed. Lamb.* — 5. formoſus. *Ita etiam MS. Ax.* *Sed* et formoſus *Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Wetz.*] — 6. nonnulla *MS. Voſſ.* 3. *Mox* Amilcare *Ed. Iens. Med. vbique.* — 7. loquebatur *MS. Voſſ.* 3. — 8. interdici non poterat *Ed. Steph. Mag. Gebh. Keuch. Statim* ſocer a genero *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* ſocer genero *MS. Leid.* 1. [*probatque Tzſchuck. ad ed.* 2.] — 9. faci-

4. ſed Zonaras ait, contra voluntatem magiſtratuum, (παρὰ γνώμην τῶν οἴκοι τελῶν) in Hiſpaniam abiiſſe. Diodorus et Appianus neque negant miſſum, neque adfirmant: ſed ſolummodo ad columnas Herculis Gadesque tranſiiſſe, bellumque adverſus Hiſpanos geſſiſſe tradunt. Hanc, opinor, expeditionem Strabo deſignat lib. 3. quum Carthaginienſes μετὰ τοῦ Βάρκα στρατεύσαντας ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ memorat. Ceterum e Diodoro 25. in exc. Peireſc. adparet, Hamilcarem, confecto Libyco bello, effeciſſe, vt populus ei στρατηγίαν ὅλης τῆς Λιβύης ad breviſſimum tempus demandaret: quod an huc pertineat, cogitandum eſt.

*ſecum duxit Hannibalem*] Vide ad 23, 2. 3.

2 *Erat cum eo Hasdrubal*] Sic et Appianus Iber. p. 257. Polybius l. c. quum interficeretur Hamilcar in Hiſpania, illic gubernatorem ac trierarchum fuiſſe ſcribit.

*formoſus*] *Et formoſus* edidere Lambinus et alii. haud ſcio, an fide ſcriptorum codicum.

*diligi turpius, quam par erat*] Liuius 21, 2. *Hasdrubal, flore aetatis, vti ferunt, primo Hamilcari conciliatus.*

*quod moribus eorum non poterat interdici ſocero gener.*] Cur Hamilcar Hasdrubali filiam ſuam in matrimonium dederit, aliam adfert cauſam Livius [21, 2. 2 ſq. vbi v. interpret. in ed. Drakenb. tom. 3. p. 345. ſq.] *gener ob altam indolem prouecto annis adſcitus.* vti quidem eum locum emendauit, praeeunte Lipſio, in poſtrema editione incomparabilis Gronouius: quum antea obſeruat. 3, 8. aliter cenſuiſſet.

3 *Hamilcare occiſo, exerc. praefuit etc.*] De Hasdrubalis imperio militari, rebus in Hi-

geſſit: et princeps largitione[10] vetuſtos peruertit mores Carthaginienſium: eiusdemque poſt mortem Hannibal[11] ab exercitu accepit imperium.

IV. At Hamilcar,[1] poſteaquam mare trans- 1
iit, in Hiſpaniamque venit, magnas res ſecunda
geſſit fortuna: maximas bellicoſiſſimasque gentes
ſubegit: equis, armis, viris, pecunia, totam locupletauit Africam. Hic quum in Italiam bel- 2
lum inferre meditaretur, nono anno poſt quam
in Hiſpaniam venerat, in proelio pugnans aduerſus Vettones[2] occiſus eſt. Huius perpetuum 3

mus *MS. Voſſ.* 1. — 10. princeps largitiones *MS. Voſſ.* 2. *add. not.* — 11. mortem. nam Hannibal *Ed. Iens. Med. Arg. Long.*

1. Hamilcare *MS. Leid.* 2. *Statim* poſtquam *MS. Ax.* poſtea quam *Ed. Iens. Med.* — 2. Veteones *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *Ax.* Vetrones *MS. Leid.* 2. Vectones *Ed.*

ſpania geſtis, ac caede videndi praeterea Polybius 2, 1. et 13. et lib. 3, 13. Diodorus 25, 2. Ecloga 2. Liuius 21, 2. 4. Iuſtinus 44, 5. 5. Silius 1. Valerius Max. 3, 3. Appianus Iberic. p. 258. et Annibalic. p. 313. Zonaras p. 67.

*princeps largitione vetuſtos peruertit mores Carthaginienſium*] MS. Boecl. habebat, *principes largitiones.* et mox Schotti cod. [ſ. Mendoſ. it. Leid. 2. Voſſ. 1. 2. 3.] *praeuertit.* vtrumque corrupte.

1 *Magnas res ſec. geſſit fortuna etc.*] De his vide Polyb. 2, 1. Diodorum, Appianum, Zonaram locis modo laudatis. Breviter Ampelius: *Punico bello magnam partem Hiſpaniae ſub imperium Carthaginienſium redegit.* Sed falſum hoc. nam, vt paullo poſt refert, bellum Punicum primum *Duilius apud Liparas inſulas, Lutatius apud Aegates, merſis hoſtium claſſibus, conſummauerunt.* Non igitur ita ſcripſiſſe Ampelium putem. Forſan excidit vox, legendumque, *confecto Punico bello.*

2 *In Ital. bellum inferre*] Adnotat Lambinus, alios legere, *Italiae bellum inferre,* et ſic potius loqui bonos ſcriptores alios. Sed non video quemquam in ſcriptis libris id reperiſſe.

*in proelio*] Sic praeter Appianum [lib. VI. de rebus hiſp. cap. 5. et libr. VII. de bello Hannibal. cap. 2. in ed. Tollii tom. I. p. 426 ſqq. et 540 ſqq.] Iberico et Annibalico, et Iuſtinum 44, 5. etiam Oroſius 4, 13. et Caſſiodorus Chronico. Immo ipſe Polybius hiſt. 2. ait, cum hoſte dimicantem, fortiter obiiſſe. Ab equo, quum flumen in fugam actus tranſiret, excuſſum, non Polybius, quod vir doctus adnotat, ſed Diodorus ſcribit. Zonaras ait, ab Hiſpanis victum occubuiſſe, πρὸς Ἰβήρων νικηθεὶς ἔθανεν.

*Vettones*] Sic et apud Caeſarem de bello ciu. 1, 38. in recentioribus edd. et MS. cod.

odium erga Romanos maxime concitaſſe videtur ſecundum bellum Poenicum.[3] Namque Hannibal, filius eius, adſiduis patris obteſtationibus eo eſt perductus, vt interire, quam Romanos non[4] experiri, mallet.

*Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.* — 3. Poenicum. *Sic MS. Dan. Gif. Sed* Punicum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Mag. Gebh. Boecl. Keuch. Patau. vbique.* [*Schmied.*] — 4. quam non Rom. *Ed. Par. Ald. Long. Lamb.*

Ciacconii nomen hoc exaratum: ſicut apud Ptolemaeum 2, 5. Οὐέττωνες. Appianus Ibericis Οὐέτωνας vocat: quomodo et Dausquius ad l. Silii rectius hoc loco cenſet *Vetones*. Vulgati *Vectones* praeferunt, quomodo ea vox et apud Liuium 35, 7. et 22. Lucanum 4, 9. et in quibusd. edd. Caeſaris legitur. quod improbare non auſim. In Boecl. erat *Vetcones*. ex alterutro corrupta voce. [v. Heinſ. et Drakenb. ad Sil. Ital. III, 378. et ibid. Rupert. in varr. lectt. *Vettones* autem populus Luſitaniae circa Tagum inter Durium et Anam.]

3 *Huius perpet. odium erga Rom.*] De quo praeter noſtrum, heic et 23, 1. 3. teſtantur Polybius 3, 9. et 12. Liuius 21, 1. Valerius Max. 9, 3. ext. 2.

*concitaſſe ſecundum bellum Poenicum*] Copioſe haec Polybius 3, 9. ad 13. vsque. adde Liuium l. c. *Poenicum* autem, pro *Punicum*, vt hucusque omnes edidere, reſcripſi fide librorum Gif. ac Dan. Vide, quae dixi ad cap. 1, 1.

*patris obteſtationibus*] Vide ad 23, 2. 3.

# XXIII. HANNIBAL [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Omnibus ducibus maior, inuidia debilitatur. II. Capitalis Romanorum hoſtis. III. Imperator Hiſpaniam ſubigit. Saguntum expugnat. Per Alpes in Italiam tranſit. IV. Saepius feliciter pugnat in Italia. V. Reliquae res ab eo in Italia geſtae. VI. Reuocatus patriam defenſum, a Scipione vincitur. VII. Domo ad Antiochum profugit. VIII. Suos ciues fruſtra ad bellum inducere tentat. Rhodiorum victor. IX. Cretenſium auaritiam deludit. X. Regem Ponti armat aduerſus Romanos. XI. Dolo pugnat aduerſus Eumenem. XII. Ne tradatur Romanis, veneno hauſto mori mauult. XIII. Eius litterarum amor.*]

HANNIBAL [2]) HAMILCARIS F. CARTHAGI- 1

1. Hannibalis vita *Ed. Iens. Med. Arg.* Annibalis vita *Ed. Par. Ald.* — 2. Annibal *Ed. Par. Ald. vbique. Statim* Amilcar. *Ed. Iens. Med. vbique* [*v. ad Hamilc.* 1, 1.]

De Hannibale vide Silium Italicum, toto opere de bello Punico, Eutropium 3. Oroſium 4, 14. et deinceps, Zonaram tomo 2. Quaedam illius et Valerius Max. et Frontinus in Strategematis, paſſim: Plutarchus Fabio, T. Flaminino, M. Marcello, et alibi: Diodorus libro 26. in Excerptis Peireſc. et in iisdem Dio Caſſius lib. 1. narrant. Effigies eius exſtat in nummo, qui penes me eſt, cum inſcriptione: ΑΝΝΙΒΑΛ ΠΟΙΝΟΣ. In aduerſa parte conſpicitur Iuppiter ſeminudus ſedens, dextra fulmen, ſiniſtra ſceptrum tenens, et: ΔΟΞΑ ΔΙΟΣ. Sed vix dubito, recentiorem ac ſuppoſiticium eſſe. Ac vidi eumdem typum in aereo Henrici Meieri, Eccleſiaſtae Lipſienſis, amici, dum viueret, coniunctiſſimi; ſed in altera parte erat caput Ariſtotelis cum his circum litteris: ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΟΥ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ: plane quale eſt in argenteo meo, cuius aduerſa facies exhibet Naturam multimammiam, vtraque manu fructus gerentem, cum inſcriptione: ΦΥΣΙΣ ΠΑΝΑΙΟΛΟΣ. Habebat idem Meierus et argenteum, in quo caput Hannibalis cum hac inſcriptione: — ILLE HANNIBAL, detrita priore illius parte. Eiusdem caput e nummo argenteo tetradrachmo exhibent Imagines Vrſini num. 63.

NIENSIS.[3] Si verum eſt, quod nemo[4] dubitat, vt populus Romanus omnes gentes virtute ſu-

3. Carthagin. *Aberat a MS. Leid. 2. add. not.* — 4. ſi verum et quod nemo *MS. Boecl.* ſi verum, quod nemo *MS. Voſſ.* 2.

vna cum litteris Punicis, nomen eius, (vt aiebat, cuius is nummus fuit, Petrus Contarenus,) exprimentibus. Duas quoque gemmas, in quibus Hannibalis pueri effigies exſtet, laudat Faber in commentario. Vide ad cap. 2, 4.

1 *Hannibal, Hamilcaris F.*] Sic plane vetus Inſcriptio, quam laudauimus ad 22, 1. 1. Et cum adſpiratione nomen Hannibalis etiam ſcriptum reperitur in duobus lapidibus apud Gruterum p. 114, 10. et p. 406, 7. et apud Frontinum, eamque ſcripturam probat et Eutychus Grammaticus, Dausquio ad 1. Silii p. 23. laudatus. Ceteri Latinorum fere omittunt adſpirationem: niſi quod ea in MSS. codd. aliquando reperitur, vt apud Iuſtinum 19, 2. 2. in viſis Bongarſio. Graecis quoque 'Αννίβας eſt cum ſpiritu leui. Adſpirationi tamen fauet origo vocis; eſt enim haud dubie a חֵן et בַּעַל quaſi tu dicas *gratiam domini*, ea forma, qua a חֵן et אֵל eſt חַנִּיאֵל *Hanniel*, Numer. 34, 23. quod exponunt *gratiam dei.* Dausquius *Hannibalem* interpretatur *gratioſum apud Belum*, et leuat nihilominus; aitque *ſecum eſſe infinitatem prope veterum nummorum atque inſcriptionum.* Vellem adduxiſſet aliqua ex illis monumentis, aut ſaltem indicaſſet: nam mihi quidem nulla hucusque obſeruata, praeter vnam inſcriptionem Africanam, Bocharto de colon. Phoenic. 1, 24. laudatam, in qua legitur *Azrubal Suffes, Annibalis filius.*

*Carthaginienſis*] Addebat Ernſtianus, *ſequitur.* quod gloſſema puto inepti librarii, qui verbum deſiderari exiſtimabat, quum tamen pari modo et alibi noſter loquutus ſit. Vide ad 2, 1. 1.

*quod nemo dubitat, vt populus Rom. etc.*] *Mirum*, inquit Lambinus, *loquendi genus. Cur non ita dixit potius*, Si verum eſt, quod n. d. populum R. o. g. virtute ſuperaſſe? *Verum tamen nihil mutandum. Sic enim veteres interdum loquebantur.* quod verum eſt. Nam ſic plane Varro de re ruſtiaa 1, 2. *Verum dicit, vt ille hoc ſcripſerit.* Cicero pro Sext. Roſcio c. 40. *Non eſt veriſimile, vt Chryſogonus horum litteras adamarit.* Plinius Panegyr. c. 8, 6. *An dubium eſt, vt dare non poſſet imperium imperator?* Quae loca, et his ſimilia alia iam adnotarunt Mariangelus a Fano Benedicti in Auctario ad Grammaticam philoſoph. epiſtola 6. et Vorſtius libro de Latinitate falſo ſuſpecta c. 24. Ceterum in MS. Boecl. erat, *ſi verum et quod n. d.* [add. Stauer. ad mai. edit. — Schmieder. in Lexico etc. p. 61. ſq. hanc primam Nepotis periodum valde culpat.]

*vt pop. Rom. omnes gentes virtute ſuperarit*] *Virtutem* intellige bellicam, h. e. fortitudinem, vt paſſim apud veteres. quod ſi animaduertiſſet vir doctus, non obieciſſet, opinor, Nepoti Ciceronem, tanquam in dubium vocantem, quae hoc loco de Romanis adſirmantur.

perarit, non eſt inficiandum, Hannibalem [tanto][5]
praeſtitiſſe ceteros imperatores prudentia, quanto
populus Romanus antecedat[6] fortitudine cunctas
nationes. Nam quotieſcumque[7] cum eo congreſ- 2
ſus[8] eſt in Italia, ſemper diſceſſit ſuperior. Quod
niſi domi ciuium ſuorum inuidia debilitatus eſſet:
Romanos videretur[9] ſuperare potuiſſe. Sed mul-

5. tanto *aberat a MS. Boecl. Voſſ. 2. Ed. Par. Ald. Sed erat in MS. Leid. 2. Voſſ. 1. 3. Vnci [adduntur in Ed. Bos. 2. Stau. Sed] abſunt ab Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Patau. [et rell. recentt.]* — 6. antecedat. *Sic etiam MS. Leid. 2. Voſſ. 1. 2. 3. Sed* antecedebat *Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. [Tzſchuck. 1. (ſed correctum in ed. 2. vbi v. not.) Brem.]* — 7. quotienscunque *MS. Ax. Voſſ. 1. 2. Ed. Iens. Med. Arg. Long.* — 8. aggreſſus *MS. Voſſ. 3. In Voſſ. 1. 2. et Ax. aberat τὸ* eſt. — 9. videretur. *Sic MS. Ax. Boecl. Voſſ. 1. 2. 3. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. et plures recentt. atque id aptius eſt praecedentibus, et magis conuenit Romanorum ſuperbiae. v. Brem. ac Tzſchuck.] Sed* videtur *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patau. [Wetz. atque Wetz. in nota negat, τὸ* videretur, *vtpote incertum, conuenire orationi Noſtri, qui virum ſuum omnium fortiſſimum certiſſimumque Romanorum victorem pronuntiare non dubitet. At tamen, re incerta, Hannibalem certiſſimum victorem pronuntiare non potuit Cornelius. Atqui victus erat Hannibal ad Nolam a Marcello, teſte Liuio 23, 16 ſq. add. Cicer. Brut. 3, 8.]*

*Hannib. tanto praeſtit. ceteros imperatores*] Ipſe Hannibal *maximum imperatorem Alexandrum Magnum, Pyrrhum ſecundum, tertium ſeipſum eſſe* dixit apud Liuium 35, 14. et Appianum Syriacis p. 91. Vide et Lucianum in dialogis mortuorum p. 246 et ſeqq. edit. Salmur. vbi de praeſtantia bellica Alexander, Hannibal et Scipio inter ſe contendunt. Laudem Hannibalis habes apud Liuium 28, 12. (qui et ingenium eius 21, 4. eleganter depinxit,) itemque apud Diodorum ac Dionem locis modo laudatis. Ceterum a MS. Boecl. *tanto* aberat. non male. nam ſic et alii loquuti. quare vncis incluſi. In qu. edd. eſt *antecedebat.* credo, quod Probus harum vitarum auctor habebatur.

2 *Quod niſi*] V. Ind. *quod.* [In illo Boecler, „ſic *quod,* ait, etiam praefigitur τῷ *niſi* in loco, (qui noſter eſt, legit tamen *videtur;*) nam et heic aliquo fulcro veluti indigebat τὸ *niſi.* qualia alias ſunt: *ſane niſi debilitatus, equidem niſi debil.*" et Boſius addit locum Taciti Agric. 16, 2. *quod niſi Paullinus propere ſubueniſſet, amiſſa Britannia foret.* Fiſcher. in nota mſta laudat Munker. ad Hygin. p. 60. Stauer.]

*videretur*] Sic opt. liber Boe-

3 torum obtrectatio deuicit vnius virtutem. [10] Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos ſic confirmauit, [11] vt prius animam, quam id, depoſuerit: qui quidem quum patria [12] pulſus eſſet, et alienarum opum indigeret, numquam deſtiterit animo bellare cum Romanis.

1 II. Nam vt omittam [1] Philippum, quem abſens hoſtem reddidit Romanis: [2] omnium his temporibus potentiſſimus rex Antiochus fuit. Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, vt vs-

10. vnius deu. virt. *MS. Ax. Statim* hinc autem *MS. Leid.* 2. — 11. conſeruauit *MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. [*Ed. Mag. Heus. Sed* confirmauit *recte tuentur Tzſchuck. ad ed.* 2. *et Schmied. qui praeterea in Lexico etc. p.* 62. *monet, rectius poſitum fuiſſe* vt deponeret, *antecedente* τῷ confirmauit. *at* depoſuerit *ex analogia vſuque linguae graecae vindicandum videtur.*] — 12. cum primo patria *MS. Voſſ.* 2.

1. obmitmitam *MS. Voſſ.* 3. — 2. abſens *et dein* Romanis *aberant a MS. Ax. Statim* omnibus *MS. Voſſ.* 3.

cler. nec video, cur mutari debeat. Vt in aliis lectum hucvsque fuerit *videtur*, fecit compendium ſcripturae, *vid'etur.* ſic enim in MSS. exarari vox iſthaec ſolet.

3 *Hereditate relictum odium paternum*] Nicander apud Liuium 35, 12. *natum aduerſus Romanos hoſtem* vocat. De Hamilcaris erga Romanos odio vide 22, 4. 3.

1 *Quem abſens hoſtem reddidit Romanis*] Obſeruat Magius, aliter haec narrare Iuſtinum 29, 4. 2. quod verum eſt. Ait enim, Philippum, Macedoniae regem, *legatum ad Annibalem iungendae ſocietatis gratia miſiſſe.* idque et Liuius tradit 23, 33. Neque tamen idcirco non adſtipulatur Noſtro. nam potuit nihilominus Philippus ab Hannibale inſtigari ante, quam ad eum mitteret. Nec magis aduerſatur Florus 2, 7. 4. Cum noſtro autem plane facit, quod apud Liuium 38, 49. Legati Romani in ſenatu Carthaginienſi exponunt, *compertum patribus Rom. eſſe, Philippum regem ante ab Hannibale accenſum maxime, bellum populo Rom. feciſſe.* Formulam foederis cum Philippo ſanciti habes apud Polyb. 7, 2. et Liu. 23, 33. 4.

*hunc tanta incendit cupiditate bellandi*] Nempe, poſtquam domo profugus ad eum perueniſſet. nam quod iam ante cum Antiocho ſocietatem iniiſſe dicebatur, id ab aemulis illius confictum fuiſſe, Iuſtinus 31, 9. 1. clare ſignificat. nec diſſimulant, qui Antiochi cum eo colloquia narrant, reliqui. vide Liuium 34, 60. et 36, 7. Appianum Syriac. p. 89. 90. Plutarchum Flaminino p. 380. Florum 2, 8. 5. Iuſtinum 31, 3.

que a rubro mari arma conatus ſit inferre Italiae. Ad quem quum legati veniſſent Romani, 2
qui de [3] eius voluntate explorarent, darentque operam conſiliis clandeſtinis, vt Hannibalem in ſuſpiciónem regi adducerent, tamquam ab ipſis corruptum, alia atque antea ſentire; neque [4] id fruſtra feciſſent, idque Hannibal [5] comperiſſet, ſe-

Ff 2

3. de *aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 2. — 4. cum neque id fr. fec. *Ed. Long.* — 5. niſi id cum Hann.

5. Zonaram tomo 2. p. 102. Legati Romani, quum, apud Liuium, *compertum ſibi,* aiunt, *ab eo litteras nuntiosque ad Antiochum profectos*, cauſſae inſeruiunt, finguntque fortean, quod numquam factum erat. Fuiſſe tamen, qui acie victum a Scipione, extemplo ad Antiochum profectum traderent, Liuius refert 30, 37. [De Philippo, Macedoniae rege, Demetrii filio et Perſei patre, atque de Antiocho M. rege Syriae plura ſcripſit Stauer. ad ed. min. et alteram maiorem.]

2 *Legati Rom. veniſſent etc.*] De hac legatione, eiusque cauſſa ac geſtis, videndi Polybius 3, 11. Liuius 35, 13. et deinceps, Appianus Syriac. p. 91. 92. Iuſtinus 31, 4. Frontinus 1, 8. 7. Zonaras p. 102: qui tamen non parum a ſe inuicem diſcrepant.

*qui de eius voluntate explorarent*] Vide adnotata Caſaubono ad Fl. Vopiſc. Bonoſ. Zonaras ait, miſſum Scipionem, vt Antiochum ac Hannibalem terreret.

*de eius voluntate*] MS. Boecler. *eius voluntate*, omiſſa praepoſitione. An fuit, *eius voluntatem?* Lambinus certe quaerit, cur non ita dixerit Nepos. Sed nulla mutatione opus.

*in ſuſpicionem regi adduc. tanquam corr. ab illis alia atque antea ſentire*] Mirum loquendi genus, nec alibi mihi obſeruatum. et tamen nemo interpretum id tetigit. Si locus integer eſt, τὸ *ſentire* ad *ſuſpicionem* referendum eſt: *in ſuſpicionem, ſentire* (eum) *alia, tamquam corr. ab illis.* Sed duriuſculum id mihi videtur. An igitur Nepos ſcripſit: *tanquam corruptus ab illis, alia a. a. ſentiret?* Sic certe loquuntur optimi ſcriptores. [Heuſinger in longa adnotatione, et breuius Harl. Tzſchuck. ac Wetzel. hunc locum a ſuſpicione Boſii bene defenderunt: *darent operam, vt conſiliis clandeſtinis,* (h. e. ſecretis congreſſibus et colloquiis cum Hannibale,) *hunc in ſuſpicionem regi adducerent, etc.* (h. e. facerent, vt rex ſuſpicaretur, eum, vtpote a Romanis ipſis corruptum, alia, atque antea, ſentire.) Τὸ *tamquam* igitur, (quod Brem. interpolatum eſſe cenſet, et abeſſe poterat,) cohaeret cum *corruptum.*]

*alia atque antea ſentire*] *Reconciliatam eius cum Romanis gratiam*, dixit Iuſtinus explicatius.

*feciſſent, idque Hannib. comper.*] Mihi olim leui mutatione vnius litterulae figura haud valde disſimilis legendum videbatur: *feciſſent, niſi id tum H.*

que ab interioribus [6] conſiliis ſegregari vidiſſet:
3 tempore dato adiit ad regem, [7] eique quum multa de fide ſua et odio [8] in Romanos commemoraſſet, hoc adiunxit: pater, inquit, meus Hamilcar puerulo me, [9] vtpote non amplius nouem

*MS. Boecl. Ax.* — 6. inferioribus *MS. Voſſ.* 1. — 7. adiit ad regem. *Sic MS. Boecl. Sau. Gif. Put. Voſſ.* 1. 2. 3. [*Ed. Bos. Heus. et ſeqq.*] *Sed* adiit regem *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl.* — 8. odium *MS. Mendos. Voſſ.* 3. — 9. me *abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.*

*c.* Notum eſt, ſaepiſſime in MSS *c* et *t* permutari. *Non id fruſtra feciſſent*, i. e. non excidiſſent ſpe ſua. Iam enim ſuſpectum regi reddiderant Hannibalem: vt è Polybio ceterisque manifeſtum eſt. In qu. edd. eſt, *cum neque i. fr. fec.* [Haud quidem improbabilis eſt Boſii coniectura. Sed ſi τὰ *neque id fr. feciſſ.* ſignis parentheſeos ſepares a reliquis verbis, et poſt *idque* repetas ex ſuperioribus τὸ *quum:* nihil mutandum et ipſa periodus implicita quidem, at ſana tamen integraque videtur.]

3 *Adiit ad regem*] Sic e MSS. ſuis legunt Sauaro, Boeclerus, et in Ind. Lucret. v. *reviſere* Giſanius. quomodo 2, 7. 1 et 4. et alibi locutus eſt. Mox MS. Boecl. *de vita ſua.* ſed in marg. adſc. *ſid.* Pro *odio* V. cod. Schotti *odium.* Statim in illo *puerulo me*, pro-vocabulum vulgo omittitur. erat tamen in MS. Leidenſi *pu.me.* niſi forteaſi in excerptis eius ſcribi excudiue debuit *pu.me*, abbreuiate.

*pater meus Hamilcar etc.*] Narrant hanc rem etiam Polybius 3, 11. Liuius 21, 1. et 35, 19. Valerius Max. 9, 3. ext. 3. tanguntque et ſcriptor de viris ill. c. 42. Appianus Iber. et Annibal. Martialis 9, 44. Florus 2, 6. 2. Oroſius 4, 14. et ex his alii: copioſe vero, more poetarum, deſcribit Silius lib. 1. ad quem videndus Dausquius. Corniolam Vrſini, repertam in agro Peruſino prope lacum Traſimenum, vbi Hannibal tetendiſſe legitur, in qua a dextris Hamilcar ſacra faciens ſculptus erat, ipſo Hannibale puero ad aram ſtante, a ſiniſtris Asdrubal galeatus, patruus eius, memorat Ioh Faber commentario in imagines illuſtrium Vrſinianas p. 41. coniicitque Afro alicui, ſtudioſo Hannibalis, pro petra annulari fuiſſe. Addit et de alia gemma, vtriusque capita, ſed Hannibalis, vt pueri, vt exiſtimat, exhibente, coniicitque annularem ipſius Hannibalis fuiſſe. De quibus iudicent, quibus inſpiciendi copia eſt. Exſtat enim fortaſſis etiamnunc inter theſauros Farneſianos.

*nouem annos*] Sic et Polybius l. c. et lib. 2, 1. Liuius ll. cc. et 30, 37. Valerius Max. Oroſius, et ex emendatione doctorum virorum Scriptor de viris illuſtribus, [c. 42. vbi v. Arntzen.] Silius quoque lib. 14. *Decimum modo coeperat annum Exceſſiſſe puer, noſtro cum bella Latinis Concepit iuſſu.* Quibus neutiquam, vti quidem Dausquius putabat, aduerſatur, quod idem lib. 1. ait, factum

annos nato, in Hiſpaniam imperator proficiſcens Carthagine, Ioui optimo maximo[10] hoſtias immolauit. Quae diuina res[11] dum conficiebatur, 4
quaeſiuit a me, VELLEMNE SECVM IN CASTRA PROFICISCI? id quum libenter accepiſſem, atque ab eo petere coepiſſem, ne dubitaret ducere: tum ille: FACIAM, inquit, SI FIDEM MIHI QVAM POSTVLO DEDERIS. Simul me ad[12] aram adduxit, apud quam ſacrificare inſtituerat;[13] eamque, ceteris remotis, tenentem iurare iuſſit, NVMQVAM ME IN AMICITIA CVM RO-

*Lamb.* — 10. optimo et maximo *MS. Voſſ.* 2. optimo nax. *Ed. Iens.* *Statim* hoſtiam *MS. Leid.* 1. — 11. qui, diuina re, *MS. Leid.* 2. que diurna *Ed. Iens.* quae diurna *Ed. Med.* *Statim* dum *abeſt ab ed. Gebh. et mox* vellem ne, *diuiſim Ed. Iens. Med. Arg. Par.* — 12. Simul me ad. *Ita MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Leid.* 1. *Ed. Long.* [*Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* ſimul ad *MS. Ax. Leid.* 2. ſimulque ad *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Par. Ald. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 13. inſtituerat

hoc, *Vt fari primamque datum diſtinguere lingua Annibali vocem;* neque quod apud eundem lib. 2. Boſtar dicit, *iam bella iuraſſe* eum, *cum primum tenero vocem proferret ab aevo.* Significat enim, vix infantiam fuiſſe ingreſſum: ea vero cum anno aetatis ſeptimo finitur.

*proficiſcens Carthagine*] Vbi iuraſſe Hannibalem in Eliſſae templo media vrbe ſito, copioſe Silius [1, 81. vbi v. Drakenb.] narrat: quod ſine cauſſa in dubium vocat Dausquius, coniicitque apud Garamantas in Iouis templo factum. nam quod ait, Polybium refragari lib. 3, 12. qui tum Hamilcarem ſcribat Herculis columnas adiiſſe: id ſecus eſt. Potius fauet Silio. ſcribit enim, *accepto exercitu,* (qui vtique in Africa erat et prope Carthaginem.) *et filio Hannibale; iuxta Herculis columnas traieciſſe.* At *Valerius Max.* 9, 3. ext. ex. 3. *ſcripſit, Hamilcarem exercitum in Hiſpaniam traieciſſe.* Immo diſerte ait, *exercitum in Hiſpaniam* TRAIECTVRVM, *ob id ſacrificaſſe.* Nec aliter Liuius 21, 1. Polyb. 3, 11. Silio et illud fauet, quod Hannibal petiit, vt duceretur in Hiſpaniam. Sic enim praeter noſtrum iidem duo ſcriptores. Vnde malim cum ed. Col. ſ. Longol. ſic diſtinguere: *In Hiſp. imp. proficiſcens, Carthagine Ioui o. m. h. immolauit.* Pro *hoſtias* MS. Leid. *hoſtiam* habet. quomodo Silius: *tum nigra triformi Hoſtia mactatur Diuae.*

4 *Simul me*] Melius ita Boecler. Leid. et ed. Col. quam reliqui *ſimulque.* [*Simul* h. e. ſtatim, eodem tempore.]

*nunquam me in amicitia cum Romanis fore*] Valerius: *ſe cum primum per aetatem*

5 MANIS FORE. Id ego iuſiurandum patri datum vſque ad hanc aetatem [14] ita conſeruaui, [15] vt nemini dubium eſſe debeat, quin reliquo tempo-
6 re eadem mente ſim futurus. [16] Quare ſi quid amice de Romanis cogitabis: non imprudenter feceris, ſi me celaris. [17] Quum [18] quidem bellum parabis, te ipſum fruſtraberis, ſi non me in eo principem poſueris.

1 III. Hac igitur, [qua diximus,] aetate [1] cum patre [2] in Hiſpaniam profectus eſt: cuius poſt obitum, Hasdrubale imperatore ſuffecto, equita-

*MS. Voſſ.* 3. — 14. ad hanc aetatem, [*quod aptius reſpondet* puerulo.] *Ita MS. Leid.* 1. *r. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos. Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* ad hanc diem *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau. quod verum puto.* — 15. ſeruaui *Ed. Boecl. Sed* conſeruaui *MSS. (v. not.) Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos.* 1. 2. [*et ſeqq.*] — 16. ſum fut. *MS. Voſſ.* 2. — 17. caelaris *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 18. quam quidem *MS. Voſſ.* 3.

1. Hac igitur, [qua diximus,] aet. *Sic MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 3. [*Ed. Heus. Ith. Brem. Heinr. Schmied. Tzſchuck.* 1. 2.] *vncis tamen omiſſis.* [*Vnci additi ſunt in Ed. Bos. Stau. Harl.*] *Sed* hac ergo, qua diximus, aet. *MS. Leid.* 1. hac igitur aetate *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* — 2.

*potuiſſet, acerrimum hoſtem populi Rom. futurum.* Scriptor de viris illuſtribus: *odium in Romanos perenne iurauit.*

5 *Ad hanc aetatem*] Sic reſcripſi fide codicis Leid. nec dubito verum eſſe: etſi omnes alii habent: *ad hanc diem.* Τὸ *aetatem* abbreuiate ſcriptum abſorpſerat ob ſimilitudinem vox proxima *ita.* Cum igitur aliquid deeſſe viderent librarii, *diem* de ſuo addiderunt. Mox *conſervaui* erat in MSS. Boecl. Leid. 1. 2. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. Col. Lamb. Gebh. aliisque. quod neſcio cur in *ſeruaui* mutarint. nam et alibi legas apud Noſtrum *conſeruare fidem, inducias, leges, religionem.*

6 *Non imprudenter*] Omittit negationem MS. Boecl. [Ax. Voſſ. 2.]

1 *Hac igitur, qua diximus, aetate*] Sic MS. Boecl. Etiam Leidenſis: *Hac ergo, qua diximus, aet.* Vulgo abſunt illa, *qua diximus.*

*Hasdrubale ſuffecto*] Supra 22, 3. 3.

*equitatui omni praefuit*] Ὑποστράτηγον ab Hasdrubale creatum, ait Appianus Iberic. p. 258. *Vixdum puberem ab eodem accitum, triennio ſub eo meruiſſe, nulla re, quae agen-*

tui omni [3] praefuit. Hoc quoque interfecto, exercitus ſummam imperii ad eum detulit. Id Carthaginem delatum, publice comprobatum eſt. [4] Sic Hannibal minor quinque et viginti annis na- 2

pre *Ed. Iens. Med.* — 3. equitatui omnium *MS. Leid.* 2. *A MS. Voſſ.* 3. *verba* ſuff. equit. o. praef. hoc quoque *aberant*, *et pro* interfecto *legebatur* interfectus. — 4. id Cartaginem delatum nemine contradicente publice comprob. eſt *MS. Ernſt. in margine ex alio MSto.*

*da videndaque magno futuro duci eſſet, praetermiſſa*, Livius 21, 3 et 4.

*hoc quoque interfecto*] Vide, praeter Ernſtio adducta, quos laudamus ad 22, 3. 3.

[*comprobatum*] Hanno quidem, alterius factionis princeps, cum optimatibus nonnullis diſſenſit; at fruſtra. v. Liuius 21, 3 et 4. vbi vid. iuterprr. in ed. Drakenb. et vbi etiam de aetate, qua Hannibal imperator factus eſt, noſtroque Cornelii loco, tom. III. p. 348. et 350. agitur.]

2 *Minor V et XX annis natus*] Etiam hoc loco Lambinus repoſuit *natu*. Cl. Puteanus plane delebat *τὸ natus*. Vir clariſſimus in additionib. ad Indicem, heic et ſupra 21, 2. 3. ipſum poſitum vocabulorum ait indicio eſſe, emendationem Lambini recte habere. non enim dici *natus maior LX annis*, ſed *maior annis LX natus*. In procliui igitur eſſe coniicere, quod legendum ſit *natu*, quomodo alibi *maior natu, minor natu*. Vellem explicatius dixiſſet, quomodo id e poſitu vocabulorum adpareat. nam ego quidem id perſpicere me non poſſe, lubens profiteor. Sane Cicero Verr. 2, 49. *triginta*, et quaeſt. Acad. 2, 19. *aliquot annis minorem natu* dixit: ſed qui *aliquot annis maiorem, minoremue natum* dixerit, neminem alium noui. Scripti tamen et ante Lambinum editi conſtanter ſeruaut *τὸ natus*. Quid igitur? An legendum, *minor XXV annos natus*, quomodo loquutus eſt 21. 2. 3? vbi vide, quae nos diximus; vel *ἐλλειπτικῶς* dictum, *minor XXV annis natus*, pro minor, quam eſt abhinc XXV annis natus? *Anno* certe pro *abhinc anno*, dixiſſe videtur Plautus Menaechm. 1, 3. 22. Trucul. 2, 4. 39. et Amphitr. prolog. v. 91. Neque enim poſtremo loco *anno* adverbium, idemque ac *olim* eſt, vt nonnulli volunt. vide Gronou. ad eum locum. Videtur Plautus adludere ad Comoediam aliquam ſuperiore anno Romae actam. Ampelius, noſtrum, vt videtur, ſequutus, dixit: *minor annorum XXV*. ſic enim lego pro *quindecim*, quomodo Salmaſius edidit. Ceterum Schottus ad ſcript. de viris ill. et vir doctus in chronologia Hannibalis, XXVI annos natum fuiſſe volunt Hannibalem, quum imperium acciperet: nonnulli et plures: quam recte, nunc non vacat diſpicere. [Anno aetatis XXVI. imperatorem eum factum, putant quidam. Nempe IX annos natus iurauit, (cap. 2, 3.) IX annos ſub Hamilcare in Hiſpania militauit, VIII ſub Hasdrubale.]

tus,[5] imperator factus proximo triennio omnes gentes Hiſpaniae bello ſubegit. Saguntum, foederatam[6] ciuitatem, vi[7] expugnauit: tres exerci-
3 tus maximos comparauit. Ex his vnum in Africam miſit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hiſpania[8] reliquit, tertium in Italiam ſecum duxit.

5. natus. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. 2. *Leid.* 2. [*Ed. vett. Long. Bos. Stau. Heus.* (*qui tamen in notis comprobat Boſii coniecturam,* annos natus,) *Ith.* (*cui quidem non omnia ad amuſſim regulamque Grammatices exigenda videntur. Is tamen, minus forte, inquit, offenſionis iſta ſtructura habitura fuerat, ſi, mutato verborum poſitu, ita ſcripſiſſet Cornelius:* ſic natus Hannibal minor 25 annis etc.) *et alii editores. Stau. ad ed.* 3. *ſuſpicatur, locum ita diſtinguendum eſſe:* Hannibal minor quinque et vig. annos natus, *quaſi h. l. diſtinguatur ab Hannibale, qui* ſenior *vocatur ab Oroſio* 4, 7, 8. *ita vt poſt* minor *comma ponatur.*] *Sed* natu *Ed. Lamb.* [*Tzſchuck.* 2. *Wetz. quos equidem lubenter ſequutus eſſem, niſi Cornelius alibi quoque aberraſſet, aut aberraſſe aliis videatur, a communi ſuetaque ratione ſcribendi.*] — 6. foeder. *Ed. Med. Arg. Par. Long. Mag.* [*Lamb. Heus. et ſeqq. Recte! et ego reddidi pro Bos. ſcriptura* feder. *v. Cellar. Orthogr. latin. p.* 237 *ſq. ed. Harles.*] — 7. vt exp. *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Ax.* — 8. in Hiſpaniam *MS. Voſſ.* 3.

*omnes gentes Hiſpaniae ſubegit*] Sic Iuſtinus 44, 5. 6. *Vniuerſam Hiſpaniam domuit.* nempe, capta exciſaque Sagunto, et quum ad bellum Romanis inferendum profectus fuiſſet. Liuium vide 21, 23. et Polybium 3, 35. Vnde idem Polybius 3, 38. ait, Poenos, quum Hannibal bellum Italiae inferret, totam Hiſpaniam tenuiſſe vsque ad Pyrenaeos montes: ἐπεκράτησαν καὶ τῆς Ἰβηρίας πάσης ἕως τῆς ῥαχίας· ὃ πέρας ἐστὶ πρὸς τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν. Antea vero fere intra Iberum imperium eorum conſiſtebat. Vide eumdem Polybium 3, 14. Liuium 21, 5. [cap. 23, 1. Flor. 6, 38.]

*Saguntum vi expugnauit*] Copioſe hanc expugnationem, et quae ad eam ſpectant, deſcribit Liuius 21. a cap. 6 ad 16. vsque: breuius Polybius 3, 17. (qui et c. 29 et 30. docet, iniuſte expugnatam fuiſſe,) Appianus Iberic. p. 260. 261. Diodorus 25. Ecloga 5. Zonaras p. 71 etc. [add. Stauer. ad ed. min. et ad ed. 3. vbi contra Heuſingerum, negantem, *ciuitatem* notare vrbem, acriter dimicans, obſeruat, et vrbem et incolas vnico vocabulo *ciuitatem*, et quidem *foederatam*, vocari, h. tamen loco τὸ *ciuitas* ſeruare vrbis ſignificationem; ſic Alcibiadem a Nepote cap. 1. §. 2. dici *natum in ampliſſima ciuitate* h. e. Athenis etc. add. Tzſchuck. ad ed. 2.]

*tres exerc. max. comparauit*] Vide Polyb. 3, 33. Liuium 21, 23 et ſeqq.

Saltum [9] Pyrenaeum tranſiit. Quacumque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit: neminem, niſi victum, [10] dimiſit. Ad Alpes poſteaquam [11] 4
venit, quae Italiam ab Gallia [12] ſeiungunt, quas nemo vmquam cum exercitu ante eum, praeter Herculem Graium, tranſierat: (quo facto is hodie ſaltus Graius [13] adpellatur:) Alpicos, conantes prohibere tranſitu, [14] concidit, loca patefecit, itinera muniuit, [15] effecit [que], vt ea [16] elephan-

*Statim* relinquit *Ed. Arg.* — 9. ſaltum. *Aberat a MS. Voſſ.* 3. *Statim* Pyreneum *Ed. Iens. Med. Arg.* — 10. nem. non vict. *MS. Leid.* 1. — 11. poſtea quam *diuiſim Ed. Iens. Med. vbique.* — 12. ab Gallia. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. et Edd. noſtri omnes.* [a Gallia *Ed. Ith.*] — 13. Graium *MS. Leid.* 2. — 14. tranſitu. *Sic MS. Mendos. Ax. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. [*Ed. Bos. Heus. et ſeqq.*] *Sed* tranſitum *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* [*et* tranſitum *haud damnat Heuſing. cuius notam conſules.* tranſitum condidit *Ed. Long.*] — 15. muniit *Ed. Long. Mag. Lamb. Patau.* [*Stau. Heuſinger. et ſeqq.*]

3 *Saltum Pyren. tranſiit*] Polyb. 3, 35. Liuius 21, 23 et ſq. Appianus Annibal. p. 315.

*neminem niſi victum*] Leid. *nem. non victum.* non male.

4 *Ab Gallia*] Sic MS. Boecl. et qu. edd. pro quo perperam alii, *a Gallia.* Vide Ind. v. *ab.*

*quas nemo cum exerc. ante eum tranſierat*] Falſum hoc eſſe, docet Polybius 3, 48.

*praeter Herculem Graium*] Hunc Alpes transgreſſum, etiam alii ſcribunt, in his Diodorus 4, 19. Dionyſius Halicarn. 1. Silius 2, 3. 4, 4. et 15. Iuſtinus 24, 4. Plinius N. H. 3, 17. Ammianus 15. Sed Liuius 5, 34. 6. pro fabula habet: quemadmodum in vniuerſum expeditionem Herculis Graii in Galliam et Italiam doctiſſ. Bochartus de coloniis Phoenic. 1, 41: etſi non audet negare, Herculem Phoenicium illa loca adiiſſe. [Apollodor. 2, 5. 10. ibique Heyne.]

*quo facto*] An legendum, *a quo facto?* [Haud opus eſt.]

*Alpicos*] Mallet Lambinus legi, *Alpinos*, ſuffragante adnotatore nupero. *Allobroges* vocat Polybius 3, 50. 51. Liuius *montanos* 21, 32. et deinc. qui et certamina illa prolixe narrant.

*prohibere tranſitu*] Sic vetus cod. Schotto inſpectus, et vtraque ed. Boecl. Alii *tranſitum.* quod fortaſſe mutari non debuit. nam cum accuſandi caſu hoc verbo et Plautus aliique vſi. Adi Ind.

*loca patefecit etc.*] Quo pacto id fecerit, docent Polybius 3, 54 et 55. Liuius 21, 37 ſq. Appianus Annibal. p. 315. [add. Stau.]

*effecitque*] Aberat copula MS. Boecl. poteſtque abeſſe.

*elephantus ornatus*] Confir

tus ornatus [17] ire poſſet, qua antea vnus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit, in Italiamque peruenit.

1 IV. Conflixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione Cos. [1] eumque pepulerat. Cum

*Statim* effecit *ſine* que *MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. *Sed* effecitque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Ith. Heinr. Wetz. Hinc Bos. et alii* τὸ que *vncis incluſerunt.*] — 16. eo *Ed. Arg. Statim* elefantus *Ed. Lamb.* — 17. ornatus. [*h. e. armatus, inſtructus ad pugnam. v. Heins. ad Ouid. Heroid. epiſt.* 9, 103. *et Stau. ad noſtr. loc.* Exercitus ornatus *ap. Tacit. Hiſt.* 3, 63. 2] *Sic MS. Giſ. Dan. Boecl.* [*Ed. Lamb. Bos. Heus. Stau. et ſeqq.*] *Sed* oneratus *MS. Mendos. Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Patau.* honeratus *MS. Voſſ.* 1. 3. [*v. not.*] *Tum ab* hac cop. trad. *incipit cap. IV. in ed. Patau.*

1. conſule *Ed. Iens. Med. Ald.* cōſule *Ed. Par.*

mat hanc lectionem MS. Boecl. et quod opponitur homo *inermis* elephanto *ornato* apte, *onerato* non item. Abeſt quidem τὸ *inermis* MS. Boecl. [Voſſ. 2. Ax.] et videri poſſit gloſſema ſcioli cuiusdam: ſed non eſt. Fere ſimiliter Liuius: *ita rectis ſaxis, vt aegre expeditus miles tentabundus demittere ſe poſſet. Expeditus*, id eſt, non impeditus armis et ſarcinis; aut ſaltim, leuiter armatus.

*hac copias traduxit*] Qua parte Alpes transierit, prolixe disquirit Cluuerius Ital. antiq. 1, 33. p. 363. et deinceps. [in primis Wetzel. ad noſtrum loc. et Ith.]

1 *Apud Rhodanum*] Locus Polybii eſt lib. 3, 49. Ita et Liuius 21, 32. Quare Ernſtius mallet, *ad Ticinum*. Sed huic emendationi repugnat, quod Cornelius ait, *conflixerat*, non *conflixit*: hoc enim videtur innuere, id proelium ante transitum Alpium commiſſum eſſe. Praeterea pugnam ad Ticinum Padumque pugnatam demum in ſequentibus ſignificare videtur, quum ait: *Cum hoc eodem Claſtidio apud Padum decernit.* nam de illa omnino haec verba accipienda ſunt, quum inter eam ad Ticinum amnem, in qua Scipio vulnus accepit, et alteram ad Trebiam, nulla alia interceſſerit. An igitur Nepos intelligit proelium, quod inter Numidas et Romanos equites, a Scipione emiſſos, pugnatum eſt? de quo Polybius 3, 45 ac 64. Liuius 21, 29. Zonaras p. 73. Sed tum victoria penes Romanos fuit, qui, vt Polybius ait, Numidas fere vsque ad caſtra Hannibalis inſequuti ſunt. At noſter h. l. Hannibalem *pepuliſſe*, et infra c. 6, 1. *fugaſſe* Scipionem apud Rhodanum, ait. Quid igitur? An eam pugnam ſignificat, qua Gallos a fronte iuxta et tergo adortus Hannibal caſtris exuit: de qua idem Polybius 3, 43. et Liuius 21, 28. exponunt. Id magis crediderim: quamquam enim ei proelio Scipio ipſe cum ſuis non interfuit: tamen quia Galli pro

hoc eodem Claſtidio [2] apud Padum decernit: [3]

2. Claſtidio. *Sic etiam MS. Leid. 2. Voſſ. 2. [Ed. Long. Bos. (v. not.) Stau. 1. 2. Harl. Brem. Wetz. Heinr. Pauſl.] Sed* Claſtidia *MS. Voſſ. 1.* Cladiſtia *MS. Voſſ. 3.* de Claſtidio *Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Patau. [Tzſchuck. 2.* Claſtidio *vncis incl. Ed. Stau. 3. Tzſchuck. 1. at* [de] Claſtidio *Ed. Heus. Schmied.* cum hoc eod. Corn. Scipione *ingenioſe coniecit Kapp. atque laudauit quidem Tzſchuck. ad ed. 2. nec tamen adprobauit, quia, vt quoque Brem. latius explicuit, nomen* Corn. Scipionis, *librariis notum, et antea ac poſt redditum, vix potuerit adeo deformari, et Cornel. ex fonte nobis ignoto hauſerit. Tum verba* hoc eodem *ſatis declarant* Scipionem. *Imperioſe autem illam ſuſpicionem reiecit et τὸ* Claſtidio *delevit Ithe.*] — 3. decreuit *MS. Voſſ.* 3.

Romanis, quibus tum Scipio praeerat, depugnantes, in fugam acti, ipſeque Scipio in Italiam regredi coactus eſt, fortaſſe non omnino inepte Noſter dicere potuit, *cum eo conflixiſſe Hannibalem, eumque pepuliſſe.* Cogitabam aliquando, Nepotem ſequutum aliquem, qui ſcripſerit, Hannibalem cum Scipione primum *apud Eridanum* conflixiſſe. (quomodo Appianus: ἐπὶ τὸν Ἠριδανὸν ἐστρατοπέδευσεν,) ſed in codice illius mendoſe ſcriptum fuiſſe *Rhodanum* pro *Eridano.* Verum nec id ſatis placet.

*Claſtidio apud Padum*] Sic ſcripti omnes et ante Lambinum vulgati. Is enim, praeeunte Cl. Puteano, edidit *de Claſtidio.* quod retinuere reliqui, ac tuetur et nuperus editor; quum tamen Lambinus ipſe fateatur, ex Polybio et Liuio conſtare, Scipionem cum Hannibale de Claſtidio non decertaſſe. quod verum eſt. nil amplius enim, quam illud ſiue oppidum, ſiue vicum, ab Hannibale proditione captum ſcribunt, idque quum iam fugato ad Padum Ticinumque Scipione, traiectoque Pado, Scipionem inſequutus, conſediſſet inter Padum et Trebiam, in ſiniſtra huius ripa. vid. Polyb. 3, 66. 68. 69. Liuius 21, 47 et 48. Idem vero Lambinus negat *Claſtidio* heic locum eſſe. Nam, quid eſt, inquit, *apud Padum Claſtidio decernit?* nonne ſatis eſt dixiſſe *apud Padum,* vt, *apud Rhodanum, apud Trebiam.* Quare aut delendum id cenſet, tamquam aliunde inculcatum, aut legendum, *non longe a Claſtidio.* non male iſta; niſi quod poſterior coniectura haud placet. Nam proelium, de quo heic ſermo eſt, vltra Padum, quem Scipio Placentiam mouens transierat, ad Ticinum, in agro Inſubrium, et circiter V millia paſſuum a Victumuiis, commiſſum eſt, vt adparet e Polybio 3, 64 et 65. Liuio 21, 39 et 45. Iam *Claſtidium* Geographi in Gallia Cispadana collocant haud procul eo loco, vbi Ticinus Pado iungitur. vide Merulam parte 2. Cosmograph. lib. 4. cap. 34. Cluuer. Ital. antiq. l. 10. *Victumuias* autem medio fere inter Placentiam et Cremonam ſitas fuiſſe volunt. Cur igitur Nepos *Claſtidio*, aut *non longe a Claſtidio* pugnatum diceret, cum propiora haberet loca, Victumuias, ipſamque Placentiam? Vereor itaque, ne gloſſema ſit, ab aliquo profectum, qui Claſtidium ſub id

2 ſaucium inde ac fugatum [4] dimittit. Tertio idem Scipio cum collega [5] Tiberio Longo apud Trebiam [6] aduerſus eum venit. Cum his manum conſeruit: vtrosque [7] profligauit. Inde per Li-

4. ſaucium inde fugatum *MS. Voſſ.* 2. ſauciumque inde ac fugatum *MS. Voſſ.* 1. ſauciumque inde fugatum *MS. Ax.* — 5. collegio *MS. Voſſ.* 3. *Statim* Tito *Ed. Ald.* T. *Ed. Mag.* [Ti. *Ed. Lamb.*] *Sed* Tiberio *MS. Mag. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* [*Bos. et ſeqq. vid. interpretes ad Liu.* 2, 44. *p.* 436. *et libr.* 22, 57. *p.* 680. *ed. Drakenb. de ſcriptura huius praenominis.*] — 6. ap. Trebiam. *Sic etiam MS. Boecl. Leid.* 2. *Sau. Gif. Put. Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. *Edd. noſtri veteres. Sed* ad Trebiam *Ed. Lamb. Steph. Boecl.* [*Atque Arntzen. ad S. Aur. Victor. de vir. ill. cap.* 62. *nr.* 2. *praeferre videtur* ad Trebiam, *et eiusmodi loquutionis quam plurima congeſſit exempla. vid. Stau. ad ed.* 3. *qui tamen codd. et Bos. ſequutus, h. l. nil mutat.*] — 7. vtrumque *Ed. Lamb. Sed* vtrosque *etiam MS. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Mox* inde Ligures *Ed. Par. Ald. et* Apeninum *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* [Apoeninum *Ed. Long.*] *Statim* transiit *etiam Ed. Iens. Med. Arg. Long. Steph. Gebh. Keuch.* [*Bos. Ith. Wetz. Schmied.*] *Sed* transit *al.* [*Lamb. Heus. Stau. Harl. Tzſchuck.* 1. 2.

tempus captum fuiſſe legerat. etſi id pro certo adfirmare non auſim. [v. varr. lectt.]

*apud Padum decernit etc.*] Vide Silium lib. 4.

2 *Tiberio Longo*] Hoc viro praenomen eſt et apud Polybium, Appianum, Ampelium, Eutropium, Caſſiodorum. Male igitur Aldus et Magius reponunt, *Tito.* Liuius, ad quem prouocant, hoc loco etiam in optimis edd. mendoſus eſt, vt iam Lambino ac Schotto monitum. et apud eumdem 23, 37 ac 30, 44. *Tiberius* vocatur. Fuitque hoc praenomen et aliis e gente Sempronia, vt paſſim e nummis, lapidibus et ſcriptoribus antiquis videre eſt. Ceterum apud Ampelium, vbi *Tiberius Claudius* dicitur, haud dubie poſterior vox a gloſſa eſt. Ampelius ſolum *Tiberium* dixit, vt *Scipionem*, *Flaminium*, *Paullum*, *Varronem*, *Gracchum*, *Marcellum*. Hunc *Longum* nonnulli *Semproniam Gracchum* vocant: neſcio, quam bene.

*ad Trebiam*] [Hodie *Treui.*] Sic Liuius quoque loquitur 21, 48. 49. et eiusdem libri epitome. At *apud Trebiam* eſt etiam apud Ampelium, qui ſua e Noſtro, vt videtur, deſumſit.

*vtrosque profligauit*] Sic et Oroſius 4, 14. Ac iam fugientibus Romanis ſuperueniſſe Scipionem, Appianus, (qui et ſauciatum ait,) et Silius referunt. Sed Polybius 3, 70. ac Liuius 21, 53. negant proelio interfuiſſe, quippe adhuc aegrum ex vulnere. Vtcunque ſit, *vtrosque profligatos* dici poteſt, quoniam vtriusque exercitus fuſi. Quamquam et Florus, Scriptor de viris illuſtribus, Eutropius, Ampelius, alii, ſolummodo Sempronium ad Trebiam victum, ſcribunt. Ceterum pro

gures Apenninum tranſiit, petens Etruriam.[8] Hoc itinere adeo graui morbo adficitur oculorum, vt poſtea numquam dextero[9] aeque bene vſus ſit. Qua valetudine[10] quum etiam nunc[11] premeretur lecticaque ferretur: C. Flaminium Cos.[12] apud Traſimenum[13] cum exercitu inſidiis

*Brem.*] — 8. hetruriam *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* — 9. dextero. *Aberat a MS. Leid.* 2. *Sed* dextro *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb. Patau.* [*Tzſchuck. Wetz. Brem.*] — 10. valitud. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. vbique.* — 11. cum etiam nunc. *Sic quoque MS. Ax.* [*Ed. Bos. Stau. Tzſchuck. Harl. Wetz. Heinr.* quum etiamnunc, *coniunctim, h. e. etiamnum, adhuc, Brem. contra Tzſchuck.* nunc *interpretatur, eo tempore, quo ſequentia contigerunt, et Wetz. explicat, hoc ipſo tempore.*] *Sed* tum etiam nunc *MS. Boecl.* quum etiam tum *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Boecl. Heus* [*Ith.*] quam etiam tunc *MS. Voſſ.* 3. *(in quo fere ſemper vel* quam, *vel* quem *pro* quum *ſcribi ſolet:)* cum etiam, *omiſſo* τῷ nunc, *Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 12. conſulem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald.* — 13. Tranſimenum *MS. Leid.* 2. *Ax. Voſſ.* 2. 3. Thraſimenum *vtrosque* edunt alii *vtrumque.* ſed editam lectionem confirmat etiam MS. Leid. et ſimilis loquutio ſupra 20, 2. 2.

*Apenninum tranſiit*] Ita fere et Silius ſub finem libri 4. Oroſius 4, 14. Sed Liuius 21, 58. 59. et 22, 1. ſcribit, conatum quidem transſcendere Apenninum, ſed vento et imbribus prohibitum, degreſſum Apennino, retro ad Placentiam caſtra mouiſſe, ibique cum Sempronio denuo conflixiſſe. Polybius 3, 77 ſqq. et reliqui de tranſitu Apennini plane nihil.

3 *Graui morbo adficitur oculorum*] De Sertorio habes apud Gellium 2, 27. De Hannibale adde Silium fine 4. Eum vero alii non in tranſitu Apennini, ſed dum per paludes in Etruriam ducit, morbum oculorum contraxiſſe ſcribunt. [conf. Polyb. 3, 79. Liu. 22, 2. Harl. not. ad noſtrum locum, et Stau. ad ed. 3. qui Ducker. dum Nepotem alios ſequutum eſſe auctores ad loc. Liuii autumat, docte refutat.]

*cum etiam nunc premer.*] Sic reſcripſi, praeeunte MS. Boecl. in quo erat, *tum etiam nunc prem.* notum eſt *t* et *c* paſſim in MSS. permutari. Vulgo erat, *cum etiam tum* (vel *cum etiam*) *prem.*

*inſidiis circumuentum*] Plane ſic Epitome Liuii 22. *inſidiis ab Annibale circumuentus, ad Thraſimenum lacum cum exercitu caeſus eſt.* Eas vero deſcribunt Polybius 3, 83. et ſeq. Liuius 22, 4. Appianus p. 319. Silius 5. princ. Florus 2, 6. 13. Vt mirer, id in nupera Lugdunenſi editione, verbis Salmaſii, in dubium vocari. Immo ne Florum quidem recte notari a Salmaſio, Liuii narratio docet.

circumuentum occidit. Neque multo poſt C.
Centenium propraetorem,[14] cum delecta manu
ſaltus occupantem. Hinc in Apuliam peruenit.
4 Ibi obuiam ei venerant duo Conſules: C. Teren-
tius,[15] et L. Paullus Aemilius. Vtriusque exer-
citus vno proelio fugauit: Paullum[16] Conſulem
occidit, et aliquot praeterea Conſulares: in his[17]

*Ed. Ald.* Thraſymenum *Ed. Mag. Steph.* [*Conf. Liu.* 22, 7.] — 14. propraetorem. *Sic MS. Ernſt.* [*Ed. Bos. Wetz.*] *Sed* praetorem *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Edd. noſtri omnes.* [*etiam noſtri fere omnes: idque rectius. Nam conſules et praetores ſaepe ponuntur pro proconſulibus et propraetoribus; dicuntur quoque de magiſtratibus prouincialibus. v. Perizon. Animadu. hiſt. c.* 4. *p.* 317 *ſq. ed. Altenburg. et Stau. ad ed. mai. et min.*] — 15. Terentius. *Ita etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Sed* Terentius Varro *Ed. Lamb. Keuch. Mox* Paullus *aberat a MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Statim* Aemylius *Ed. Ald. Long. Mag.* — 16. Paullum. *Sic quoque MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Sed* L. Paullum *Ed. Lamb. Patau.* Paulum *Ed. Long. et al.* [*De rectiore ſcriptura τῦ* Paullus, *cum gemino* l, *v. Ducker. ad Flor.* 2, 6, 17. *et Tzſchuck. ad Eutrop.* 3, 10, 1. *init.*] — 17. in iis *MS. Voſſ.* 1. in is *MS. Leid.* 2.

*occidit*] A Gallis occiſum, ait Polybius: ab Inſubre equite, Ducario, Liuius 21, 6. [v. etiam 22, 7. 5.] Silius fine lib. 5. [add. Stau. ad ed. 3.]

*C. Centenium*] Sic et Polybius, Liuius, Appianus, Zonaras vocant. Eſtque et *M. Centenius Paenula* apud Liuium 25, 19. et *P. Centenius Vrſio* apud Gruter. 768, 11. Male igitur Polybii 3, 86. interpres *Centronium* reddidit.

*propraetorem*] Fidenter ita reſcripſi, auctoritate codicis Ernſtiani, ac Liuii 22, 8. Praetorem non fuiſſe, etiam Appianus indicio eſt: Κεντήνιον αὐτοῖς τινὰ τῶν ἐπιφανῶν ἰδιωτῶν, ὐδεμιᾶς ἀρχῆς παρύσης, ἐπέςησαν. Zonaras ςρατηγὸν vocat. quod male interpres vertit *praetorem.*

*cum delecta manu*] *Cum octo millibus.* Sic enim Appianus de B. Hannib. c. 10. 11. Κεντηνίυ ἤδη τοῖς ὀκτακισχιλίοις τὰ ςενὰ προειληφότος. Ac totidem millibus et paullo ante, Centenium praefectum, ait. [cum quatuor millibus ſecundum Polyb. 3, 86. et Liu. 22, 8. neuter vero de ſaltibus aliquid memorat.]

4 *C. Terentius*] *Varro* addit ed. Lamb. et aliae. ſed abeſt antiquioribus. quemadmodum et τὸ *Paullus.* Apud Eutropium [3, 10. vbi v. Tzſchuck. p. 146.] male *Publii* praenomen ei tribuitur.

*vtriusque*] MS. Boecler. *et vtriusque.* Mox Col. et aliae, *exercitum.* quomodo cap. 11, 1, *claſſis ab vtrisque in proelium deducitur.* [Intelligitur nobiliſſimum illud proelium apud Cannas, Apuliae vicum, vbi perierunt plus 50,000 Romano-

Cn. Seruilium Geminum,[18] qui anno ſuperiore[19] fuerat Conſul.

V. Hac pugna pugnata, Romam profectus,[1] 1
nullo reſiſtente, in propinquis vrbis[2] montibus moratus eſt. Quum aliquot ibi dies caſtra habuiſſet, et reuerteretur Capuam: Q.[3] Fabius Maximus dictator Rom. in agro Falerno ſe ei[4] obiecit. Hic[5] clauſus locorum anguſtiis, noctu ſi- 2

18. Cn. Seru. Geminum. *Ita etiam MS. Mendos.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* P. Seruilium Geminium *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. 3. *Ax. Ed. Iens. Med.* (*in quo vitioſe eſt* Germinium,) *Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Etiam in Gebh. eſt* Geminium. — 19. ſuperiore anno *MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2.

1. profectus eſt *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patau.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Brem. in quibus igitur edd. interpungitur:* profectus eſt, nullo reſiſtente. In prop. *etc.*] — 2. vrbis. *Abeſt ab Ed. Keuch.* [*ſed additum eſt in ed. Keuchen. Hafnienſi.* vrbi *malit Kapp. ſed* vrbis *haud improbant Stau. ad ed.* 3. *et Heuſing.*] — 3. Quintus *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Long.* Quint. *Ed. Arg. Mox* ro. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* [*quae varietas notatu vix digna eſt.*] *Dein* in agro Salerno *Ed. Par.* — 4. ei ſe *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Mag.* — 5. hinc *Ed. Lamb. Keuch. Patau.* [*v. not.*] *et* clauſis *Ed. Iens. Med.*

rum. v. Polyb. 3, 110—119. Liuium 22, 43 ſqq.]

*Cn. Seruil. Geminum*] Sic et in membranis Schotti fuit.

1 *Hac pugna pugnata, Romam prof.*] Semel monendum eſt, in hac tota narratione saepius a Polybio, Liuio, aliisque Nepotem diſſentire, praeſertim quod ordinem rerum geſtarum adtinet. E. g. quae de Fabio heic refert, plerique, antequam et duo conſules ad Cannas vincerentur, et ipſe Romam proficiſceretur, contigiſſe ſcribunt. Ceterum qu. edd. habent *profectus eſt.* Dicerem legendum eſſe, *profectus, et nullo reſiſtente in pr. v. m. m. eſt:* niſi huiusmodi ἀσύνδετα paſſim Nepos amaret.

*in propinquis vrbis montibus*] Ad Anienem fl. Vide Liuium 26, 10. 11.

*Q. Fabius Max. dictator*] Ipſe Liuius *dictatorem iterum* 22, 9. et paſſim in ſequentibus *dictatorem* vocat. [v. Drakenb. et reliquos interpret. ad Liu. 22, 9. 7. Ab eodem Liu. (qui ex ordine temporis res curatius enarrat,) 22, 8. 6. Q. Fabius Maximus dicitur *prodictator* tum creatus eſſe a populo. Sed ordinem rerum geſtarum confundit Nepos. Nam hoc ante pugnam Cannenſem factum eſſe, ex Liuio 22, 16 et 17. perſpicitur. v. Stau. ad ed. min. et Tzſchuck. ad ed. 1 et 2.]

2 *Hic clauſus*] Sic quoque cod. Leid. 1. alii *Hinc clauſus.*

ne vllo detrimento exercitus ſe expediuit. [5] Fabio, callidiſſimo imperatori, verba dedit. [6] Namque, obducta nocte, [7] ſarmenta in cornibus iuvencorum deligata incendit, eiusque [8] generis multitudinem magnam diſpalatam immiſit. [9] Quo repentino obiectu viſo, tantum terrorem [10] iniecit exercitui Romanorum, vt egredi extra vallum
3 nemo ſit auſus. Hanc poſt rem geſtam non ita multis diebus, M. Minucium [11] Ruſum magiſtrum equitum, pari ac dictatorem imperio, dolo pro-

*Arg. Par. Ald. Long. Stau.* 1. 2. [*Harl.*] — 6. dedit verba *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 7. obducta [*ſcil. coelo*] nocte. *Sic MS. Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Ed. Mag. Lamb. Sau.* [*Bos. Stau. Heus. et ſeqq. recte et proprie de noctis progreſſu. Atque tertia noctis vigilia id factum eſſe tradit Polybius* 3, 93. *nec diſſentire videtur Liuius* 22, 16. *fin.* (*vbi v. Drakenb.*) *qui* primis tenebris noctis *id armentum accenſis cornibus ad montes actum eſſe narrat. Nam primum de initio et molimine adparatus intelligi poteſt: dein in illa regione ſerius nox ſ. tenebrae obducuntur coelo.*] *Sed* adducta nocte *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Vltrai. Mox* iuuencorum *etiam MS. Ax. Voſſ.* 1. 3. *Sed* iumentorum *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau. Statim* diligata *Ed. Med. Arg. Long.* — 8. eiusque. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. — 9. [emiſit *pro* immiſit *coniecit Heuſing. quem videbis. Sed haud neceſſarium eſt, atque contra codd.*] — 10. terorem *Ed. Iens. Med.* — 11. inimicum *MS. Voſſ.* 1. Numitium, *omiſſo praenomine, MS. Ax.* Minutium *Ed. Iens.*

*ſarmenta in cornib. iuuencorum delig. incendit etc.*] Silius lib. 7, 314 ſqq. *ſarmenti maniplos* vocat. adde Polyb. 3, 93. et Appian. Annibal. p. 321 et ſeq. [Liu. 22, 16. fin. v. varr. lectt.] qui omnes *boum* cornibus haec adligata aiunt. Itaque non dubitaui fide MS. Boecl. *iuuencorum* reſcribere, pro *iumentorum:* praeſertim quum eadem voce et Silius vtatur: *Vt paſſim exſultent ſtimulante dolore iuuenci.* [conf. tamen Stau. ad ed. 3. at quoque Harles. not.]

3 *Pari ac dictatorem imperio*] Quod numquam antea factum erat. Vide Polyb. 3, 103. Liuium 22, 25. Plutarchum l. c. Appian. p. 154. Dionem Caſſ. lib. 1. in exc. Peireſc. p. 595.

*productum*] Sic reſcripſi fide MSS. Schotti et Boecl. etſi repugnante Gebhardo, pro *perductum,* quod antea omnes editiones occupauerat. Nam ſic alii quoque, iique optimi, ſcriptores loquuti, vt docebit Index. Rem ipſam latius narrant Polybius 3, 103. 124. Liuius 22, 28. Silius lib. 7, 311 ſqq.

ductum [12] in proelium, fugauit. Ti. Sempronium [13] Gracchum, iterum Conſulem, in Lucanis abſens in inſidias inductum ſuſtulit. [14] M. Claudium Marcellum quinquies [15] Conſulem, apud

*Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau. Statim* Ruffum *Ed. Med. Arg. Long.* [*v. Drakenb. ad Liu.* 22, 8, 6. *p.* 541. *tom. III.*] — 12. productum. *Sic MS. Mendos. Ax. Boecl. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos.* 2. (*vid. not.*) *Stau.* (*qui de poteſtate τȣ̃* producere *et confuſione τῶν* per *et* pro *in codd. multus eſt,*) *et ſeqq.*] *Sed* perductum *MS. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* pductum *Ed. Arg. Par. Ald.* — 13. F. Sempr. *MS. Leid.* 2. Sempr. *MS. Voſſ.* 3. T. Sempr. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau. Statim* Grachum *Ed. Arg.* Graecum *Ed. Par. Ald.* — 14. ſubſtulit *Ed. Med.* — 15. quin-

*Ti. Sempron. Gracchum*] *Tiberii* praenomen reſtitui Graccho huic e Liuio 23, 24. 25. Valerio Max. 5, 1. et Chronico Caſſiodori: quum vulgo omnes ſcripti typisque vulgati *Titum* vocent.

*iterum Conſulem*] Ἀνθύπατον vocat Appianus, *proconſulem* Oroſius 4. 16. Recte. nam periit anno V. C. IↃXLI, Flacco et Ap. Claudio Coſſ. Lucaniam prouinciam nactus; vt e Liuio manifeſtum eſt. conſul autem iterum fuit cum Q. Fabio Maximo filio, anno IↃXL: non autem IↃXCI, Olympiad. CLIV tertio, cum M. Iuuentio, vt, immani anachroniſmo, adnotat Keuchenius. nam is alius a noſtro fuit. Non male tamen Nepos *conſulem iterum* dicere potuit, qui bis conſulatum geſſerat. quomodo *ter conſulem* Vitellium dixit Tacitus 14, 56. 1.

*in inſidias inductum ſuſtulit*] Fraude Flauii, Lucani hoſpitis. Vide Liuium 25, 16. 17. Appiauum p. 333. Silium 12. Oroſium l. c. Lambinus mallet *inlectum.* ſine cauſſa. Vide infra ad c. 9. 3.

*quinquies Conſulem*] *Quintum* reponi vult Schottus auctoritate Varronis et Ciceronis apud Gellium 10, 1. putatque librarium imperitum ex compendii nota *V* exſcripſiſſe *quinquies.* Sed Gellius ſolum negat; recte dici *conſul tertio,* non item *ter.* Neque potuit negare: nam ſic omnino loquuti veteres. Plinius N. H. 16, 40. *Mucianus ter conſul.* Tacitus 24, 56. 1. *Niſi forte te Vitellio ter conſuli praeponis.* Idem Agric. 44, 2. *Natus erat Agricola Caio Caeſare ter conſ.* Sic enim habent vetuſtiſſ. editiones, Romana, Veneta, Rhenani. etſi poſtea, neſcio quo auctore, reſcriptum eſt *tertium.* Equidem vir ſummus, Aug. Buchnerus, non dubitabat eo loco legendum *Caio Caeſ. primum conſule.* Sed nec ita ſolet Tacitus; et primum conſulatum Caius non Kalendis Ianuariis, ſed Iuliis; nec ſolus, ſed cum patruo Claudio, iniit; Suetonio cap. 19. et Dione 59. teſtibus. Solum tertium, vt ex eodem Suetonio cognoſcimus, ſolus iniit. Non autem

4 Venuſiam pari modo interfecit. Longum eſt enumerare proelia. Quare hoc vnum ſatis erit dictum, ex quo intelligi poſſit,[16] quantus ille fuerit. Quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie reſtitit, nemo aduerſus eum poſt Cannenſem pugnam in campo caſtra[17] poſuit.

1 VI. Hic inuictus patriam defenſum reuocatus, bellum geſſit aduerſus P. Scipionem, filium

quies. *Sic etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. — 16. poſſet *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Ienſ. Med. Arg. Ald. Long. Deinde* Caneſem *Ed. Ienſ.* Canenſem *Ed. Med. Arg.* — 17. caſtro *MS. Voſſ.* 3.

nomen accipiebat annus, niſi ab iis Coſſ. qui Kal. Ian. magiſtratum inierant. Quare neque *Cato primum conſule* natus Agricola dici potuit, praeſertim quum natus fuerit Idibus Iuniis: nec alii, quam *tertio*, illius conſulatui heic locus eſt. Sed de his plura, deo dante, ad ipſum Agricolam Taciti. Porro quum Latine dicatur *ter conſul*, quis dubitet etiam *quinquies conſulem* dici poſſe?

*interfecit*] De quo Liuius 27, 27. Appianus p. 342. Silius 15. Plutarchus Marcello etc.

4 *Quare h. v. ſat. er. dictum*] *Poſtrema vox*, ait Schottus, *de mendo ſuſpecta eſt, et a gloſſa irrepſiſſe apparet: niſi quid doctis ſecus videtur.* Immo caret omni mendi ſuſpicione. Vide not. ad 15, 4. 6.

*nemo ei in acie reſtitit etc.*] Plane ſic Diodorus 26. in exc. Peireſc. p. 301. ὥϛε διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατακοπτομένων ὑπ᾽ αὐτȣ̃, μηδένα ποτὲ τολμᾷν ἔτι κατὰ ϛόμα μάχεσθαι πρὸς αὐτόν. [add. Stau. et Harles.]

1 *Hic inuictus*] Diodorus loco iam laudato: ἀήττητος ἐν πάσαις ταῖς μάχαις ἐγένετο. Et paucis interiectis: τὸν γὰρ ἀήττητον Ἀννίβαν ἠνάγκασεν (Scipio ſcil.) ἄνευ μάχης καὶ κινδύνων ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκχωρῆσαι. [v. Stau. ad ed. min.]

*reuocatus*] Vide Liuium 30, 9 et 19. Appianum Libyc. p. 12. Annibalic. p. 346. Oroſium 4, 19.

*aduerſus P. Scipionis filium*] Ἀνιϛορησία eſt manifeſta, inquit Schottus. Scipionis enim Africani maioris filius ob inualetudinem bello abſtinuit, etſi praetorius fuit, hinc et *valetudinarius* dictus. Scipionem Aemilianum adoptauit. Sequor igitur libenter codicis mei auctoritatem, *aduerſus P. Scipionem, quem ipſe primum etc.* Haec ille. quae nollem doctiſſ. viro excidiſſent. Is enim Scipio, cuius cum filio Hannibalem in Africa bellum geſſiſſe Nepos ait, non Africanus maior, ſed eius pater intelligendus eſt, qui primus in Italiam transgreſſo Hannibali apud Ticinum occurrit, ab eoque fugatus eſt. Cuius filius poſtquam in Hiſpania res maximas aduerſus Poenos geſſerat, in Africam profectus, pluribus proeliis vicit Carthaginienſes. Igitur ab his Hannibal reuocatur, et cum Scipione primo in colloquium venit, mox acie congreſſus ſuccumbit. In re manifeſta non alium teſtem, quam ipſum Hannibalem, ad-

eius, [1] quem ipſe primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugauerat. [2] Cum hoc, exhauſtis iam patriae facultatibus, cupiuit in praeſentiarum [3] bellum compone- 2

G g 2

1. P. Scipionem *MS. Voſſ.* 3. *Mendos. Ax. Boecl. Ed. Med. Par.* [P. Scipionem filium *Ed. Long. Mag.* P. Scipionis filium *Ed. Lamb. Bos. Stau. Wetz. Stau. tamen ad ed.* 3. *legendum eſſe putat*, P. Scipionem, P. Scipionis filium, *et Heuſingeri lectionem, quam nos quoque adoptauimus, reiicit: at fruſtra. Nam*] P. Scipionem filium eius *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Heus.* [*Harl. Ith. Brem. Schmied. Heinr. Pauſl. in textu: Pauſler. tamen in notis opinatur, a Nepote tantum ſcriptum fuiſſe*, bellum geſſit aduerſus Publium Scipionem. Cum hoc *etc. reliqua autem a quodam inſerta ſiue interprete ſiue alio, hinc enatam eſſe inſignem illam lectionis varietatem.*] — 2. quem ipſe apud primo Trebiam fugauerat *MS. Boecl. A MS. Voſſ.* 2. *aberant verba,* quem ipſe primum. *Pro* fugauerat *erat in MS. Voſſ.* 1. 3. fugauit: *in Voſſ.* 2. fugat. *MS Ax.* quem ipſe primo apud Trebiam fugarat. — 3. in praeſentiarum. *Sic etiam MS. Ax. Sed* in praeſenſiarum *MS. Voſſ.* 2. I praeſentiarum *Ed. Iens. Med.* impraeſent. *Ed. Arg. Par. Ald. v. Graeuius ad auct. ad Heren.* 2, 11. *p.* 75. [*et Cellar. ac Stau. in ed.* 3. *ad noſtr. loc.* in praeſentia [rerum] *Ed. Wetz. Kapp. explicat* in praeſentia tum *pro* nunc quidem. *ſed adiectum* tum *languere iudicat Tzſchuck. atque voc. contractum coaluiſſe putat ex* praeſentia rerum; *et iam Voſſius voc. id eſſe contractum et corruptum ſuſpicabatur*

vocabo; qui in colloquio cum Scipione Africano apud Liuium, 30, 30. *Hoc quoque ludibrium, inquit, caſus ediderit fortuna, vt cum patre tuo conſule ceperim arma; cum eodem primum Romano imperatore ſigna contulerim; ad filium eius inermis ad pacem petendam veniam.* E quibus adparet, non ſolum nihil incommodi editam lectionem habere; ſed etiam alteram Schottiani codicis, quam et in ſuo Boeclerus reperit, ferri nullo modo poſſe. Is enim Scipio, quem Hannibal apud Padum et Trebiam fugauerat, diu ante in Hiſpania cum Cneio fratre occubuerat, quam in patriam Hannibal rediret. Ceterum cum in duobus MSS. vt diximus, legatur *aduerſus P. Scipionem, quem;* in aliis autem, vt expreſſimus: credam Nepotem ſcripſiſſe: *adu. P. Scipionem, P. Scipionis* (vel, *eius*) *filium, quem etc.* Certe *filii* vox abeſſe non poteſt, niſi, quae ſequuntur, ſpuria eſſe dicamus. Ea vero in MS. Boecl. ſic habent: *quem ipſe apud primo Trebiam fugarat. cum hoc etc.*

*apud Rhodanum*] Vide quae diximus ad c. 4, 1.

2 *Cupiu. bellum componere*] Prolixe haec Polybius 15, 5. et deinc. Liuius 30, 29 et ſeqq. breuius Appianus Libyc. p. 21.

re, quo valentior poſtea [4] congrederetur. In colloquium conuenit, conditiones [5] non conuenerunt.
3 Poſt id factum [6] paucis diebus apud Zamam cum eodem conflixit: pulſus, (incredibile [7] dictu,) biduo et duabus noctibus Hadrumetum [8] peruenit, quod abeſt a Zama [9] circiter millia
4 paſſuum trecenta. In hac fuga Numidae, qui

*ex* in, praeſentia, rerum.] — 4. poſtea *aberat a MS. Voſſ.* 3. — 5. condictiones *MS. Voſſ.* 2. — 6. quod id factum *MS. Voſſ.* 3. — 7. (incredibile dictu). *Abſunt vnci ab Ed. Iens. Med. Arg.* [*Tzſchuck. Harl. Brem. parum refert.*] *In Med. eſt* ductu. *Statim* bibuo *Ed. Iens.* — 8. hasdrūmtum *MS. Boecl.* Hasdrumentum *MS. Ax.* Adrumentum *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. vbique.* Hadrumentum *MS. Voſſ.* 1. 3. Hasdrumentum *MS. Voſſ.* 2. Hadrumetum *Ed. Heus. vbique.* [*Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Brem. quam ſcripturam equidem praetuli. v. Harl. ad Cellar. orthogr. lat. p.* 108. *et* 161. Adrumetum *Ed. Lamb. Bos. et al.*] — 9. qui *pro* quod *Ed. Med. Arg. Par. tum* ab Zama

3 *Apud Zamam cum eod. conflixit*] Deſcribunt hanc pugnam Polybius 15, 9 et ſeqq. Liuius 30, 32. et deinc. Appianus Libycis, Oroſius 4, 19. [Hodie Zamora in regione Conſtantia.]

*Adrumetum*] Phoenicum, in Byzacio, coloniam, quae Graecis Ἀδρύμη, Ἀδρύμης, Ἀδρύμητος, et Ἀδρύμητον· Hieronymo, Aethico, aliisque *Hadrumetus*, et in ſaxo veteri apud Gruter. p. 362, 2. *Colonia Concordia Vlpia Traiana Auguſta Frugifera Hadrumetina.* [Hodie Mahometta, in regno Tunis. conf. Liu. 30, 35. Polyb. 15, 15.] Quum in MS. Boecl. ſit *hasdrūmtū*, et mox *hasdrumenti;* auctor videri poſſit ſcripſiſſe *Hasdrumetum*, e Punico חצרומאחן. ſic enim Poenos vocaſſe vult Bochartus de coloniis Phoenic. 1, 24. Etſi Reineſius de lingua Punica 8, 15. dictam putat חצר מות, vel חצרימות a חצר vel חצרי, et מות, quaſi Plutonis regiam et domicilium mortis. Sic ex עזרובעל *Hasdrubal;* ex עזרא *Eſdra* etc. Nil tamen mutare auſim, niſi conſenſus aliorum codd. accedat. *Adrumetum* etiam Liuius, Plinius, Tacitus, alii vocant.

*millia paſſuum trecenta*] MSS. Boecl. et Leid. [Voſſ. 1. 2. 3.] *millia paſſus trec.* [Sunt 75 miliaria germanica. Sed ſecundum Appian. de reb. Pun. c. 47. (ad quem locum v. Schweighäuſer. p. 413. vol. III. et Harles. ad noſtrum locum,) Hannibal intra biduum duasque noctes ad tria ſtadiorum millia, h. e. 375 M. P. vel 94 miliaria germanica, emenſus Hadrumetum peruenit.] Mox qu. edd. *cum eo acie exceſſerant.* non male. Statim Lambinus legendum cenſet *nouis dilectibus*, nec dubitat, quin libri MSS. ſic habeant, niſi et ipſi mendoſi ſint. Atqui nec libri ſic ha-

ſimul cum eo ex acie [10] exceſſerant, inſidiati ſunt ei: quos non ſolum effugit, ſed etiam ipſos oppreſſit. Hadrumeti reliquos ex fuga [11] collegit: nouis delectibus [12] paucis diebus multos contraxit.

VII. Quum in adparando acerrime eſſet oc- 1
cupatus: Carthaginienſes bellum cum Romanis compoſuerunt. Ille nihilo ſecius exercitui poſtea praefuit, resque in Africa geſſit, [1] itemque Mago frater eius, vsque ad P. Sulpicium [2] et C. Aure-

*MS. Voſſ.* 2. *et* millia paſſus *Ed. Mag. v. not.* — 10. ex acie. *Sic MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Sed* acie, *omiſſa praepoſitione, Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch.* — 11. e fuga *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* fuga *MS. Leid.* 2. — 12. delectibus. *Sic MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. [*Ipſe Lamb. in textu, et omnes mei editi: v. not. Boſii, et conf. Cellarii Orthogr. lat. ed. Harl. p.* 219. *ſq.*]

1. itemque Ma. fr. eius. *Abſunt vnci ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Tzſchuck.* 2. *Brem. Wetz. (qui contra Bos. (v. not.) pluribus docent, illa verba non eſſe eiicienda, nec in Nepote, alium ſequuto auctorem, omnia debere curioſius exigi, et vero ex cap.* 8. *et* 9, 3. *intelligi, Nepotem in hac narrationis parte ſibi conſtare,) et Schmied. Quare vncos, quibus Bos. in Ed.* 2. *Stau. Heus. Harl. (vbi v. not.) aliique verba illa incluſerunt, ego remoui. Pauſler. vero illa,* itemque — eius, *e contextu exſulare iuſſit.*] — 2. vsque P. Sulpic. *MS. Voſſ.* 3. *Statim* Caium Aurelium, *omiſſa copula* et, *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos.* 1. *Sed* et C. Au-

bent, nec vlla mutatione opus eſt.

1 [*compoſuerunt*] ipſo ſuadente et hortante Hannibale. Polyb. 15, 19. Liu. 30, 35. ſq. Appian. cit. loc. cap. 55. nempe propter exhauſtas ciuium vires, adnotante Tzſchuck. ad ed. 1. et 2.].

*itemque Mago frater eius*] Superfuiſſe tum Hannonem, Nepotis ſententia, manifeſtum eſt e cap. 8, 1 et 2. Etſi Liuius 30, 18 et 19. vt etiam Ernſtius obſeruat, ex Italia in Africam traiicientem, vixdum ſuperata Sardinia, ex vulnere mortuum ſcribit. Et quamuis nemo veterum vllius rei poſt reditum ex Italia ab eo geſtae, quod ſciam, meminit, (niſi quod Zonaras p. 96. in Italiam remiſſum ait, quod ſine dubio falſum eſt,) habuit tamen haud dubie Nepos auctores ſuos, quos ſequutus eſt. Sed vt haec verba ab eo profecta credam, induci vix potero. Non ita ſolet Nepos. dixiſſet potius, *vna cum fratre Magone.* Igitur e fine commatis 3. repetita et inculcata cenſeo. [conf. varr. lectt.]

2 lium Conſules. His enim magiſtratibus legati Carthaginienſes Romam venerunt, qui [3] ſenatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his [4] pacem feciſſent, ob eamque rem corona aurea eos donarent, ſimulque peterent, vt obſides eorum Fregellis [5] eſſent, captiuique redde-
3 rentur. His ex Senatus conſulto reſponſum [6] eſt: munus eorum gratum acceptumque eſſe: obſides, quo loco rogarent, futuros: captiuos non remiſſuros, quod Hannibalem, cuius opera ſuſceptum bellum foret, inimiciſſimum nomini Romano, et nunc [7] cum imperio apud exercitum haberent, [8]
4 itemque fratrem eius Magonem. Hoc reſponſo Carthaginienſes cognito, Hannibalem domum

rel. *etiam MS. Ax.* — 3. qui *aberat a MS. Voſſ.* 2. — 4. cum iis *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. [cum his, *ſcil.* Carthaginienſibus. *Monente autem Heinrichio, tum rectius praepoſuiſſet Nepos*: legati Carthaginienſium.] — 5. Flagellis *MS. Voſſ.* 1 — 6. rnſum *Ed. Ald.* — 7. etiam nunc *MS. Leid.* 2. *Ed. Heus.* [*Ith. Schmied. Heinr, idque melius eſſe putem.*] — 8. hērent *Ed. Iens.*

2 *Pacem feciſſent*] Vide Zonaram p. 97.

*cum his*] Inepte quaerit Lambinus: *cur non dixit* SECVM? Neque enim cum legatis, ſed cum republica Carthaginienſium, pacem Romani fecerant. At *cur non ſupra*, pergit, LEGATI CARTHAGINIENSIVM? Reſpondeo, quia perinde erat, vtro modo loqueretur.

*vt obſides eorum Fregellis eſſent*] T. Liuius lib. 32. Annal. aliter, inquit Lambinus. Atqui, quae ille 32, 2. memorat, proximo demum anno geſta fuerant, Lentulo et Villio Coſſ. vt adparet ex initio libri. Quae vero heic comm. 2 et 3. tanguntur, nusquam alibi lego; vt facile adpareat, aliis Nepotem auctoribus, quam Liuium, Appianum, et ceteros, qui exſtant, fuiſſe vſum.

3 *Itemque fratrem eius Magonem*] Quum Nepos Magonem finito bello Punico II. ſuperſtitem fuiſſe putarit, non auſim haec expungere.

4 *Hannibalem domum Magonemque reuocarunt*] Illud *Magonemque*, ſeu, vt in Boecl. eſt, *et Magonem*, nec poſitus vocis, nec, quod mox ſubiicitur, *vt rediit*, admittit. Nepos dixiſſet: *vtrumque* (vel *ambos*) *domum reuocarunt. Huc vt rediit Hannibal etc.* Vir doctus tamen *non deſerendum heic Nepotem* exiſtimabat, *ex ſcriptoribus antiquis rem vnam toties narrantem. Ipſum Liuium profecto poſt receuſitum Magonis obitum libr.* 30, 21. *capite profectos ſimul Magonem Annibalemque, et vocatos domum ſcribere.* Atqui non deſerimus Nepotem, ſed

Magonemque [9] reuocarunt. [10] Hic, vt rediit, [11] praetor factus eſt, poſtquam rex [12] fuerat, anno

*vbique.* — 9. et Magonem *MS. Boecl. Ax.* [*Vncis incluſerunt* Magonemque *Bos. Ed.* 2. *Stau. Heus. Harl. Tzſchuck. contra Pauſler illa vocc. plane deleuit.*] *Sed vnci abſunt ab Ed. Ieus. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Ith. Wetz. Heinr. Schmied. Atque ego remoui vncos. Secundum enim Liuium* 30, 18. *eadem aeſtate, qua haec (vid. c.* 17.) *decreta Romae, et in Africa geſta ſunt, P. Quinctil. Varus praetor, et M. Cornelius proconſul in agro Inſubrium Gallorum cum Magone Poeno, ſignis collatis, pugnarunt. Mago femine transfixo cadit et ex proelio prope exſanguis auſertur, inferior diſcedit, et peruenit ad mare in Ligures Ingaunos. Ibi legati ab Carthagine eum adeunt, et primo quoque tempore in Africam traiicere iubent: obſequitur, ſed vixdum ſuperata Sardinia, ex vulnere moritur. (cap.* 19.) *Ad Hannibalem, in acie Crotonienſi pugnantem, legati quoque ab Carthagine, vocantes in Africam, iis forte diebus, quibus ad Magonem, venerunt. Romam per eosdem dies, et Magonem et Hannibalem profectos, adlatum eſt. (cap.* 21.) *Cornelius vero omnia nimis breuiter enarrat, Magonis fata ſilentio praetermittit, et pergit de Hannibale domum reuocato et praetore, h. e. Suffete, facto tantum verba facere.*] — 10. et reuocarunt *MS. Voſſ.* 2. — 11. hic cum rediit *MS. Boecl. Voſſ.* 2. huc vt rediit *MS. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ax. Ed. Keuch.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Brem.*] — 12. factus *loco τȢ* rex *MS. Voſſ.* 3. *ſtatim* fuerit *Ed.*

ſciolum, qui hanc vocem inferſit textui. Liuius autem neque profectos vna ait, ſed nuntium ea de re *Romam adlatum per eosdem dies*, quibus profecti fuerant: neque de iſta reuocatione Hannibalis, quae finito bello, ſed de ea, quae antea facta eſt, loquitur. Quare is locus huc plane non ſpectat. [ſed v. VV. LL.]

*hic, vt rediit*] In MS. Boecl. fuit: *Hic cum rediit.* in Leidenſi: *Huc, vt rediit.* quomodo et ed. Gebh. quod verum puto. *Huc* domum puta. Quod ſi vulgata lectio placet, *hic* pronomen erit, non, vt Ernſtius volebat, aduerbium: diſtinguendumque, vt nos fecimus, commate interpoſito.

*praet- factus eſt*] Sic et Liuius 3. 46, 3. *Praetor factus Hannibal.* Iuſtinus 31, 2. 6. *conſulem tum fuiſſe* ait. Errat vero vir doctus, qui lib. de repub. Carthagin. ſect. 1. cap. 15. haec verba de Magone accipit: ſeductus, opinor, illo gloſſemate, *Magonemque:* quum tamen e commate 5. adpareat, de magiſtratu, quem Hannibal geſſit, ſermonem Noſtro eſſe. Idem ex h. l. colligit, *Suffetes, depoſito magiſtratu, praetores factos.* neſcio, quam bene. Hannibal ſane poſt XXII demum annos praetor factus eſt, quam rex, h. e. vt ille vult, Suffes, fuerat. *Praetorem* autem, vt arbitror, dixit, quem Ariſtoteles politic. 2, 9. (aliis 11) ϛϱατη-

ſecundo et viceſimo. Vt enim Romae Conſules, ſic Carthagine quotannis annui bini reges crea-
5 bantur. In eo magiſtratu pari diligentia ſe Hannibal praebuit, ac fuerat in bello. Namque effecit, ex nouis vectigalibus non ſolum vt eſſet pecunia, quae Romanis ex foedere penderetur,[13] ſed etiam ſupereſſet, quae in aerario reponere-
6 tur.[14] Deinde, anno poſt praeturam, Marco Claudio, Lucio Furio Coſſ.[15] Romani legati Car-

*Med.* — 13. ponderetur *Ed. Med.* [*Inter pacis conditiones (apud Liu.* 30, 37.) *hoc erat conſtitutum, vt Carthaginienſes* decem millia talentûm argenti, deſcripta penſionibus aequis in annos 50 ſoluerent.] — 14. reponeretur *MS. Leid.* 1. *Ax. Voſſ.* 2. 3. *Ed. Heus.* [*Ith. Brem. Heinr. atque ego reſcripſi pro vulgato* poneretur.] — 15. conſulibus *Ed. Iens. Med. Par. vbique. Statim*

γὸν vocat, et inter maximos magiſtratus recenſet. Zonaras certe *maximum Carthaginienſium magiſtratum* vocat, quem Hannibal tunc adeptus eſt. τὴν μεγίϛην τῶν Καρχηδονίων ἀρχὴν ὐκ εἰς μακρὰν ἐπετράπη p. 97. Et rurſus p. 102. Ἀννίβας δὲ τὴν μεγίϛην τῶν παρὰ Καρχηδονίοις ἀρχῶν εἰληφώς. vide Indicem. Annuum fuiſſe, adparet e commate 6. [Magiſtratum vero ciuilem intelligendum eſſe, nec cum Boſio de ϛρατηγὸς cogitandum, Tzſchuck. ad ed. 1. et 2. praeter alios interpretes monet, idemque, nota, inquit, praepoſterum ordinem, quem aperte ſubnexa arguunt, niſi ita Nepotem ſcripſiſſe velis: *rex factus eſt, poſtquam praetor* (h. e. ϛρατηγός, Liu. 21, 3, 4.) *fuerat.* At Nepos, qui ipſe §. 6. *poſt praeturam* iterum ſcripſit, minus adcurate rem narraſſe videtur. Idem Tzſchuck. de vi et ſenſu vocc. *anno ſec. et vic.* late docteque disputans, ſenſum hunc elicit: quum 22 annos exercitui praefuiſſet Hannibal, domum reuertens, rex factus eſt ſeu Sufes. Add. Stau. Wetzel. et Harles. not. de h. l. et de Sufetibus.]

*vt enim Romae conſules, ſic Carthagine etc.*] Liuius 30, 7. *Suffetes, quod velut conſulare imperium penes eos erat.* de Carthaginienſibus loquitur. Feſtus, ſeu potius abbreuiator eius Paullus: *Suffes, conſul lingua Poenorum.*

*annui bini reges*] Miratur Ernſtius, Nepotem *reges* vocaſſe Suffetes: (idque improprie factum, etiam Salmaſius cenſebat;) ſuſpicaturque, eum ſcripſiſſe, aut ſcribere voluiſſe, *praetores.* Atqui hunc maximum Carthaginienſium magiſtratum etiam Graeci βασιλέας vocant, Ariſtoteles Politic. 2, 11. Polybius 3, 33. et 6, 49. alii. *Reges* etiam alii Latinorum. Iuſtinus 22, 7. 7. *Bomilcar rex Poenorum.* Oroſius 4, 6. *Imilco rex Poenorum.*

5 *Poneretur*] Pro *poneretur* Leid. elegantius *reponeretur.* Proprium id hac in re verbum.

6 *Legati Carthaginem venerunt*] Vide Liuium 33, 47. et

thaginem venerunt. Hos Hannibal ſui expoſcendi gratia miſſos ratus,[16] priusquam his ſenatus daretur, nauem conſcendit clam, atque[17] in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam fa- 7
cta, Poeni naues duas, quae eum comprehenderent, ſi poſſent conſequi, miſerunt: bona eius publicarunt: domum a fundamentis[18] disiecerunt: ipſum exſulem iudicarunt.[19]

VIII. At Hannibal anno tertio, poſtquam[1] 1
domo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minucio[2] Coſſ. cum quinque nauibus Africam acceſſit, in finibus Cyrenaeorum,[3] ſi forte Carthaginienſes ad bellum, Antiochi ſpe fiduciaque, inducere poſſet:[4] cui iam perſuaſerat, vt cum ex-

Roma *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Patau.* Romanis *MS. Voſſ.* 2. *Sed* Romani *etiam MS. Ax.* — 16. ratus ſui expoſc. gr. miſſos *MS. Ax. Mox* aſcendit *MS. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax.* — 17. clamatque *Ed. Iens. Med.* — 18. fundatis *Ed. Ald.* — 19. dicarunt *MS. Mendoſe Voſſ.* 1. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Vltrai.* ditarunt *MS. Voſſ.* 3.

1. poſteaquam *MS. Voſſ.* 3. *Statim* domum *Ed. Lamb.* [*Sed vir doctus ad oram exempli mei Lambin. recte ſcripſit,* imo, domo.] — 2. quod inimico *MS. Voſſ.* 3. *In Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patau. ſcribitur* Minutio. — 3. Cyreneorum *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* — 4. inducere poſſet. *Aberat a MS. Ax. Voſſ.* 2. *et* poſſent *loco τȣ̃* poſſet *Ed. Arg. Long.*

48. Iuſtinum 31, 1. 7. et 8. Appianum Syriac. p. 88.

*nauem conſcendit*] Sic et Liuius non ſemel, aliique loquuti. In Leid. tamen erat *aſcendit.* quomodo Terentius Adelphis 4, 5, 69. *Abiit, nauem aſcendit, periit.* vti quidem Guyetus ea verba ordinabat. Variae lectioni haud dubie occaſionem praebuit ſimilitudo inter *a* litteram, et abbreviationem ſyllabae *con:* quod et alibi factum noui.

7 *Domum a fundam. disiec.*] Tamquam proditoris, et maieſtatis rei. [Sic quoque Romani ſolebant. vid. Liu. 4, 16. Valer. Maxim. 6, 3. Piccart. Obſeruatt. dec. 3, 1. Haec in indice Bos. notata ſunt, et Stau. ad ed. mai. ſimilia Lacedaemoniorum exempla ex Herodoto 6, 72. et Thucydide 5, 63. adfert.]

1 *Domo profugerat*] Sic legunt ed. Col. Vltrai. et quaedam aliae. Male autem Lambiniana: *domum prof.*

*Africam acceſſit*] *Atqui non modo ipſe eo non acceſſit, ſed ne litteras quidem mittere auſus eſt*, inquit Lambinus, Livium 34, 60. et Appianum Syriacis c. 8. init. adlegans. Sed

ercitibus in Italiam proficiſceretur.[5] Huc Ma-
2 gonem fratrem exciuit. Id vbi Poeni reſciue-
runt, Magonem eadem, qua fratrem, abſentem[6]
poena adfecerunt. Illi, deſperatis[7] rebus, quum
ſoluiſſent naues, ac vela ventis dediſſent, Han-
nibal ad Antiochum peruenit. De Magonis in-
teritu duplex memoria prodita[8] eſt. Namque
alii naufragio, alii a ſeruis[9] ipſius interfectum
3 eum, ſcriptum reliquerunt. Antiochus autem, ſi
tam in agendo bello parere voluiſſet conſiliis eius,

— 5. proſiciſcerentur *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ed. Arg. Long.* — 6. fratrem abſentem *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Arg. Long. Boecl. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Heinr. atque ego* abſentem, (*quod voc. in reliquis libris editis omiſſum eſt,) reuocaui.*] — 7. illis deſperatis *Ed. Iens. Med. Mox* ſoluiſſet *MS. Voſſ.* 3. — 8. prodita *aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* [*quoniam fortaſſe rarior ea forma viſa fuerit librariis. Sed* memoria prodita *bene dici, interpretes ad Caeſ. B. G.* 1, 13. *fin. et Cortius ad Cic. libr.* 8. *epiſtolar. ad diuerſos, epiſt.* 3, 7. *docuerunt.*] — 9. ſeruolis, *ſine praepoſitione, MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* [a ſeruulis, *quod frequens eſt, probat Heuſinger. Tum* naufragio interfectum *inſolens quidem eſt loquutio; ſed per zeugma vnum verbum cum duobus, diuerſis etiam ſubſtantiuis, de quorum altero proprie, de*

iam ſupra monuimus, Nepotem in hac vita non ſemel alios, quam quos nunc habemus, auctores ſequi.

*proficiſceretur*] MS. Boecler. et ed. Col. *proficiſcerentur.* ipſe ſcilicet, et Antiochus. Nil tamen muto.

*Magonem fratrem exciuit*] Vide, quae diximus ad c. 7, 1.

2 *Qua fratrem*] De qua ſupra cap. 7, 7. MS. Schotti et ed. Vltrai. addebant, *abſentem.* [v. varr. lectt.]

*duplex memoria prodita eſt*] Mox MS. Boecl. *alii ſeruolis ipſius int. eum.* ſcripſit Nepos *alii a ſeruolis.*

3 *In agendo bello*] Lambino videtur inſolens ſermo, *agere bellum:* putatque fortaſſe legendum *gerendo.* Et videri poſſit, abbreuiate ſcriptum fuiſſe *g'endo:* quumque oblitterata fuiſſet notula, quae *er* litteras denotare ſolet, et legeretur *gendo*, ſciolum aliquem inde feciſſe *agendo.* Sed nulla mutatione opus. *Agere bellum*, pro gerere, dixere etiam Caeſar, Liuius, Ouidius, Mela, Curtius, ſicut alii *pacem agere*, et Graeci ἄγειν πόλεμον, εἰρήνην, φιλίαν. de quo videndi duo ſummi viri, Gronouius obſeruat. 2, 3. et Heinſius ad Ouidii Triſtium 2, 230. Et ſaepe ab optimae notae ſcriptoribus haec duo verba confundi, idem Gronouius docet obſeru. 4, 14. [add. Stau. ad ed. 3. et Tzſch.]

*parere voluiſſet conſiliis eius*] Vide Appianum p. 90. et 94. Iuſtinum 31, 5. Cur autem Han-

quam in ſuſcipiendo inſtituerat, propius Tiberi, quam Thermopylis,[10] de ſumma imperii dimicaſſet. Quem etſi multa ſtulte[11] conari videbat,
tamen nulla deſeruit in re. Praefuit paucis na- 4
vibus, quas ex Syria iuſſus erat in Aſiam ducere, hisque[12] aduerſus Rhodiorum claſſem in Pamphylio[13] mari conflixit. Quo quum[14] multitudine aduerſariorum ſui ſuperarentur: ipſe, quo cornu rem[15] geſſit, ſuit ſuperior.

*altero vero improprie intelligendum eſt, et aliud proprium* *h. l.* periiſſe, *quaſi ſupplendum, ab auctoribus vtriusque linguae ſaepius iungi ſolet. v. ſupra VIII,* 4, 1.] — 10. [*v. not. Atque* propius *cum datiuo rarius ſtrui ſolet.*] *In MS. Leid.* 2. *et Voſſ.* 3. *erat* Tiberis. *In Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. eſt* Tyberi. — 11. ſtulta *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed. Iens. Med. Par.* — 12. isque *MS. Boecl. Ax.* — 13. Pamphilio *Ed. Iens. Med. Arg. Gebh.* — 14. quo cornu *MS. Mendos.* in quo cum *Ed. Lamb.* — 15. qua rem *pro* quo cornu rem *Ed. Lamb.* quo rem *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long.*

nibalis conſilio non paruerit Antiochus, cauſſam aperit Iuſtinus 31, 6. 1. et deinceps, et Appianus p. 94. Liuius 34, 60. Flor. 2, 8, 6 ſqq.

*propius Tiberi, quam Thermopylis*] Lambinus et alii edidere *Tiberim* et *Thermopylas*; ſed inuitis, opinor, libris. Reſpicit autem proelium, in quo Antiochus cum Aetolis a Manio Acilio Glabrione conſule victus fuit. de quo Liuius 36, 18. 19. Plutarchus Catone, Appianus Syriacis p. 97, 98. Frontinus 2, 4. 4.

4 *Quas ex Syria iuſſus erat in Aſiam ducere*] Vide Liuium 37, 8. Appianum [de reb. Syr. c. 22. ſq.] p. 100.

*adu. Rhodiorum claſſem conflixit*] Deſcribit hanc pugnam Liuius 37, 23 et ſeqq. Meminit et Appianus loco modo laudato: itemque Iuſtinus 32, 6. 9. et Oroſius 4, 20. qui duo tamen videntur duo diuerſa proelia confudiſſe.

*quo cum*] Alii, *in quo cum.* Statim Lambinus edidit, *qua rem geſſit,* offenſus, vt Schottus coniicit, Longoliana lectione, *quo rem geſſit.* Sed in MSS. et aliis edd. legitur, *quo cornu,* vt poſt Lambinum editum. Praeerat autem Hannibal, vt Liuius narrat, ſiniſtro cornu.

*fuit ſuperior*] Paullo aliter Liuius, qui *multitudine nauium maxime vrſiſſe quidem Hannibalem Eudamum, et circumventurum fuiſſe* ait, *ni, quae in dextro cornu vicerant naves, ad opem ferendam ſuis concurriſſent.* addit tamen ea re factum, *vt ipſe quaeque circum eum erant naues, fugam capeſſerent.* Appianus quoque *redeuntem* e Syria *Rhodos concluſiſſe in Pamphylia, nauesque aliquot illius cepiſſe* ſcribit. ἐπανιόντα Ῥόδιοι κατέκλει-

1 IX. Antiocho fugato, verens, ne dederetur,
quod ſine dubio accidiſſet, ſi ſui feciſſet pote-
ſtatem, Cretam ad Gortynios [1] venit, vt ibi, [2] quo
2 ſe conferret, conſideraret. Vidit autem vir
omnium callidiſſimus, [3] magno ſe fore periculo, [4]
niſi quid prouidiſſet, [5] propter auaritiam Creten-
ſium. Magnam enim ſecum pecuniam portabat,

1. Corthinios *MS. Leid.* 2. Cortymos *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. Corthynios *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Cortynios *Ed. Long. Mag.* Cortinios peruenit *MS. Ax.* [Gortyna *vrbs fuit Cretae.*] — 2. vt n. ibi *MS. Boecl.* vt enim ibi *MS. Voſſ.* 2. vt vbi *Ed. Iens. Med.* — 3. callidiſſimus. *Sic MS. San. Put. Giſ. Sed* clariſſimus *Ed. Par. Ald.* — 4. in periculo *Ed. Lamb.* — 5. niſi id praeuid. *MS. Ax.* niſi id prouid. *MS. Boecl. Etiam in Voſſ.* 1. 3. *et Leid.* 2. *erat* prouidiſſet. *Sed* praeuidiſſet *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl.*

σαν εἰς Παμφυλίαν, καὶ τινὰς αὐτȣ̃ τῶν νεῶν εἷλον. Quare et heic alios ſequutus eſt Nepos. [Liuium 37, 24. 4. ſq. turbandis confundendisque cornibus peccaſſe, vberius demonſtrare ſuſtinuit Perizon. in Animadu. hiſtoric. cap. 8. p. 345 — 347. quod etiam veriſimilius eſſe videtur Drakenb. ad Liuii locum, p. 53. tom. V. Neque is, quamquam, ad Liuium a culpa negligentiae liberandum, quasdam protulit mutationes, vulgato inhaerendum non cenſet.]

1 *Verens, ne dederetur etc.*] Refert hoc et Iuſtinus 32, 4. 3. aitque *admonitum a rege,* quum *ab Antiocho Romani deditionem eius depoſcerent.* Et popoſciſſe eam, etiam e Liuio 37, 54 ſq. cognoſcere eſt.

*accidiſſet*] [Sic quoque MS. Ax. Sed] MS. Boecl. *decidiſſet.* quod dictum videri poſſit, vt illud 18, 11. 5. *amicorum perfidia decidi.* ſed notum eſt, in MSS. ſaepe *a* et *d*, *c* et *e* permutari. Statim idem codex, *vt n. ibi quo ſe c. d.* An fuit, *vt inibi q. ſ. c. d.*?

2 *Magno ſe fore periculo*] Male alii praepoſitionem addunt, *in periculo.* quam fide MSS. expunxere Schoppius 4, 11. Veriſimilium, aliique, heic et alibi apud noſtrum. Vide Ind. v. *eſſe.*

*niſi quid prouidiſſet*] Sic reſcripſi, quod in Boecl. erat, *niſi id prouidiſſet.* vulgo enim edunt, *niſi quid praeuidiſſet.* Nempe *prouidere* cauere eſt. Terentius Andr. 1, 3. 3. et Phorm. 1, 4. 5. *Quae ſi non aſtu prouidentur.* Cicero: *Actum eſt de te, niſi prouides.* Fortaſſis autem Nepos absque prouocabulo ſcripſit eadem ratione, *niſi prouidiſſet.* Pro quo cum exaratum eſſet, *niſi praeuidiſſet*, alii, deeſſe aliquid rati, ſupplerunt *id* vel *quid.* quod vt credamus, ipſa varietas lectionis ſuadet. [Bremius arbitratur, *quid* elliptice et more Graecorum κατά τι, *quocumque modo* eſſe interpretandum. Heuſing. *id* quoque retinendum cenſet, quum *prouidere* nihil aliud ſit, quam *praeuidere.*]

de qua ſciebat exiſſe famam. Itaque capit tale 3
conſilium. Amphoras complures [6] complet plumbo; ſummas operit auro et argento. Has, praeſentibus principibus, [7] deponit in templo Dianae; [8] ſimulans, ſe ſuas fortunas illorum fidei credere. His in errorem inductis, [9] ſtatuas aeneas, quas ſecum portabat, omnes ſua pecunia complet, easque in propatulo domi abiicit. [10]
Gortynii [11] templum magna cura cuſtodiunt, non 4
tam a ceteris, quam ab Hannibale, ne quid ille, [12] inſcientibus his, [13] tolleret, ſecumque duceret. [14]

*Keuch. Patau.* — 6. quam plures *MS. Voſſ.* 3. *Statim* implet *MS. Ax.* — 7. has praeſ. princ. *Sic MS. Leid. Ax. Voſſ.* 3. [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* his praeſ. princ. *MS. Boecl.* has praeſ. *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. Corthyniis praeſentibus *Ed. Iens. Med. Par.* Corthiniis praeſentibus *Ed. Arg.* Gortyniis p̄ntibus *Ed. Ald.* has Gortyniis praeſentibus *Ed. Long. Mag. (niſi vt in his editum ſit* Cortyniis,) *Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 8. Dyanae *Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag.* — 9. inductis. *Sic MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* ductis *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 10. abicit *MS. Voſſ.* 3. — 11. Corinthii *MS. Voſſ.* 2. Corthynii *Ed. Iens. Med. Arg. Par.* Cortynii *Ed. Long. Mag.* — 12. ne ille *MS. Mendos. Boecl. Ax. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long.* [*Stau.* 3.] quid *vncis incluſ. Heus.* [*Harl.*] — 13. illis *Ed. Iens. Med. Par. Ald. Lamb.* — 14. ſecumque duceret. [*h.*

3 *Has, praeſentibus principibus*] Sic MSS. Boecl. et Leid. niſi quod ille pro *has* corrupte *his* habet. *Principibus*, intellige ciuitatis Gortynae. Ei voci adſcripſerat aliquis in margine, *Gortyniis*, quod poſtea in textum irrepſit, eiecta genuina voce. Vnde nata vulgata lectio, *has Gortyniis praeſentibus.* niſi malis, abſorpta a τῷ *praeſentibus* ob ſimilitudinem voce *principibus*, quod vtraque abbreuiate ſcripta eſſet, ſuppleuiſſe ſciolos *Gortyniis*, quod deeſſe quid animaduerterent. [Cf. Iuſtin. 32, 4, 4.]

*his in errorem inductis*] Sic optimus liber Boecleri: nec aliter legit Gebhardus, vt e notis illius adparet. Proprium id hac in re verbum: quo et alibi hoc ſignificatu decipiendi vſus eſt, cap. 5, 3. et 9, 3. 1. Vulgo editur *ductis*. Nimirum abſorpſit primam ſyllabam finalis littera vocis praecedentis.

4 *Secumque duceret*] *Aſportaret* MS. Schotti et ed. Gebh. *portaret* in plerisque aliis legi-

1 X. Sic, conſeruatis ſuis rebus, Poenus, illuſis Cretenſibus omnibus, ad Pruſiam in Pontum peruenit: apud quem eodem animo [1] fuit erga Italiam, neque aliud quicquam egit, [2] quam regem armauit [3] et exercuit aduerſus Romanos.

*e. auferret.*] *Sic MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Vltrai.* [*Bos.* 2. *Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* ſecumque portaret *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. *Patau.* ſecumque aſportaret *MS. Mendos. Ed. Gebh. Keuch.*

1. anno *Ed. Iens. Med.* — 2. egit. *Heuſing. vncis incluſit, vt ſuſpectum:* [*et in longa doctaque nota ſuam ſententiam explicare atque corroborare ſtuduit.*] *Recte, opinor. vt* 17, 2. 4 nihil aliud, quam bellum comparauit. [*Adſentitur Schmieder; atque Stau. ad ed.* 3. *probabilem eſſe fatetur hanc coniecturam. Neque tamen contra codd. fidem id verbum exterminare audet; nec Tzſchucke vulgatam formam, quippe quae etiam exemplis ſuſtineatur, ſimpliciter reiiciendam eſſe cenſet.*] — 3. armauit et exercuit. *Ita MS. Leid.* 1. *Ax. Voſſ.* 2. *Ed. Vltraiect.* [*Bos. Stau. Heus. Harl. Tzſchuck.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* arm. et exercitu *MS. Boecl.* armarit et excitarit *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph.* [*Tum maiore iure vindicari, et poſt τὸ* quam *ſuppleri poterit* vt.] arm. et exercitauit *Ed. Lamb.* armauit et excitauit *Ed. Gebh. Boecl. Keuch.* [*Tzſchuck.* 1. *ſed inuito ipſo, vt in not. ad ed.* 2. *fatetur. Haud inepta eſt Heinrichii coniectura*, exacuit; *isque laudat Nepot.* 19, 4. quum plurimi ira exacuerentur, *ac Brouckhuſ. ad Tibull.* 2, 6,

tur. Retinuerunt deinde inepti, tamquam melius, quia vſitatius. Haec Schefferus. Praeſertim quum viderent, paullo ante bis ita loquutum Nepotem: quod fortaſſis et effecit, vt heic quoque id verbi reponeretur.

1 *Pruſiam*] Bithyniae regem, de quo paſſim Polybius, Liuius, Appianus, Iuſtinus, alii; etiam Cicero de diuinat. 2, 24. et Suidas. Exſtat effigies eius in nummis vett. (vnde exhibent Vrſini imagines illuſtrium, et Patinus in theſauro Numiſmatum cap. 2.) itemque in nonnullis gemmis annularibus, teſte Ioh. Fabro num. 120.

*armauit et exercuit*] Sic diſerte legitur in MS. Leid, et ed. Vltraiectina. nec diſcrepat MS. Boecl. niſi quod corrupte habet *exercitu.* hancque lectionem veriſſimam, vulgatam vero *et excitauit* a gloſſa eſſe, cenſebat nobiliſſ. Schefferus. Et iam adnotauit Gebhardus, male ſequi illud *excitauit*, natura prius: eoque conſiderandam lectionem Vltraiectini codicis. *Quia viderat*, inquit, *regem longa pace deſidem et inſuetum bello, exercitio firmare conſtituit. Coniungit quoque armationem et exercitationem militum* Diodorus l. 16. de Philippo: Τὰς δὲ ϛρατιωτικὰς τάξεις ἐπὶ τὸ κρεῖττον διορθωσάμενος, καὶ τὰς ἄνδρας τοῖς πολεμικοῖς ὅπλοις δεόντως κοσμήσας, συνεχεῖς ἐξοπλισίας.

Quem quum videret domeſticis rebus[3]* minus eſſe robuſtum, conciliabat[4] ceteros reges, adiungebatque bellicoſas nationes. 2
Diſſidebat ab eo Pergamenus[5] rex, Eumenes, Romanis amiciſſimus, bellumque inter eos gerebatur et mari et terra:[6] quo magis cupiebat cum Hannibal opprimi; ſed vtrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum ſocietatem: quem ſi remouiſſet, faciliora ſibi cetera fore arbitrabatur. 3
Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. Claſſe paucis diebus erant decreturi.[7] Superabatur nauium multitudine: dolo erat pugnandum, quum par 4

19.] — 3.* dom. rebus. *Sic etiam MS. Ax. Sed* dom. opibus *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ed. Vltraiect. e gloſſemate. Statim* minus *aberat a MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 4. concil. *aberat a MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Mox* adiungebat *ſine* que *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. et* nactiones *MS. Voſſ.* 2. — 5. Pergameus *MS. Leid.* 2. — 6. mari terra *Ed. Iens. Med.* — 7. decreturi. *Sic MS. Mendos. Voſſ.* 1. 3. *Giſ. Leid.* 2. *Sau. Ed. Vltrai.* [*Bos.* 2. *Stau. Heus. et ſeqq. recte: nam* decernere, *ſcil.* acie, *eſt cernere, experiri, cui fortuna adiudicet plenam victoriam. v. Stau. ad ed.* 3. *et Harles.*] *Sed* decertaturi *MS. Ax. Ed. Iens. Med.*

μὲν καὶ γυμνασίας ἐναγωνίας ἐποιεῖτο. Haec ille. Non dubitaui igitur hanc lectionem in textum admittere. Schottus accipiebat eo ſenſu, quo dicitur *laboribus exercitus*, et apud Terentium Adelph. 4, 2. 38. *Ego te exercebo hodie, vt dignus es:* et apud Plautum Mercat. 2, 1. 4. *fui homo exercitus.*

2 *Domeſticis rebus*] *Domeſticis opibus* erat in ed. Vltrai. et MS. Boecleri, iudicio illius bene. Neque dubitabat Schefferus, τὸ *rebus* a gloſſa eſſe. Nil tamen mutare auſim: nam et *res* aliquando facultates denotant. Mox Lambinus ait, quosdam malle, *non nimis eſſe rob.* nulla neceſſitate.

*conciliabat ceteros reges etc.*] Τὸ *et* ab vltima ſyllaba vocis *adiungebat* facile abſorberi potuit. Poſſis et legere, *cet. r. adiungebat bellicoſae nationis.* Non tamen auſim quicquam in textu mutare.

*Romanis amiciſſimus*] Sicuti Valerius Max. 2, 2. 1. *amantiſſimum* Romanae *vrbis.* Florus 2, 20. 2. *ſocium et commilitonem populi Rom.*

*bellumque inter eos gerebatur*] De quo videndus Iuſtinus 32, 4. [Liu. 39, 46 ſq.]

4 *Decreturi*] Sic e ſuo et Giſ. codd. ac ed. Vltraiect. legit Schottus, Gebhardo et Scheffero ſuffragantibus: ſicut e ſuo item Sauaro ad 1, 4. 4. Et loquutus hunc in modum et alibi eſt. Indicem adi, [et V. Lectt.] Vulgo eſt *decertaturi.*

[*dolo*] conf. Frontin. 4, 7, 10. et Iuſtin. 32, 4.]

non eſſet armis. Imperauit quam plurimas ve-
nenatas ſerpentes viuas colligi, easque in vaſa fi-
5 ctilia coniici. Harum quum [8] confeciſſet magnam
multitudinem, die ipſo, quo facturus erat naualе
proelium, claſſiarios conuocat, hisque [9] praeci-
pit, [10] omnes vt in vnam Eumenis regis concur-
rant nauem, a ceteris tantum ſatis habeant [11] ſe
defendere; id facile illos [12] ſerpentium multitu-
6 dine conſequuturos. Rex autem in qua [13] naue
veheretur, vt ſcirent, ſe facturum; quem ſi aut
cepiſſent, aut interfeciſſent, magno his pollicetur
praemio [14] fore.

1 XI. Tali [1] cohortatione militum facta, claſ-
ſis ab vtrisque in proelium deducitur. Quarum [2]
acie conſtituta, priusquam ſignum pugnae dare-
tur, Hannibal, vt palam faceret ſuis, quo loco [3]

*Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. — 8. quomodo *MS. Voſſ.* 1. que *MS. Voſſ.* 3. *Statim* feciſſet *MS. Boecl. Voſſ.* 2. 3. *Ax.* effeciſſet *MS. Voſſ.* 1. [Conficere *h. l. eſt colligere, conquirere.*] — 9. in hisque *MS. Ax.* — 10. praecepit *MS. Voſſ.* 1. *Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* [*Sed praeſens tempus antecedens* conuocat, *et ſequens* concurrant, *h. l. requirunt.*] — 11. habebant *MS. Voſſ.* 1. 3. — 12. illos facile *MS. Ax. rotundius. Statim* ſerpentum *MS. Ax. Ed. Iens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Brem.*] — 13. in qua naue. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. et plur. recentt.*] *Sed* qua naue *MS. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Wetz.* in qua naui *Ed. Brem.*] — 14. id praemio *Ed. Lamb.* premio *Ed. Iens. Med.*

1. Tale *MS. Voſſ.* 2. — 2. quorum *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. — 3. loco quo *MS. Voſſ.* 3.

5 *Confeciſſet magnam multitud.*] Sic loquuntur optimi ſcriptores. vide Indicem. In Boecl. tamen fuit *feciſſet.* quomodo ſupra 15, 3. 6. *ſummam,* et 22, 2. 4. *centum millia* armatorum *facere* dixit. Sed vereor, ne primam ſyllabam abſorpſerit praecedens *cum.*

6 *In qua naue*] Sic MS. Boecl. recte. nam ſic et ſupra 12, 4. 3. loquitur. Cicero quoque dixit *in equo, in mari vehi.* Vulgo abeſt praepoſitio, quam praecedens *autem* facile abſorbere potuit.

1 *Signum pugnae*] Vide Lipſ. milit. rom. 4, 12.

Eumenes eſſet, tabellarium in ſcapha cum caduceo mittit: qui vbi [4] ad naues aduerſariorum peruenit, epiſtolam oſtendens, [5] ſe regem profeſſus eſt quaerere. Statim ad Eumenem deductus eſt, 2
quod nemo dubitabat aliquid de pace eſſe ſcriptum. [6] Tabellarius, ducis naue declarata ſuis, eodem, vnde ierat, [7] ſe recepit. At Eumenes, 3
ſoluta epiſtola, nihil in ea reperit, niſi quod ad irridendum eum pertineret; cuius etſi cauſſam mirabatur, neque reperiebatur, [8] tamen proelium ſtatim committere non [9] dubitauit. Horum in 4
concurſu [10] Bithyni, Hannibalis praecepto, vniuerſi nauem Eumenis adoriuntur: quorum vim quum rex [11] ſuſtinere non poſſet, fuga ſalutem

4. vbi *aberat a MS. Voſſ.* 3. — 5. epiſtolamque oſtendens *MS. Voſſ.* 1. ep. hoſtendens *MS Voſſ.* 3. — 6. quin aliquid de pace eſſet ſcr. *MS. Boecl. Ax.* aliquid de pace eſſet ſcriptum *MS. Voſſ.* 3. — 7. vnde erat regreſſus *MS. Boecl.* vnde erat *MS. Voſſ.* 3. vnde erat egreſſus *MS. Ax. Statim* ſe recipit *MS. Voſſ.* 1. — 8. neque reperiebatur [*ſcil. cauſſa.*] *parentheſeos ſignis incluſit Heuſing.* [*item Harl. Heinr.* neque reperiebat *maluit Lambin. et in textum receperunt Wetzel. ac Schmied. at codd. repugnantibus.*] *Struchtmeier. libr.* 1. *cap.* 10. *p.* 53. *ſq. coniecit*, neque reperiebat, vi tamen pr. *At ſaepe verba duplicis conſtructionis coniunguntur: tum* vi *alienum eſt*, *et* tamen *ſic non ſuum locum habet.* [*Recte! Atque Stauer. quoque fatetur, Heuſingeri explicationem ſibi magis adridere, quam Struchtmeieri lectionem.*] — 9. non *omiſſum eſt in Ed. Iens. Med.* — 10. in curſu *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Statim* Bithynii *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 11. rex

*cum caduceo*] Qui legationis inſigne, inprimis in pace facienda, fuit. Solebat autem in prora nauis defigi, de quo Schefferus addendis ad eruditum opus de Militia Nauali veterum, cuius nouam auctioremque editionem auide exſpectamus.

2 *Aliquid de pace eſſe ſcr.*] MS. Boecl. *quin aliquid de pace eſſet ſcr.* Interpolauit aliquis, opinor, gnarus Ciceronem ita ſolere. Altera ratione fere vbique Nepos vſus eſt. Mox idem codex: *eodem vnde erat regreſſus.* An fuit, *vnde erat egreſſus?*

3 *Nihil in ea*] Praepoſitio aberat MS. Boecler. [et Voſſ. 2.] Et poteſt abeſſe.

*neque reperiebatur*] Mallet Lambinus legi *reperiebat.* et certe vix aliter poteſt. Vulgatae occaſionem dedit praecedens *mirabatur.*

4 *Fuga ſal. petiit*] Gloſſema eſt, quod in ſuo reperit Ernſtius, *ſal. quaerit.*

petiit: [12] quam conſequutus non eſſet, niſi intra ſua praeſidia ſe recepiſſet, quae in proximo lit-
5 tore erant collocata. Reliquae Pergamenae [13] naves quum aduerſarios premerent acrius: repente in eas vaſa fictilia, de quibus ſupra mentionem fecimus, coniici coepta ſunt. Quae iacta [14] initio riſum pugnantibus concitarunt, nec, [15] quare id
6 fieret, poterat intelligi. Poſtquam autem naues completas conſpexerunt ſerpentibus, noua re perterriti, quum, quid potiſſimum vitarent, non viderent, puppes auerterunt, ſeque ad ſua caſtra
7 nautica retulerunt. [16] Sic Hannibal conſilio arma Pergamenorum [17] ſuperauit: neque tum ſolum, [18] ſed ſaepe alias pedeſtribus copiis pari prudentia pepulit aduerſarios.

cum *MS. Ax.* — 12. petit *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* quaerit *MS. Ernſt.* — 13. Pergameae *MS. Voſſ.* 3. *Leid.* 2. — 14. qua iacta *MS. Voſſ.* 2. — 15. concitarunt, nec. *Sic MS. Ax.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau.* 1. 2. *Wetz. add. not.*] concitarunt, neque *Ed. Ald.* excitarunt, nec *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 2. 3. *Ed. Bos.* 1. *Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Brem. Schmied. Heinr.*] excitarunt, neque *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patau.* [*Ith.*] — 16. rettulerunt *Ed. Iens. Med. Arg.* — 17. Pergameorum *MS. Voſſ.* 3. — 18. tamen ſolum *MS. Voſſ.* 2. [tunc ſolum *Ed. Tzſch.* 2.]

5 *Riſum concitarunt, nec quare id fieret*] Sic lego praeeunte MS. Boecl. in quo erat, *concitarunt, inec. quare.* nam vulgo legitur: *excitarunt, neque quare id f. Concitare riſum* etiam Cicero dixit. [Ego tamen praeferrem *excitarunt,* primum quoniam id *pugnantibus* adiectum habet, deinde ob plurium ſcriptorum editorumque librorum auctoritatem, et quod *riſum excitare* aeque Ciceronianum eſt. v. Cic. III. ad diverſos ep. 11, 6.]

6 *Puppes auerterunt*] Sic quoque cod. Boecleri. Lambino videbatur legendum *puppes aduerterunt.* vel *proras auert. nam qui proelium,* inquit, *navale committunt, proras habent aduerſas; qui fugiunt, auertunt proras, et puppes adverſariis aduertunt.* Buchnerus malebat *conuerterunt.* Sed receptam lectionem tuetur eruditiſſ. Gronouius 4. obſeruat. cap. 26. [p. 827. ed. Lipſ. Gronou. comparat cum graeco, *πρύμναν ἐκρούσαντο*, *remos ſeu navem inhibuerunt,* quod facere dicuntur paullum recedentes. Senſus igitur erit: quum antea acrius inſtarent, iam ſerpentibus territi, naues retro egerunt, et ad caſtra ſe receperunt, vt ait Tzſchuck. qui tamen ad ed. 2. cum Lambino malit *aduerterunt.* Add. Harles. not.]

[7. *Pedeſtribus*] h. e. ter-

XII. Quae dum in Aſia geruntur, accidit 1
caſu, vt legati Pruſiae Romae apud L. Quintium [1] Flamininum, conſularem, [2] coenarent, atque, ibi de Hannibale mentione facta, ex his
vnus diceret, eum in Pruſiae regno eſſe. Id po- 2
ſtero die Flamininus ſenatui detulit. Patres conſcripti, qui Hannibale viuo numquam ſe ſine inſidiis futuros exiſtimabant, [3] legatos in Bithyniam miſerunt, in his Flamininum, [4] qui a rege



1. Quintum *Ed. Iens. Med. Arg. Long.* Quinctium *Ed. Mag. Patau. Statim* Flaminium *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. vbique.* Flamineum *MS. Voſſ.* 1. 3. [*conſ. Drakenb. ad Liu.* 39, 51. 1. *p.* 412. *tom. V. Verheyk et Tzſchuck. ad Eutrop. IV,* 2. *init. et c.* 5.] — 2. conſularem. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 3. *Ax. Sed* conſulem *Ed. Par. Ald. Lamb.* [*Enimvero hoc anno conſules fuerunt M. Claudius Marcellus et Q. Fabius Labeo. Liu.* 39, 45. *in. add. Wetzel.*] — 3. exiſtimarent *MS. Voſſ.* 2. *Ax. Recte, credo: nam τὸ* qui *reddit cauſſam.* [*Atque ſic iudicabat Harl.*] — 4. in his Flaminius *MS. Leid.* 2. *tum* ab rege *MS. Leid.* 2.

reſtribus. conf. ſupra XVII, 2, 1. p. 336.]

1 *L. Quintium Flamininum*] Sic legendum, non *Flaminium*, vt iam monuit Lambinus. nam id cognomen Quintiorum, vt e Faſtis Capitolinis, Liuio et MSS. codicibus Plutarchi cognoſcimus; non *Flaminius*, plebeiae gentis nomen. Quamquam et apud alios, Graecos pariter ac Latinos, ſcriptores paſſim *Flaminius* pro *Flaminino* legitur. Ceterum Magius legi vult *T. Quintium*, quod is a Liuio 39. 51. et ſcriptore de viris illuſtr. c. 51. legatus ad Pruſiam veniſſe dicitur. de quo mox plura. Lucius tamen circa eadem tempora Romae fuit, et a Catone anno V. C. IↃLXXIX ſenatu motus eſt, vt e Liuio 39, 42, 5. aliiſque conſtat. Recte vero MS. Boecl. et quidam editi, quibus et Lambinus adſentitur, *conſularem* habent. neuter enim Quintius hoc tempore conſul fuit, ſed Titus anno V. C. IↃLV, Lucius IↃLXI: vt Faſti Capitolini docent. Haec autem circa annum IↃLXX geſta ſunt. quo tempore etiam Liuius l. c. Lucium *conſularem* vocat. Et conſulatu iam defunctum fuiſſe, quum ſenatu moueretur, idque ante annos VII, e Cicerone de ſenect. cap. 12. Valerio Max. 2, 9. 1 et 4, 5. 1. ac Plutarcho in Catone mai. cognoſcimus.

2 *Senatui detulit*] h. e. declarauit, expoſuit. Tacitus 13. A. 43, 1. *Nec deerant, qui haec Senecae deferrent.*

*in his Flamininum*] Titum, ſi credimus Liuio, ſcriptori de viris illuſtr. c. 42. Plutarcho in Flaminino p. 380. et Eutropio 4, 5. quem et Lambinus heic deſignari opinatur: quamquam noſter Lucium intellexiſſe videtur. De cauſſa legationis paullo aliter Liuius, Appianus, et

peterent, ne inimiciſſimum ſuum ſecum haberet,
3 ſibique dederet.[5] His Pruſias[6] negare auſus non eſt: illud recuſauit, ne id a ſe fieri poſtularent, quod aduerſus ius hoſpitii eſſet: ipſi ſi poſſent, comprehenderent; locum, vbi eſſet, facile inuenturos. Hannibal enim vno loco ſe tenebat in caſtello, quod ei[7] ab rege datum erat muneri;

*Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Ed. Heuſing.* — 5. ſibique dederet. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. *(in quo tamen pro* dederet *erat* deberet,*)* 3. *Leid.* 2. *Ed. Long.* [*Bos.* 2. *Heus. et plur. ſeqq. Atque ex antecedenti* ne *repetendum ac ſubaudiendum eſt* vt; *copula vero* que *poſt negatiuam propoſitionem habet vim aduerſatiuae* ſed. *v. ſupra XVIII,* 6, 3. *et XIV,* 6, 4. *ibique varr. lectt. p.* 273 *ſq. nr.* 16.] *Sed* ſibique vt dederet *Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Schmied.*] — 6. Pruſia *MS. Voſſ.* 2. 3. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 7. ei *abeſt ab*

Plutarchus, qui diſerte ſcribunt, aliis de cauſſis fuiſſe miſſum. Ad mentem noſtri ſcriptor de viris illuſtribus c. 51. *Legatus ad Pruſiam, vt Hannibalem repeteret, miſſus.* Itemque Iuſtinus 32, 4. 8. *Miſſi a Senatu legati ſunt, qui vtrumque regem in pacem cogerent, Annibalemque depoſcerent.* Et Zonaras: *πρέσβεων πρὸς τὸν Προυσίαν πεμφθέντων ἐκ Ῥώμης δι' ἄλλα τέ τινα, καὶ ὅπως καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκδοίη παρ' αὐτῷ ὄντα.* adde Oroſium 4, 20. Eutropium ſub initium libri 4. Huius Quintii effigiem e gemma veteri exhibent Imagines Vrſini num. 126. cum his litteris ΤΦΘ. quas Ioh. Faber in notis exponit *Τῖτος Φλαμινῖνος Θεός.* Memoria vero lapſus eſt doctiſſ. Rutgerſius 1. Var. 1. quum Vrſinum oſcitantiae incuſat, ac *pro Quintii effigie* ait *publicaſſe gemmam cum his litteris:* Τ. Κ. Θ. *atque* Τῖτος Κοΐντιος Θεὸς *interpretatum eſſe: quum tamen eadem gemma, ſibi inter cimelia Chriſtianiſſimi Galliarum regis viſa, inſculptas habeat litteras* Ι. Χ. Θ. quas ille exponit: Ἰησοῦς Χριστὸς Θεὸς, coque Saluatoris noſtri effigiem eſſe contendit. Memoria, inquam, lapſus eſt. nam neque Fuluius ita exhibuit ac interpretatus eſt eam effigiem; neque eadem gemma fuit, quam Rutgerſius vidit; quum credibile ſit, illam Fuluii, vt cetera cimelia, e quibus Imagines iſtae deſumtae ſunt, hodieque in Farneſianis theſauris Parmae ſupereſſe.

*ſibique dederet*] Aberat MS. Boecl. et ed. Col. *τὸ vt*, quod vulgo interponitur. eoque expunxi. Sic 25, 10. 4. *ne timeret, ſtatimque ad ſe veniret.* Et ita paſſim alii.

3 *Illud recuſauit*] Paullo aliter Liuius. Cum Noſtro tamen facit Plutarchus, [in Flaminino c. 20. vol. II. p. 705. Reisk.] qui deprecatum pro ſupplice et familiari, ſed fruſtra, ſcribit. *πολλὰ τοῦ Προυσίου δεομένου καὶ λιπαροῦντος ὑπὲρ ἀνδρὸς ἱκέτου καὶ συνήθους, οὐ παρεῖχεν.* [Appian. de reb. Syr. c. 11.]

*ipſi ſi poſſent, comprehenderent*] Poterat tamen Admetum imitari, de quo ſupra 2, 8. 5.

*in caſtello*] *Libyſſam* locum hunc vocant Appianus, Plutar-

idque ſic aedificarat, [8] vt in [9] omnibus partibus aedificii exitum ſibi [10] haberet, ſemper verens, ne vſu eueniret, [11] quod accidit. Huc quum legati 4
Romanorum veniſſent, [12] ac multitudine [13] domum eius circumdediſſent: puer, ab ianua proſpiciens, Hannibali dixit, plures praeter conſuetudinem armatos adparere. Qui imperauit ei, vt omnes fores aedificii circumiret, ac propere ſibi renuntiaret, [14] num eodem modo vndique obſideretur. Puer quum celeriter, quid [15] eſſet, re- 5
nuntiaſſet, omnesque exitus occupatos oſtendiſſet:

*Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Vncis incluſit Heuſing.* quod ei agere datum erat *MS. Voſſ.* 2. — 8. aedificaret *MS. Voſſ.* 3. — 9. in *abeſt ab Ed. Lamb.* — 10. exitum ſibi. *Sic MS. Boecl. Ax. Voſſ.* 2. [*Ed. Bos. Stau. et ſeqq.*] *Sed* exitus hab. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 11. vſu eueniret. *Sic MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. [*Ed. Long. Lamb. Bos. Heus. in textu, Stau. et ſeqq.*] *Sed* vſu veniret *MS. Boecl. Ax. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Bos.* 1. *Latine. v. Cic. Tuſc. quaeſt.* 1, 30. *ibique Dauis. p.* 62. [*probatque Heuſing. in notis. v. ſupra, VII,* 4, 5. *infra XXV,* 16, 4.] — 12. Hunc — veniſſet *Ed. Mag.* [eueniſſent *Ed. Tzſchuck.* 2. *an operarum peccato?*] — 13. multitudinem *MS. Voſſ.* 1. — 14. nuntiaret *MS. Ax.* renunciaret *Ed. Long. Mag. vbique.* — 15. quod *Ed. Mag.*

chus, [in Flaminino cap. 20. vbi de Libyſſa et interitu Hannibalis mortisque genere pluribus agitur, ac variorum narrationes referuntur.] ſcriptor de viris illuſtribus, Eutropius, Zonaras.

*idque ſic aedificarat*] Sic fere et Liuius loco cit. rem narrat.

*exitum ſibi haberet*] Sic reſcripſi e MS. Boecl. iubente Scheffero. Vulgata lectio, *exitus haberet*, ex abbreuiatione nata eſt. Scribit Liuius, 39, 51. 5. *ſeptem exitus feciſſe* Hannibalem.

*ſemper verens, ne vſu eueniret*] Liuius l. c. *Semper talem exitum vitae ſuae Hannibal proſpexerat animo.* cauſſas apud ipſum vide. MS. Boecl. et quae edd. *vſu veniret.* An fuit, *vſu ei veniret?*

4 *Puer ab ian. proſpiciens*] Vide Ind. v. *ianua.* [In illo indice haec, quae ſequuntur, ſunt notata: „Pignorius de ſeruis c. 21. p. 214. exiſtimat, ſeruulum ſignificari, qui clauſtris ianuae praeeſſet, qualem Liuius ap. Gellium 12, 10. *clauſtritumum* dixit. Alii τὸ *ianua* ad verbum *proſpexit* referunt." Poſterior interpretatio rectius, opinor, placuit Tzſchuckio ad ed. 2. Staver. ad ed. 3. et Harles. quos conſules: et ego *puer, ab ian. proſp.*, commatibus ſeiunxi.]

5 *Renuntiaſſet*] MS. Boecl. [Voſſ. 2. 3. Ax.] *nuntiaſſet.*

ſenſit, id non fortuito factum, ſed ſe peti, neque ſibi diutius vitam eſſe retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor priſtinarum virtutum, venenum, quod ſemper ſecum habere conſueuerat, ſumſit. [16]

1 XIII. Sic vir fortiſſimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquieuit ſeptuageſimo. Quibus conſulibus interierit, non conuenit. Nam Atticus, [1] Marco Claudio Marcello,

16. ſumpſit *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.*
1. Nam Atticus. *Sic MS. Sau. Put. Giſ.* [*Ed. Bos. Stau. Tzſchuck. Wetz. Brem.*] *Sed* namque Attic. *MS. Ax. Ed. Arg. Par. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.* [*Heus. Harl. Ith. Heinr. Schmied.*] nanque Att. *Ed. Iens. Med. Ald.*

*venenum ſumſit*] Vide laudatos Ernſtio. [v. Liuium et Plutarch. ll. paullo ante citatis, Valer. Max. 9, 2. ext. 2. Silium Ital. 13, 892. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 42. fin. ibique Schott. et Arntzen. Stau. ad ed. 3. Nepotis ſententiam ſuam, ab ipſo ad ed. 2. prolatam, et a Tzſchuck. ad ed. 2. adoptatam, cauſſam disſidii de morte Hannibalis hanc fuiſſe, quia plures fuerunt Hannibales, retractauit ea de cauſſa, quod ſcriptores, inter ſe discordantes, agant ſinguli de hoc noſtro Hannibale.]

*ſecum habere conſueu.*] Sub annuli gemma. ſcriptor de viris ill. c. 42.

1 *Anno acquieuit ſeptuageſimo*] Si, quod in ἀναγραφῇ Ὀλυμπιάδων legitur, Hannibal natus fuit Olymp. CXXXIII anno I; ſi, vt Noſter cum aliis ſcribit, nouem annos natus cum patre in Hiſpaniam profectus; ſi minor annis XXV, vt Noſter et Ampelius, imperator factus: ſi denique, vt Liuius 30, 35. et apud eumdem ipſe 30, 37. ſexto ac triceſimo poſt anno, quam puer inde profectus, ac, vt Polybius 15, 19. maior annis XLV, Carthaginem rediit; quomodocunque ſubducas calculos, haud plures, quam LXV ad ſummum anni exibunt, etiamſi demum P. Cethego et M. Tamphilo Coſſ. hoc eſt, anno V. C. IↃLXXII mortuum adfirmes. Vide igitur, annon ſcripſerit Nepos: *anno LXV:* quod librarii mutarint in LXX. Neque enim nouum, *V* et *X* in libris permutari. nam rotundo numero heic vſum, quod vir doctus ſuſpicatur, vix crediderim. Certe in iam laudata ἀναγραφῇ, Olymp. CXLVIII anno IV obiiſſe dicitur; hoc eſt anno aetatis LXIII vel LXIV. [Hanc propoſitionem a verbo *Sic* — *ſeptuageſimo* ed. Bos. Amſtel. atque Heuſing. initium ſequentis capitis faciunt. Sed, bene adnotante Stauer. ad ed. 3. illud *ſic* docet, haec verba ad praecedens pertinere caput. quo egit de eius morte Nepos; ſed ſequenti capite tranſit ad tempus, quo rebus humanis eſt exemtus. Idem Stau. de euphemiſmo τοῦ *acquieſcere* pro *mori* conſulere iubet Munker. ad Hygin. fab. 254. in fine et Vorſtium ad Valer. Max. 9, 12. num. 15.]

*nam Atticus*] Sic recte MSS. et edd. vett. nam *annalem Attici* etiam Cicero adlegat ad ipſum Atticum ſcribens 12, 23.

Q. Fabio Labeone [2] Coſſ. mortuum in annali ſuo ſcriptum reliquit; at Polybius [3] L. Aemilio Paullo et Cn. Baebio Tamphilo: [4] Sulpicius autem, [5] P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo. [6] Atque hic [7] tantus vir tantisque bellis di-

nam Azicus *MS. Leid.* 2. — 2. et Q. Fabio Lacone *MS. Voſſ.* 1. et Fabio Labeone *MS. Voſſ.* 3. et Quinto Fabio Labeone *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Long. Mag.* et Q. Fabio Lab. *Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patau. Statim* conſulibus *Ed. Iens. Med. Par.* — 3. ac Polybius *MS. Voſſ.* 1. at Polybuis *Ed. Iens. Med.* — 4. L. Aem. P. et Cn. B. Tamph. *Sic MS. Gif. Voſſ.* 3. Tamphilo *legebatur etiam in MS. Mag. Ven. Sed* Aemilio Paullo et C. Baebio Tamphilo *MS. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med.* Aem. P. et C. Baebio Pamph. *Ed. Mag. Steph.* Aemilio Paullo et C. B. T. *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Gebh.* Aemilio Paullo et Cn. Baebio Pamphilo *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Par. Ald.* Aem. Paulo, M. Bebio Pamphilo *MS. Ax.* Aemylio Paulo et Caio Bebio Pamphilo *MSS. ap. Mag. Ed. Ald.* Aemylio Paulo et M. Bebio Pamphilo *Ed. Arg. Long.* — 5. Sulpitius autem Blito *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ax. Ed. Steph.* — 6. P. Corn. Cethego, M. B. T. *Ita MS. Boecl.* [*Ed. Bos. Stau. et plurr. ſeqq.* P. Corn. Ceth. et M. B. T. *Ed. Brem. Schmied.*] *Sed* P. Corn. Cethego et M. Bebio Pamphilo *Ed. Arg. Long. Mag. Patau.* P. Corn. Ceth. et Bebio Pamphilo *Ed. Iens. Med. Steph.* P. Corn. Ceth. Baebio Tamphilo *MS. Leid.* 2. *In MS. Voſſ.* 2. *Ax. erat* M. Bebio Pamphilio, *et ab Voſſ.* 3. *aberat τὸ* M. *ante* Baebio. *Ed. Lamb.* P. Corn. Cethego et L. et M. Baebio Tamphilo. *Ed. Gebh.* P. C. C. et M. Baeb. Tamph. — 7.

Adi ſis Voſſium de Hiſt. Lat. 1, 11. Male igitur Lambinus cum Cl. Puteano *Attium* reponi voluit. In qu. edd. eſt: *namque Atticus.* [Conf. Polybii fragm. p. 275. tom. 3. ed. Lipſ. *Fiſcher.* Add. Perizon. animadverſſ. hiſtor. p. 378. ſq. ed. Altenb. et Schlegel. Obſeruatt. in Cornel. Nep. p. 103. nr. 5.]

*M. Claud. Marcello, Q. Fab. Labeone*] Anno ab V. C. IↃLXX. Qu. edd. addunt copulam, *et Q. Fab. Lab.*

*L. Aemilio Paullo et Cn. Baebio Tamphilo*] Sic legendum e Faſtis Capitolinis, Liuio 39, 23. 56. Iul. Obſequente, Caſſiodoro, ac MS. cod. Gifanii. In Veneto quoque, Magio viſo, fuit: *Bebio Tamphilo.* Ceteri MSS. editique *Pamphilum* vel *Pamphilium* vocant alterum, et *M.* vel *C.* praenomen addunt: *Aemilium* absque pronomine exhibent. Vtrumque nomen corruptum in Faſtis Siculis: Παμφίλȣ καὶ Πέλȣ. Lege: Ταμφίλȣ καὶ Παύλȣ. Fuere autem conſules anno V. C. IↃLXXI.

*Sulpitius autem*] Voſſius de Hiſt. Lat. 1, 18. auum Imperatoris Galbae ſignari putat, Suetonio Galba c. 3. memoratum. MS. Boecl. et quidam editi *Sulpitius a. Blito:* quod Gebhardus negat ſe capere. Ego vix dubito, ſi non verum, ſaltem corruptum viri cognomen eſſe.

*P. Corn. Cethego, M. Baebio Tamph.*] Sic rurſus Faſt

ſtrictus, nonnihil temporis [8] tribuit litteris. Nam-
que aliquot eius libri ſunt, Graeco ſermone con-
fecti; in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulſo-
3 nis [9] in Aſia rebus geſtis. Huius bella [10] geſta
multi memoriae prodiderunt; ſed ex his duo,
qui cum eo in caſtris fuerunt ſimulque vixerunt,
quamdiu fortuna paſſa eſt, Silenus, [11] et Soſilus [12]

hic *abeſt ab Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* — 8. temporibus *MS. Voſſ.* 2. — 9. C. Manlii Volonis *MS. Leid.* 2. Cn. Manilii Vulſonis *MS. Voſſ.* 1. 3. [*Ed. Tzſchuck.* 2.] Ennii Manilii Volonis *MS. Ax. Voſſ.* 2. C. Manlii Valonis *Ed. Med. Arg. Par. Ald. Long.* C. Manlii Valoïs *Ed. Iens.* Cn. Manlii Volſonis *Ed. Mag. Steph. Gebh.* — 10. bella. *Sic MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Sed* belli *MS. Voſſ.* 2. *Boecl.* — 11. Silenus. *Ita MS Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. [*Ed. Bos.* 2. *Stau. et ſeqq.*] *Sed* Syllenus *MS. Voſſ.* 2. *Boecl. Ax.* Philaenius *Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos.* 1. Philenius *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.* Philenus *Ed. Gebh. Keuch.* — 12.

Capitolini, Liuius 40, 18 et cod. Gif. Quare non eſt, quod cum Magio *P. Corn. Lentulo* reponamus. In reliquis MSS. et plerisque edd. vett. *Tamphili* cognomen pariter, vt paullo ante, corruptum eſt: ſicut et in Faſtis Siculis.

2 *Nonnihil temp. litteris*] Paullo ante in illis, *Atque hic tantus vir*, pronomen abeſt ab ed. Colon.

*Cn. Manlii Vulſonis*] Sic recte Magius emendauit. Ita enim Faſti Capitolini, Liuius, aliique vocant. In MSS. corrupte: *Ennii Manilii Volonis.* Sicut apud Appianum Syriacis aliquoties Μάνιος legitur pro Μάνλιος, etiam in editione Amſtelodamenſi. Fuit autem cum M. Fulvio Nobiliore conſul A. V. C. IↃLXIV, ac prouinciam Aſiam ſortitus, Gallos eam incolentes deuicit. Liu. 38, 12 et 20 ſq.

3 *Huius bella geſta*] Pro *bella* MS. Boecl. *belli.* quod non admittunt illa *cum eo:* niſi *belli geſta* idem ſit ac res bello geſtae. Buchnerus ὁ πάνυ τὸ *bella* ſuperuacuum exiſtimabat, ac Nepotem ſcripſiſſe *Huius geſta.* quomodo ſupra 14, 1. 2. loquutus eſt, et alii paſſim. An fuit, *Huius bello geſta?*

*Silenus*] Omnes hucusque edidere, *Philenius*, vel *Philaenius.* Ignotum nomen, nec vlli veterum, quod ſciam, memoratum. Itaque Voſſius in de hiſt. Gr. 1, 17. legit *Philinus*, auctoritate Polybii 1 et 3, ac Diodori Siculi 23 et 24. in Eclogis. Sed is primi belli Punici hiſtoriam ſcripſit. Boeclerus e MS. ſuo legit *Syllenus.* Verum viri nomen eſt *Silenus.* Id docet locus Ciceronis de diuin. 1, 24. ab eodem ſummo viro laudatus: *Hoc idem in Sileni graeca hiſtoria eſt: is autem diligentiſſime res Hannibalis perſecutus eſt.* De Noua Carthagine a Scipione Africano capta eumdem Liuius laudat 26, 49. Plura de eo Voſſius de hiſt. Gr. 3. p. 413.

*Soſilus*] Diodorus Siculus Ecloga 3. libri 26: Σώσιλος ὁ Ἴλιος (ſeu Ἰλιεὺς) τὰ περὶ Ἀννίβαν ἔγραφεν ἐν βιβλίοις ζ.

Lacedaemonius. Atque hoc Soſilo Hannibal litterarum Graecarum vſus eſt doctore. Sed nos 4 tempus [13] eſt huius libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores; quo facilius, collatis vtrorumque factis, qui viri praeferendi ſint, poſſit iudicari.

Soſillus *MS. Voſſ.* 2. *Ax.* — 13. Sed nos temp. *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. 3. *Ax. Leid.* 2. *Ed. Iens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus.* [*Stau.* 3. *Harl. Bip. Ith. Heinr. Tzſch. Schmied. et ego* nos *pro* nunc *in Ed. Bos. Stau.* 1. 2. *Brem. (qui τὸ* nos *a librario quodam profectum eſſe putat,) et al. reuocaui. Nam, Stau. ad ed.* 3. *et Tzſchuck. bene animaduertentibus, ſi* nunc *ſeruatur, praeſtaret* fieri finem *et* explicari.] — *Ceterum extrema hac vita legitur in Ed. Iens. litteris maiuſculis:* Probi Aemilii de virorum excellentium vita per M. Nicolaum Ienſon Venetiis opus foeliciter impreſſum eſt anno a Chriſti incarnatione MCCCCLXXI. VIII. Idus Martias. *Ed. Ald.* Finis.

Meminit illius et Polybius 3, 20: ſed pro fabulis potius, quam hiſtoriis, ſcripta eius habenda cenſet: quae loca iam indicauit Voſſius de hiſt. Graec. 1, 17. Sed pro *βιβλίοις ζ*, vti legitur apud Diodorum, habet *ξ*, vertitque: *libris ſexaginta;* errore haud dubie ex ſimilitudine litterarum nato. Ac dubito, an tot libros de vnius Hannibalis rebus Soſilus ſcripſerit. Perperam igitur Lambinus corrigit: *Soſybius*, vel *Soſilus*. Ceterum Hannibalis res geſtas etiam recentioribus Afris innotuiſſe, illud indicio eſt, quod Vincentius Albus *(le Blanc)* Maſſilienſis in Itinerario ſuo, parte 2. c. 17. ſcribit, Temeſnae in regno Maroccae, ſibi Maurum quemdam anno Chriſti cIɔ IɔLXXVIII inter alios libros, quibus vtebatur, nominaſſe quemdam *Albuzer* dictum, plenum rerum curioſarum de geſtis celeberrimorum Africae virorum, Hannibalis, Maſiniſſae, Septimii Seueri, vt multorum aliorum Regum, principum et epiſcoporum, vt Auguſtini etc. Etſi hodie in illis oris, ſi Lancellotto Addiſono, nuperrimo Mauritaniae deſcriptori, credimus, vix vllos libros reperire eſt.

4 *Nunc tempus*] MS. Boecl. *nos tempus.* [v. varr. lectt.]

*qui viri*] Barthius coniiciebat legendum: *cui vtri.* vel *qui vtris.* aut *quis vtri praeferendi ſint.* Ego nihil mutandum cenſeo. nam ſic plane Plinius N. H. 18, 3. e Catone: *Quem virum bonum colonum dixiſſent, ampliſſime laudaſſe exiſtimabantur.*

# XXIV. M. PORCIVS CATO

## EX LIBRO POSTERIORE CORNELII NEPOTIS 1)

[A R G V M E N T V M

*Cap. I. Eius ortus. Adoleſcentia et officia. II. Conſul Hiſpaniam citeriorem ſortitus eſt. Cenſor grauiſſimus. III. Eius elogium, ſtudia, ſcripta.*]

I. *In MS. Voſſ. 1. Vita Catonis ſequitur Vitam Attici, et Vitam Miltiadis in Voſſ. 3. In Voſſ. 2. videtur a recentiori manu addita. Abeſt ab Ed. Iens. Par. Ald.* — M. P. C. ex libro poſt. Corn. Nep. Corn. Nep. M. Porc. Cato *Ed. Arg.* Fragmentum quod ex Probi libro poſteriore ſupereſt. M. Portii Catonis vita. *Ed. Mag.* Ex libro ſecundo Aemilii Probi ſeu Corn. Nep. *Ed. Lamb.* M. Porcii Catonis vita *Schott.* M. Porcius Cato [ex libro poſter. Corn. Nep.] *Ed. Heus.* [*Harl. Tzſchuck. Schmied. ſigna vncorum omittunt Stau. Wetz. Ith. Heinr. Patau. ed. vbi tamen exſtat* ex libro ſecundo. Cato *Ed. Brem. v. not.*]

De Catone vide [Plutarch. tom. II. p. 384—428. ed. Tubing.] ſcriptorem de viris illuſtr. c. 47. Ampelium c. 19: et e iunioribus Voſſium de hiſt. Gr. 1, 5. Characterem animi habes apud Liuium 39, 40. [Cic. de ſenectute, Cic. Brut. 15. 16. 17. de Orat. 3, 33. De familia Catonis v. A. Gell. 13, 19. *Fiſcher.* add. not. Harles.] effigiem e gemma annulari inter Imagines Illuſtrium Vrſini: isque ſimilem in carniola habuit, teſte Ioh. Fabro num. 116. qui et Hermae illi dicati meminit, ſed capite truncati, cum inſcriptione: M. PORCIVS M. F. CATO CENSORIVS: coniicitque, eum ipſum eſſe, quem Plutarchus ſcribit ei in templo Sanitatis dedicatum fuiſſe. Eſt et apud me nummus mediae magnitudinis pulcerrimus, ſed recentioris, vt arbitror, aeui, in quo caput conſpicitur Catonis barbatum, his circum litteris: M. PORCIVS CATO. CENS. In auerſa parte ROMA, ſpoliis inſidens, et dextra bilancem, ſiniſtra cornu copiae tenens.

*M. Porcius*] Ita paſſim exaratum hoc gentilitium Catonis nomen reperitur non modo in libris vett. ſed etiam in ſaxis et nummis plerisque, apud Gruterum, Vrſinum et Pet. Seruium in Miſcellaneis cap. 8. In Romano tamen ſaxo, quod in aedibus Farneſiorum vidit Seruius, legitur: M. PORCIVS M. F. CATO. CENSORIVS. Vix dubito, quin ſit Hermes capite truncatus, Ioh. Fabro, vt modo diximus, laudatus: qui proinde hinc emendandus fuerit: quemadmodum et ex altero iuxta Capitolium, eidem Seruio memorato, in inſcriptione Gruteriana 4. p. 358. (eadem enim haud

Cato[1] ortus municipio Tuſculo, adoleſcentulus, priusquam honoribus operam daret, verſatus eſt in Sabinis, quod ibi heredium a patre reli- 1

1. Catho *MS. Voſſ.* 3.

dubie eſt,) pro CENSORINVS legi debet CENSORIVS. Sic enim Catonem noſtrum cognominatum fuiſſe, etiam aliunde conſtat. *Porcii* autem nomen etiam in aliis lapidibus ſic ſcriptum eſt apud Gruterum. Vide Indicem Scaligeri 24. vt variaſſe in eo veteres videantur. Sic in iisdem lapidibus *Fabricius* et *Fabritius*, *Sulpicius* et *Sulpitius*, promiſcue exaratum eſt.

*Cato*] Noſter antea *Priſcus* cognominatus, teſte Plutarcho, poſt a ſolertia *Cato* dictus eſt.

*ex libro poſteriore Corn. Nepotis*] Vnde haec deſumta ſint, et an in aliquo MS. codice inuenta, dicere non poſſum: neque enim alibi, quam in edit. Gebh. et poſtrema Boecleriana, et quae hanc expreſſere, ea inuenio. Lambinus tamen, et qui eum ſequuti ſunt, ſimilia praeſixere: *ex libro ſecundo Aemilii Probi, ſeu Cornelii Nepotis.* Longolius nil aliud, quam, *Catonis vita;* Schottus, *M. Porcii Catonis vita.* Pighius, qui hanc vitam a Carolo Langio acceptam libro IX Annalium Rom. ſed pluribus locis ab aliis editionibus discrepantem, inſeruit, alicubi et coniecturas ſuas adſcripſit, hunc ei titulum praeſcripſit, *Vita Marci Catonis, ex Cornelio Nepote de viris illuſtribus.* Vtcunque ſit, veriſimilius eſt, eam ex altero Nepotis libro eſſe, cuius 23, 13. 4. meminit, quam, quod Schotto aliisque viſum, fragmentum eſſe vel ἀνακεφαλαίωσιν libri, quem cap. 3, 5. de Catone *ſeparatim feciſſe* ſe ait. nam id ne credamus, ea ipſa verba faciunt. Quis enim in fragmento aut ἀνακεφαλαιώσει operis alicuius vmquam opus ipſum, tamquam diuerſum, laudauit? Non repugnabo tamen, ſi quis cum Voſſio τῷ πάνυ veriſimile cenſeat fragmentum eſſe ex opere *de hiſtoricis Latinis:* quum de hiſtoriis Catonis tam explicate agat, Orationum autem et rerum pace belloque geſtarum ſolum velut obiter mentionem faciat.

1 *Cato*] Pighius edidit, *M. Cato.* quomodo principio Attici: *Titus Pomponius Atticus.*

*ortus municip. Tuſculo*] *Porcios Tuſculo in ſenatum accitos*, ait Claudius Caeſar apud Tacit. 11, 24. 3. *M. Porcium Catonem nomen ſuum Tuſculi ignobile Romae nobiliſſimum reddidiſſe*, Valer. Max. 3, 4. 6. [Hod. *Fraſcati.* vid. Ith.]

*honorib. operam daret*] Vide Ind. v. *honor.*

*in Sabinis*] Sic et Plutarchus.

*heredium*] MS. Venetus Magio laudatus, *praedium.* Sed rectum eſt *heredium.* vide notas Ernſtii et ind. [In indice Bos. - Heuſinger. haec adnotata ſunt. „*hered.* i. e. praedium paruulum, teſte Feſto. Varro lib. I. de R. R. cap. 10, *Bina iugera, quod* [lego *quot*] *a Romulo primum diuiſa dicebantur viritim, quae heredem ſequerentur, heredium adpellarunt.* [Ita enim hic locus in Geſnerianis exemplaribus reſtitutus eſt, quem Boſius ab aliis deprauatum adſcripſerat. Haec adſcripſerat Heuſinger. Sed in Schneiderianis exemplaribus ita legitur locus Varron. *bina*

ctum habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in conſulatu cenſuraque habuit collegam, vt M. Perperna [2] Cenſorius [3] narrare ſolitus eſt, Romam

2. Perpenna *MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Ed. Med. Arg. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos.* 1. — 3. conſobrinus *MS. Mendoſ. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Gebh.* Cenſorinus *Ed. Med. Arg. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.*

*iugera, quod a Rom. — diuiſa* [*dicebantur*] *viritim, quae* [*quod*] *haeredem ſequerentur, haer. appell.* add. Schneideri not. ad iſtum locum p. 283. tom. I. part. 2. Scriptor. R. R. etc.] adde Beroald. in Plin. l. 19. Grapaldus pro horto olim vſurpatum ait, ipſumque hortum pro villa, Apuleius in Floridis *herediolum* vſurpat κτημάτιον.]

*hortatu*] MS. Schotti [et Voſſ. 1.] *Inde hortatu.* quomodo et Pighius edidit. Addidit *inde* aliquis, qui non cohaerere haec cum praecedd. putabat, ignorans, Nepotem ita ſolere.

*M. Perperna*] Sic legendum eſſe, iam monuere Lambinus, Pighius ad an. V. C. 608. alii. nam ita apud ſcriptores Graecos, et in lapidibus, ac nummo veteri apud Pighium, hoc ſiue gentilitium nomen, vt plerique, ſiue cognomen gentis obſcurae Sabelliae, vt Pighius exiſtimat, exaratum reperitur. In vulgatis libris heic et alibi mendoſe *Perpenna* legitur. Equidem et in vett. lapidibus inuenio *Perpennam* quendam inter magiſtros vicorum vrbis Romae, apud Gruterum p. 251. et ſeptem alios cum cognominibus *Argyri, Charitonis, Eutychi, Favoris, Firmii, Lurconis, Philonis,* apud eundem p. 814, 8. 241. 988, 1. 820, 9: ac *Petronium Perpennam Magnum Quadratianum*, Praef. Vrbi p. 177, 7: itemque in nummo Liciniani apud Occonem, *Imp. Caeſ. M. Auſ. Perpennam Licinianum;* et apud Victorem iuniorem, (niſi locus mutilus eſt, quod valde vereor,) *Hoſtilianum Perpennam.* Verum id aut alterius familiae nomen cognomenve, aut e *Perperna* ſiue poſterioris aeui conſuetudine, ſeu ſcribentium culpa, (qui et alibi eas litteras permutarunt,) corruptum cenſeo.

*Cenſorius*] Pighius edidit *conſobrinus*, idque et in ſuo cod. reperit Schottus, veriusque cenſet, quam quod in aliis edd. legitur, *Cenſorinus.* Mihi neutrum quadrare videtur. Cuius enim Perperna *conſobrinus*, et cur id non addidit Nepos? Nec vllos alibi Perpernas *Cenſorinos* inuenio: Marciorum id cognomen eſt. Ergo rectum eſt *Cenſorius*, h. e. qui cenſuram geſſerat. Ac vix dubito, quin deſignetur M. Perperna, qui anno V. C. IↃCLXI conſul, et anno IↃCLXVII cum L. Marcio cenſor fuit, vixitque annos XCVIII, defunctus anno V. C. IↃCCIV: eoque vel Nepoti, vel alicui familiarium eius, ea, quae heic referuntur, *narrare* potuit. Sciolus aliquis, cum cognomen *Perpernae* putaret eſſe, mutauit in *Cenſorinus;* pro quo librariorum aliquis ſcripſit *Conſobrinus.*

*Romam demigrauit etc.*] Prolixe haec Plutarchus narrat p. 337 et ex eo Lambinus. Mox in illis *foroque* a qu. edd. abeſt copula. Pighius transponit, *inque foro.* Vix dubito a gloſſa eſſe.

demigrauit, in foroque[4] eſſe coepit. Primum 2
ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque,

4. in foroque. *Copuia* que *erat in MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Ed. Med. Sed* in foro *Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Schott. Steph. Gebh. Keuch.* [*Vncis incluſum eſt* τὸ que *in Ed. Bos.* 2. *Stau.* 1. 2.] *Vnci abſunt ab Ed.*

2 *Annorum decem ſeptemque*] Pighius edidit: *annorum XVII.* Sic et Plutarchus: Φησὶ γὰρ αὐτὸς, ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην ϛρατεύσασθαι ϛρατείαν. Sed Lambino *videtur ex Faſtis natus tum fuiſſe annos circiter XIX, ſiquidem natus eſt anno, poſtquam primum conſul fuerat Q. Fabius Verrucoſus Maximus.* Carolus quoque Langius notis in Catonem maiorem Ciceronis ait, *militare coepiſſe an. V. C.* 539. *natum annos plus minus XIX; quanquam in Nepote et Plutarcho legatur anno aetatis XVIII militaſſe ſub Fabio; id quod*, ipſius indicio, *ratio annorum, qui inter Fabii I et IV conſulatum ſunt, non patiatur.* Nempe pro diuerſa loci Ciceronis lib. de ſenect. cap. 4. lectione diuerſos natali Catonis annos adſignant. Lambinus enim, vulgata lectione nixus, *anno poſtquam Fabius primum conſul fuerat*, i. e. V. C. 521, *natum* cenſet: quae et Schotti ac Pighii ſententia eſt. Langius autem ſcriptura MSS. codicum multis rationibus a Vincentio Contareno var. lect. cap. 24. confirmata, *Fabium anno poſt primum conſulem fuiſſe, quam Cato natus eſt*, fretus anno 519. natum vult. Vt autem Nepotem falſi arguerent, illud, opinor, eos induxit, quod Nepos ait, Catonem *Fabio et Marcello Coſſ.* (nam haec ad praecedentia referunt,) primum ſtipendium meruiſſe. Eorum enim conſulatus quum in an. V. C. 539. inciderit; inde ſequi videtur, Catonem, qui illorum ſententia tum *primum ſtipendium meruit,* ſi anno ante primum Fabii conſulatum natus eſt, annum XVIII vel XIX; ſi anno poſt, XIX vel XX egiſſe. Verum id non neceſſario inde ſequitur. nam ſi dicamus, Catonem toto *anno, poſtquam Fabius primum conſul fuerat*, i. e. ſub finem anni 521, *natum*; Fabio et Marcello Coſſ. annos XVII natus fuerit, ingreſſus vero annum aetatis XVIII. Praeterea illa, *Fabio et Marcello Coſſ.* aeque ad ſequentia ſeu ad *tribunatum* Catonis, quam ad praecedentia ſeu *primum* eiusdem *ſtipendium* referri poſſunt: quod et ab editoribus quibusdam factum video, qui ea verba interpoſita ϛιγμῇ a praecedentibus diuellunt. Quamquam, ob rationes a Contareno adlatas, et tot codicum MSS. conſenſum veroſimilius puto, Catonem ante primum Fabii conſulatum fuiſſe natum. quemadmodum et *Fabio ac Marcello Coſſ.* Catonem *primum ſtipendium meruiſſe*, quam, *tribunum militum fuiſſe,* probabilius cenſeo. nam quum anno 544. cum Fabio *adoleſcentulus miles ad Tarentum profectus*, teſte Cicerone, fuerit; *tribunus* tum nondum, multoque minus quinquennio ante, eſſe potuit. niſi dicas, *militem* illic non opponi *tribuno*, ſed, de quo Cicero mox ſubiicit, *magiſtratui*. Sed neque ratio annorum, quae inter annum V. C. 521. et conſulatum Fabii ac Marcelli interiecti ſunt, patitur, vt his Coſſ. hoc eſt anno 539. tribunus fuerit. neque enim plures ſunt

Q. [5] Fabio Maximo, M. Claudio Marcello [6] Coſſ. Tribunus militum in Sicilia fuit. Inde vt rediit, caſtra ſequutus eſt C. Claudii [7] Neronis, magni-

*Boecl. Bos.* 1. *Heus.* [*Harl. Ith. Stau.* 3. *Tzſchuck. Brem. Heinr. Schmied. et ego eos expunxi.*] — 5. Q. Qu. *Ed. Med. vbique. Mox* Maximo *aberat a MS. Leid.* 1. — 6. Marcello. *Aberat a MS. Leid.* 2. *Ed. Med. Arg. Schot. Long. Mag. In Voſſ.* 3. *erat ſimpliciter* Claudio, *omiſſo etiam praenomine* M. *Statim* conſulibus *Ed. Med.* — 7. C. Cl. P. Claudii *MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2.

quam XX. Iam annorum XVII primum ſtipendium, vt praeter Noſtrum ipſe apud Plutarchum teſtatur, meruit. Neque citius, per aetatem, merere potuit. Ergo poſt tria ſtipendia ſtatim factus fuiſſet tribunus: quod illis temporibus, quibus ante, quam quinque ſtipendia feciſſet, ad tribuni munus nemo euehebatur, neutiquam congruit. Ergo aut Fabio et Marcello Coſſ. tribunus non fuit: aut diu ante primum Fabii conſulatum natus fuit. Sane mirum non eſt, Nepotem in putandis Catonis annis a Cicerone disſentire: quum et alii ſcriptores cum ab eodem Cicerone, tum inter ſe valde hac in re discrepent. Certe Nepos, ſi modo ſanus eſt locus, *per annos octaginta, ab adoleſcentia, reip. cauſſa inimicitias ſuſcepiſſe* eum ſcribit. Id vero prius,quam in militiam profectus eſſet, (quod factum eſſe ante,quam Romam migraret, e Plutarcho adparet,) facere non potuit. Liuius autem lib. 39. cap. 49. et Plutarchus nonageſimo aetatis anno Seruium Galbam ab eo accuſatum tradunt, quod, (vt narrant Liuius epitoma 48. Valerius Max. 5. 6. 2. Suetonius Galba cap. 3. Oroſius 4, 21.) Luſitanos diripuiſſet, ac eorum aliquot millia dolo circumuenta trucidaſſet: cuius accuſationis et Cicero in Bruto cap. 20 ac 1 de oratore cap. 53. itemque Valerius 8, 1. 2 et 8, 7. 1. meminere, aiuntque, orationem illam in *Originibus* ſuis expoſuiſſe eum: ſed Cicero in Bruto c. 20. ſin. tradit, *annos quinque et octoginta* tum *natum fuiſſe*, eodemque anno exceſſiſſe e vita. Eam vero Luſitanorum cladem accidiſſe anno V. C. IↃCII, e Liuio manifeſtum eſt. Accuſauerit igitur Galbam Cato anno IↃCIII. Qui ſi nonageſimus ei vitae fuit, natus fuerit circiter anno V. C. IↃXIII.

*Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello*] Omiſit vtrumque cognomen Pighius: qui et haec verba ad praecedentia refert, in Annal. Rom. 2. ad ann. V. C. 549. hisque conſulibus Catonem tribunum in Sicilia fuiſſe ait: quod etiam alii ex editoribus Nepotis fecere.

*tribunus militum in Sicilia fuit*] Anno aetatis XXIV, M. Claudio Marcello V, T. Quintio Criſpino Coſſ. Ita Lambinus: quem et Schottus in chronologia ſequitur.

*C. Claudii Neronis*] Conſulis, anno V. C. IↃXLVI. MS. Boecler. et qu. edd. *P. Claudii Ner.* Sed *Caii* praenomen etiam Faſti Capitolini, Liuius, Caſſiodorus, et Marianus ei tribuunt.

que eius opera [8] exiſtimata eſt [9] in proelio apud
Senam, quo cecidit [10] Hasdrubal frater Hannibalis.
Quaeſtor [11] obtigit P. Cornelio Scipioni [12] Africa- 3
no, conſuli: cum quo non pro ſortis neceſſitu-

*Ed. Med. Arg. Schot.* — 8. opera eius *Ed. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.* [*Wetz.*] — 9. exiſtimata eſt. *Sic MS. Boecl. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Ed. Long. Mag. Schot.* [*Bos.* 2. *Stau. Hens. et ſeqq.*] *Sed* aeſtimata eſt *Ed. Lamb. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Recte, opinor.* [*quam lectionem probat quoque Cortius ad Salluſt. B. Cat. c.* 2. *n.* 8. *Atque duo illa verba in codd. ſaepe ſolere inter ſe commutari, docent Arntzen. ad Aurel. Vict. Caeſ. c.* 28, 5. *p.* 391. *ſq. idemque et Schwarz. ad Plin. Panegyr. c.* 38, 4.] — 10. decidi *MS. Voſſ.* 3. *Statim* Asdrub. — Annib. *Ed. Schot. vbique, Mag.* — 11. queſtor *Ed. Med. Arg. In Med. vbique pro* ae *eſt* e. — 12. Corn. Scipioni. *Aberant a MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. Steph. Gebh.*

*exiſtimata eſt*] Sic et Longolius ac Schottus, fortaſſis et alii, edidere. Mox ipſe Nepos: *quod non minoris exiſtimamus.* Lambinus repoſuit *aeſtimata* eſt, nulla ratione addita. quod perperam hucusque retinuere editores reliqui.

*in proelio apud Senam*] De quo Liuius 27, 48. et deinceps.

3 *Quaeſtor obtigit P. Corn. Scipioni Africano conſuli*] Catonem Scipioni quaeſtorem fuiſſe, praeter Noſtrum ac Plutarchum, tradit etiam Liuius 29, 25; (vt iam obſeruatum Lambino,) vbi Scipione in Africam traiecturo, M. Porcium Catonem *quaeſtorem tum fuiſſe* ait. Sed ea traiectio facta M. Cornelio Cethego et P. Sempronio Tuditano Coſſ. quo anno Catonem quaeſtorem fuiſſe etiam Cicero in Bruto cap. 15, et, ex emendatione Pighii ac Langii, in dialogo de ſenectute cap. 4. teſtatur. Non igitur *conſuli* Scipioni, ſed *proconſuli* quaeſtor obtigit. Lambinus putabat *reſponderi poſſe, Catonem factum eſſe iterum quaeſtorem Romae Cethego et Tuditano Coſſ. poſteaquam quaeſtor Scipioni imperatori obtigiſſet.* Ego malim legi *proconſuli*, quomodo ſupra 23, 4. 3. pro *praetore* reſcripſimus *propraetorem.* niſi Nepos *conſuli* dicat *obtigiſſe praetorem*, qui eo conſule praetor electus, ſequenti demum anno Quaeſturam ſub eodem proconſule adminiſtrauit. cui ſententiae fauet, quod apud Ciceronem Cato ait, ſe *quadriennio poſt*, quam cum Fabio ad Tarentum profectus eſſet, i. e. anno V. C. 548 *quaeſtorem factum*, (ſic enim legit Pighius,) *eum magiſtratum geſſiſſe conſulibus Tuditano et Cethego*, h. e. anno 549. Sed repugnat, quod cap. 2, 1. dicitur Scipionis *in priore conſulatu quaeſtor fuiſſe.* niſi forſan illic legendum eſt *in proconſulatu.* Ceterum a MS. Boecler. et edd. Colon. Schotti ac Pighii abſunt illa *Cornelio Scipioni*, idque conſuetudini Nepotis congruentius eſt. [*Conſulem* pro *proconſule* ſaepe poni, docuerunt Drakenb. et alii interpretes ad Liu. 26, 32, 4. p. 1123. tom. III. et ad libr. 31, 49, 2. p.

dine[13] vixit. Namque[14] ab eo perpetua[15] diſſenſit vita. Aedilis plebis[16] factus eſt cum C.
4 Heluio. Praetor prouinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quaeſtor ſuperiore tempore ex Africa[17] decedens, Q. Ennium[18] poetam deduxerat: quod non minoris exiſtimamus,[19] quam quemlibet ampliſſimum Sardinienſem triumphum.

1 II. Conſulatum geſſit cum L. Valerio Flacco, ſorte prouinciam nactus Hiſpaniam citeriorem,
2 exque ea[1] triumphum deportauit.[2] Ibi quum

13. neceſſitudinem *MS. Voſſ.* 3. — 14. nanque *Ed. Schot.* — 15. perpetuo *Ed. Schot.* — 16. aedis plebi *MS. Voſſ.* 3. Edilis pl. *Ed. Med. Arg. Mox* Heliuo *eaedem Edd.* — 17. affrica *Ed. Med. vbique.* — 18. omnium *MS. Voſſ.* 3. — 19. aeſtimamus *Ed. Mag. Lamb. Schot. Steph. Gebh. Keuch. Patau. recte, credo.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Brem.*]

1. ex qua *Ed. Schot. Steph. Gebh.* [*Wetz.*] — 2. deportauit. *Sic MS. Voſſ.* 1. 2. 3. *Leid.* 2. *Sed* reportauit

587. tom. IV. vti *praetorem* pro *propraetore.* v. Duker. ad Liu. 23, 40, 1. p. 797. tom. III. Add. Perizon. animaduerſſ. hiſtor. cap. 7. p. 316. ſqq. ed. Altenburg. Stau. (quem etiam vide ad 23, 4, 3.) *conſuli* retinendum cenſet.]

*non pro ſortis neceſſitudine*] Nam Conſul aut Praetor quaeſtori pro patre, hic illi pro filio erat. Cuius neceſſitudinis et Cicero meminit diuinat. in Caecil. c. 14 et 19, actione 1 in Verrem c. 15. Orat. poſt redit. in Sen. c. 14, et pro Cn. Plancio c. 11. *Sortis neceſſitudinem* eundem morem vocat in Verr. 1. c. 14.

*namque ab eo perpetua diſſenſit vita*] Vide Plutarchum p. 342 C. et 338 A, Liuium 38, 54. Gell. 4, 18. Porro Schottus edidit, *perpetuo diſſ. vita:* ſicuti Pighius: *nam ab eo.*

*Aedilis pl. ſ. e. cum C. Heluio*] Commemorat hos in aedilitate pariter ac praetura collegas et Liuius 32, 7: Heluium etiam lib. 38, 14 et 21; etſi libro 32, [26, 2. vbi v. Drakenborch.] in qu. edd. legitur *Aelius.* quod nomen et heic reponebat Magius. Eſt autem *Heluius*, vt ferunt, cognomen gentis Ebutiae. [At enim Drakenb. ad Liu. 32, 7, 14. p. 609. tom. IV. notat, Boſium confudiſſe gentem *Heluiam*, et cognomen gentis *Aebutiae Helua* vel *Elua.*]

4 *Ex Africa*] Abſunt haec ab edit. Pighii, ſed abeſſe non poſſunt. neque enim in Sardinia, ſed in Africa Quaeſtor fuit. Statim Lambinus, Pighius et Schottus edidere *aeſtimamus.* ſed vide not. ad ſ. 2. Pighius coniiciebat, *aeſtimauit:* nulla neceſſitate.

1 *Hiſpaniam citeriorem*] Quae in ea geſſerit, praeter laudatos Ernſtio, narrant Appianus Ibe-

diutius moraretur, P. Scipio [3] Africanus conſul iterum, cuius in priore [4] conſulatu quaeſtor fuerat, voluit [5] eum de prouincia depellere [6] et ipſe ei ſuccedere. Neque hoc per ſenatum efficere potuit, quum quidem Scipio in ciuitate principatum obtineret: quod tum non potentia, ſed iure respubl. [7] adminiſtrabatur. Qua ex re iratus ſenatui, conſulatu peracto, [8] priuatus in vrbe

*Ed. Schot.* — 3. quod P. Scipio *Ed. Med. Long. Mag.* quod Scipio *MS. Voſſ.* 2. *Leid.* 2. *Ed. Arg. Schot.* — 4. priori *Ed. Med. Arg. Long. Schot. Steph. Gebh.* — 5. noluit *MS. Voſſ.* 2. — 6. pellere *MS. Voſſ.* 3. [*Paullo poſt*, quod tunc (*h. e. illo tempore*) non pot. *edidit Tzſchuck.*] — 7. res p. *Ed. Med. Arg vbique. Statim* miniſtrabatur *MS. Voſſ.* 3. — 8. [iratus, ſenatu peracto *Edd. ante Heuſing. et Ed. Stau.* 1. 2. *We-*

ricis, et ſcriptor de viris illuſtr. cap. 47. Mox Pighius, *ex eaque.* et ſtatim Schottus, *reportauit.*

2 *P. Scipio Afric. conſ. iter.*] Longolius ac Schottus vna voce auctius: *quod P. Scip. Af. c. it.* ſub qua neſcio, annon aliquid lateat. Viderint alii. [Sed nihil aliud, ait Heuſinger, latet, quam ſollemnis librariorum error, qui pro *P.* ſcripſerunt *Q.* hoc deinde mutarunt in *quod*, vt multis locis aliis.] Deinde Pighius edidit, *et ipſe ei iure ſuccedere:* coniicitque, *et ipſe ei in ea ſucc.* Sed gloſſema puto *τὸ iure*, e ſequentibus natum.

*neque hoc per ſenatum effic. pot.*] Paullo aliter Plutarchus in Cat. c. 11., qui ſucceſſiſſe quidem Catoni Scipionem magnum, et quod ille etiam poſt aduentum ſuum Lacetanos ſubegiſſet, indignatum fuiſſe ſcribit: Senatum autem cenſuiſſe, ne quid actorum a Catone mutaretur. At nihil de ſucceſſione Africani Liuius habet: ſed, quoniam in Hiſpania debellatum eſſet, ſolummodo praetores illuc miſſos, in vlteriorem quidem P. Cornelium Cn. F. Scipionem; in citeriorem, Sex. Digitium: ex his Scipionem praeturae tempore trans Iberum multa ſecunda proelia feciſſe: poſt pro praetore Luſitanos prope Ilipulam cecidiſſe. vide eum lib. 34, 43. et lib. 35, 1. Perperam Lambinus de Africano accepit verba Liuii, quae de patruele illius Naſica debebat. Aut igitur Nepos per errorem Africano conſuli tribuit, quae Naſica praetor egerat; aut alios auctores, quam Liuius, ſequutus eſt. Idem de Plutarcho dixerim, ſi quidem Africanum intellexit.

*cum quidem Scipio*] h. e. etiamſi tum, aut et quidem quum.

*non potentia, ſed iure*] Rurſus tempora ſua notat Nepos, quibus, vt Velleius 2, 3. 3. ait, *ius vi obrutum, potentiorque habitus prior.* Quod praeſertim Caeſaris et Pompeii diſſidiis factum eſt.

*ſenatu peracto*] Pighius vult reſcribi *conſulatu peracto;* quia nullam poſt ſecundum conſula-

3 manſit. At Cato, cenſor cum eodem Flacco factus, ſeuere praefuit ei poteſtati. Nam et in complures nobiles animaduertit, et multas res nouas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quae iam tum incipiebat pullulare. [9]

*tzel. Pauſl.* (*qui* ſenatu peracto *interpretatur, poſtquam Scipio omnes ſenatus conſeſſus moderatus eſſet ſ. illis praefuiſſet, h. e. finito ſuo Proconſulatu.*) *Nec codd. diſſentiunt. Sed haec deprauata eſſe, negat nemo. Heuſing. igitur recepit in textum Boſii coniecturam,* (*vid. not.*) iratus ſenatui, conſulatu peracto, *eumque ſequuti ſunt Stau. in ed. 3. Harl.* (*cuius not.* *conſules,*) *Tzſchuck.* 1. 2. *atque ego ita reſcripſi. At Ithe* (*qui contra Harl. de nota* P. C. *h. e.* poſt conſulatum *quaedam monuit,*) *Cell. et Brem. Pighii coniecturam adoptantes, eiecto τῷ* ſenatui, *ediderunt* iratus, conſulatu peracto. *Heuſing. etiam coniecit,* iratus ſenatui, poſt conſulatum priuatus in vrbe manſit; *ſuſpicatus, librarios in priſcis membranis notam* P. C. *forte reperiſſe et pro* peracto *ſcriptam crediddiſſe, atque hoc nobis ſubſtituiſſe. Mihi vero adridet Pighii ſuſpicio,* iratus, conſulatu (*quod voc. in codd. forſan exaratum fuit* cſatu, *quod, neglecto vel eraſo* c, *tranſiit in τὸ* ſenatu,) peracto. *Valde ingenioſa eruditeque explicita eſt emendatio Kappii:* iratus ſenatu (*pro* ſenatui) anno peracto priuatus in vrbe manſit, *nempe non perpetuo, ſed aliquamdiu.*] — 9. pululare *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Med.* pullare

tum Scipio prorogationem imperii habuit. An Nepos ſcripſit, *iratus ſenatui, conſulatu* (vel *magiſtratu*) *peracto pr. in v. m.?* An potius vitium latet in voce *peracto?* Non nego, Latine dici *ſenatu peracto.* ſed quomodo Scipio *ſenatu peracto priuatus manſerit,* non capio.

*priuatus in vrbe manſit*] Nemo veterum, quod ſciam, vllius magiſtratus ab eo poſt alterum conſulatum geſti meminit. Legatus tamen ad Carthaginienſes, et poſtea fratris conſulis aduerſus Antiochum profecti fuit. vid. Liu. 34 extr. et 37, 1. et paſſim. [At, Liuio, qui omnem hiſtoriam late expoſuit libr. 38, 50. ſqq. teſte, Scipio, a Q. Petilliis et tribunis plebis reus factus, ſummoque concionis plauſu liberatus, Liturnium conceſſit, ibique vitam egit ſine deſiderio vrbis. Idem Liuius ib. c. 53, 8. *morientem,* n. Scipionem, ait, *rure eo ipſo loco ſepeliri ſe iuſſiſſe ferunt, monumentumque ibi aedificari, ne funus ſibi in ingrata patria fieret.* Add. Valer. Max. 5, 3. ex. 2. ibique interprett. et Stau. ad noſtrum locum in ed. 3.] Pro *manſit* Pighius edidit *permanſit.*

3 *At Cato*] Pighius, *M. Cato.*

*ſeuere praefuit*] Vide eumdem Pighium ad an. V. C. 569. et quos ille laudat. [Sic L. Quinctium Flamininum conſularem cum ſex aliis ſenatu mouit. Conf. Liu. 39, 42—44. Valer. Max. 2, 9. 3.]

Circiter annos octoginta [10] vſque ad extremam 4
aetatem ab adoleſcentia, reip. cauſſa ſuſcipere inimicitias [11] non deſtitit. A multis tentatus, non modo nullum detrimentum exiſtimationis fecit, ſed, quoad [12] vixit, virtutum laude creuit.

III. In omnibus rebus ſingulari fuit pruden- 1
tia [1] et induſtria. Nam et agricola ſolers, et rei-



*MS. Leid.* 2. — 10. octuaginta *MS. Voſſ.* 2. *Ed. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh.* τὰ circiter annos octoginta *ſuſpecta ſunt Boſ. v. not. et vncis incluſa in Ed. Heuſ.* [*Stau.* 3. *Heinr. Wetz. Tzſchuck.* 2. *Schmied. Haud inepta eſt Bremii coniectura* circiter annos ſeptuaginta, *quod in cod. quodam per notam expreſſus numerus* LXX. *facile corrumpi et mutari potuerit in* LXXX.] — 11. inimicicias *Ed. Med. Mox* tēptatus *Ed. Med.* — 12. quo ad *Ed. Arg.*

1. prudentia *aberat a MS. Voſſ.* 3. *vnde Heuſinger. verba* prud. et *incluſit vncis.* [*Num recte id fecerit, et num haud bene collocata videantur verba illa, vt etiam Stau. opinabatur, pro* induſtria et prudentia, *paene dubito. Sed Cic.*

4 *Circiter annos octog.*] Lambinus exponit: *per annos* 80. Pighius, *locus*, inquit, *mutilus, et incorrectus apparet. Malim itaque ſic ſe haberet, vixit circiter annos* LXXX, et vſque. Haec ille. Vix dubito, numerum annorum corruptum eſſe. nam etiam ſi nonagenarium obiiſſe dicas, per *LXXX* tamen *annos reipubl. cauſſa inimicitias ſuſcipere* non potuit. Immo vereor, ne illa, *circiter annos LXXX*, adſcripſerit aliquis, qui Catonem octuagenarium accuſaſſe Galbam, legerat alibi.

*reipubl. cauſſa ſuſcipere inimicitias non deſtitit*] Inimicorum Catonis non vno loco Cicero meminit. adde Liu. 39, 40.

*a multis tentatus*] Ampelius cap. 19. *Cato Cenſorius, qui totiens accuſatus eſt, et quoad vixit, nocentes accuſare non deſtitit.* ſic lego. vulgo enim editur: *acc. eſt, quod vixit etc.* [Plutarch. in vita Cat. c. 15. tradit, Catonem eſſe paullo minus quinquagies *tentatum*, h. e. adcuſatum, in iudicium vocatum. Aurel. autem Victor. de V. ill. cap. 47. (vbi vitam Catonis breuiter perſequitur, et Schottus ſubiecit Catonis chronologiam,) narrat, eum adcuſatorem fuiſſe adſiduum malorum, ipſum quadragies quater adcuſatum, glorioſe abſolutum.]

1 *In omnibus rebus ſingulari fuit prud. et induſtria etc.*] Similia habes apud Liuium 39, 40. Breuius Ampelius: *Hic eſt omnium rerum peritiſſimus, et, vt Salluſtio Criſpo videtur, Romani generis diſertiſſimus Cato.* Porro Pighius edidit: *ſingulari fuit induſtria.* omiſſo *prudentiae* nomine.

*nam et agricola ſolers*] Apud Pighium additur: *frugalis paterfamilias.* Statim idem et Longolius edidere: *et reip. peritus Iuriſconſultus.* Pighius tamen mallet *in republ.* Fauet

publ. peritus, et iuriſconſultus,[2] et magnus imperator, et probabilis orator, et cupidiſſimus[3]
2 litterarum fuit. Quarum ſtudium etſi[4] ſenior arripuerat, tamen tantum [in eis][5] progreſſum fecit, vt non facile reperire poſſis,[6] neque de Graecis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit

*quoque in Brut. cap. 85. Catonem probat* vt virum cum prudentia et diligentia. *add. Harl. not.*] — 2. peritus iurisc. *MS Voſſ. 1. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. bene. cur? [et ego quaererem, cur? Nam* reipubl. peritus, *hoc eſt, vt Lambin. interpretatur,* πολιτικὸς, *quod declarant eius in republ. adminiſtranda conſilia et facta, atque* iurisc. *differunt; nec ſemper in vno homine illae virtutes coniunctae ſunt.*] peritus [et] iurisc. *Ed. Heus.* — 3. concupidiſſimus *MS. Voſſ.* 3. — 4. et *MS. Boecl. Leid* 2. — 5. in eis *aberant a MS. Boecl. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. Steph. Gebh. Vnci abſunt, [et abeſſe poſſunt,] ab Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [ *Tzſchuck.* 2. *Ith. Wetz. Schmied. Heinr. Additi ſunt in Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau. Harl. Tzſchuck.* 1. *Brem.*] — 6. reperiri poſſit *MS. Voſſ.* 1. 3.

Liuius: *Idem in pace, ſi ius conſuleres, peritiſſimus.* Ceterum Catonem *iuris ciuilis peritiſſimum* etiam Cicero 1. de orat. 37. et Valerius Max. 8, 7. 1. vocant.

*magnus imperator*] Etiam Liuio *ſummus imperator* eſt.

*probabilis orator*] MS. Ernſtii: *probatiſſimus orator.* Verum nihil muto. [*Probabil.* h. e. proprie, qui probari poteſt, haud contemnendus, ſuis quidem temporibus. v. Cicer. in Bruto, c. 17. (collato eius iudicio ibid. c. 85.) Plut. in Cat. vita c. 4. add. Liu. 39, 40. ſq. de Catonis eloquentia ceterisque virtutibus ac vitiis, ibique interpretes, praecipue Drakenb. tom. V. p. 385. ſq. de annis, quot vixerit Cato, quando mortuus ſit, et de disſenſu, qui videtur, inter Ciceronem, Cat. c. 4. 10. atque Liuium, qui diverſos probabiliter ſequuti ſunt annales.]

*cupidiſſ. litterarum*] Vide Cicer. de finib. 3, 2. [*litterarum* h. e. diſciplinarum, inprimis philoſophiae et hiſtoriarum, praecipue graecarum. v. Stau. ad ed. 3. et Harl. Ciceronis autem locus, a Boſio citatus, non pertinet ad Catonem maiorem, ſed ad Catonem iuniorem, Bruti auunculum. Atque Valer. Max. 8, 7, 1. et 2. (vbi v. nr. 8. Torren.) vtriusque Catonis ſtudium diligentiamque diſerte diſtinguit.]

2 *Quarum ſtudium etſi ſenior*] De Graecis fatetur ipſe apud Ciceronem de Senect. c. 8. In MS. Boecl. erat, *Quar. ſtudium et ſenior arrip. tamen tantum progr. fec.* Pighius edidit: *Quare ſtud. etſi ſen. arripuerat, attamen tantum in eo progr. f.* Illa *in eis* etiam abſunt ed. Col. Itaque fortean legendum eſt, *quarum ſt. etſi ſen. arr. attamen tantum progr. f.* Statim idem Pighius, *reperiri poſſit.*

incognitum. Ab adoleſcentia confecit orationes. 3
Senex ſcribere hiſtorias[7] inſtituit; quarum ſunt libri ſeptem. Primus continet res geſtas regum pop. Rom. Secundus et tertius, vnde quaeque ciuitas orta ſit Italica: (ob quam rem omnes *Origines* videtur[8] adpellaſſe.) In quarto autem bellum Poenicum[9] primum; in quinto ſecundum: (atque haec omnia capitulatim ſunt dicta:) reli- 4
quaque[10] bella pari modo perſequutus[11] eſt, vsque ad praeturam Ser. Galbae, qui diripuit[12] Luſitanos. Atque horum bellorum duces non nominauit, ſed ſine nominibus res notauit. In iisdem[13] expoſuit, quae in Italia, Hiſpaniisque viderentur admiranda. In quibus multa[14] indu-

7. hiſtor. ſcribere *Ed. Med. Arg. Long. Mag. Lamb. Schot. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* [*Tzſchuck.* 1. 2. *Brem.*] *Alter verborum ordo* [hiſt. ſcrib. *crediderim*,] *eſt auribus et ori aptior.* [*Paullo poſt Heinr. et Pauſl.* (*neſcio, ex quo fonte,*) *dederunt* ciuit. orta ſit Italia, *et expoſuerunt* in Italia.] — 8. videretur *Ed. Long.* — 9. Poenicum (*v. not.*) *Sed* Punicum [*MS. Thott. probatque Schlegel. l. c. p.* 68.] *Ed. Long. Mag. Lamb. Patau.* — 10. reliqua *Ed. Schot. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patau.* — 11. proſecutus *Ed. Mag. Schot. ſic mox ſect.* 5. proſecuti. *etiam Ed. Med. Arg. Long. Deinde* Sergii Galbae *Ed. Med. Arg. Long. Mag.* — 12. deripuit *MS. Boecl. Voſſ.* 2. *Ed. Med. Arg. Long.* — 13. eisdem *Ed. Schot. Mag.* hisdem *MS. Leid.* 2. *Ed. Med. Arg. Long.* — 14.

3 *Confecit orationes*] Quarum, vt et reliquorum operum, fragmenta collegit Auſonius Popma, et notis illuſtrauit. Pighius: *fecit orationes.* et mox, *earum ſunt l. ſ.* [Cic. Brut. 17. *Fiſcher.*]

*res geſtas regum P. R.*] Deeſt apud Pighium vox *Regum.* Et certe vix credibile eſt, omiſſas a Catone res geſtas populi R. vsque ad bellum Punicum.

*omnes Origines vid. appellaſſe*] Non ſatis apte, iudicio Feſti in *originum.* Vide de iis Voſſium de hiſt. Gr. 1, 5. Ed. Col. *videretur.* Pigh. *videntur.* [Cic. Cat. M. 11. *Fiſch.*]

*bell. Poenicum pr.*] Sic reſcripſi auctoritate codd. Gif. et Dan. pro *Punicum.* vide ad 23. 1. 1. Apud Pighium editum, [et in MS. Voſſ. 1. 3.] *in quarto autem eſt bellum P. pr.*

4 *perſecutus*] Pigh. *proſecutus.* Statim MS. Boecl. et ed. Col. *deripuit.* et, *in iisdem expoſ.* Schottus, *in eisd.* Mox Pighius, *multaque doctrina.* et paullo ante, *duces non nominat.*

*in quibus multa induſtria etc.*] Magius putabat probabilius

ſtria et diligentia comparet, multa doctrina. Huius de vita et moribus plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen delegamus.[15]

nulla *MS. Voſſ.* 1. 3. — 15. delegamus. *Sic MS. Sau. Put. Gif. Voſſ.* 2. 3. *Leid.* 2. [*Ed. Long. Lamb. Bos. Stau. Tzſchuck. Harl. Ith. Pauſl. Brem. Wetz.*] *Sed* relegamus *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Mag. Schot. Steph. Boecl. Keuch.* [*Heuſing. Bipont. Heinr. Schmied. et al. apud Heuſing.*] — *Extrema hac vita in Ed. Arg. leguntur verba litteris maiusculis haec:* Finis Aemilii Probi de vitis excellentium imperatorum.

ſic legi: *In quib. multa induſtria et diligentia, comparat multam doctrinam,* inuito Nepote.

*delegamus*] Receptam lectionem tuetur et Buchnerus in acceſſion. ad Theſaur. Fabri. Quae vir doctus in addit. ad Indicem Nepotis pro Lambiniana lectione [*relegamus*] adducit, tanti non ſunt, vt idcirco a recepta omnium librorum lectione diſcedendum cenſeamus. Diuerſa ſunt, fateor, *delegare debitorem creditori*, et *delegare aliquem ad volumen;* ſed ſolummodo ſtructura ſermonis, non ſignificatione. nam vtrobique *delegare* idem eſt, ac *remittere*.

# XXV. VITA T. POMPONII ATTICI EX CORNELIO NEPOTE [1]

[ARGVMENTVM

*Cap. I. Natus patre generoſo, nactus eſt praeclaras dotes. II. Athenas ſe confert. Athenienſes pecunia ſubleuat. III. Athenis ante alios cariſſimus. IV. Sullae acceptus; Romam remigrat. V. Q. Caecilii heres ex dodrante. Eius cum Cicerone et Hortenſio rara amicitiae copula. VI. Honoribus, litibus, praefecturis abstinens, ſoli dignitati ſeruit. VII. In ciuili bello neque Pompeium, neque Caeſarem offendit. VIII. Occiſo Caeſare, Brutum pecunia adiuuat. IX. Ne Antonio quidem infeſtus eſt; ſed eius vxori et liberis opitulatur. X. Antonius officiorum Attici memor. XI. Proſcriptis plurimis auxilio eſt. XII. Vipſanio et Antonio tantum vtitur in deprecandis amicorum periculis. XIII. De vita Attici priuata. Bonus paterfamilias et ciuis. XIV. Eius coena, ſemper lectione condita; prudens pecuniae vſus. XV. Mendacii oſor et laboris amans. XVI. Senibus adoleſcens et adoleſcentibus ſenex pariter iucundus. XVII. Eius pietas in matrem. XVIII. Antiquitatis amor. XIX. Morum elegantia peruenit in adfinitatem diui Iulii. XX. Caeſaris et Antonii cum Attico familiaritas. XXI. Extremus eius morbus. XXII. Eius mors et ſepultura.*]

1. Vita — Nepote. *Ita etiam Ed. Arg. Lamb. Sed* Vita T. Attici Pomponii ex Cornelio Nepote *Ed. Med.* [*Stau. Harl.* Titi Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem *Ed. Long.*] Hiſtoriarum Latinarum Cornelii Nepotis vita

*Ex Corn. Nepote*] Atque haec poſterior inſcriptio [*ex libro Cornelii Nepotis de Latinis hiſtoricis*] placebat et ſummo viro, Aug. Buchnero, quod inter Attici opera, de quibus cap. 18, 2 ſq. videatur hiſtoriarum et antiquitatis cura praeminuiſſe, eoque non incommode hic libellus ad illam partem Corneliani operis, in qua de hiſtoricis egit, referri poſſe. Vide integrum illius locum inter teſtimonia in fronte operis huius congeſta. Poſſis tamen et legere, *de hiſtoriis Latinis*. Nec prorſus inepte ad praegreſſam Catonis vitam retuleris. vide quae diximus ad 24, 1. 1.

Attici *MS. Mendoſ.* Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis hiſtoricis *MS. Giſ.* [*Ita quoque cod. Guelpherbyt. in quo ſtatim ſubiectum legitur:* incipit vita Attici. *v. Iac. Fr. Heuſing. diſſert. de Cornelii Nepotis fragmm. adiectam eius edit. Fl. Mallii Theodori de metris lib. p.* 109. *isque p.* 123. *adnotat in Corneri exemplaribus Attici vitae haec verba praemitti:* Vita T. Attici Pomponii ex Cornelio Nepote. *Cod. Guelpherb. lectionem probat Schlegel. in Add. ad diſſ. cit. quia ſcripta Attici hiſtorica ſatis ample a Cornelio exponantur, atque retractat opinionem, ab ipſo in diſſ. p* 13. *med. prolatam, vitam Attici eſſe non niſi partem operis Corneliani de viribus illuſtribus. Pauſler etiam praemiſit inſcriptionem:* Vita Titi Pomponii Attici ex libro Cornelii Nepotis de Latinis Hiſtoricis.] *Chartac. MS. Paris.* 1863. *fol. ſaec.* 15. *in catal. codd. MSS. gr. bibl. Paris. reg. tom. II. p.* 412. *inſcriptionem:* Vita Pomponii Attici ex Corn. Nepote, *prae ſe fert.* Pomponii Attici viri illuſtris vita per Cornelium Nepotem compoſita *Ed. Brix.* T. Pomponii Attici vita *Ed. Schot. Ab Mag. abeſt* vita Attici. *In Ed. Patau.* Titus Pomponius Atticus. *In MS. Mendoſ. ſequebatur vitam Attici vita Catonis, et in MS. Voſſ.* 3. *erat omnium prima. A MS Voſſ.* 2. *aberat.* T. Pomponii Attici vita ex Cornelio Nepote *Ed. Heuſ.* [*Ith. Wetz. Heinr. Tzſchuck. Bipont. Schmied.* Atticus *ed. Brem. Ex tanta inſcriptionis in ſcriptis editisque libris varietate facile perſpicitur, illam pro lubitu librariorum aut editorum vitae eſſe praefixam. Praeter edd memoratas in manibus habeo vetuſta duo exemplaria, formulis typographicis deſcripta, in quibus quoque ineſt vita T. Pomp. Attici, et quorum varias lectiones inſerui. Alterum ſine nota loci, anni et typographi vlloque ſigno typographico in forma maxima continet vitas Plutarchi parallelas, a variis in linguam latinam translatas. His ſub finem inſerta eſt T. Pomp. Attici vita, praefixa inſcriptione:* Incipit vita Pompony Athici Clariſſimi viri E greco ſermone in latinū Per Cornelium Nepotem Translata. *(Hoc exemplar diuerſum eſſe videtur ab iis, quae pariter habent collectiones vitar. Plut. latine a variis factarum, et a Schlegel. in lib. mem. p.* 28. *ſqq. late ſunt deſcripta, et ex quibus varias vitae Attici lectiones idem notauit. Quaedam tamen vitae in illo etiam exemplari* traductae *dicuntur* in latinum linguauium. *Incipit a vita Niciae et Craſſi. Forſan ductum fuit ex vetuſt. Schlegelii exemplari.) Alterum ab initio inſcriptum eſt:* Hoc in volumine haec continentur Epiſtola ad Auguſtinum Mapheum per Bartholomeum ſalicetū Bononienſem: et Ludouicū Regiū Cornelienſem. M. T. C. epiſtolarū et brutū liber unus. (*Sequuntur in volumine, in titulo haud memorati,* M. T. C. ad Quint. fratrem tres libri.) M. T. C. ad Octauium epiſtola. M. T. C. epiſtolarū ad T. Pō. Atticum libri XVI. T. P. Attici vita per Cornelium nepotem etc. *In calce:* Venetiis MCCCCXCIX. die XII. Iun. *in fol. Inſcriptio ipſa vitae Attici praemiſſa, eadem eſt, quae legitur in fronte voluminis. Prius opus citabo* Ed. ant. *poſterius autem* Ed. Ven. *Add. Harleſ. not. ad noſtrum locum.*]

T. POMPONIVS [2] ATTICVS, ab origine vltima ſtirpis Romanae [3] generatus, perpetuo a maiori- 1

2. *vid. not. Sed* Pomp. *omiſſo praenomine Ed.* [*ant.*] *Brix.* [*Ven.*] *Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Bos.* 1. — 3. Romano *MS. Leid.* 2. [*Rutgers. in varr. lectt. libr.* 2. *c.* 8. *coniecit* ab origine vltima ſtirpis Romae generatus, *vel* Romano genere natus, *quae poſterior emendatio placuit Ernſtio. Atque ſtatim* ] τὸ generatus *incluſit vncis Heuſing.* [*eumque ſequutus eſt Ith. Heuſing. tamen ſententiam, copioſe explicitam, docte lateque refutauit Stauer. ad ed.* 3. *qui quidem locum eſſe*

1 *T. Pompon. Atticus*] Vitam Attici commentatione politica, paucis abhinc annis heic Ienae recuſa, illuſtrauit Ioh. Iacobus Beurerus. Exſtat et commentarius Aug. Buchneri; cuius editio cum ab heredibus illius exſpectetur, nos non niſi paucillima ex iis, quae in manus noſtras peruenerunt, (neque enim integrum vidimus,) huc transferemus. *Titi* praenomen repoſuimus auctoritate MSS. Gifan. et Medicaei. Idque ei Noſter et *extrema Catonis vita* tribuit. Varro de re ruſtica 2, 2. *Atticus, qui tunc T. Pomponius, nunc Q. Caecilius, cognomine; eodem.* [Rutgerſius in variis lectt. 2, 8. emendat vitam hanc Attici. *Fiſch.*]

*Atticus*] Ait Martialis, eum *facundae nomina gentis renouare.* Quod interpretes ita accipiunt, ac ſi velit, eum doctiſſimi ac diſertiſſimi viri T. Pomponii mores et doctrinam exprimere. Raderus etiam e ſtirpe noſtri natum, idque Poëtam oſtendere cenſet. Fors tamen haud male *facundam gentem* de Athenienſibus, eloquentiae ſtudio claris, interpreteris. Plures alios hoc cognomine vſos habes apud Senecam ſuaſor. 2. Suetonium Nerone, Columellam, Plinium in epiſtolis, Dionem Caſſium ad ann. V. 821. Galenum 8. de compoſit. medic. ſ. l. cap. 5. Philoſtratum in Sophiſtis, Euſebium 14. praepar. Euang. Suidam, Symmachum 7. epiſtolarum, Auſonium in Profeſſorib. Burdegalenſ. Lege 7 C. de adopt. et l. 2 C. de diuerſ. prud. vrb. et paſſim in lapidibus antiquis: quos accurate digeſſit in Onomaſtico nondum edito Tho. Reineſius ὁ πάνυ. Memorat et Tacitus Quinctium Atticum hiſt. 3, 73 et ſeqq. Curtium Atticum 4, 58 et 6, 10. Iulium Atticum h. 1, 35. A. Atticum, Agr. 37.

[*vltima*] h. e. vetuſtiſſima ſ. prima. *Ab vltimo principio* Cic. de Inuent. 2, 2. Cic. de Offic. 1, 17. (vbi vid. Lang. et Manut.) *quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit.* Catull. 4, 16. *vltima ex origine.* ibi v. Vulp. (et Doering.) *Fiſcher.*]

*ſtirpis Romanae generatus*] Credebatur gens Pomponia originem ducere a Pompone Numae regis filio, vt e Plutarcho extremo Numa c. 21. obſeruatum Guid. Pancirollo var. lection. 2, 158. [vel, ſi cui melius videatur, a Pompone, Numae patre. v. Aurel. Victor. de vir. ill. c. 3. init. ibique Arntzen. et rell. interpretes, p. 62.] Non tamen magnam Attici nobilitatem fuiſſe, colligas ex illo Taciti annal. 2, 37. 9. *Druſo proauus eques Rom. Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur.*

bus acceptam [4] equeſtrem obtinuit dignitatem.
2 Patre vſus eſt diligente, [5] indulgente, et vt tum erant tempora, diti, in primisque ſtudioſo litterarum. Hic prout ipſe amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas impertiri [6] debet, filium erudiuit. Erat autem in puero, praeter docilitatem ingenii, ſumma ſuauitas oris ac vocis, [7] vt non ſolum celeriter [8] acciperet, quae

*iudicans mutilatum,* τὸ gener. *ſignis parentheſeos incluſit. Attamen Kappius in Opuſcul. Harles. p.* 466. *bene tuitus* τὸ generatus, *locum ſic interpretatus eſt: „T. Pomp. Atticus, qui generatus eſt ab antiquiſſima familia gentis Romanae, per omnem vitam retinuit equeſtrem dignitatem a maioribus acceptam, neque ad ſenatoriam adſpirauit dignitatem.“ Adſerunt quoque Nepoti illud vocab. Bremi et Schmied. cumprimis Pauſler. In Nouis Miſcell. Lipſienſ. tom. III. p.* 669 *ſqq. I. C. S. vocc. ſingula ſic ordinat et copioſe illuſtrat:* T. P. A. generatus ſtirpis ab vltima origine Romanae, *atque ſubintelligit* homo. *Num id multis perſuaſerit, equidem neſcio et fere dubito. Boſium olim in prima quidem edit. legiſſe diuiſim* genere natus, *notat culpatque Gebhard. Sed in altera edit. Boſius neque in contextu neque in ſua adnotatione ad h. l. illius meminit lectionis. Lambinus iam delendum putabat* τὸ generat. *Add. Barth. Aduerſ.* 42, 29.] — 4. accaeptam *Ed. Brix. Statim* aequeſtrem *Ed. Med.* [*Tum* optinuit *Ed. Ven.*] — 5. vſus diligente, et vt tum erant tempora diti *MS. Medic.* vſus eſt indulgente et vt t. e. t. d. *Ed. Brix.* [vſus eſt indulgente, *omiſſo* τῷ diligente, *Ed. vetuſt. Schleg. (qui haud improbat,) et antiq. Sed* diligente *Ed. Ien. cum epp. Cic. ap. Schleg. Atque* indulgente *haud male omitti, opinatur Tzſchuck. Vncis id includendum tamquam gloſſema, arbitrabatur cenſor in Neu. Leipz. L. Z. a.* 1804. *p.* 1742 *ſqq. at v. not.* — vt cum er. t. *Ed. aut.* vt tunc er. t. *Ed. Tzſchuck.*] — 6. impartiri *MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. *Ed.* [*antiq.*] *Arg. Heus.* — 7. ac vocis. *Sic etiam MS. Mendos. Sed* atque vocis *Ed. qu.* [*Wetz.* et vocis *Ed. Long.*] — 8. celeriter *aberat a*

2 *Diligente et indulgente*] Iniuria poſterius vocabulum ſuſpectum habebat Ernſtius. In Medicaeo autem codice, haud dubie ob ſimilitudinem praecedentis, omiſſum eſt. Mox qu. edd. *impartiri,* et verſu proximo, *oris atque vocis.*

3 *Celeriter acciperet quae tradebantur*] MS. Schotti aberat *celeriter.* Itaque cum Manutio malebat *arripere* reponi. quod in textum recepit Lambinus, et poſt eum plerique ceteri. quomodo Noſter ſupra 24, 3, 2. Cicero Cat. mai. aliique loquuti ſunt. Sed recte Gebhardus nil mutandum exiſtima-

tradebantur, ſed etiam excellenter pronuntiaret.[9] Qua ex re in pueritia nobilis[10] inter aequales ferebatur, clariusque exſplendeſcebat, quam generoſi[11] condiſcipuli animo aequo[12] ferre poſſent. Itaque incitabat omnes ſtudio ſuo:[13] quo 4
in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius filius,[14] M. Cicero: quos conſuetudine ſua[15] ſic

*MS. Mend.* [*Ed. vet. Schleg. et ant.*] *Statim* acciperet *MS. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. *Ed. Brix.* [*vet. Schlegel. et ant. Long. Bos.* 2. *Stau. et plurr. ſeqq.*] *Sed* arriperet *Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos.* 1. [*Schmied. at v. not.*] — 9. pronunciaret *Ed. Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Keuch. Bos.* 1. — 10. qua ex re in puer. nob. *Ita MS. Gif. Mendos.* [*Ed. ant. Lamb. Stau. et plurr. ſeqq.*] *Sed* qua ex re pueritia nobilis vitae *MSS. Medicc.* qua re in p. n. *MS. Leid.* 2. [qua ex re pueritià nobis *Ed. Ven.* qua ex re pueritia nobilis *Ed. Long.* Qua ex re, puer ita, nobilis *tentabat Ernſt. et Ith. in textum recepit.*] *Mox* aequalis *MS. Leid.* 2. aequaleis *Ed. Long. Lamb. Schot.* — 11. quod gen. *MS. Voſſ.* 3. [*Ed. vet. Schleg. et ant.*] *vt Cat.* 1, 3. — 12. animo aequo. *Sic etiam MS. Mendos.* [*et edd. meae omnes.*] — 13. ſtudio ſuo. *Sic etiam MS. Mendos.* [*Ed. ant. et rell. fere omnes.*] *Sed* ſuo ſtudio *Ed. Gebh.* — 14. C. Marius fil. *Sic etiam MS. Mendos. Sed* C. Silus *MS. Leid.* 2. C. Marii filius *MS. Voſſ.* 1. [C. mari. F. *Ed. ant.* C. Mari filius *Ed. Ven.*] C. Marii F. *Ed. Med. Arg. Long.* C. Marius, C. filius R. *MS. Voſſ.* 3. C. Marius C. filius *Ed. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. — 15. [ſua *abeſt ab ed. vet. Schleg. et ed. ant. in quibus quoque legibat*, firmabatque receptam lectionem illo Ciceronis eodem Cat. mai. *Pueri res eas tum primum accipere videntur.* Non admodum diſſimile eſt illud 23, 2. 4. *Id quum libenter accepiſſem.* [*accipere* de diſcipulo, et *tradere* de magiſtro, bene ſibi opponuntur. Quinctil. 1, 3, 3. *Hic meus, quae tradentur, non difficulter accipiet.* conf. Heuſing. et Stau. ad ed. 3.]

*ſed etiam excellenter pronuntiaret*] Vide Creſollium Vacation. auctumnal. lib. 2. p. 213.

*in pueritia nobilis*] Sic MSS. Giſan. et Schotti, probante Manutio. Nam vulgo deeſt praepoſitio, etiam in MSS. Medicaeis. Fulu. Vrſinus e MS. legebat, *Qua ex re nobilis.* Alius coniiciebat, *Qua ex re puer etiam nobilis.* Ernſtius, *puer ita nobilis.* Mihi Giſaniana optima videtur. [*τὸ nobilis* et dein *τὸ generoſi* non ad natalium ſplendorem, ſed ad animi virtutes, genere dignas, cum Tzſchuck. refero.]

*animo aequo*] Apage illud *aeque*, quod in quibusd. edd. habetur, omnino alienum a genio Nepotis, quidquid viro docto [n. Ernſtio] videatur.

*C. Marius F.*] Sic pariter

ſibi deuinxit, vt nemo iis [16] perpetuo fuerit carior.

1 II. Pater mature deceſſit. Ipſe adoleſcentulus [1] propter adfinitatem P. Sulpicii, qui Tribunus [2] pleb. interfectus eſt, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia, [3] Pomponii conſobrina, nupſerat M. Seruio, [4] fratri P. Sulpicii.

*tur* dejunxit *loco* deuinxit.] *Mox* ſibi *aberat a MS. Gif.* — 16. his *Ed. Brix. Med. Arg.* [hiis *Ed. ant.*] *Statim* perpetua *MS. Voſſ.* 1. 3.

1. adul. *Ed. Med. Arg. vbique.* — 2. Tribu. *Ed. Arg.* [Tr. Pl. *Ed. Long.*] — 3. Antia *MSS. Medicc. Ed. Brix.* [*ant. et vet. Schleg.*] Antea *MS. Voſſ.* 3. Anitia *Ed.* [*Ven.*] *Med. Arg.* — 4. M. Seruio. *Ita MSS. Medicc. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. [*Ed. antiq. et Ven. Long. Bos.* 2. *Stau. et ſeqq.*] *Sed* M. Seruilio *MS. Leid.* 1. M. Seruio Sulpicio *Ed. Lamb. Schot.* Seruio *Ed. Bos.* 1. *conſ. Reineſ. Epp. ad Rupert. p.* 584. *Statim* fratri Sulpicii *MS. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 1. 2. *Ed. Brix.* [*vet. Schleg. in qua tamen ſcribitur* Sulpitii, *Ed. antiq. in qua autem ſcribitur modo* Suplitius, *modo* Supplicius;] *Med. Arg. Long. Keuch. Heus. Patau.* [*Ith. Stau.* 3. *Schmied. Heinr.* fratri ſulpici *Ed. Ven.*] *In Ed. Med. Arg.* [*Ith.*] *ſcribitur* Sulpitius

MSS. meliores, agnoſcitque antiquum loquendi modum Schottus. Ipſe tamen legit, *C. Marius Caii F.* nulla neceſſitate. Vulgo erat, *C. Marii*, vel *C. Mari.* quod non dubito ab ignoratione antiquitatis profectum. Mox prouocabulum *ſibi* aberat MS. Gif. credo abſorptum a praecedente *ſic.* [Torquatum, qui in bello ciuili periit, laudat Cicero in Bruto c. 68.]

*vt nemo iis perpetuo fuerit carior*] Vide infra ad c. 5, 1.

1 *Tribunus pl. interf. eſt*] Vid. Ernſtium ad h. l.

*nupſerat M. Seruio fratri P. Sulpicii*] Tuentur hanc omnium ſcriptorum et ante Lambinum vulgatorum lectionem praeter Vrſinum ac Schottum, ac praenomen *Seruii*, quod nimis multi eo vterentur, ſuperinducto ei alio, pro gentilicio vſurpatum denique, contendunt etiam Sauilius ad 1 hiſtor. Taciti et Rupertus ad Pomponium de O. l. cap. 3. qui poſterior idem et in praenominibus *Coſſi* ac *Paulli* obtinuiſſe docet. Lambino tamen adſentiendum, et *M. Seruium* ac *L. Seruium* Sulpicios rem monſtri ſimilem, omninoque contra morem Romanum eſſe, vt vir idem duplex praenomen haberet, cenſebat vir ſummus in not. ad Liuii 9, 36. editione priori. nam in poſteriori hanc diſputationem in alium locum coniicit, diffiſus, vt videtur, iis, quae olim adverſus Schottum adduxerat. Mihi indubium eſt, *Seruios* poſterioribus Reip. Rom. temporibus, quibusdam pro familiae nomine fuiſſe. Id enim euincunt, *ὁ Σεϱούϊος οἶκος*, apud Plutarchum in vita Galbae; ac *Seruiorum* familia apud Tacitum hiſt. 2,

Itaque interfecto P. Sulpicio,[5] poſteaquam vidit, 2
Cinnano tumultu ciuitatem eſſe[6] perturbatam, neque ſibi dari facultatem pro dignitate viuendi, quin[7] alterutram partem offenderet, disſociatis animis ciuium, quum alii Sullanis, alii Cinnanis[8] fauerent partibus: idoneum tempus ratus ſtudiis obſequendi ſuis, Athenas ſe contulit. Neque eo ſecius[9] adoleſcentem Marium, hoſtem

*vbique.* — 5. interf. Sulp. *Ed. Brix. Med. Arg. Long. Bos.* 1. *Keuch. Heus.* [*Ven. Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. 2. *Ith. Brem. Heinr. Schmied.* interf. Suplitio *Ed. antiq. in qua ſtatim excuſum legitur* poſteaquam.] — 6. eſſe *aberat a MS. Voſſ.* 3. *idemque mox* ſibi claram fac. — 7. cum alt. *MS. Leid.* 2. *tum* disſotiatis *Ed. Med.* [*In Ed. antiq. interpungitur et legitur:* offenderet. Disſoc. an. ciuium: quorum alii Sillanis. *In Ed. vet. Schleg. exſtat quoque* quorum alii Sillanis. *Atque*] Sillanis *etiam MSS. Medicc.* Sullanis [*Ed. Ven. Long.*] *Gebh. Heus. Stau.* 2. 3. *Patau.* [*Harl. Tzſchuck. et rell. Atque ego hanc ſcripturam pro altera* Syllanis, *in Ed. Lamb. Bos. aliisque exhibita, recepi. v. Cellar. Orthogr. lat. ed. Harles.*] — 8. cynanis *Ed. Med.* — 9. ſecus *Ed. Arg.* *Statim*

48. pro Sulpicia, ex qua ille oriundus. Quumque in nummis vett. cum cognomine *Ruſi*, quod Sulpiciorum eſt, legatur *L. Seruius*; potius eſt, vt eos ad Sulpiciam, quam, (vt Schottus in Electis fecit,) ad neſcio quam *Serueiam* aut *Seruiam* gentem, nusquam praeterea, vt arbitror, commemoratam, referamus. Habemus igitur *Servium* Sulpicium cum praenomine alio. quod ad tuendum *M. Seruium* noſtrum ſufficit. Sed et credibile eſt, Seruios fratres fuiſſe praenominibus aliis diſtinctos. Verum de eo fortaſſis amplius diſpiciemus in libro de numiſmatis familiarum Rom. in quem congeremus, deo dante, quidquid nummorum conſularium in notitiam noſtram peruenit, ſiue iam publicati ſint, ſiue adhuc lateant, notisque brevibus illuſtrabimus. In MS. Leid. erat, *M. Seruilio, fratri Sulpicii.* Videri poſſit, eum adoptione in nomen et familiam Seruiliam transiiſſe. Sed novum non eſt, haec duo nomina a librariis permutari; vt apud Appianum 2 Ciuilium, vbi inter eos, qui in necem Caeſaris conſpirarunt, editiones nominant Σερουΐλιον Γάλβαν. Debebant Σερούϊον. Fuit enim nepos Ser. Galbae conſularis, vt adparet e Suetonio Galba cap. 2. Et apud Liuium extr. 25. pro *P. Sulpicio Ser. F. Galba*, quomodo nunc eo loco et in Faſtis Capitolinis ad annum V. C. 553. legitur, olim legebatur *P. Sulpicius Seruilius Q. F. Galba.*

*hoſtem iudicatum iuuit opibus ſuis*] Vtrumque [*opibus iuuit*] eleganter. Medicaeus 2. habebat, *opibus ſubleuauit.* quod ſine dubio gloſſema eſt.

iudicatum, iuuit opibus ſuis;[10] cuius fugam pe-
3 cunia ſubleuauit.[11] Ac, ne[12] illa peregrinatio
detrimentum aliquod adferret rei familiari,[13] eo-
dem magnam partem fortunarum traiecit ſuarum.
Hic ita vixit,[14] vt vniuerſis Athenienſibus meri-
4 to eſſet cariſſimus. Nam, praeter[15] gratiam, quae
iam in adoleſcentulo[16] magna erat, ſaepe[17] ſuis
opibus inopiam eorum publicam leuauit. Quum
enim verſuram[18] facere publice neceſſe eſſet, ne-

adul. *Ed. Med. Arg. vbique.* — 10. opibus iuuit ſuis *MS. Mendos.* iuuit operibus ſuis Athenas. *MS. Voſſ.* 3. uiuit op. ſuis *Ed. Med.* — 11. [ciuis fug. pecuniis ſubleu. *Ed. antiq. Atque* pecuniis ſubl. *etiam Ed. vet. Schleg. item*] *MS. Mendos. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix. add. not.* — 12. [at ne *Ed. Bos.* 2. *Stau. Harl. Tzſch.* 1. *Wetz.*] *Sed* ac ne *Ed.* [*vet. Schleg. item ant. et Ven.*] *Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Heuſing.* [*Tzſchuck.* 2. *Ith. Heinr. Schmied. quos ſum ſequutus.* Atque ne *Ed. Brem.*] — 13. ferret rei familiari *MS. Voſſ.* 3. afferr. rei familiaris *MS. Med.* 1. — 14. Sic itaque vixit *MS. Medic.* 2. — 15. propter *MS. Voſſ.* 3. — 16. adol. *omiſſa praepoſitione Ed. Gebh. Keuch.* [in aduleſc. *Ed. ant.*] — 17. ſaepe *Ed.* [*antiq. et vet. ap. Schlegel. it. Venet.*] *Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus.* [*Ith. Brem. Wetz. Tzſchuck.* 1. 2. *Harl. Heinr. Schmied. Pauſt. et id ſeruo.* ſaepius *Ed. Bos.* 2. *Stau.*] — 18. verſuram. *Ita MS. Gif. Sau. Put.* [*Ed. vet. Schleg. qui notat lect.* quoniam en. vers. *Lamb. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Sed* vſuram *MS. Leid.* 1. *Voſſ.* 1. 3. *Mendos. Ed.* [*ant. in qua exſtat* quoniam enim vſuram; *Ven.*] *Brix. Med. Arg. Long.*

4 *Saepe ſuis opibus*] Haud ſpreuerim, quod in Medic. 1. fuit, *ſaepius ſuis op.* [Conf. Schlegel. l. c. p. 96.]

*verſuram facere*] Gifanius in obſeruat. in Lat. L. laudat e ſuo codice: *verſuram fac. publ. eſſet neceſſe.* [In indice formula *verſuram facere* a Boeclero ſic explicatur. „Inter omnes expoſitiones forte optime rem expediunt Feſti verba: *verſuram facere, mutuam pecuniam ſumere, ex eo ductum eſt, quod initio, qui mutuabantur ab aliis, non vt domum ferrent; ſed vt aliis ſoluerent, veluti verterent debitorem.* Atque haec explicatio conuenit Nepotis loco. Add. Simeon. Boſii animaduerſſ. in ep. Cic. ad Attic. 5, 21. (v. etiam not. Ernſtii et reliquor.) Donatus, *aes alienum ex aere alieno ſoluere.* Illud ambigi interim vix debet, ſaepe nihil aliud eſſe, quam *mutuum ſumere.* Conſulendus etiam Salmaſii de vſuris commentar. cap. 7. p. 100. ſqq.“ Hactenus Boecl. Sed Salmaſ. l. c. I. F. Gronou. de Seſtertiis p. 535. ſect. 41. de Cen-

que eius conditionem aequam [19] haberent: ſemper ſe interpoſuit, atque ita, [20] vt neque vſuram vnquam [21] ab iis acceperit, [22] neque longius, quam dictum eſſet, eos debere [23] paſſus ſit.

19. aeque *MS. Mendos. Medic.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*vet. Schleg. et ant. in qua excuſum eſt* eque.] aeque ante *MS. Leid.* 2. — 20. ita, *omiſſo τῷ* atque, *Ed. Brix.* [*vetus ap. Schlegel. qui probat omiſſionem, et antiq. at ed.* 1470. *ap. Schleg. exhibet* atque.] — 21. vnquam *aberat a MS. Mendos. Medic.* 2. *Ed. Brix.* [*antiq. item vet. ap. Schleg. cui id placet: ſed Ed.* 1470. *ap. eumdem praebet τὸ* vnquam, *it. Ven. Atque quoniam poſtea ſcripſit Nepos* multiplicandis vſuris, *mihi ſuſpicio orta eſt* vſuram iniquam, *quam, vidi, coniecturam etiam feciſſe atque ornaſſe Io. Gottſchalch, Conrect. Aalburgenſ. in proluſ. aliqua ſcholaſtica, Aalburgi in Iutlandia* 1770. *edita, atque probatam eſſe Tzſchuck. ad ed.* 1. *et* 2. *eiusque cenſori, atque Bremio. Tzſchuck. tamen, ſi vulgata lectio ſeruetur, eam ita poſſe explicari cenſet: „Athenienſes mutuati erant pecuniam, ſed iniquo foenore; quod ne augeretur, Atticus ſine vſura pecuniam obtulit, vt ad ſoluendum promtiores fierent ſine damno, immo cum compendio et fructu. Tum vero* multiplicandis *pertinet non ad Atticum, ſed ad priſtinos creditores.“ Add. Pauſler.*] — 22. accaepit *Ed. Brix.* [accaeperit *Ed. Ven.*] — 23. aes debere *MS. Mendos.* debitum debere *MS. Medic.* 1. debere, *omiſſo τῷ* eos, *Ed. Brix.* [*vetuſt. probante Schlegel. antiq. et teſimis etc.* illos notant, qui non diſtinguebant inter *τὸ verſuram facere*, h. e. argentum accipere foenori, mutuum ſub vſuris ſumere, et *τὸ verſura ſoluere*, h. e. mutuo alicunde accepto ſoluere debitum, ſiue illud ſortis, ſiue vſurarum, ſiue factis nominibus ſiue ex emtione praeſenti, ſiue ex promiſſo, ſiue vndecumque ſit. Pariter iudicat Erneſti in Opuſc. philolog. et critic. p. 12. idemque culpat Cellarium, ad noſtrum Nepotis locum cum aliis *verſuram facere* interpretantem, debitum, pecuniis aliunde foenore ſumtis, ſoluere, quod ſit *verſura ſoluere*, quum contra *verſuram facere* ſit pecuniam mutuam ſub vſuris ſumere. Add. eumdem in claue Ciceron. ſ. v. *verſura*. Ita quoque Heuſing. ad noſtr. loc. diſtinguit illuſtratque duas illas formulas loquendi. Et tamen Ithe acerbe notat illam Heuſingeri atque Harleſ. interpretationem, et Donati explicationem laudat: immo vero, (quo autem auctore, equidem neſcio,) contendit, *τὸ verſuram facere* ab altera loquutione *verſura ſoluere* coepiſſe non niſi ſequioribus temporibus diſtingui, et Salmaſium ac Gronouium, qui tamen ſecus ſentiunt, tamquam patronos ſui commenti adpellat.]

*aequam hab.*] MSS. Schotti et Medic. 2. *aeque.* Mox *vnquam* aberat iisdem. omiſſum, vt arbitror, ob praecedens *vſuram.* [v. varr. lectt.]

*eos debere*] Sic reſcripſere

5 Quod vtrumque erat iis ſalutare. Nam neque indulgendo inueteraſcere eorum aes alienum patiebatur, neque multiplicandis vſuris creſcere.
6 Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam vniuerſos frumento donauit, ita vt ſingulis ſeptem [24] modii tritici darentur: qui modus menſurae, medimnus Athenis adpellatur.

*Ven.*] *Med. Arg. Long.* [*Heinr. Pauſl.*] eos *vncis incluſit Heuſing.* [*it. Stau.* 3. *et Schmied.*] — 24. ſeptem. *ſic etiam MS. Medic.* 2. *Giſ. Mendos. Leid.* 1. *Voſſ.* 1. [*Ed. antiq. ac Ven. Long. Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Forte* ſepteni? *Sed* ſex *Ed. Lamb. Boecl Patau. vt Matius coniec. Annott. cap.* 35. *p.* 136. *in Triga opuſcul. crit. rar.* [*Periz. ad Aelian. V. H.* 6. *cap.* 12. *videtur praetuliſſe* ſex modii.] VI. *Ed. Gebh. Keuch Bos.* 1. *Mox* Modius *MS. Medic.* 2. *Ed.* [*Ven.*] *Arg. Lamb. dein* medamnus *MS. Leid.* 2. *Conf. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plutum p.* 345. *ſq.*

Schottus ac Rutgerſius, quod in MSS. inueniſſent, *aes debere.* nam vulgo *eos* abeſt. fortaſſe non male. Suppleuit aliquis *aes;* alius, vt in Medic. 1. legitur, *debitum.* male vterque. *multiplicandis vſuris*] Fruſtra heic negligentiae Nepotem arguit vir doctus. Nam *multiplicandis vſuris* idem eſt ac *ſi vſurae multiplicarentur:* vt paullo ante *indulgendo*, i. e. ſi indulgeret. Neutrum enim Atticus fecit. Sic cap. 9, 2. *a eo laedendo*, h. e. ſi eum laederent. Et ſupra 1, 3. 2. *ſe oppreſſo.* vbi vide notata Cl. Rauio.

6 *Septem modii*] Sic edd. vett. et MSS. Manutii, Giſan. Schotti, Leid. et Medic. 2. Sed quoniam e Cicerone Verrin. 3, 45. 46 et 49. Fannio, Auſonio, Suida, aliisque veterum conſtat, medimnum continuiſſe ſex modios, idcirco totidem et heic reſcripſere cum Geor. Agricola lib. 2. de menſur. et ponder. Graec. ac Rom. Manutius, Faërnus, Vrſinus; eamque lectionem pro vera recepero Lambinus, et quotquot poſt eum Nepotem edidere, ceteri. Verum non idem medimnorum omnium modus, ſicuti nec modiorum, fuit. Auctori veteri de menſuris inter auctores finium regundorum a Rigaltio edito p. 335. *modia quinque medimnum faciunt.* Iſidoro quoque Orig. 16, 25. *medimna eſt menſura modiorum quinque.* Quae Iac. Capellus lib. de menſuris cubicis, definit. 58. de medimno et modiis Hebraeorum: Salmaſius epiſtola 67. de Paphio ſiue Cyprio accipit. Erant et Siculi, maiores Atticis. De illis haud dubie Cicero loquitur. Quos ceteri deſignent, non aeque in aperto eſt. At Noſter ſine dubio de Atticis loquitur. Quibus plerique quidem recentiorum ſex modios dant, etiam Salmaſius, teſtem aduocans Africanum, qui hoc accuratiſſime perſecutus ſit: ſed intelligunt Italicos ſiue Romanos; Noſter autem fortaſſis Atticos. At medimnum Atticum diſerte ſeptem modiorum facit Varinus Phauorinus in commentario Graecae

III. Hic autem ſic ſe gerebat, vt commu- 1
nis infimis, par principibus videretur. Quo fa-
ctum eſt, vt huic omnes honores, quos poſſent,
publice haberent, ciuemque facere ſtuderent.
Quo beneficio [1] ille vti noluit. Quod nonnulli
ita [2] interpretantur, amitti ciuitatem Romanam,
alia adſcita. [3] Quamdiu adfuit, ne qua ſibi ſta- 2
tua poneretur, reſtitit: abſens prohibere non po-

1. eo benef. *Ed. Oxon.* [*Mox* vti voluit *Ed. vet. Schleg. et antiq.*] — 2. ita *abeſt ab Ed. Boecl.* — 3. aſcita *Ed.* [*antiq. et Ven.*] *Med. Arg. Lamb. Schot.* [aſſcita *Wetz.*] *Ceterum Heuſinger. praeeunte I. M. Geſnero in praeſ. ad Enchiridion, Gottingae* 1745. 8. *verba*, quod non — adſcita, *vt gloſſam, incluſit vncis.* [*Idem ſenſerunt atque fecerunt Brem. ac Schmied. conſ. Cic. pro Cornel.*

linguae: Μέδιμνον, τὸ μόδιον ἢ μέτρον Ἀττικὸν, γινόμενον μόδιοι ἑπτὰ, ἤτοι τεσσαράκοντα ὀκτὼ χοίνικες. Vbi Capellus *modios* de Romanis accipit; addit tamen, *id praeciſe verum non eſſe.* Walerus de menſur. Hebr. 2, 7. 3 ſcribit, *medimnum Atticum praeter ſex modios completos capere libras* 13 *cum triente.* Atqui modius Rom. pendebat, vt volunt, libras (tritici ſc.) XX. Non male ergo medimno ſeptem modii tribuentur. Sed omnis iſtarum menſurarum ratio nondum ſatis expedita eſt. Quae quum ita ſint, reuocandam cenſui priſcam lectionem, praeſertim in tanto librorum conſenſu. Pollis et *modum menſurae* de ſingulis modiis accipere, non de ſeptenis. nam aliquando ἰσοδυναμοῦσι *modius* et *medimnus.* etſi id hoc ipſo loco fretus negat Gonſalius ad Petronium p. 148 et Salmaſius l. c. Diſerte Heſychius: μεδιμναῖον, μέτρον μοδίου. Μέδιμνον, μέτρον ὅμοιον. non opus cum Guyeto addere μοδίῳ) Et alibi: Διμέδιμνον, μέτρον χωροῦν δύο μοδίους. Idem e Cicerone conatur elicere Capellus l. c. defin. 41. qui et defin. 68 vexatiſſimum Ioſephi locum ſine lib. 3 Antiquit. ſic accipit, vt μεδίμνου vox pro modio ſumatur. De quo nos plura ad eum locum. Adde Ind. v. *modius.* [et Harl. ac Tzſchuck. ad h. l.]

1 *Sic ſe gerebat*] Placet ſcriptura Med. 2 *ſic ſeſe gerebat.*

*communis infimis*] Vide, quae prolixe diximus ad 1, 8. 4.

*haberent*] Quid. libri, Schotto teſte, *mandarent.*

*ciuemque facere ſtuderent*] Qui ſingularis honor fuit, et ſolum iis, qui de rep. praeclare meriti eſſent, exhibitus. Vide Meurſium Fortun. Att. c. 5.

*quo beneficio vti noluit*] Recuſarunt hoc beneficium et Zeno ac Cleanthes, ne patriae ſuae iniuriam facere viderentur. Auctor Plutarchus de Stoicorum repugnantiis p. 1034, a.

*amitti ciuitatem Romanam*] Sub Imperatoribus etiam Romano ciui licebat alterius ciuitatis ciuitatem adſciſcere. vide Salmaſ. obſeru. ad ius Att. et Rom. c. 26.

tuit. Itaque aliquot ipſi, et Phidiae,[4] locis ſanctiſſimis, poſuerunt. Hunc enim[5] in omni procuratione reipubl. actorem auctoremque[6] habe-

*Balbo cap.* 11.] — 4. Phidiae. *Sic MS. Mendos. Sau. Put. Giſ. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*Long. Bos. et ſeqq.* phidie *Ed. antiq. et Ven.*] *Sed* Phydiae *MS. Leid.* 2. Pilio *MS. Ernſt.* Piliae (*quae fuit Attici vxor, ſed multo poſt ab Attico domum ducta. v. Manut. ad Quint. fratr.* 2, 3.) *Ed. Lamb. Schot. Keuch.* aliquot Pnyce et Poecile locis *Ed. Gebh. quae fuit coniectura Rutgerſii in Lectt. varr.* 5, 1. *p.* 449. *ſqq.* Fidiae *MS. Schopp. v. eius Veriſimilia* 3, 8. *p.* 109. ipſi et Fidei *coniecit Taylor ad Demoſth. tom. II. p.* 596. *ſ. tom. I. Aeſch. p.* 363. *ed. Reisk.* [Ipſi et Philiae, *h. e.* τῇ Φιλίᾳ, *Amicitiae, quaſi diuae, coniecit et in textum admiſit Geſner. quam emendationem quaſi optimam ac veriſſimam probat Heuſing. ſed Stau. ad ed.* 3. *in Nepote ferendam negat, et copioſe de lectione disputat, defendit quoque* Phidiae, *et intelligit familiarem Attici quemdam, ad eumque refert* Hunc in o. proc. — habebant. *Idem reiicit coniecturam Iuſti Lipſii,* ipſi et Fidei, *ante Taylorum in Electt.* 1, 14. *excogitatam. Add. longas Harles. et Kapp.* (*qui* Hunc *referre malit ad Atticum,*) *adnotationes.*] — 5. Nunc eſt *MS. Voſſ.* 3. [Nunc enim *Ed. ant. et Ven.*] — 6. act. auctoremque. *Sic etiam Ed.* [*Ven. Long. Lamb.*] *Gebh. Boecler.* [*Stau.* 1. 3. *Ith. Wetz. Tzſchuck. Heinr.*] *Sed* auctorem actoremque *MS. Mendos. Ed. Brix. Stau.* 2. [*antiq. Harl. Schmied.*] publicum actorem auctoremque *Ed.*

2 *Ipſi et Phidiae*] Plura vide in notis Ernſtianis. *Pilia* placuit etiam Salmaſio in epiſtola, quae inter Sarrauianas habetur p. 93: ſicuti *pnyx* et *poecile* Scriuerio ac Gebhardo, qui et in textum recepit. de quibus locis, praeter Rutgerſium [Var. 5, 1], videndus Meurſius Athen. Att. 2, 9 et 1, 5: de poſteriore etiam Attic. lect. 6, 18: ſicuti de priore Petitus ad Leges Atticas 3, 2 ac Petauius ad Themiſtium p. 701. Sed viri nomen clare contextus poſtulat: *Piliae,* nec tempus, nec mos Athenienſium admittit. Interim recte quaerit Rutgerſius: *Quis Phidias ille, cui aliquot ab Athenienſibus ſtatuae poſitae ſint?* nam tyrannicidam heic locum non habere, facile ei largior. Cur enim nunc demum poſitae, aut, ſi iam olim, cur heic commemorantur? Verum quis dubitet, tam celebre et auſpicatum nomen frequens Athenis fuiſſe, etiam Attici aevo? Et quis ille fuerit, Nepos ſtatim exponit. Non plane diſplicet, quod Ernſtius e ſuo codice produxit, *Pilio,* Attici neceſſario, praeſertim ſi *Pilia* Lambini ex antiquis libris, vt Rutgerſius opinatur, repoſita ſit. de quo tamen mihi non conſtat.

*actorem auctoremque*] MS. Schotti inuerſo ordine *auctorem actoremque.* Atque ſic et Buchnerus legi volebat. Mox qu. edd. *habebat.* quod de Attico capiendum eſſet. ſed recte id reiicit Ernſtius.

bant. Igitur primum illud munus fortunae, quod 3
in ea potiſſimum vrbe natus eſt, in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii, vt eamdem et patriam haberet et domum. [7] Hoc ſpecimen prudentiae, quod, quum in eam ciuitatem ſe [8]



*Med. Arg.* auctorem [actoremque] *Ed. Heus.* [*Stau. ad ed. min. legere iubet* auctorem actoremque, *h. e. inceptorem ſ. ſuaſorem et perſectorem, laudatque Drakenb. ad Liu* 2, 41, 10. *Sed ad ed.* 3. *nihil mutandum cenſet et ſequens* Hunc *ad Phidiam refert, non ad Atticum, vti Heuſing. fecerat, ideoque negarat, Atticum, quum non eſſet Athenienſ ciuis, Athenis dici potuiſſe* actorem *in adminiſtratione ciuitatis, quum* actores *ii tantum eſſe poſſent, quos leges publica negotia agere ſinebant. Sed haec nimis eſſe ſubtilia, et* Hunc *etiam ad Phidiam referendum eſſe iudicat Tzſchucke, cuius notam conſules.*] — 7. dominam *Ed. Lamb. Schot. Bos.* 1. [*Amſtel. Brem. at repugnat Tzſchuck. quod non ſolum langueat haec repetitio, ſed et disiiciat connexorum rationem:* domus, *ait, eſt domicilium, ſedes, tribus; et ciuitatis ius innuit.*] domum voluit *MS. Mendos. Medic.* 1. 2. *Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Med. Arg.* [domum voluerit *Ed. antiq. et vet. apud Schleg. qui hanc lectionem probat. Stau. ad ed. min. optime emendatum eſſe iudicabat a Gronou. ad Liu.* 39, 36, 15. eamdem et patriam habuit et domum. *Sed in ed.* 3. *Boſianam lectionem ſequutus, edidit* quod in ea potiſſ. vrbe natus, in qua domicilium o. terr. eſſet imperii, vt eamdem et patriam haberet et domum, voluit. *Idem Stau. in Nouis Miſc. Obſeruatt. tom. VI. p.* 519. *ſq. iure reiecit audacem Withoſii emendationem, in Encaeniis critic. p.* 211. *propoſitam* educatricem *pro* domum voluit. *Kappius tentat:* eſſet imperii – et eamdem et patriam habere et domum voluit. *Cenſor edit. Tzſchuck. poſt* domum *poſuit colon, (quod tamen iam fecerat Heuſinger.) quia* illud munus fort. *et* hoc ſpecimen prud. *ſibi opponantur. Heuſing. vero, qui in not. verba,* vt eamdem — domum, *reſecanda arbitrabatur, in adpendicula retractauit ſententiam, ſed audacius emendare ſuſtinuit:* Igitur primum illud munus fortunae, vt in ea potiſſimum vrbe natus, in qua domic. orbis terr. eſſet imperii, eamdem et patriam haberet et domum.] — 8. ſe ciuitatem *Ed.* [*antiq. et Ven.*

3 *Et domum*] Tò *voluit* etiam in vtroque Medicaeo legitur. eoque temere expungendum non eſt. Legam igitur, iugulata vnica voce: *quod in ea vrbe natus, in qua d. o. t. e. imperii, vt eandem et patriam haberet et domum, voluit.* Vt hic ſit ordo: Voluit (fortuna), vt natus in ea vrbe etc. eamdem non ſolum patriam haberet, tamquam illic natus: ſed etiam domum, tamquam ciuis Rom. quod ius adſcita alia ci-

contuliſſet, quae antiquitate, humanitate, doctrina[9] praeſtaret omnes, vnus ei ante alios fuerit cariſſimus.

1 IV. Huc[1] ex Aſia Sulla decedens quum veniſſet, quamdiu ibi fuit, ſecum habuit Pomponium, captus adoleſcentis et humanitate,[2] et doctrina. Sic enim Graece[3] loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem[4] ſuauitas erat ſermonis Latini, vt adpareret, in eo natiuum quemdam leporem eſſe, non adſcitum. Idem poëmata pronuntiabat et graece et latine,[5] ſic,

*Long.*] *Gebh. Patau.* — 9. doctrina. *Sic etiam MS. Mendos.* [*ſed* doctrinaque *Ed. Ven. Long.*] *Mox* ei vnus *Ed.* [*Ven.*] *Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Keuch. Sed* vnus ei *MS. Mendos. Gif. Ed.* [*antiq.*] *Brix.* [*Bos.* 2. *et ſeqq.*] *Ab Ed. Boecl. Bos.* 1. *abeſt τὸ* ei.

1. hunc *MS. Voſſ.* 1. *Mox* Sylla *Ed. Brix. Lamb. Schot. Boecl. Bos.* 1. *vbique.* [Silla *Ed. ant. dein* quoniam ibi fuit *Ed. vet. Schleg.* quoniam diu ibi fuit *Ed. ant.*] *Mox* decedens conueniſſet *MS. Leid.* 2. — 2. adol. hum. *Ed. Keuch.* — 3. Graecae *Ed. Med. Arg.* — 4. enim *MS. Leid.* 2. *Statim* erat ſuau. [*Ed. Ven. Long.*] *Gebh. Keuch. Patau. ſed* ſuauitas erat *MS. Mendos. Gif. Ed.* [*antiq.*] *Brix. Med. Arg.* [*Bos. et ſeqq.*] — 5.

vitate amittere noluit. Sic plana, niſi plane fallor, omnia. Illud *eſt* autem intruſum ab aliquo, qui non animaduerterat, *τὸ natus* ſuſtineri a verbo *voluit;* eoque aliud ſubſtituendum cenſuit.

*antiquit. humanit. doctrina praeſtaret*] Vide Meurſ. Fortun. Att. cap. 2 et 8. Alii edidere *doctrinaque.* et mox, *vnus fu. cariſſ.* Sed copula aberat etiam MS. Schotti. idemque et Gif. inſertum habebant *ei.* Gebhardina editio, *et vnus fu. cariſſ.* mendoſe, pro *ei vnus,* vt arbitror.

1 *Vt Athenis natus videretur*] *Natus* abeſt ab ed. Gothofredi. Et poſſis ſubaudire *loqui.* Sed incuria librarii potius omiſſum puto. [Inde cognomen tulit Atticus. v. Cic. de Senect. init. et de Fin. 5, 2.]

*ſuauitas erat*] Sic MSS. Schotti et Gif. Vulgo transponunt.

*poëmata pronuntiabat*] Suane, an aliorum? Hoc potius cum optimo doctore meo, Aug. Buchnero, exiſtimauerim; quod infra cap. 18, 5 diſerte indicat, ſolum leuiter eum *poëticen adtigiſſe.* Non igitur ita calluit, *vt ſupra nihil poſſet addi,* quomodo mox ſubiicit Noſter. Fuiſſe autem aliam pronuntiationem carminum a recitatione orationum, ne dubitari quidem debet.

*ſic vt ſupra nihil poſſet addi*] Erat *τὸ addi* etiam in

vt ſupra nihil poſſet addi.[6] Quibus rebus fa- 2
ctum eſt, vt Sulla nusquam[7] [eum] ab ſe dimitteret, cuperetque ſecum deducere.[8] Qui quum[9] perſuadere[10] tentaret: noli, oro te, inquit Pomponius,[11] aduerſum eos me velle ducere,[12] cum quibus ne contra te arma ferrem, Ita-

et Graeceque Latine *MS. Voſſ.* 3. — 6. addi. *Erat in MS. Giſ. Med.* 1. 2. *Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Mendos.* [*Ed. antiq. et Ven. Long. Bos.* 2. *Stau.* 1. 2. *et plurr. ſeqq.*] *Aberat a MS. Voſſ.* 3. *Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Amſtel.*] *Vncis incluſit Heuſingerus*, [*item Stau. in ed.* 3. *nec improbat Wetz.; ſed bene tuetur Tzſchuck.*] — 7. nusquam. *Sic MS. Leid.* 2. *Giſ. Schot. Ed.* [*antiq. et Ven.*] *Brix. Med. Arg.* [*Long. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* nunquam *Ed. Gebh. Keuch. Statim* eum *aberat a MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed.* [*ant. et Ven.*] *Brix. Med. Arg.* [*Long. Heinr. vncis incluſerunt Bos. in ed.* 2. *Stau. Heus. Harl. Tzſchuck.*] *vnci abſunt ab Ed. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Ith. Brem. Wetz. Schmied.*] *Tum* a ſe *Ed. Long. Gebh. Sed* ab ſe *MS. Mendos. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. *Ed.* [*antiq. et Ven.*] *Brix. Med. Arg.* [*Lamb. Bos. et ſeqq.*] — 8. cuperet, quia ſecum deduceret *MS. Voſſ.* 3. — 9. qui cum *MS. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. [*Ed. Ven. Long. Keuch. Amſtel.* qui quum *Ed. Heus. Stau.* 3. *Harl. Tzſchuck. quos ſum ſequutus.*] quem cum *Ed. Brix.* [q' quin perſuad. tēptaret *Ed. ant.* qui quin *Ed. vet. Schleg.* cui cum *Ed. Lamb. Bos. Ith. Stau.* 1. 2. *Wetz. Schmied.*] — 10. disſuaderet *pro* perſu. tent. *MS. Ernſt.* — 11. inquit Pompon. *Vncis incluſa ſunt in Ed. Arg.* — 12. ducere. *Sic etiam MS. Mendos.*

MSS. Gif. et vtroque Medicaeo. et ſic Cicero ad Atticum: *vt nihil poſſit vltra cogitari.* Et obuerſatur animo, neſcio cuius, eiusmodi locus: *nihil addi vt hisce poſſit.* Ἐλλειπτικῶς tamen idem Cicero ad Atticum 13, 19. *Ita accurate, vt nihil poſſet ſupra.* et 15, 1, 13. *oratio ſcripta elegantiſſime ſententiis, verbis, vt nihil poſſit vltra.*

2 *Nusquam eum ab ſe*] Tò *eum* non agnoſcunt libri: a Manutio eſt. *Nusquam* autem ex MSS. Gif. et Schotti, ex hoc etiam *ab ſe*, repoſuere. nam vulgo edebatur, *nunquam a ſe.*

*cui cum perſuad. tentaret*] Edd. vett. et Gothofr. ac Grut. *Qui cum.* quod neſcio, cur mutarint. Sic enim ſolet Nepos. Cod. Ernſtii: *cui cum disſuaderet.* A manu ſcioli eſt, opinor: qui haec ad Atticum referebat, cum ad Sullam deberet. Niſi malis, *Qui cum id ſuaderet.* ſed magis placet recepta.

*cum quibus ne arma contra te*] Aliter hunc locum diſtinguit Ernſtius, et illa, *cum quibus*, ad poſtrema *Italiam reliqui*, refert: nec videt alias, quo haec reſpiciant. Atqui nec neceſſe eſt, vt aliquo reſpiciant: ſola ſenſum abſoluunt. *Cum quibus ne arma contra te fer-*

liam reliqui. At Sulla, adoleſcentis officio collaudato, omnia munera ei, quae Athenis[13] acceperat, proficiſcens iuſſit deferri.
3 Hic complures annos moratus, quum et rei familiari[14] tantum operae daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, et omnia reliqua tempora aut litteris[15] aut Athenienſium reipubl. tribueret, nihilominus amicis vrbana officia praeſtitit.
4 Nam et ad[16] comitia eorum ventitauit, et, ſi qua res maior acta eſt, non defuit; ſicut Ciceroni in omnibus eius periculis[17] ſingularem fidem praebuit: cui ex patria fugienti LLS. ducenta et
5 quinquaginta millia[18] donauit. Tranquillatis au-

[*Nulla eſt in libris varietas lectionis. Sed Schottus adnotarat,* ducere *melius quoque in ſuo cod. ſcripto (Mendos.) quam* deducere: *quod praecedenti verſu poſitum, rectius ibi quadret.*] — 13. qui Athenis *Ed. Schot. Eadem* [*vii quoque Long.*] *paullo poſt* complureis. — 14. [quum rei fam. *ed. vet. ap. Schleg. qui probat. it. antiq.* quum et rei fam. *Ed. Ven. a.* 1470. *et altera Ven. ac rell.*] — 15. aut bonis artibus *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schlegel. et ant.*] — 16. ad *aberat a MS. Voſſ.* 1. 3. — 17. omnibus ſuis periculis *MS. Mendos. Leid.* 2. *Ed. Med.* [eius *vncis incluſum eſt in Ed. Bos.* 2. *Stau. Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Brem.*] *Sed abſunt vnci a MS. Giſ. Ed.* [*antiq. et Ven.*] *Brix. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Heus.* [*et reliquis meis recentt. Atque ego deleui vncos.*] *Abeſt* τὸ eius *ab Ed. Arg.* — 18.

*rem,* dictum, vt *cum Aegyptiis bellum gerere aduerſus regem,* 12, 3. 1. vide Ind. v. *bellum.* Et quinam illi ſunt, *cum quibus* Italiam reliquit?

*deferri*] Suſpectum hoc Buchnero erat. ſine cauſſa. Dictum, vt *delati honores, poteſtates, praefecturae:* et *delatum accipere.*

3 *Vrbana officia*] Vid. not. ad 1, 2. 3. *vrbana* ſunt ſollemnibus negotiis in vrbe [n. in foro, comitiis, ceteris rebus gravioribus,] praeſtari ſolita, quo ſenſu ap. Sueton. Aug. 53. dicitur: *officia cum multis mutuo exercuit, nec prius dies cuiusque ſollemnes frequentare deſiit.* Martial. I. ep. 56. *Viuat et vrbanis albus in officiis.*

4 *Ad comitia eorum*] ſcil. in quibus agitur de amicorum dignitatibus. Ad haec ventitare, ibique petitionem amici auctoritate et ſuffragio iuuare, officii erat. *Boecl.* [Atticus vero probabiliter tempore comitiorum Romam proficiſcebatur.]

*ſicut Ciceroni in omn. eius periculis*] Pro *eius periculis* V. C. Schotti, *ſuis per.* Vulgo vtrumque abeſt. Quare a gloſſa eſſe vix dubito.

tem rebus Romanis, remigrauit Romam,[19] vt opinor, L. Cotta[20] et L. Torquato Coſſ. quem diem[21] ſic vniuerſa ciuitas Athenienſium proſequuta eſt, vt lacrimis deſiderii futuri dolorem indicaret.

*Pro* LLS. — millia [*quae ſunt circiter* 10,000 *thaleri, aut ſecundum aliorum rationes* 12,500 *thal.*] *legitur* ſeſtertia ducenta et quadraginta millia *in MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*antiq.* H. S. CC et quinquaginta milia *Ed. Ven. Long. Gebh. et* milia *in Ed. Brix. et ant. ac Tzſchuck. quoque, ſed* millia *in Ed. Long. aliisque ſcriptum eſt.*] *Sed* ſextertia ducenta et quadraginta milia *Ed. Med.* H. S. duc. et quinquag. milia *Ed. Arg.* — 19. [rem. Romaui *Ed. ant. et vet. ap. Schleg. Statim, num* vt opinor *additum ſit a Nepote, dubitat Tzſchuck. ſed id tuentur Brem. ac Büchling.*] — 20. L. Cocta *Ed.* [*antiq.*] *Brix. Med.* L. Cota *Ed. Rom. Arg.* [*Ven.*] *Mox* conſulibus *Ed. Brix.* [*et antiq.*] — 21. quem quidem *MS. Ernſt.* quem diem quolibet *MS. Medic.* quem, *omiſſo* τῷ diem, *Ed. Gebh.* [*probantque Kapp. et cenſor ed. Tzſchuck. add. not.*] *Mox* proſequuta *etiam MS. Voſſ.* 1. *pro vulgato* proſecuta.

5 *Quem diem*] Cum Auguſtino, [delendum cenſente τὸ *diem*,] faciebat et Gebhardus. Manutio videbatur ſententiam poſcere, *quem discedentem.* atque ſic et Rutgerſius legebat Var. lect. 2, 8, mendumque ex ignorata compendii ratione ortum putabat, cum *diſcem* pro *discedentem* ſcriptum foret. Schoppius Veriſimil. 3, 8. mallet *quem quidem:* quam coniecturam ſuo codice confirmari ait Ernſtius, qui tamen tentabat, *quem diem quo abiit.* quod in Medicaeo inueniſſet, *quem diem quolibet.* Ac ita quidem primitus ſcriptum fuiſſe, haud negauerim: ſed ab alio, non a Nepote. Apud quem nihil mutandum eſt. *Diem* dixit pro re, die illo facta, (quomodo et alii loquuti, vt docent Gronouius obſ. 1, 2 et Buchnerus in Theſauro Fabri,) id eſt pro diſceſſu Attici. [Boſii ſententiae atque interpretationi ſubſcribunt Bremius, Heinrich. ac Schmieder. Contra Heuſinger. prae reliquis commendat Manut. emendationem *quem discedentem.* Alii ἐπέχουσι. Boecl. in ind. voc. *proſequi aliquem* h. l. explicat comitari, deducere, ſi lectio Rutgerſ. *proſequi discedentem* recipiatur; ſed addit: „ſin *diem proſequi* retinemus, nihil videtur abſurdi habere loquutio: iſto adfectu ſcil. diem proſequi, de quo mox ſequitur.“ Add. Harl. et Pauſſeri not.]

*lacrimis*] Vt in eiusmodi ſeparationibus fieri amat. Vid. Pricaeum ad Act. 20, 37 et 38.

1 V. Habebat auunculum Q. Caecilium, equitem Rom. familiarem L. Luculli, diuitem, difficillima natura: cuius ſic aſperitatem veritus eſt, vt, quem nemo ferre poſſet, huius [1] ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit beneuolen-
2 tiam. Quo facto, tulit pietatis fructum. Caecilius enim moriens, teſtamento adoptauit eum, heredemque fecit ex dodrante; ex qua hereditate
3 accepit circiter centies LLS. [2] Erat nupta ſoror Attici Q. Tullio [3] Ciceroni; easque nuptias M. Cicero conciliarat; cum quo a condiſcipulatu [4] viuebat coniunctiſſime, multo etiam familiarius, quam cum Quinto, [5] vt iudicari poſſit, plus in amicitia valere ſimilitudinem morum, quam adfi-
4 nitatem. Vtebatur autem intime Q. Hortenſio, qui iis [6] temporibus principatum eloquentiae te-

1. hic *MS. Voſſ.* 3. *Dein* beniuolentiam *Ed. Med. Arg.* [*Ven. et antiq.*] — 2. centies ſeſtertium *MS. Mendos. Leid.* 2. *Ed. Brix.* [*antiq.*] centies H. S. *Ed. Arg. Gebh. vbique.* [*Ed. Ven. Long.* centies ſeſtertiorum *Ed. Brem.*] cent. ſextertium *MS. Voſſ.* 1. 3. cent. ſextercium *Ed. Med.* — 3. Tullio *ſimpliciter MS. Voſſ.* 3. *Ed. Brix.* — 4. diſcipulatu *MS. Medic.* 2. [*Ed. ant. et vet. ap. Schlegel.*] condiſciplina *MS. Ernſt. Schop. h. e. Bauar.* 1. *V. Schop. Veriſim.* 3, 8. *p.* 107. — 5. Quincto *Ed. Gebh.* [cum Q. *Ed. ant.*] — 6. his temp. *Ed.*

[1. *Luculli*] qui ex Aſiatico bello contra Mithridatem et magnas diuitias reportauit Romam, et ſuos comites locupletauit praedaque graues domum reduxit. v. Plutarch. in eius vita, tom. 3. ed. Hutten.]

[2. *dodrante*] h. e. hered. ex nouem vnciis ſ. tribus partibus bonorum, ſ. aſſis, h. e. totius hereditatis. In aſſe enim erant vnciae duodecim, et vncia eſt duodecima pars aſſis. comp. Suet. Caeſ. c. 83. Valer. tamen Max. 7, 8, 5. tradit, omnium bonorum heredem relictum eſſe Atticum, qui poſtea, adſumto, vi adoptationis, Caecilii nomine, adpellabatur *Q. Caecilius Q. F. Pomponianus Atticus.* Conſ. Cicer. ad Attic. 3, 20.]

*centies LLS.*] H. e. CCL millia Philippeorum. [ſeu, ex aliorum computatione, circiter 400,000 Thaler.] ſed de hac formula vide Ind. v. *Seſtertium.*

4 *Principatum eloquentiae tenebat*] De eodem Quintilianus Inſt. Or. 11, 3 *diu princeps oratorum, aliquando aemulus Ciceronis exiſtimatus eſt; nouiſſime, quoad vixit, ſecundus.* Gellius 1, 7 *Hortenſius, omnibus ferme oratoribus aetatis ſuae, niſi M. Tullio, clarior.*

nebat, vt intelligi non poſſet, vter eum [7] plus diligeret, Cicero an Hortenſius: et id, quod erat difficillimum, efficiebat, vt, inter quos tantae [8] laudis eſſet aemulatio, nulla intercederet obtrectatio, eſſetque talium virorum copula.

VI. In repub. ita verſatus eſt, [1] vt ſemper, 1
optimarum partium et eſſet et exiſtimaretur, neque tamen ſe ciuilibus fluctibus [2] committeret, quod non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe, qui ſe iis [3] dediſſent, quam qui maritimis
iactarentur. Honores non petiit, quum ei pa- 2
terent, propter vel gratiam vel dignitatem: quod neque peti more maiorum, neque capi poſſent, conſeruatis legibus, in tam effuſis [4] ambitus largitionibus, neque * geri e republ. [5] ſine pericu-

Med. Arg. [*antiq. Ven. Long.*] — 7. vter tum *MS. Mendos.* vter eorum *MS. Voſſ.* 3. *Mox* diligeretur *MS. Mendos.* — 8. tanta *MS. Leid.* 2.

1. eſt verſatus *Ed.* [*antiq. et Ven. Long.*] *Gebh. Keuch. Heus. Patau.* [*Ith. Heinr. Schmied. Paullo poſt Vrſin. et Schott. corrigunt* optimatum partium; *ſed Heus. h. l. probat* optimarum.] — 2. ciuibus fructibus *MS. Voſſ.* 1. — 3. his *Ed. Heus.* [*ant. et Ven. Long. vti rell. ante Lambin.*] — 4. effuſi *MS. Giſ.* — 5. neque e rep. (*omiſſo τῷ* geri) *MS. Mendos. Voſſ.* 3. *Medic.* 2. *Ed. Brix. Med.* [*antiq. et vet. ap. Schlegel. qui illam comprobat lectionem.* neque Reip. ſine piculo *Ed. Ven. ita etiam Ed. Long.*] neque res geri *MS. Medic.* 1. neque ere. p. *MS. Voſſ.* 1. neque rep. *MS. Giſan. Leid.* 2. neque geri e rep. *Ed. Lamb. Schot. Bos.* 1. [*Heus. Harl. Tzſchuc' Ith. Brem. Wetz. Schmied. nam* e republ. *eſt*

*quos tantae laudis eſſet aemulatio*] Senarium verſum eſſe, obſeruabat Buchnerus.

*talium virorum copula*] Ciceronis et Hortenſii. Vide Ind. v. *copula.*

1 *Quam qui maritimis iactarentur*] Vide Ernſtium ad h. l. Quod Medic. addit, *fluctibus,* haud dubie gloſſema eſt. [*iactari* autem eſt in hac re proprium verbum. v. Stau. ad ed. 3.]

2 *More maiorum*] V. Ind. *mos.* Statim MS. Giſ. *in tam effuſi ambitus,* [h. e. prauae honorum petitionis.] Denuo Ind. vide in *ambitus* et *largitiones.* De hac corruptela iſtorum temporum Cicero 4 ad Att. 6. [add. Stau. ad ed. minor.

*neque geri e rep.*] Rutgerſius Var. lect. 2, 8 legit: *neque retineri ſine periculo.* quae coniectura non diſplicet

5 lo, corruptis ciuitatis moribus. Ad haſtam publicam numquam acceſſit. Nullius rei neque praes, [6] neque manceps factus eſt. Neminem neque ſuo [7] nomine, neque ſubſcribens, accuſavit. In ius de ſua re numquam iit; iudicium

*ad commodum reipubl. At cenſor ed. Tzſchuck. opinatur,* geri ſine periculo, *deletis verbis* e republ. *requirere conciunitatem.*] neque retineri ſine per. *Ed. Gebh. Keuch.* — 6. praes *aberat a MS. Leid.* 2. *mox* mancipes *in eodem. Statim* factus fuit *MS. Mendos. Ed.* [*antiq.*] *Med. Arg.* factus *Ed. Brix.* — 7. ſuo, *omiſſo τῷ* neque, *MS. Voſſ.* 3. *Ed.* [*ant. it. Venet. et vet. apud Schlegel. qui id probat,*] *Brix. Long. Gebh. Keuch.* [neque *vncis incluſerunt Bos. in ed.* 2. *et Stau. in ed.* 1. 2.] *Sed vnci abſunt ab Ed. Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Bos.* 1. *Heus.* [*Stau.* 3. *Harl. et rell. meis: quare, quod* neque *exſtat, teſtibus Stau. atque Heuſing. in codd. Gif. Voſſ.* 1. 2. *Leid. vncos cieci. Paullo poſt* in ius de ſua re numquam iudicium habuit *Ed. vet. ap. Schleg. et ant.* iudic. null. hab. *Heuſing. ab interprete quodam explicandi cauſſa adpoſita eſſe ſuſpicatur. Alii explicant, iudex numquam fuit; alii, numquam reus factus eſt. v. Tzſchuck. et*

Gebhardo; immo in textum editionis eius recepta eſt. adde not. Ernſtii. Mihi planiſſima videtur ſcriptura Medicaei codicis: *neque res geri ſine periculo.* niſi quis malit *neque geri resp. ſ. p.* Pro Lambino tamen facit, quod in Giſan. fuit, *neque rep.* Facile enim excidere potuere illa *geri,* ob ſimilitudinem vocum *e rep.*

[3. *Haſtam — factus eſt*] *Haſta* fuit ſectionis ſ. auctionis publicae ſignum, in foro poſitum, ad quam illo quidem tempore ciuium bonorum bona iniuſte publicabantur. — *Praes,* qui in re et lite numaria aut ſuo aut alterius nomine cauet: *manceps,* qui aliquid redimit, conducit a populo. v. notas Harl. et Stau. qui iam laudauit Burmannum de vectigal. populi rom. cap. 9. et ex eo adnotauit, Atticum noſtrum fuiſſe ex iſto genere Equitum romanorum, qui neque conducebant, neque fideiubebant; ſed ſimpliciter ſocietatem cum mancipibus inibant, et ſolum opes atque pecuniam ſuppeditabant. Non ſuo igitur nomine vectigalia conduxit Atticus: et hoc factum negat Nepos. v. Heuſing.]

*neque ſuo nomine*] Sic et Lambinus. Aliis *neque* abeſt. [*ſubſcribens* eſt adcuſatoris adiutor, qui, dum adcuſator nomen rei defert, nomen ſuum *ſubſcribit,* eoque primarii adcuſatoris delationem probat et confirmat. Ceterum Atticus, cum prudentia ſapientiaque motus, tum inprimis, quia ſectae Epicuri, qui in voluptate animi (non corporis, vti impurus Epicureorum grex fecerat,) adeoque in quiete et tranquillitate animi ſummum poſuit bonum, addictus erat, ab omni reipubl. procuratione omnibusque rebus, quae illam ſinceram puramque turbarent voluptatem, caute abstinuiſſe videtur.]

nullum habuit. Multorum conſulum praetorumque praefecturas delatas ſic accepit, vt [8] neminem in prouinciam ſit ſequutus: honore fuerit contentus, rei familiaris deſpexerit fructum. Qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit [9] ire in Aſiam, quum apud [10] eum legati locum obtinere poſſet. Non enim decere ſe arbitrabatur, quum praeturam gerere noluiſſet, adſeclam [11] eſſe praetoris. Qua in re non ſolum dignitati ſeruiebat, ſed etiam tranquillitati, quum ſuſpiciones quoque vitaret criminum. Quo fiebat, vt eius obſeruantia omnibus [12] eſſet carior; quum eam officio, non timori neque ſpei, tribui viderent.

*Harl.*] — 8. vt *aberat MS. Voſſ.* 3. *in eodem vero paullo poſt* fuit, *et, vti quoque in MS. Leid* 2. [*atque Ed. ant. ac vet. ap. Schlegel.*] deſpexit, *pro* fuerit *ac* deſpexerit. — 9. voluerit. *Ita MS. Mendos.* [*Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Bos. et ſqq. recte! quia explicatio adnexa ſubeſt. Quidam tamen, ait Heuſing.* voluit.] — 10. quem apud *et mox* poſſit obtinere *MS. Voſſ* 3. — 11. aſſecla *Ed. Med.* — 12. [hominibus *Ed. vet. apud Schlegel. et ant.*]

4 *Praefecturas delatas*] Nihil mutandum. *Delatas praefecturas* dixit, vt alibi *delatos honores*, ac *poteſtates*, et *deferre ſummam rerum* et *Imperii*, ac ſimilia: quae Index exhibebit. Medicaei codicis *deditas*, et Ernſtiani *oblatas* ſine dubio a librariis ſunt.

*aſſeclam eſſe Praetoris*] Vide, quae de conſulari Praetorum poteſtate obſeruant Torrentius ad Sueton. Aug. c. 3. et Salmaſius ad Spartiani Hadrianum cap. 22. Quamquam memoria lapſum Suetonium, etiam Turnebus cenſet, Aduerſ. 24, 15.

5 *Eius obſeruantia omnibus eſſet carior*] Eſt, qui pro more, conſuetudine, ſollenni accipit, vt ſit fere idem atque obſeruatum, aut obſeruandi ſtudium: illuſtratque loco Suetonii Aug. 76. vbi *obſeruantiam* eadem notione vult accipi. Ac apud Suetonium quidem rectius Beroaldus, Vrſinus, Gifanius, Torrentius, e MSS. ſuis legunt *inobſeruantia*, reperitque ſic et in Turonenſi Caſaubonus, nec repudiare auſus eſt: haud negauerim tamen, et ſimplex ſignificatu conſuetudinis aliquando adhiberi. immo vel ex hoc ipſo Suetonii loco colligam. Sed apud Nepotem ſic accipi vix ſinit contextus. Dixiſſet potius, *haec eius obſeruantia*. 'Ενεργητικῶς autem ea voce et alibi Cicero vſus eſt, vt docent Gifanius in obſeruat. Lat. L. p. 156. et Pareus in Lexico Critico. Quocirca non dubito, quin et Noſter hoc ſenſu ea heic ſit vſus. [Actiue eſt intelligendum.]

1 VII. Incidit Caeſarianum ciuile bellum, quum haberet annos circiter ſexaginta. [1] Vſus eſt aetatis vacatione, neque [ſe] quoquam mouit [2] ex vrbe. Quae amicis ſuis opus fuerant ad Pompeium proficiſcentibus, omnia ex ſua re familiari dedit.
2 Ipſum Pompeium coniunctum [3]

1. circiter annos ſexaginta *MS. Mendos.* et cum haberet circiter annos ſeptuaginta *MS. Medic.* 1. — 2. neque quoquam mouit *MS. Schop. vid. Schop. Veriſimm.* 3, 8. *p.* 108. [*et not. Boſii*] neque quidquam mouit *MS. Medic.* 1. [ſe *vncis incluſerunt Bos. in Ed.* 2. *Heuſing. qui adnotat,* mouere *ſaepe abſolute hoc ipſum, quod* ſe mouere, *ſignificare, laudatque Vechneri Hellenolex. I,* 1, 6. *p.* 62. *Ed. Stau. Tzſchuck. Harl. Bipont.*] *ſed* ſe, *omiſſis vncis, MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed.* [*antiq.*] *Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schop. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Pat.* [*Ith. Wetz. Schmied. Heinr. Pauſl.* neque quoque ſe mou. *Ed. Ven.*] — 3. Ipſum Pompei. coniunctum. *Ita MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*antiq. et Ven. Long. Lamb. Bos. Heus. et ſeqq.*] *Sed* ipſ. Pomp. conuinctum *Ed. Rom. Med.* ipſum Pomp. coniunctus *Ed. Gebh.* ipſum coniunctum *MS. Medic.* 1. ipſum Pompeium ſibi iunctum *MS. Medic.* 2. ipſ. Pompeium non iunctus

1 *Annos circiter ſexaginta*] Medicaeus antiquiſſimus: *ſeptuaginta.* quod non admittit aetas Attici, infra c. 21, 1. Itaque recte reiecit Ernſtius.

*neque ſe quoquam mouit*] Placet, quod e V. C. producit Schoppius, *neque quoquam mouit:* praeſertim quum in qu. edd. legatur, transpoſito prouocabulo, *neque quoquam ſe mouit.* quod indubium mihi indicium eſt, id ab aliena manu eſſe. Fauetque et Medic. 1. in quo erat: *neque quidquam mouit.* quod miror probare ſe potuiſſe Ernſtio; quum manifeſte repugnent, quae proxime ſubiiciuntur: nec de bonis Attici heic, ſed de ipſo, ſermo ſit. profectum igitur cenſeo ab aliquo, qui elegantem loquendi modum ignorabat.

2 *Ipſum Pompeium coniunctum*] Schottus obſeruat 3, 8. p. 108. coniicit leg. *iam victum.* vel, *ſeipſum Pompeio coniunctum non oſtendit.* Alii: *non iunctum.* Quam expreſſimus in textu lectionem, poſt Rutgerſium etiam Cl. Berneggerus probat not. ad Iuſtin. 8, 3. 6. Nec video, cur mutari debeat: vide Ernſtium. Et ſic alibi quoque noſter *coniungendi* verbo vſus: quemadmodum et Cicero, aliique. de quo v. Indicem. [*coniunctus* abſolute pro neceſſario, propinquo, etiam apud Curtium 6, 11, 20. occurrit: plene ſcribitur a Nepote in praef. §. 7. *cognatione coniunctus.* Gens enim Caecilia, e qua maternum genus ducebat Atticus, erat Corneliae, e qua vxorem habebat Pompeius, adfinitate iuncta. v. Rutgerſ. varr. lectt. 2, 8. p. 120. ſq. qui quidem τὸ *coniunctus,* h. e. cognatus, retinendum cenſet; addit tamen: „quodſi illud durius videatur, nullo ne-

non offendit, (nullum [4] ab eo habebat ornamentum,) vt ceteri, [5] qui per eum aut honores, aut diuitias ceperant: [6] quorum partim inuitiſſimi caſtra ſunt ſequuti, partim ſumma cum eius offenſione domi remanſerunt. Attici autem quies [7] tantopere Caeſari fuit grata, vt victor, quum priuatis pecunias per epiſtolas imperaret, [8] huic non ſolum moleſtus non fuerit, ſed etiam ſororis

offendit *MS. Ernſt.* — 4. [nullum enim *a Lambin. profectum venit in Ed. Bos. Stau.* 1. 2. *Ith. Wetz. Brem. Heinr. Pauſl. Sed*] enim *aberat a MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed.* [*vet. ap. Schlegel. it. antiq. in qua vitioſe excuſum legitur:* Nullum ab eo abebat hornamentum.] *Med. Arg. Long. Heus. in qua etiam verba,* null. ab eo h. orn. *incluſa ſunt vncinis.* [*Pariter in Ed. Stau.* 3. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Schmied. Atque ego τὸ* enim, *quod nexum turbaret magis, quam iuuaret, expunxi, idemque illa verba,* null. — orn. *parentheſeos ſignis a reliqua ſecluſi oratione.* — offendit. Nul q̃ ab eo hebat ornamentum: vt *Ed. Ven.*] — 5. exteri *MS. Voſſ.* 3. — 6. ceperunt *MS. Leid.* 2. coeperant *Ed. Arg.* caep. *Ed. Med.* [*Ven.*] — 7. quos *MS. Voſſ.* 3. — 8. imperaret *MS. Voſſ.* 3. [*Ed. antiq.* et *vet. ap. Schlegel.*] *Statim* huic non ſolum non

gotio potes hoc modo, *Ipſum Pomp. cogn. iunctum* (h. e. cognatione iunctum) *non offendit.*" add. Tzſchuck. et Harl.; alii aliter in not. ad Stau. ed. 3.] Non repugnabo tamen, ſi quis, quoniam in Med. 1. erat, *ſibi iunctum*, legi malit *ſibi coniunctum.* quomodo Cicero pro Plancio c. 20. *hominem ſibi maxime coniunctum.* Poteſt et ipſum *Pompeii* nomen, quod in Med. 1. deerat, omitti, et e proximo ſubaudiri. *τὸ non iunctus* Sim. Boſii ac Schoppii, quod et Grutero, Gebhardo ac Barthio placebat, mihi durius videtur, quam vt a Nepote poſſit eſſe. *Non offendit* autem, quod ſcil. in vrbe maneret.

*ornamentum*] Mallet cum Rittershuſio Schoppius Veriſimil. 3, 8. *auctoramentum.* eamque coniecturam mirifice confirmare librum ſuum vetuſtiſſimum, ait Ernſtius. Non repugnem, ſi diſerte in eo ſic ſcriptum ſit. Et potuere primae litterae *aut* abſorberi ab vltimis vocis proximae *habebat.* Alias nulla mutatione opus. Nam *ornamentum* idem, ac honor, ac magiſtratus, quo tamquam beneficio ab aliis ornamur. Cicero in Verr. 5, 68. *Quod te liberatum iam exiſtimationis metu, defunctum honoribus, deſignatum* cos. *cogites: mihi crede,* ORNAMENTA *iſta, et beneficia populi Rom. non minore negotio retinentur, quam comparantur.* Iuſtinus 6, 9. 8. de Epaminonda: *Honores ita geſſit, vt* ORNAMENTVM *non accipere, ſed dari ipſi dignitati videretur.* Vetus inſcriptio Ferrariae in aedibus Fr. Guicciardini: ORNAMENTIS DECVRIONATVS ILLVSTRATVS.

filium et Q. Ciceronem [9] ex Pompeii caſtris conceſſerit. Sic vetere inſtituto vitae, effugit [10] noua pericula.

VIII. Sequutum eſt illud, occiſo [1] Caeſare, quum reſpubl. penes Brutos videretur eſſe et

MS. Leid. 2. — 9. [*vid. not. ſic quoque Ed. ant. et Ven. Long. Bos. 2. Heus. et ſeqq.*] *Sed* ſororis filium Q. que Ciceronem *MS. Leid.* 2. ſororis Q. et filium Ciceronem *MS. Voſſ.* 3. ſororis et Q. Ciceronis fil. *Ed. Lamb. Schot. Bos.* 1. ſor. fil. et Q. Ciceronis *Ed. Med. Arg.* [*Wetz. tamen malit cum aliis legere, vel* ſororis et Q. Ciceronis filium, *vel* ſororis filium, Q. Ciceronem.] — 10. regit *pro* vitae effugit *MS. Leid.* 2.

1. illud, occ. *ſic MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. [*Ed. Iens.* 1470. *ap. Schleg. Ven. Long. Lamb. Bos. Stau.* 3. *(quem ſequutus eſt Harl.) Heus. quorum quidem prior, ſuadente partim Bos. (v. not.) interpunxit atque edidit:* illud. Occiſo — conuertiſſe; ſic M. etc. *poſterior, n. Heuſing. pariter quidem, niſi vt daret,* conuertiſſe [videretur:] ſic M. etc.] *Sed* illud tempus occ. *MS. Schop. Ernſt. Ed. Brix.* [*vet. apud Schlegel. et ant.*] *Tum* quando resp. *Ed. Med. et* Brutum *MS. Mendos. Ed. Brix.* [Bruto *Ed. ant. et vet. Schleg. at*

3 *Sororis filium et Q. Ciceronem*] Sic MSS. Manutii, Giſ. Schott. Leid. 1. et antiquiſſ. ed. Rom. Vnde Schottus legi volebat, *ei Q. Ciceronem*, (quomodo et Vrſinus coniecerat;) vel de vtroque *Quincto*, filio et patre, intelligi. Ego prius malim. Quidam libri, [vt Gryph.] *ſororis et Q. Ciceronis filium.* Alii, omiſſa copula, ediderunt, *ſororis filium, Q. Ciceronem.* [Sec. lectionem receptam intelligendi ſunt pater et filius, quos Caeſar *e caſtris Pomp.* h. e. Pompeii caſtra ſequutos, indeque, Pompeio a. 705. in campis Pharſalicis deuicto et Alexandriae interfecto, a Caeſare victore hoſtes patriae iudicatos, Attico *conceſſit*, h. e. quibus Attici gratia veniam dedit.]

1 *Sequutum eſt illud*] *Tempus* adſunt e libris ſuis Schoppius Veriſim. 3, 8. p. 108. et Ernſtius. Fauet illud Velleii, 2, 62. 6 *Hoc eſt illud tempus, quo Cicero Pompeium laudandum et tollendum cenſebat.* Sed vix dubito, quin gloſſema ſit. Ceterum totum hunc locum ita diſtinguendum cenſeo: *Sequutum eſt illud. Occiſo Caeſare, cum reſpubl. p. B. v. e. et C. ac t. c. ſe ad eos conuertiſſet, ſic M. Bruto vſus eſt, vt nullo etc.* Sic infra cap. 13, 6 *Nec hoc praeteribo, quamuis nonnullis leue viſum iri putem. Cum inprimis lautus eſſet etc.* Varro 2, 3 de re ruſtica: *De quibus* (capris) *admirandum illud, quod etiam Archelaus ſcribit. Non vt reliqua animalia naribus, ſed auribus ſpiritum ducere ſolere, paſtores curioſiores aliquot dicunt.* ita diſtinguo hunc locum, qui vulgo falſa interpretatione laborat in omnibus, quas vidi, editionibus.

*penes Brutos*] Placet haec lectio: vt de M. et D. Brutis ſermo ſit.

Caſſium, ac tota ciuitas ſe ad eos [2] conuertiſſet.
Sic M. Bruto vſus eſt, vt nullo ille adoleſcens 2
aequali familiarius, quam hoc ſene, neque ſo-
lum eum principem conſilii haberet, [3] ſed etiam
in conuictu. [4] Excogitatum eſt a quibusdam, vt 3
priuatum [5] aerarium Caeſaris interfectoribus ab
equitibus [6] Rom. conſtitueretur. Id facile effici
poſſe arbitrati ſunt, ſi et principes illius ordi-
nis [7] pecunias contuliſſent. Itaque adpellatus eſt
a C. Flauio, [8] Bruti familiari, Atticus, vt eius
rei princeps eſſe vellet. At ille, qui officia ami- 4
cis [9] praeſtanda ſine factione exiſtimaret, ſemper-
que a talibus ſe conſiliis remouiſſet, reſpondit:
ſi quid Brutus de ſuis facultatibus vti voluiſſet,

*M. et Dec. Brutus ſunt intelligendi.*] — 2. ad eos conuertiſſet. *Ita MS. Giſ. Leid.* 1. [*Ed. Bos.* 2. *Stau.* 1. 2. *Brem. Wetz. Heinr.* conuertiſſe *Ed. Stau.* 3. *Tzſchuck. Harl. quod equidem malim.*] *Sed* ad eum conuertiſſe videretur *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed.* [*antiq. et Ven.*] *Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Ith. Schmied.* ad eum (*n. Brutum*) conuertiſſet *Ed. Ricklefs.* ad eum *etiam Ed. vet. ap. Schlegel.*] conuertiſſe [videretur] *Ed. Heus.* [*conf. Tzſchuck. ad ed.* 2.] — 3. habebat *MS. Leid.* 2. — 4. in coniunctis *MS. Medic.* 1. — 5. priuatim *Ed. Gebh.* — 6. equitibus, *omiſſo τῷ* ab, *MS. Mendos. Voſſ.* 3. [*Ed. ant. et vet. Schleg.*] — 7. eius ordinis *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed. Med.* [*vet. Schleg. et ant.*] — 8. C. Flauio, *omiſſo τῷ* a, *MS. Voſſ.* 3. a G. Flauio *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Med. Arg.* a Q. Flauio *Ed.* [*vet. et ant.*] *Brix.* (*add. not.*) — 9. qui amicis officia *Ed.* [*an-*

*tota ciuitas ſe ad eos conuertiſſet*] Sic MSS. Giſ. et Leid. Melius quam alii, *ad eum ſe conuertiſſe videretur*, voce vltima e proximo repetita.

[3 *Principes*] Weſſeling in Obſeruatt. libr. I. cap. 8. vbi late disputat de principibus ciuitatis et de principibus ordinis equeſtris, ex Cicerone pro Plancio c. 17. et noſtro Nepotis loco, docet, *principes equeſtris ordinis* ſimpliciter adpellatos eſſe omnes, qui inter equites gratia et auctoritate excellebant, plane vti principes ciuitatis, qui inter reliquos ciues ſenatoresque eminebant.]

*a C. Flauio, Bruti familiari*] Qu. edd. habent *C. Flauo*. Non nouum eſt, nomen iſtud cum cognomine hoc permutari. quomodo apud Senecam controu. 10, 14 *Alphius Flauius* eſt pro *Flauo*. ſicut et apud Plinium indice libri 9.

vſurum, quantum eae paterentur;[10] ſe neque cum quoquam[11] de ea re colloquuturum,[12] neque coiturum. Sic ille conſenſionis globus, huius vnius diſſenſione disiectus eſt.[13] Neque multo poſt ſuperior eſſe coepit Antonius, ita vt Brutus[14] et Caſſius, prouinciarum, quae iis necis

*tiq.*] *Brix. Med.* — 10. ſe haec pater. *MS. Voſſ.* 3. hae pater. *Ed.* [*vet. Schleg.*] *Med. Arg.* [*Long.* he pat. *Ed. ant. et Ven.*] — 11. ſe neque c. q. *Ed.* [*vet. ap. Schleg. qui probat, et ant.*] *Gebh. Keuch. Heus.* [*Harl. Ith. Wetz. Tzſchuck.* 1. 2. *Ricklefs. Heinr. Schmied. et ego* ſe *reſcripſi pro* ſed *in MS. Mendos. Ed. Ven. Long. Bos. Brem. etiam Lamb. in meo exempl. Fiſcher tamen exſtare ſcripſit* ſe *in Ed. Lamb.*] ſe neque eum quoquam *MS. Leid.* 2. ſed neque eum quoquam *Ed. Med. Arg.* — 12. colloquuturum *etiam MS. Voſſ.* 3. *pro vulgato* collocutur. — 13. eſt *aberat a MS. Voſſ.* 3. [*Ed. vet. ap. Schlegel. ant.*] — 14. Bruti *MS. Ernſt.*

5 *Prouinciarum*] Auguſtini lectio [*in prouincias*] non diſplicet Gebhardo. Inepte ad τὸ *prouinciarum* vir doctus ſupplet *praeſides.* Quis ita loquitur? Manutiana interpretatio planiſſima eſt.

*quae iis necis cauſſa*] τὸ *necis* malit et Buchnerus ſervare: cenſebatque Gebhardus id adiuuare Velleium Paterculum 2, 62. Sed is de Macedonia ac Syria loquitur, Bruto Caſſioque, victo iam ad Mutinam M. Antonio, et quum iam *ipſi ſine vllo SCto eas occupaſſent,* decretis. At Noſter, *datas,* ait, *a conſulibus*, antequam *in exſilium proficiſcerentur*, et ante *bellum ad Mutinam geſtum.* Non igitur Macedoniam ac Syriam intelligit, quippe non *a conſulibus,* ſed a Iulio Caeſare, paullo ante mortem, quum magiſtratus in quinquennium deſignaret; a Senatu autem demum, Antonio hoſte iudicato, illis decretas; ſed quas, ademta ipſis et Dolabellae atque Antonio Coſſ. data Syria ac Macedonia, earum loco Senatus iis a conſulibus illis impetrauerat: Bruto ſcilicet, vt Plutarchus habet, Cretam, Caſſio Libyam; ſiue, vt Appianus, Bruto Cretam, Caſſio Cyrenen; vel, vt alii, has ambas Caſſio, Bruto autem Bithyniam. Quas tamen illi, vt parum ſibi tutas vtilesque, contemſerunt, Macedoniam et Syriam vi occupantes. Videndi Appianus Ciuil. 3. p. 527. 530. 531. 533. 536. 538. 541. 550. 567, Dio Caſſius lib. 47, Plutarchus Bruto, Cicero Philippic. 2, 3 et 11, 12. Eae an *dicis cauſſa* datae dici queant, viderint, qui eam lectionem tuentur. *Necis cauſſa* datas, non dubito recte dici. Nam ſic et Octauius id interpretatur apud Appianum p. 536 Τὸ μὲν ἀμνηςίαν δοῦναι, τὴν σωτηρίαν ἦν ἐκείνοις χαριζομένων μόνον· τὸ δὲ ἡγεμονίας αὖθις ψηφίζεσθαι, (loquitur de Creta et Cyrene, Bruto Caſſioque datis,) καὶ ΓΕΡΑ, ὑβριζόντων Καίσαρα. Neque negat haec obiectanti reſpondens Antonius p. 538 datas poſcentibus repenſum pro meritis, εἰς ἀντίδοσιν τῶνδε, ὧν ἔχρηζον. Et

cauſſa [15] datae erant a conſulibus, [16] deſperatis rebus, in exſilium [17] proficiſcerentur. Atticus, qui pecuniam ſimul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abiecto Bruto Italiaque cedenti LLS. [18] centum millia muneri [19] miſit. Eidem in Epiro abſens trecenta iuſſit [20] dari; neque eo magis potenti adulatus eſt Antonio, neque deſperatos reliquit.

IX. Sequutum [1] eſt bellum geſtum apud Mu- 1
tinam. [2] In quo ſi tantum eum prudentem di-

15. quae iis necis cauſſa. *Ita MS. Sau. Put. Giſ. Medic.* 1. 2. *Ernſt. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*antiq. et Ven.*] *et ceteri cum Heus.* [*qui tamen in adpendicula, multis grauibusque prolatis argumentis, oppugnat illam lection.* necis, *et, acute quidem, emendat* neceſſitatis.] *Sed* quae iis dicis cauſſa [*h. e per ſimulationem, non ex animo, de coniectura Cuiacii in Obſeruatt.* 10, 37.] *Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos.* 1. [*Amſtel. Schmied.*] *v. Victor. varr.* 8, 24. —. 16. a conſule *MS. Mendos. Medic.* 1. 2. *Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Brix. Med.* [*vet. Schlegel. ant. et Ven.*] — 17. exſulium *Ed. Schot.* [*Statim* proficiſcantur *Ed. vet. Schleg. et antiq.*] — 18. ſeſtertia *Ed. Brix.* [*ant. vbi etiam* milia *legitur.* H. S. C. M. *Ed. Ven. Long.* Seſtertiorum cent. mill. *Ed Brem.* Seſtertium centum milia *Ed. Tzſchuck.* 2.] ſextercia *Ed Med.* — 19. numerari *MS. Medic.* 1. *Mox* Epyreo *MS. Leid.* 2. Epyro *Ed.* [*vet. et Ven.*] *Med. Arg. vbique.* [Epeiro *Ed. Long.*] — 20. iuſſit *aberat a MS. Voſſ.* 1.

1. [ſecutus *Ed. vet. ap. Schleg. et antiq.*] — 2. Mundinam *MS. Voſſ.* 3. Numidiam *MS. Medic.* 1. 2. *Voſſ.* 1.

in reſponſo ad tribunos militum p. 548 diſerte ait, Senatum interfectoribus Caeſaris, vt tyrannicidis, praemia decreuiſſe. Ἡ βυλὴ γέρα τοῖς ἀνελῦσιν ὡς τυραννοκτόνοις ἐψηφίζετο Denique Cicero. Phil. 2, 3. 11, 12. ex ipſius Antonii verbis oſtendit, datas prouincias *vt liberatoribus*. Haec quum ita ſint, in ſummo librorum omnium conſenſu non auſim recedere a lectione ſcripta.

*a conſulibus*] M. Antonio, et Dolabella: quibus et Octauius id obiicit apud Appianum p. 436. In MSS. tamen Schotti, et vtroque Medicaeo fuit, *a conſule*, quod eſſet, ab Antonio. Et ſane *ab Antonio ſenatum petiiſſe alias prouincias* τοῖς ἀμφὶ Κάσσιον, idem Appianus ſcribit p. 531. Magis tamen placet vulgata. Si a ſolo Antonio datas dicere Nepos voluiſſet, nomen illius addidiſſet. Varietas lectionis ex abbreuiatione nata eſt.

1 *Bellum geſtum apud Mutinam*] [hod. Modena.] Quod in qu. MSS. fuit, *Numidiam*, haud dubie corruptum eſt. [Ortum eſt bellum inter Antonium, Brutum et Octauium, (v. Flor.

cam, minus, quam debeam, praedicem, quum ille[3] potius diuinus fuerit; ſi diuinatio[4] adpellanda eſt perpetua naturalis bonitas, quae nullis ca-
2 ſibus neque agitur,[5] neque minuitur. Hoſtis Antonius iudicatus Italia ceſſerat: ſpes reſtituendi[6] nulla erat. Non ſolum eius[7] inimici, qui tum[8]

— 3. quamquam ille *MS. Voſſ.* 3. — 4. [diuinitas (*h. e.* diuina natura,) *corrigendum putabat Buchner, quod etiam Schotto in mentem venerat. Atque Boſius in indice ſub voc.* diuinare *ſcribit, coniecturae iſti fauere, quae toto iſthoc capite ſubiiciantur, niſi tamen malis* diuina *legere. Quae coniectura in ind. ſub voc.* diuinus *etiam proponitur. Primum quidem* diuinus *h. l. de Attico a Boeclero explicatur, qui ea parte prudentiae, quae* diuinatio *ſ.* prudentia *dicitur, valet, n. rectitudine, conſtantiaque conſilii ac propoſiti. Huic Boecleri interpretationi ibid. ſubiiciuntur ea, quae ſequuntur: „videri poſſit potius idem eſſe, ac diuinandi peritus, ſiquidem* diuinatio *in ſeqq. retineri deberet. Sed ea merito ſuſpecta eſt legendumque forſan* diuina, *vt ita vocetur* bonitas naturalis.“ *Sed infra in cap.* 16, 4. *Nepos* prudentiam quodammodo eſſe diuinationem, poſſe exiſtimari *ſcripſit. Nihil igitur h. l. mutandum eſt.* Diuinus *enim dicitur diuinandi ſiue futurorum peritus, vates; hinc* diuinatio *nihil aliud eſt, ac ſumma, ſolito maior prudentia, qua viri acutiſſimi e longinquo futura, et quae ſibi aduerſa eſſe poſſint, proſpiciunt.* Bonitas *autem h. l. eſt inſita a natura vſuque confirmata animi bona indoles. v. interpretes et Schlegel. l. c. p.* 74. *Fiſcher. adſcripſit haec: „Struchtmeier lib.* 1. *animadverſion. crit. cap.* 10. *p.* 54. *coniicit* appellanda ea eſt, *omiſſo τῷ* diuinatio. *Pater eius coniecit* diuina appell. eſt.“] — 5. neque agitatur *MS. Ernſt.* augetur, *omiſſo τῷ* neque, *MS. Voſſ.* 1. augetur *Ed. Gebh. Keuch. Patau.* agitur [*recte, h. e. huc illuc impellitur, praeſertim caſibus, v. Stau. ad ed.* 3. *et Harl.*] *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed. Rom. Brix. Med.* [*et omiſſo τῷ* neque *Ed. vet. ap. Schlegel. qui probat; ant. et Ven. Long.* neque agitur *Ed. Lamb. Bos. Stau. Heus. et ſeqq.*] — 6. reſtituenda *MS. Leid.* 2. — 7. eius *aberat a MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Rom. Med. Arg.* [*vet. probatque Schleg. p.* 43. *ant. Long. Gryph. Heinrich.*] *Incluſit vncinis Heuſing.* [*item Harl. Stau.* 3. *Bipont. Tzſchuck.*] — 8. qui tamen *Ed. Rom. Long.*

4, 4. ibique Freinshem.) propter Iul. Caeſaris teſtamentum, in quo Octauianus praelatus erat Antonio, ſecundo heredi, qui id aegre tulit, arma mouit, et D. Brutum reſiſtentem Mutinae obſedit.]

*nullis caſibus neque agitur*] A quibusd. edd. *neque* abeſt. etiam a vetuſtiſſ. Romana.

2 *Non ſolum eius inimici*] Ab ed. Rom. *eius* abeſt.

*qui tum erant potentiſſ.*] Ed. Rom. et Grut. *qui tamen erant.*

erant potentiſſimi et plurimi, ſed etiam qui [9] adverſariis eius ſe dabant, [10] et in eo laedendo ſe [11] aliquam conſequuturos ſperabant commendationem; [12] Antonii [13] familiares inſequebantur; vxorem Fuluiam omnibus rebus ſpoliare cupiebant; liberos etiam exſtinguere parabant. Atti- 3



*Schot.* [qui tũ *Ed. Ven.*] qui dum *MS. Voſſ.* 3. — 9. etiam amici aduerſ. *Ed. Rom. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Amſtel. Bos.* 1. *Patau.* [*Sed* etiam qui adu. *Ed. ant. et Ven. Bos.* 2. *Stau. et rell. v. Geſner et Tzſch.*] — 10. eius dabant *MS. Voſſ.* 1. *Statim* in eo, *omiſſo* τῷ et, *MS. Mendos. Voſſ.* 3. *Ed. Brix.* [*antiq. ac vet. Schlegel.*] — 11. ſe *hoc loco aberat a MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed.* [*vet. ap. Schleg. ant. et Ven.*] *Med. Arg. Long. Sed* ſe ſperabant *Ed. Med. Arg. al.* — 12. commendationem. *Sic MS. Giſ.* [*Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. et rell.*] *Sed* commendationem vel commoditatem *MS. Leid.* 1. commoditatem *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed.* [*vet. et al. ant. ap. Schleg. qui probat p.* 43. *et* 48. *Ed. mea antiq. et Ven.*] *Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [„*Poſſit, ait Tzſchuck ad ed.* 2. *alterum, n.* commoditat. *retineri, quod propius ſpectare poſſe videatur ad* laedendo *et* conſequuturos. *Poſſit et vtrumque adhiberi, ſi ſequentia cogites. Spoliatio enim* commoditatem, *occiſio* commendationem *parabat.*"] — 13. Antonii. [*Sic Ed. ant. et Ven. Long. Bos.* 2. *Heus.*

Et ſic apud Schottum quoque editum. nec male

*Sed etiam qui aduerſariis eius ſe dabant*] h. e. adplicabant ſe aduerſariis, in eorum partes concedebant. Sic *dare ſe legionibus* ap. Tacit. Annal. 1, 31, 1. [add. Heuſing. et Harl. notas.] *Qui* pro *amici* etiam in edd. Rom. et Colon. Alterum ſcioli alicuius eſt, qui *inimicis* putabat opponendos *amicos*. Mox in illis *ſe aliquam etc.* a qu. libris *ſe* abeſt: a MS. Schotti etiam *et*.

*commendationem*] Sic diſerte opt. liber Giſ. Etiam Leidenſis: *commendationem vel commoditatem.* varia lectione textui intruſa. Quare non dubitaui ſic reſcribere. Vſus et ſupra 7, 1. 2 *tanta erat commendatio oris atque orationis.* Seneca excerpt. controu. praefat. lib. 3 *omnibus fere maiori commendationi eſt audiri, quam legi.* Vulgo eſt, *commoditatem.* [v. varr. lectt.]

*Antonii familiares inſequebantur*] Nihil deeſt. Dicam amplius. Poteſt vtrumque abeſſe, tam nomen *Antonii*, quam illud *eius*, quod, teſte Gothofredo, a Faërno eſt. Certe Gruterus, aliique neutrum exhibent. Miror autem, cur Schottus alibi (obſeruat. hum. 3, 2.) totum hoc gloſſema putet, aut malit, *familiam inſequeb.* Nam de *familiaribus* Antonii heic ſermonem eſſe, vel ex comm. 3. adparet.

cus quum Ciceronis intima familiaritate vteretur, amiciſſimus eſſet [14] Bruto: non modo nihil iis indulſit ad Antonium violandum; ſed e contrario familiares eius ex vrbe profugientes, quantum potuit, texit: quibus rebus indiguerunt, adiuuit.
4 P. vero Volumnio [15] ea tribuit, vt plura a parente proficiſci non potuerint. Ipſi autem Fuluiae, quum litibus distineretur, [16] magnisque terroribus vexaretur, [17] tanta diligentia officium ſuum praeſtitit, vt nullum illa ſtiterit [18] vadimonium ſine

*Stau. et rell.*] *Sed* eius *Ed. Lamb. Boecl. Bos.* 1. *abeſt ab Ed. Gebh. Keuch. Patau.* — 14. eſſet *abeſt ab Ed. Brix.* — 15. [Volumnium *Ed. vet. Schlegel.* Volunio *Ed. ant.* Volūnio *Ed. Ven. conf. infra cap.* 12, 4. *et* 10, 2. *Ad eum ſcriptae ſunt epiſtolae Ciceron.* 7, 32. 33.] — 16. deſtinaretur *MS. Medic.* 2. *Ed. Med. Arg.* [deſtineretur *Ed. Ven.*] detineretur *MS. Ernſt. Leid.* 2. — 17. verſaretur *Ed. Brix. An fuit in MS.* vecſaretur? *Vulgata certe longe exquiſitior.* [*Heus.* verſar. *non plane damnat.*] — 18. ſtiterit. *Ita MS. Gif. Ernſt.* [*Ed. Lamb. Bos. Stau. et ſeqq.*] *Recte. v. Otho ad A. Gell.* 2, 14. *Sed* ſteterit *MS. Sau.* praeſtiterit *MS. Mendos. Long. Petau. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. *Ed. Brix. Med. Arg.* [*Ven. Long. vet. et antiq. ap. Schlegel. qui lectioni* praeſtit. *fa-*

[3 *Cicer.*] v. c. 16, 2. Cic. Lael. 1. *Fiſch.*]

4 *Stiterit vadimonium*] Sic et MSS. Giſan. Ernſt. et Savar. Nam quod apud Sauaronem legitur, *ſteterit*, erratum puto typographi, aeque ac *τὸ ſiſterit* in notis Lambini. Vett. edd. et MSS. Schotti ac Petavii, *praeſtiterit.* quod Latinum non putat Giſanius in obſeruat. Lat. L. p. 243. [ſ. pag. 487. ed. Otho.] Ego natum puto ex proxime praegreſſo *praeſtitit.* Adde Indicem in *vadimonium.* [in quo indic. primum explicatur *vadimonium*, et definitur „ſponſio, ad certum diem ſiſtendi ſe in iudicio, vel per ſe vel per procuratorem, quam qui implebant, *obire vadimonium* dicebantur, etiam *ſiſtere:*" tum paullo poſt, „*ſiſtere* igitur *vadimonium* eſt, ſe in iudicio ſiſtere, quod ſcil. is, cui vadimonium erat impoſitum, datis vadibus promiſerat, qui obito vadimonio liberantur. Adi Car. Sigon. de iudic. 1, 20. Briſſon. formular. libr. 5. princip. et Ernſt. ad noſtrum loc. etc." — Atticus igitur fidem interpoſuerat, ſuo periculo Fuluiam eſſe in iudicio adparituram. Atque A. Gell. 2, 14. dum in loco Catonis, *quid ſi vadimonium capite obuoluto ſtitiſſes?* lectionem *ſtitiſſes* contra alios falſos et audaces, quos vocat, emendatores, qui *ſtetiſſes* fecerunt, ita defendit, vt eos ignorare ſcriberet, *ſtitiſſes* dictum a Catone, quoniam *ſiſteretur vadimonium*, non *ſtaretur*, etiam lectionis veritatem in noſtro loco ſtabilire poteſt.]

Attico, hic [19] ſponſor omnium rerum fuerit.
Quin etiam [20] quum illa fundum [21] ſecunda for- 5
tuna emiſſet in diem, neque poſt calamitatem
verſuram [22] facere potuiſſet: ille ſe interpoſuit,
pecuniamque ſine foenore, ſineque [23] vlla ſtipu-
latione ei [24] credidit: maximum exiſtimans quae-
ſtum, memorem gratumque cognoſci; ſimulque
aperire, ſe non fortunae, ſed hominibus ſolere
eſſe amicum. Quae quum faciebat: nemo eum 6
temporis [25] cauſſa facere poterat exiſtimare. Ne-
mini enim in opinionem [26] veniebat, Antonium

*vet. ſed v. not.*] — 19. vt ſponſor *Ed. Brix.* [*ant. et vet. ap. Schleg.*] qui ſponſ. *Ed. Med. Arg.* ſponſor *ſimpliciter Ed.* [*Ven. Long.*] *Gebh. Keuch. Patau.* — 20. quod etiam *MS. Voſſ.* 1. [*Ed. vet. Schleg. et antiq.*] — 21. fundum *aberat a MS. Leid.* 1. *Statim* ſecunda fortuna *aberant a MS. Mendos. Voſſ.* 1. *Ed. Med.* [*Vncis incluſa ſunt duo illa vocc. in Ed. Bos.* 2. *Stau. Heus. Tzſch.* 1. *Harl.*] *Sed vnci abſunt ab Ed.* [*antiq. et Ven.*] *Brix. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Ith. Brem. Tzſchuck.* 2. *Wetz. Schmied. Heinr. Ricleſs. Recte, opinor: opponuntur enim τοῖς* poſt calamitatem. *Quare vncos ſuſtuli.*] — 22. vſuram *MS. Mendos. Medic.* 1. 2. *Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schleg. et ant. ſed* verſuram *Ed. Ven. et rell. v. ad cap.* 2, 4.] — 23. ſine, *omiſſo τῷ* que, *Ed. Brix.* [*ant.*] — 24. ei *abeſt ab Ed.* [*ant. et vet. Schlegel.*] *Brix. Med. Arg. Long. Bos.* 1. *Gebh. Keuch. Incluſit illud vncinis Heuſing.* [*Stau. in ed.* 3. *Statim* credit *Ed. Ven.*] — 25. eum in opinionem temp. *MS. Leid.* 2. — 26. nemini enim in op. [*Sic Ed. Ven. Rom. Long. Lamb. Bos.*

*hic ſponſor*] Abeſt vett. edd. pronomen. Scripſit, opinor, Nepos: *ſine Attico: Atticus ſponſor o. r. f.* Abſorptum poſteriore loco poſitum *Attici* nomen ab eo, quod priore, et ſolum nunc legitur.

5 *Fundum ſec. fortuna emiſſ. in diem*] Illud *ſecunda fortuna* afuiſſe a ſcripto cod. ait Schottus; et Leidenſi MS. vox *fundum* aberat. Quare vtrumque gloſſema putabam, ac Nepotem ſcripſiſſe: *quum illa emiſſet in diem;* [. vt ſolueret certo die.] Potuit tamen τὸ *fundum* a voce *ſecunda* ob ſimilitudinem abſorberi. Vt Nepos ſcripſerit, *fundum emiſſet in diem:* reliqua adiecerit aliquis propter illa, *poſt calamitatem.* Mox a qu. libris abeſt *ei* ante τὸ *credidit.* [v. varr. lectt.]

6 *Nemini enim in opinionem veniebat*] Non auſim reiicere ſcripturam Schottiani codicis. [*neminis e. opinioni v.*] Etſi alterum Ciceronianum eſt.

7 rerum potiturum. Sed ſenſim is [27] a nonnullis optimatibus reprehendebatur, [28] quod parum odiſſe malos ciues videretur.

1 X. Ille autem ſui iudicii, potius, quid ſe [1] facere par eſſet, [2] intuebatur, quam quid alii
2 laudaturi forent. [3] Conuerſa ſubito fortuna eſt. [4]

*Heus. Stau. et rell.*] *Sed* neminis enim opinioni *MS. Mendos.* [*Ed. ant.*] nemini enim opinioni *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. [*Ed. vet. ap. Schlegel.*] Hominis enim opinioni *Ed. Brix.* nemini enim in opinione *Ed. Med. Certe variaſſe olim lectionem, verba* in opinionem *in MS. Leid.* 2. *alieno loco poſita ſatis, opinor, arguunt.* — 27. ſed ſenſim is. *Ita etiam MS. Mendos.* [*Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Bos. Stau. Heus. et rell.*] *Sed* is *aberat a MS. Medic.* 2. ſed ſenſum is *MS. Voſſ.* 3. ſed ſenſus eius *Ed. Gebh. Keuch.* [*probatque Geſner. At* ſenſim *bene tuetur et explicat Kapp.* nach und nach, *reiicitque Heuſingeri interpretationem,* clam, tacite, non multis audientibus. *add. Harles*] — 28. opt. eius rei repr. *MS. Medic.* 1. 2. opt. eius repr. *MS. Mendos. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Rom.* [*Ven. Long.*] eius repraeh. *Ed. Med. Arg.*

1. quod ſe *Ed. Brix.* [*antiq.*] — 2. eſſent *Ed. Med.* — 3. quid illi laud. for. *Ed. Gebh. Keuch.* quid alieni foret *Ed. Brix.* [*vet. Schleg. qui probat. it. aut.*] *Bos.* 1. — 4. conu. ſub. fort. eſt. *Ita MS. Gif. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. [*Ed. antiq. Lamb. Bos. Stau. Ith. Tzſchuck.*

Vt Philipp. 2. 16: *Qui iſtuc venit tibi in mentem?*

7 *Sed ſenſim is a nonn. opt. repreh.*] Auctiores vna voce MS. Schotti et ed. Rom. *a nonn. opt. eius repreh.* duabus Medicaei, *eius rei repreh.* ſed alteri eorum prouocabulum *is* aberat. Sim. Boſius, Gruterus et alii edidere: *Sed ſenſus eius a nonn. o. r.* quod etiam Schottus praefert obſeruat. 3, 2. vt *ſenſus* idem ſit, quod propoſitum, conſilium, iudicium. quomodo paſſim ea voce, cum alii veterum, tum Noſter etiam, vſi. vide Indicem. Atque ſic et Barthius laudat, explicatque, in notis ad Phoebadium. Omnes, vt arbitror, reclamantibus libris. Coniiciebam igitur legendum: *ſed ſenſim is a nonn. opt. eius rei repreh. Eius rei*, ſubandi *cauſſa:* ſcilicet quod vxorem Antonii iuuiſſet. Tò *rei* abſorptum in Medd. codd. a prima ſequentis vocis ſyllaba. Eo expuncto, mox alii et pronocabulum *eius*, quippe cui nihil reſpondebat, iugularunt.

1 *Ille autem ſui iudicii*] Schotto l. c. illa duo vocabula, *ſui iudicii*, [h. e. qui ſuum iudicium, non aliorum incertas opiniones, ſequebatur,] gloſſema videntur, ex ora adſutum. Vellem rationem addidiſſet. nam ego quidem nullam video.

2 *Conuerſa ſubito fortuna eſt*] Sic MSS. Manutii, Giſan. Schotti. Vulgo abeſt *ſubito*. etiam a Leidenſi.

Vt Antonius rediit in Italiam, nemo non magno [in] periculo[5] Atticum [futurum][6] putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. Itaque ad aduentum imperatorum de foro deceſſerat, timens proſcriptionem, latebatque apud P. Volumnium, cui, vt oſtendimus, paullo ante opem tulerat: (tanta varietas iis temporibus[7] fuit fortunae, vt modo hi,[8] modo illi in ſummo eſſent aut faſtigio, aut periculo,) habebatque[9] ſecum Q. Gellium Canum,[10] aequalem, ſimilli-

1. an amarent. *Sic Ed. Rom.* [*Ven.*] *Long. Gebh. Boecl.* [*Bos.* 1. 2. *Stau.* 1. 2. 3. *Heus. et plerr. recc.*] *Sed* an vero am. *MS. Ernſt.* quam amarent *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ed.* [*vet. ap. Schleg. et ant.*] *Med. Arg. Lamb.* — 2. quicquid *Ed. Brix.* [*ant. et Ven.*] *Med. Arg.* [*Lamb. Bos. Brem. Sed* quidquid *Ed. Long. Stau. et rell.*] — 3. pollicetur *MS. Voſſ.* 3. — 4. annuiſſet *MS. Gif. Leid.*

*Arrentinum.* Vnde vix dubito, quin Nepos ſcripſerit *Arretinum.* Ita vero dictum ab vrbe Etruriae, Arretio, (ſic enim a Graecis et in vett. inſcriptionibus ſcribitur id nomen) cuius ἐθνικὸν, teſte Stephano, eſt Ἀῤῥητῖνος. Vid. Cluuer. Ital. Antiq. 2, 3.

[*Epiroticis*] v. Cic. ad diverſ. 13. epiſt. 18, 7. ibique Cellar. *Fiſcher.*]

1 *An amarent*] Lambinus aliique ediderunt *quam amarent.* Sed *an* erat etiam in Rom. Col. Grut. Gothofr. Gebhard. meliusque quadrat: etiam MS. Ernſtii, *an vero amarent.*

2 *In nitendo, q. ſ. annuiſſet*] Barthius coniiciebat *in tenendo.* Nulla emendatione opus. Poteſt enim ἐλλειπτικῶς accipi, vt ſubaudiatur cum praepoſitione prouocabulum relatiuum. [h. e. dum nitebatur, id facere ſ. praeſtare, *quod* (quaſi, *ad quod*) *ſemel*, (h. e. primum,

tanta erat cura, vt non mandatam,[5] ſed ſuam rem videretur agere. Numquam[6] ſuſcepti negotii eum pertaeſum[7] eſt. Suam enim exiſtimationem in ea re agi putabat; quia nihil habebat
3 carius. Quo fiebat, vt omnia Ciceronum,[8] Catonis,[9] Marii, Q. Hortenſii,[10] Auli Torquati, multorum praeterea equitum Rom. negotia[11] pro-

1. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix. Par.* [*antiq. Bos. Stau.* 1. *Wetz. Schmied.* adnuiſſet *Ed. Stau.* 2. 3. *Harl. Tzſchuck. Pauſl.*] *Sed* admiſiſſet *MS. Leid.* 2. *Ed. Med.* [*Ven.*] *Arg. Long. Gebh. Boecl. Keuch. Heus.* [*qui tamen in not.* adnuiſſet *probaſſe videtur, Ith. Heinr.*] — 5. mandatum *MS. Medic.* 1. mandata *Ed. Brix.* [*antiq. et vet. ap. Schlegel.*] — 6. nunquam *MS. Mendos. Ed. Brix.* [*antiq. Bos. Stau.* 1. *Ith. Schmied. Wetz. Heinr.*, numquam *Ed. Lamb. Stau.* 2. 3. *Harl. Tzſchuck. Sed* nusquam *Ed. Ven. Long.*] — 7. negocii eum perteſ. *Ed. Brix. Med. Arg.* [*Ven.* negocii *etiam Ed. Long. ac* perteſum *Ed. quoque antiq.*] — 8. vt omnia Ciceronum. *Sic MS. Voſſ.* 3. [*Ed. antiq. Ven. Long. Bos. Heus. et rell. recentt.*] *Sed* vt non Ciceronem *MS. Mendos.* vt omnia Ciceronis *Ed. Brix. Med. Arg.* vt omnia M. et Q. Ciceronum *Ed. Lamb. Gebh. (in qua tamen eſt* Quinctii) *Keuch. Boecl. Patau.* — 9. M. que Catonis *Ed. Arg.* — 10. M. que Hortenſii *MS. Mendos. Voſſ.* 3. *Ed. Med.* Marci Q. Hortenſii *MS. Gif.* Marcique Hortenſii *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schleg. ant. Long.*] Marcique Horteſi *Ed. Rom.* [*Ven.*] Hortenſii *omiſſis* Marii, Q. *Ed. Arg. Lamb. Boecl.* [Marii, Q.] Hort. *Ed. Heus.* [*Stau.* 3. *Tzſchuck. Wetz. quos conſules.*] — 11. negocia *Ed. Brix. vbique.* [*Ven. Long.*]

einmal) *adnuiſſet* (h. e. promiſiſſet.) v. Harl. et Periz. ad Sanctii Mineru. III. 8, 2. p. 446. ed. Amſtel. 1754. 8. qui tamen *admiſiſſet* legit, at *nitendo* tuetur.]

*quod ſemel annuiſſet*] Sic et Leid. habuit. Virgilius Aen. 12, 187 *Si noſtrum annuerit nobis victoria Martem.* Similiter Horatius 4 od. 6 *muros:* Valer. Flaccus 1, 40 *militiam annuere* dixit. Vide Buchnerum in acceſſion. ad Theſaur. Fabri. Vulgo edunt, *admiſiſſet.*

*nunquam ſuſcepti*] Vulgo erat, *nusquam.* non ita apte.

3 *Vt omnia Ciceronum etc.*] Ed. Rom. *Ciceronum, Catonis Marcique Horteſi.* Ad quam ſcriptorumque codd. lectionem proxime accedit, reique veritati magis congruit, quam nos repoſuimus, praeeuntibus Rutgerſio Var. lect. 2, 8. Grutero ac Nath. Chytraeo. *C. Marium* filium inter intimos Attici fuiſſe, adparet e cap. 1, 4. Gebhardus et Keuchenius cum Lambino *M.* et *Q.* praenomina *Ciceronibus* praefigunt h. m. *Vt omnia Marci et Quinti Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortenſi.* ſed inuitis libris.

curaret. Ex quo iudicari poterat, non inertia, ſed iudicio fugiſſe reipubl. [12] procurationem.

XVI. Humanitatis vero nullum adferre maius teſtimonium poſſum, quam quod adoleſcens idem ſeni Sullae fuerit iucundiſſimus, [1] ſenex adoleſcenti M. Bruto; cum aequalibus autem ſuis, Q. [2] Hortenſio et M. Cicerone, ſic vixerit, [3] vt iudicare difficile [4] ſit, cui aetati fuerit aptiſſimus: quamquam eum praecipue dilexit Cicero, vt ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior. [5] Ei rei ſunt indicio, praeter eos libros, [6] in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus [iam] [7] ſunt editi, ſexdecim [8] volumina epiſtolarum, ab conſulatu [9] eius vsque ad ex-

1 (beside "ma-")
2 (beside "Cicero,")
3 (beside "eos")

12. R. P. *Ed. Brix.* [r. p. *Ed. ant.*]

1. iocund. *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*vt ſupra* 4, 1. Sille fuer. iocund. *ant. et al.*] — 2. Qu. Hort. *Ed. Brix.* — 3. vixit *Ed. Brix.* — 4. iudicare diff. *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Brix.* [*Ven. Long.*] *Gebh. Keuch.* [*Stau.* 3. *Heus. Harl. Ith. Bipont. Tzſchuck.* 2. *Wetz. Ricklefs. Heinr. Schmied. et ſic reddidi, (vti ſupra legitur cap.* 12, 5.) *pro* iudicari *in Ed. Lamb. Bos. Tzſchuck.* 1. vt iudicare facile ſit *Ed. vet. Schleg. et antiq.*] — 5. familior *Ed. Arg.* [*paullo ante* quantus *pro* Quintus *in Ed. vet. Schleg. et ant.*] — 6. [inditio preter *Ed. ant.* idictio p̄ter *Ed. Ven.*] *tum* liberos *Ed. Med.* — 7. iam *abeſt ab Ed. Rom.* [*Ven. Long.*] *Gebh. Keuch. Vncis id incluſ. in Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau.* [*Tzſchuck. Harl. Brem.*] *Vnci vero abſunt ab Ed.* [*antiq.*] *Brix. Med. Par. Arg. Lamb. Boecl. Bos.* 1. *Statim* aediti *Ed. Med. Arg.* — 8. vndecim *MS. Mendos. Medic.* 2. *Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed.* [*vet. Schleg.* (*qui cur id probarit, neſcio, niſi ea de cauſſa verum putarit, quod vndecim priores epiſtolarum libri ſcripti ſunt ante conſulatum ſ. ante a. v. c.* 690. *et tamen addit Nepos* ad extrem. temp. *ſ. an.* 709. *circ. d.* 5. *Dec. anno ante, quam Cicero interfectus eſt,*) *et ant. ac Ven.*] *Brix. Med. Arg. Rom. Par.* — 9. con-

*ſed iudicio*] Schoppius Veriſim. 3, 8. p. 109. in MS. reperit, *iudicio fugiſſe diuino.* Sed diſplicet id Ioh. Iſaac. Pontano Analect. 3, 18, cum in talibus euentuum potius variorum aſſidua et multiplex ruminatio, quam diuinitas, iudicium ſtabiliat. Mihi gloſſema videtur, ex illo c. 9, 1 natum: *cum ille potius diuinus fuerit.*

3 *Sedecim volumina*] *Vndecim* Medic. 2. Non miror. Facile enim *VIdecim* mutari potuit in *vndecim.*

tremum tempus ad Atticum miſſarum: quae qui legat, non multum deſideret [10] hiſtoriam contex-
4 tam illorum temporum. [11] Sic enim omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, mutationibus [12] reipubl. perſcripta [13] ſunt, vt nihil in iis [14] non adpareat, et facile exiſtimari poſſit, prudentiam quodammodo [15] eſſe diuinationem. Non enim Cicero ea ſolum, quae viuo ſe acciderunt, futura praedixit: ſed etiam, quae nunc vſu veniunt, cecinit [16] vt vates.

1 XVII. De pietate autem Attici quid plura commemorem? quum hoc ipſum vere [1] glorian-

ſolatu *Ed. Brix.* [*ant.*] — 10. deſiderat *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*antiq. et Ven.*] *Statim* hyſtoriam *Ed. Med. Arg.* — 11. illorum temp. *Sic MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*antiq. Lamb. Bos. Heus. Stau. et ſeqq.*] *Sed* eorum temp. *Ed. Rom.* [*Ven. Long.*] *Gebh. Keuch.* — 12. mutationib. *Sic MS. Gif. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*ant. Lamb. Par. Bos. Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* aemulationibus *Ed. Rom.* [*Ven.*] *Long. Gryph.* ac mutationibus *Ed. Gebh. Keuch. Amſtel. de coniectura Rutgers. varr. lectt. libr.* 2. *c.* 8. *p.* 121. — 13. ſcripta *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Brix. Par.* [*vet. Schlegel. et antiq. ac Ven.* *Sed* perſcripta *Ed. Long. Lamb. Bos. Stau. Heus. et ſeqq.* ſcripta per ſunt *Ed. Rom. notante Heuſingero.*] — 14. nih. in iis. *Ita etiam Ed. Brix. Med. Arg.* [*antiq. Lamb. Bos. Stau. et plurr. ſeqq.*] *Sed* nihil in his *Ed. Rom. Keuch.* [*Ven. Long. Wetz.*] — 15 quomodo *MS. Mendos.* — 16. recinit *MS. Leid.* 2. [*Conf. Cicer. ad diuerſ.* 6, 6. *et* 7, 3, 12.]

1. vero *MS. Mendos. Mox* audiuerim *Ed. Brix.* [*ant.*]

*quae qui legat etc.*] Vide iudicium de Ciceronis epiſtolis magni cuiusdam viri, apud Boecler. diſſert. de Politicis Lipſian. cap. 4.

*illorum temporum*] Sic liber Schotti. Ed. Rom. aliaeque, *eorum temp* Et paullo ſuperius, *qui in vulgus ſunt editi,* omiſſo τῷ *iam.*

4 *Mutationibus reipublicae*] Sic et MSS. Gif. ac Schotti. Alterum etiam in ed. Rom. Col. aliisque deprehendas. Rutgerſius corrigebat 2, 8. *ac mutationibus.* quod recepit Keuchenius in textum. nec plane reiecerim. Mox Rom. Grut. Keuch. *nihil in his n. a.*

1 *Hoc ipſum vere*] *vero* in cod. Schotti; ab eodem abfuit *cum eſſet*: ſed abeſſe certe nequit. Illud *vero* autem dictum fuerit, vt *falſo, merito,* et ſimilia. Sed magis eſt, vt mendum librarii putemus.

tem audierim in funere matris ſuae, quam extulit annorum nonaginta, quum eſſet ſeptem et ſexaginta,[2] ſe numquam cum matre[3] in gratiam rediſſe,[4] numquam cum ſorore fuiſſe in ſimultate, quam prope aequalem[5] habebat. Quod eſt 2
ſignum,[6] aut nullam vmquam[7] inter eos querimoniam interceſſiſſe, aut hunc[8] ea fuiſſe in ſuos indulgentia, vt, quos amare deberet, iraſci eis nefas duceret. Neque id fecit natura ſolum, 3
quamquam omnes ei paremus; ſed etiam doctrina. Nam et principum philoſophorum ita percepta habuit praecepta,[9] vt iis[10] ad vitam agendam, non ad oſtentationem, vteretur.

XVIII. Moris etiam maiorum ſummus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, vt eam totam in eo volumine[1] expoſuerit, quo magiſtratus ornauit. 1

2. nonaginta ſeptem: et ſexaginta *MS. Mendos. Voſſ.* 3. *Ed. Brix.* [*vet. Schleg. et ant.*] non cum eſſet VII. et letata *Ed. Med.* — 3. cui ma. *Ed. Brix.* — 4. rediiſſe *Ed.* [*ant.*] *Brix. Med. Arg.* [*Long. Lamb.*] *Schott. Gebh. Keuch.* — 5. aequalem. *Ita MS. Gif. Mendos. Sau. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*antiq. Lamb. Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* aetate aequalem *Ed. qu.* [*Ven. Long.*] *Statim* hēbat *Ed. Med.* — 6. [quod eſt in ſignum *Ed. vet. Schleg. et ant.*] — 7. nunquam *MS. Voſſ.* 3. *Mox* intercesiſſe *Ed. Med.* — 8. hunc *abeſt ab Ed. Brix.* [*vet. ap. Schlegel. et ant.*] — 9. percaepta — praecaepta *Ed. Brix.* [percepta — precepta *Ed. ant.*] *atque* habuerat *Ed.* [*Ven.*] *Gebh. Sed* habuit etiam *MS. Mend.* [*Ed. ant. Long. Lamb. Stau. et rell.*] — 10. iis. *Ita etiam MS. Mendos. Voſſ.* 1. 3. *Sed* his *Ed.* [*Ven. Long.*] *Gebh. Mox* oſtentatōnem *Ed. Arg.*

1. voluminum *MS. Voſſ.* 3.

*aequalem*] Sic MSS. Gif. Schotti, Sauar. Alii edidere, *aetate aequalem.*

3 *Vt iis ad vitam agendam, non ad oſtentationem vteretur*] Vide nos etiam ad Taciti Agric. 4, 5.

*non ad oſtentationem*] Vide Ernſtium ad h. l.

1 *Quo magiſtratus ornauit*] Malim *ordinauit.* quomodo Voſſium legiſſe video 1 de hiſt. Lat. 11: reſcribique et Barthius volebat cap. 1 lectionum Nepotinarum. *Ordinauit*, i. e. diſpoſuit, et, vt mox loquitur, *ſuo quemque tempore notauit, ordine enumerauit.* Sic apud

2 Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, ne-
que res illuſtris eſt populi Romani, [2] quae non
in eo ſuo tempore ſit notata; et, quod difficilli-
mum fuit, ſic familiarum [3] originem ſubtexuit, vt
ex eo clarorum virorum propagines poſſimus co-
3 gnoſcere. [4] Fecit hoc idem ſeparatim in aliis
libris; vt [5] M. Bruti rogatu Iuniam familiam a
ſtirpe ad hanc aetatem ordine enumerauit, [6] no-
tans, qui, a quo [7] ortus, quos honores quibusque

2. populi romani *MS. Giſ.* [*Ed. Lamb. Bos. et ſeqq.*] *Sed* [p. r. *Ed. ant.*] P. R. *Ed. Brix.* [*Ven.* Pop. Rom. *Ed. Long.* populo romano *Ed. Gebh.*] — 3. familiarium *Ed. Brix.* — 4. cogere *Ed. Med.* — 5. vt *abeſt ab Ed. Brix.* — 6. enumrauerit *MS. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. *Ed.* [*vet. apud Schlegel., id probantem, et ant. ac Ven.*] *Med. Arg. Long. Lamb. Gebh. Boecl. Patau.* — 7. a quoque *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schleg. qui hanc commendat lectionem, et ant. ac Ven. Rom. Paris. Gryph. ap. Heus. Long.*] *Gebh. Statim* ortus eſt *MS. Leid.* 2.

ICtos *ordinare libellos* et *teſtamenta.* At *magiſtratus ornare* eſt in prouincias aut bellum euntes rebus neceſſariis inſtruere. Liuius 42, 1 *magiſtratus mulis tabernaculisque, et omni alio inſtrumento ornabantur.* Non nouum eſt, haec duo verba confundi a librariis: vt apud Suetonium Iulio cap. 18, 1. vbi vide doctiſſ. Interpretes Caſaubonum, Torrentium et Berneggerum. Poſſis tamen *ornare* interpretari, elogiis honorare: quod quaternis quinisque verſibus eum feciſſe, infra comm. 6. dicitur. [*Ordinavit* Tzſchuck. quoque copioſius expoſuit et praeferre maluit τῷ *ornauit;* ad ed. tamen 2. hoc tollere non auſus eſt, quum forte reſpexerit huc verbo *declarare* §. 6. Atque Brem. *ordinauit* in textum recepit. At *ornauit,* h. e. ſingulorum res geſtas expoſuit, easque meritis laudibus proſequutus eſt, bene explicuit et defendit Heuſing. item Schmied. et alii.] [conf. Cicer. in Brut. 3. et in Orat. c. 34. *Fiſch.*]

2 *Familiarum originem*] Ex hoc opere Voſſius c. 18. de Philologia fuiſſe exiſtimat illa de gente Papiria, quae ſignat Cicero lib. 9. epiſt. ad Papirium Paetum.

[*ſubtexuit,* h. e. admiſcuit, inſeruit res genealogicas. v. Schleg. l. c. p. 74.]

3 *Fecit hoc idem*] *Quidem* in vulgatis, errore ſcil. a pronunciatione orto.

*Iuniam familiam*] Medic. 1. *ſummarum familiarum.* An fuit, *Iuniorum familiam,* vt mox *Marcellorum, Fabiorum, Aemiliorum?* Statim edd. vett. *enumerauerit.* Nempe quia librarii τὸ *vt* pro coniunctione cauſſali acceperunt. Deinde *qui a quoque ortus:* nolim contemni.

temporibus cepiſſet. [8] Pari modo Marcelli Claudii, Marcellorum; [9] Scipionis Cornelii, et Fabii Maximi, [10] Fabiorum, et Aemiliorum quoque: [11] quibus libris [12] nihil poteſt eſſe dulcius iis, [13] qui aliquam cupiditatem [14] habent notitiae [15] clarorum 4

— 8. caepiſſet *Ed. Brix.* — 9. Marc. Cl., Marc. *Ita MS. Medic.* 2. [ *Ed. Bos.* 2. *Heus. Stau. et ſeqq. v. not.*] *Sed* Marcelli: Claudii: et Marcellorum *Ed. Brix.* Marc. Cl. de Marcellorum *Ed. Med. Arg.* [*antiq. et Ven. ac Long.*] *Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 10. Maximii *MS. Voſſ.* 1. — 11. Fabiorum et Aemil. quoque. *Sic MS. Mendos. Ed. Med. Arg.* [*acc. Ed. anti ſic mutata tantum ſcriptura atque interpunctione:* Fabii maximi fabiorum: et Emiliorum quoque.] *Sed* Fabiorum Aemiliorum *MS. Voſſ.* 1. Fab. et Aemyliorum *Ed Brix.* [*Long.*] Fab. et Aemeliorum *Ed. Ven.* de Corneliorum et Fabiorum et Aemiliorum quoque *Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Patau.* de Fab. et Aem. *Ed. Gebh.* [Corneliorum et] Fab. et Aem. quoque *Ed. Heus.* [*add. Kapp. in Harles. opuſc. p.* 469.] — 12. qui libris *Ed. Keuch. operarum peccato.* — 13. his *MS. Leid.* 2. — 14. aliquam auiditatem *MS. Medic.* 2. [*et grauius videtur Wetzel. in not.*] aliam cupiditatem *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schlegel: et ant.*] — 15. noticiae *Ed. Med. Arg.*

4 *Marcelli Claudii, Marcellorum etc.*] Sic reſtitui hunc locum fide Medicaei 2. quum hucusque omnes ediderint, *de Marcellorum*, nullo ſenſu. Nam etiamſi cum Schotto velis, *ſtirpe, origine*, vel quid ſimile exaudiri; verbum tamen deeſt, ad quod praepoſitio referatur. qua expuncta, repetes ἀπὸ κοινȣ̃ illa, *familiam ordine enumerauit:* et ad *Marcelli Claudii*, τὸ *rogatu*. [Ita quoque interpreteris *Scipion. Corn. et Fab. Max.* ſcil. *rogatu, Fabiorum et Aemil.* ſcil. *familiam ord. enumerauit.*] Sic plana omnia. Quare nec in ſequentibus recte a quibusdam editum, *de Fabiorum:* vbi praepoſitionem etiam MSS. Giſan. ac Schotti, et ed. Rom. atque Colon. non agnoſcunt. Manutius pro *Aemiliorum* mallet *Corneliorum:* quod Aemilii ad Scipionem nihil pertineant, cuius rogatu eam familiam Atticus enumeraſſe dicitur. Eamdem ob cauſſam, opinor, Lambinus idem nomen inſeruit, hunc in modum: *Et Fabii Maximi, de Corneliorum, et Fabiorum, et Aemiliorum quoque.* inuitis libris. Verum Aemiliorum familiam Scipio haud dubie ob Africanum minorem enumerari voluit, quippe ex Aemiliis ortum, eoque *Aemilianum* vocatum. A qu. ed. abeſt τὸ *quoque*. ſed habuere ſcripti, quos diximus.

*qui aliquam cupiditatem*] Non eſt inſuper habendum, quod e Med. 2. laudat Ernſtius, *aliquam auiditatem.* nam ſic et Cicero in Catone *inexhauſtam auiditatem legendi* laudat, 3. de finib. 2. Vtitur etiam et a *cupiditate* diſtinguit Plautus Mercat. prolog. v. 29. Sed al-

5 virorum. Adtigit [16] quoque poeticen; credimus, ne eius [17] expers eſſet ſuauitatis. Namque [18] verſibus, qui honore rerumque [19] geſtarum amplitudine ceteros Romani populi praeſtiterunt, ex-
6 poſuit; ita, vt ſub ſingulorum imaginibus facta magiſtratusque eorum non amplius quaternis quinisue [20] verſibus deſcripſerit. Quod vix credendum ſit, tantas res tam breuiter potuiſſe declarari. Eſt etiam liber, [21] Graece confectus, de

[*Ven. Long.* noticie *Ed. ant.*] — 16. attingit *Ed. Arg.* *Mox* poeticam *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. *Ed. Brix.* [*antiq. Paris. ſed Heus. probat lectionem* poeticen, *quae eſt in ed. Rom. Ven. Long. Lamb. Gryph. Bos. et ſeqq.*] peticam *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Med.* — 17. eius *aberat a MS. Mendos.* — 18. nanque *Ed. Brix.* [*antiq. et Ven.*] — 19. rerumque. *Sic MS. Mendos. Ed. Rom. Brix.* [*antiq. et Ven. Long. Lamb. Bos. Heus. et plurr. ſeqq.*] *Sed* rerum *omiſſa coniunctione* que *Ed. Gebh.* [*Brem.*] — 20. quinisue *Ed.* [*Rom. Gryph. Amſtel.*] *Gebh. Keuch. Heus. bene. Pat.* [*it. Harl. Tzſchuck.* 2. *Ith. Heinr. Bipont. Wetz. et ego reſcripſi pro vulgato* quinisque. *Conf. Bentlei. ad Horat. IV. od.* 2, 13 *et alibi: et a manu docta ad meum exempl. Lamb. correctum eſt* quinisue *in margine.* quaternis cum isque verſibus deſcripſerit *Ed. vet. Schlegel. et ant.*] — 21. etiam vnus

terum frequenter Nepos adhibet. vide Indicem.

5 *Attigit quoque poeticen*] [v. V. L.] Mox qu. edd. *rerum geſtarum.* Sed copulam habebat etiam MS. Schotti et ed. Rom. Quae ſi deleatur, legerim, *honore et rerum g. a.*

*ſub ſingulorum imaginibus*] Vir incomparabilis Var. lect. 3, 3 hoc opus *Amaltheion* dictum cenſet, ac de eo accipit loca Ciceronis ad Attic. 1, 11 et 14. et lib. 9, 18. vbi legi vult: *Inde exſpecto* Ἀμαλθείαν *illam tuam.* Nollem haec tanto viro excidiſſe. nam Ἀμαλθεῖον illud, ſiue *Amaltheam*, non libri, ſed loci, nomen fuiſſe, ex epiſtola 14 lib. 1 et 20 lib. 3 colligere eſt: facileque adſentior viris doctis, qui bibliothecam Attici ſic dictam cenſent. Quare neque libro 9 c. 18 ei voci locus erit. [conf. Plin. H. N. 35, 2. Schott. ad noſtr. loc. et Gronou. ad Cic. lib. 1. ad Attic. epiſt. 16. in fin.]

*quinisque*] Ed. Grut. *quinisve.* Parum intereſt, vtrum praeferas: a MSS. tamen et edd. vett. non putem recedendum.

[6 *Credendum ſit*] h. e. credibile ſit. Hunc gerundii vſum illa aetate rariorem fuiſſe, adnotarunt Brem. ac Tzſchuck. Cicero autem conſulatum geſſit a. v. 690. et ipſe ad Attic. 2, 1. meminit illius operis: *Puer tuus mihi litteras abs te et commentarium conſulatus mei, graece ſcriptum, reddidit.*]

conſulatu [22] Ciceronis. Hactenus Attico [23] viuo edita haec a nobis [24] ſunt.

XIX. Nunc, quoniam fortuna nos ſuperſti- 1
tes ei eſſe voluit, reliqua perſequemur: et, quantum poterimus, [1] rerum exemplis lectores docebimus, ſicut ſupra ſignificauimus, ſuos cuique mores plerumque [2] conciliare fortunam. Nam- 2
que hic contentus ordine equeſtri, [3] quo erat ortus, in adfinitatem peruenit imperatoris diui [Iulii] filii: [4] quum iam ante familiaritatem eius eſ-

liber *Ed. Brix.* [*antiq. ac Ven. Long.*] *Gebh. Keuch. Patau.* et vnus liber *MS. Voſſ.* 3. — 22. conſulatu, *omiſſa praepoſitione* de, *MS. Voſſ.* 3. — 23. actico *Ed. Med. Mox in eadem et Arg.* aedita. — 24. ed. haec a nob. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Leid.* 2. [*Ed. Lamb. Bos. Stau. et fere omn. rell.*] *Sed* edita a nobis *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schleg. qui probat, et antiq. ac Ven. Long.*] *Gebh. Keuch. Patau.* haec *vncis incluſit Heus. qui a verb.* Hactenus Attico *etc. cap. XIX. incipit. quod etiam fecerunt edit. Patau.* [*Tzſchuck. Ith. Heinr.*]

1. poterimus. *Sic etiam MS. Mendos.* [*Ed. Bos. et ſeqq.*] *Sed* potuerimus *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed.* [*vet. Schlegel. et ant. ac Ven.*] *Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Boecl. Bos.* 1. *Patau.* — 2. plaerumque *et poſtea* nanque *Ed. Brix.* [nanque *etiam Ed. antiq. et Ven.*] — 3. aequeſtri *Ed. Med.* — 4. diui filii *MS. Mendos. Giſ. Leid.* 2. *Voſſ.* 3. *Ed. Med. Gebh. Heus.* [*Ith. Heinr.*] duci [*l. diui*] filii *Ed. Brix.* [duci filii *Ed. vet. Schleg. et antiq.* Iulii *vncis incluſ. in Ed. Bos.* 2. *Stau. Harl. Brem. Tzſchuck. Ricklefs.*] *Vnci abſunt ab Ed.* [*Ven.*] *Arg. Long. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* [*Wetz.*

*edita haec a nobis ſunt*] Sic Lambinus. A MSS. et edd. vett. *haec* abeſt.

1 *Rerum exemplis*] *Exemplis rerum docere lectores*, notatur, vt ait Boecler in indice, adplicatio παραδειγμάτων καὶ νοημάτων ad χρήσεις γνωμικὰς καὶ πρακτικὰς, in quo praecipua hiſtoriae philoſophia conſiſtit; vt oſtendantur, inquam, officiorum fontes commemoratione actuum ex officio profectorum, i. e. exemplorum moralium.

*contentus ordine equeſtri*] Quomodo et Maecenas anguſto clavo paene contentus, maiora non concupiuit: teſte Velleio 2, 58. 2. vbi videndus Boeclerus.

2 *Diui* [*Iulii*] *filii*] Schottiani Gifaniani que codicum lectionem [*Diui filii*] magis etiam, quam quos ille laudauit, quibusque ſimiles plurimos cum nummos, tum lapides vett. apud Antiquarios habes, confirmant nummi, in quibus Auguſtus pariter IMP. DIVI F. omiſſo *Caeſaris*, et *Auguſti* nomine, cognomineque, adpellatur, vt in aereo meo mediae magnitudinis, (cui ſimiles et Erizzus ac

ſet conſequutus [5] nulla alia [6] re, quam elegantia vitae, qua [7] ceteros ceperat principes ciuitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. [8] Tanta enim

*Schmied.*] — 5. conſequutus *etiam Brix. vbique* [*et ant. pro vulgata ſcriptura* conſecutus.] — 6. vlla alia *Ed. Keuch. operarum errore,* [*qui ſublatus eſt, et editum* nulla alia *in iterata edit. Hafnienſi a.* 1776.] — 7. quae *MS. Voſſ.* 3. *et mox* ceperat *abeſt ab Ed. Brix.* [*et ant. ac vet. Schleg.* caeperat *Ed. Ven.*] — 8. humiliores *MS. Mendos.* [*Leid. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Ven. Long. Iens. epp. Cic. ap. Schlegel.*] humiliores anteibat *Ed. Brix.* [*vet. Schleg. qui probat, et antiq. nec Schmied. illam lectionem in nota et in Lexic. Corn. p.* 81. *ſqq. omnino reiicit, atque verba* qua — anteibat *referendo ad Auguſtum, quem omnes illius aetatis laudare ſolebant, ita intelligit, Atticum conſequutum eſſe Auguſti familiaritatem elegantia vitae, qua Auguſtus omnes ſuperabat ſuperiores imperatores dignitate pares, at fortuna humiliores, h. e. haud aeque felices; atque Nepotem, quum ſcripſiſſet* humiliores fortuna, *tranſiiſſe ad laudem et diuinam felicitatem Auguſti, omnia, quae nullus adhuc Romanus nactus eſſet, conſequuti. At Wetzel, (vti iam Boſius ſenſit,)* humiliores, *ſi etiam ante eſſet* pares, *ſe probaturum eſſe,*

Angelonus exhibent,) in cuius aduerſa facie duo capita, (Auguſti et Agrippae, vt volunt) cum inſcriptione, quam diximus; in auerſa, COL. NEM. et crocodilus palmae arbori adligatus, ac duobus ramis inſiſtens. Et in alio apud Occonem p. 73, in quo eadem inſcriptio, et caput Auguſti, in auerſa vero parte: Q. MAXIMO ITER. etc. Nempe cum eousque nemo alius inter Diuos relatus eſſet, (nam Cn. Pompeii Magni nummus, in quo templum cum hac ſubſcriptione: CONSECRATIO, legitur, non vna cauſſa mihi ſuſpectus eſt, vt alibi docebo,) addito *Iulii* nomine, quo is ab aliis diuis discerneretur, opus non erat. Auguſtus autem ſola *Imperatoris* adpellatione, quae illi aeque ac patri Iulio loco praenominis decreta fuerat, aliquando deſignabatur. Quare vix dubito, *Iulii* nomen heic expungendum eſſe. Quamquam interim non deſunt exempla cum nummorum, vt apud Occonem p. 37. 42. 44. 46. 50; tum ſaxorum, apud Gruterum p. 58, 1. p. 177, 1. p. 226, 5. p. 228, 6. p. 1084, 2: in quibus idem Auguſtus *Diui Iulii F.* vocatur. Sed in iis vbique *Caeſaris* nomen praemittitur. Adparet autem ex hoc loco, ſcriptum hunc librum ante, quam *Auguſti* cognomen ei decerneretur.

*elegantia vitae*] Mox MS. libri Schotti et vulgati *humiliores.* Sed alterum poſcunt, quae proxime praecedunt, *dignitate pari.*

*ceteros principes ciuitatis*] Pompeium, opinor, M. Antonium, Ciceronem etc.

*tanta proſperitas Caeſarem*] Miror, non animaduertiſſe interpretes, haec non ad Atticum, ſed Auguſtum, referenda eſſe. Quod vel ex eo, quod nomen illius ſtatim ſubiicit, intelligere poterant. Quid enim eo opus,

proſperitas Caeſarem [9] eum eſt conſequuta, vt nihil ei non tribuerit [10] fortuna, quod cuiquam ante detulerit; [11] et conciliarit, quod nemo adhuc

N n 2

*profitetur.*] — 9. Caeſarem eum. *Ita MS. Leid.* 2. [*Ed. Bos. Brem. Harl. Ricklefs.* Caeſarem eſt conſecuta *Ed. Ven. omiſſo pronomine* eum. *Atque*] eum *abeſt ab Ed. Arg. Long. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patau.* [*Ith. Wetz. Tzſchuck. Heinr. Bipont. Schmied. Pauſl.*] Caeſarum eum *MS. Mendos. Giſ. Ed. Brix.* [*vet. Schlegel. et antiq.*] Caeſarum cauſſa eſt ſequutus *MS. Voſſ.* 3. Caeſarum eſt eum conſ. *Ed. Med.* Caeſarem *vncis incluſerunt Heuſing.* [*Stau. Tzſchuck.* 1. *v. Tzſchuck. ad ed.* 2. *et Harl.*] — 10. tribuere *Ed. Gebh.* [tribueret *Ed. Ven. Long.*] — 11. tulerit *Ed. Brix.* [*antiq. et vet. Schle-*

ſi de eodem heic quoque loquitur. Satis erat, ſi dixiſſet: *Nata eſt ei neptis.* Nunc *Attico* natam ait, ne quis de eo loqui ſe putet, cuius *proſperitatem* modo praedicarat. At *quorſum de Caeſaris felicitate in vita Attici?* Vt explicatius traderet, quod dixerat, ceteros ciuitatis principes *dignitate pari, fortuna humiliore* fuiſſe. Ait igitur, nemini non parem dignitate fuiſſe, fortuna cunctis ſuperiorem. Parem, quia *nihil ei non tribuit fortuna, quod cuiquam ante detulerit.* Superiorem, quod *conciliarit ei, quod nemo adhuc ciuis Rom. quiuerit conſequi.* Sic enim poſteriora haec e MSS. ſuppleri debent; ne bis idem dicat Nepos, verbis diuerſis. Nam quod Schottus e ſuo cod. producit, *quam ciuis R. p. c.* et ad *proſperitatem* Attici refert, nauci non eſt. Lego igitur, *Caeſarem eum eſt conſequuta:* nempe Diui filium. Quoniam librarii de Attico haec acceperunt, pro *Caeſarem* reſcripſere *Caeſarum:* inde tam mira et contorta ῥῆσις nata eſt. Addidit autem Nepos prouocabulum, ſiue famae laudisque adſpectu et ἐμφατικῶς, quomodo 8, 4. 2 eſt *Pittacus ille;* et mox ſ. 4 *idem ille populus:* ſiue, vt eo Auguſtum a Iulio Caeſare diſcerneret. Quamquam et ab alio adiici potuit, qui τῷ *Caeſarem* iam in *Caeſarum* corrupto, adcuſatiuum deeſſe ratus, de ſuo ſupplerit. Sicuti contra ea, ſi a Nepote eſt, ab aliis tamquam ſuperflua omitti, aut ab vltima vocis *Caeſarem* abſorberi potuit. Vtcunque ſit, *Caeſarem* legendum, ac de eo hanc periodum accipiendam, non dubito.

*quod nemo adhuc ciuis R. quiuit conſ.*] Non potui contemnere hanc optimorum libb. Giſ. et Leid. lectionem: praeſertim quum valde frigidum et Nepote indignum ſit, quod adhuc omnes editiones occupauerat, *quod ciuis R. p. c.* Schotti liber, *quam ciuis R. p. c.* vt ad eamdem, inquit ille, *proſperitatem* referatur. Ego nullum inde ſenſum exſculpere poſſum, niſi addas in praecedentibus, *et plus conciliarit;* aut pro *quam,* legas *quantam.* Sed vtrumque aeque ineptum fuerit.

3 ciuis Romanus quiuit conſequi.[12] Nata eſt autem[13] Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat.[14] Hanc Caeſar, vix anniculam,[15] Tiberio Claudio Neroni, Druſilla[16] nato, priuigno ſuo, deſpondit: quae coniunctio[17] neceſſitudinem eorum ſanxit, familiaritatem[18] reddidit frequentiorem.

*gel.*] — 12. quod nemo — conſequi. *Sic MS. Leid.* 1. [*Ed. Iens. cum epp. Cic. Venet.* 1470. *ap. Schlegel. Bos. Stau. Harl. Tzſchuck. Brem. Wetz. (qui tamen locum interpolatum eſſe ſuſpicatur,) Ricklefs. Heinr. qui comprobat Boſii iudicium atque interpretationem.*] *Sed* quam ciuis R. quiu. conſeq. *MS. Gif. Leid.* 2. *Ed. Med.* [quod Ciuis romanq quiti cõſeq. *Ed. Ven.*] *Ab Ed.* [*vet. Schleg. et antiq.*] *Brix. abſunt iſta verba omnino.* quod ciuis Rom. quiuit conſequi *Ed. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Heus.* [*Bipont. Ith. Schmied. Pauſl. Heuſing. ad Atticum omnia refert, et plura mutat, aut aliter explicat, repugnante tamen Stauer. ad ed.* 3: *cui vero totus locus eſt ſuſpectus.*] — 13. nata eſt autem *MS. Mendos. Ed.* [*antiq.*] *Brix. Med. Arg. Par. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos.* 2. *Heus.* [*Stau.* 3. *Ith. Wetz. Schmied. Heinr. Bipont. Pauſl. Sed* nata autem eſt *Ed. Ven. Long. Bos.* 1. *Stau.* 1. 2. *Harl. Tzſchuck.* 1. 2. *Wetz. Ricklefs.*] — 14. collocarat. *Ita MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Mendos. Gif. Ed. Brix. Par. Keuch.* [*antiq. Lamb. Bos. Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* collocauit *Ed.* [*Ven. Long.*] *Gebh.* — 15. amiclam *MS. Voſſ.* 3. *Statim* Tiberio *aberat a MS. Voſſ.* 3. [*Ed. antiq. et vet. Schleg. Brix. Paris.* T. Claud. *Ed. Ven. Long. et Gryph.*] — 16. Druſilia *MS. Voſſ.* 1. 3. Druſila *Ed. Med. Arg.* — 17. conuinctio *Ed. Med.* — 18. ſanſit, ſam. *MS. Voſſ.* 1. ſic auxit, vt fam. *MS. Medic.* [ſanxit: familiaritudinem *Ed. antiq. et vet. ap. Schleg. add. not.*]

3 *Nata eſt autem Attico*] Antea editi, *Nata autem eſt,* et, *collocauit.* [Nepotis Attici vocatur a Sueton. in Tiber. c. 7. *Agrippina;* a Tacito autem Annal. 1, 12. et lib. 3, 19. *Vipſania.* Tulit igitur, (vt ait Tzſchuck.) quod notandum eſt, non patris tantum nomen, ſed et cognomen.]

*ſanxit*] Lambinus leg. putabat, *auxit.* Ernſtius e Medic. codice, *ſic auxit, vt familiarit. eor. reddidit clariorem.* Verum nihil mutandum eſt. Senſus Neptis ille: adfinitate iſta veluti lege et iure, ac religione quadam inter eos contractam neceſſitudinem, et veluti ſanctam effectam: quum antea libere, et fere ſine vlla copula amicitiam colerent. Plus autem eſt *neceſſitudo*, quam *amicitia* aut *familiaritas* Scriptura Medic. codicis ex ignorantia nata eſt elegantiſſimi loquendi modi. Fors tamen Nepos ſcripſit, *et famil. r. fr.*

XX. Quamuis ante haec ſponſalia non ſo- 1
lum, quum [1] ab vrbe abeſſet, [2] numquam ad ſuo-
rum quemquam litteras [3] miſit, quin Attico mit-
teret, quid ageret, inprimis [4] quid legeret; qui-
busque [5] in locis, et quamdiu eſſet moraturus;
ſed etiam [6] quum eſſet in vrbe, et propter ſuas 2
infinitas occupationes minus ſaepe, quam vellet,
Attico frueretur, nullus dies tamen temere in-
terceſſit, [7] quo non ad eum ſcriberet: quum mo-

1. quia *MS. Voſſ.* 3. — 2. eſſet *MS. Mendos. Voſſ.* 3. *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schleg. et antiq.*] — 3. litteris *MS. Voſſ.* 3. *Statim* miſit cum *MS. Leid.* 2. — 4. ageret inprimis: quid *MS. Mendos. Ed. Rom. Brix.* [*Ven. Par. Long. Gryph.*] — 5. quibus *Ed. Heus.* [*Ith. Bipont. Heinr. Schmied. Pauſl.* quibusue *Ed. Wetz.*] — 6. ſed etiam *Ita quoque MS. Voſſ.* 1. 3. *Leid.* 2. *Mendos.* [*Ed. antiq. Lamb. Bos. Stau. Heus. et ſeqq.*] *At* ſed et *Ed.* [*Ven. Long.*] *Gebh. Keuch. Patau.* — 7. nulla dies tamen interc. *MS. Mendos.* nullus dies temere interc. *MS. Rom. Ed. Gebh. Keuch. Patau.* [nullus dies temere interceſſerit *Ed. Ven. Long.*] nullus dies tamen temere interceſſerit *MS. Voſſ.* 1. *Ed. Med. Arg.* nullus dies tamen interceſſerit *MS. Voſſ.* 3. *Ed. Brix.* [*antiq. et vet. ap. Schlegel. Atque ita modo* temere *modo* tamen *vel omiſſum eſt vel ſeruatum. Ita quoque multi libri exhibent* interceſſerit, *quod quidem, tamquam modeſte et dubitanter adſirmantis foret indicium, cum Heuſing. quem conſules, Tzſchuckius et al. haud adſpernantur, neque tamen in textum recipere audent. Hi enim, vt Lamb. Bos.*

1 *Ab vrbe abeſſet*] MS. Schotti: *ab vrbe eſſet.* Reciperem, ſi meliores codd. concinerent. nam ſic fere 12, 3. 4 *tantum ſe ab inuidia futuros.* Tacitus 2, 16. 3 *a contumelia, quam a laude, propius fuerit.* Nunc nihil muto.

*quid ageret, inpr. quid leg.*] Sic et ed. Rom. Sed τὸ *inprimis* magis congruit ad ſequentia. Mox alii, *ſed et cum v. e.* Mutauit fide ſui codicis Schottus. Deinde MS. Giſ. *propter infin. ſuas occup.* Quae varietas facit, vt τὸ *ſuas* intruſum ſuſpicer.

2 *Nullus dies tamen temere*] Ed. Rom. et Grut. *nullus dies tem. int.* Nempe ob ſimilitudinem nunc vox poſterior a priore, nunc haec ab illa abſorpta eſt.

*quum modo aliquid*] *Quo non aliquid,* eſt etiam in Rom. Mihi optima viſa ſcriptura codicis Leid. eoque in textum recepi. Scilicet nunc incipit ſpeciatim exponere, de quibus rebus Caeſar ad Atticum ſcripſerit. Neque veriſimile eſt, quotidie aliquid de antiquitate ab eo requiſiuiſſe. Scriptum fuit, *quū mō*, indeque natum illud *quo non;* vel e praecedd. repetitum eſt.

do aliquid [8] de antiquitate ab eo requireret; modo aliquam ei quaeſtionem poëticam [9] proponeret; interdum iocans eius verboſiores eliceret [10]
3 epiſtolas. Ex quo accidit, quum aedes [11] Iouis Feretrii, in Capitolio ab Romulo [12] conſtituta, vetuſtate atque incuria detecta prolaberetur, [13] vt, Attici admonitu, [14] Caeſar eam reficiendam
4 curaret. Neque vero ab M. Antonio [15] minus abſens litteris colebatur: adeo, vt adcurate ille

*Stau. et ſeqq. ediderunt* null. dies tam. temere interceſſit.] — 8. quo non aliquid *MS. Mendos. Ed. Rom. Brix.* [*antiq. et vet. Schlegel. qui id probat,*] *Med. Arg. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* quo aliquid *Ed.* [*Ven.*] *Long. Sed* cum (*aut* quum) *MS. Leid.* 1. *Ed. Bos.* 2. [*Stau. et ſeqq. recentt.*] — 9. petitam (*l.* peticam, *vt cap.* 18, 5.) *MS. Voſſ.* 3. aliq. quaeſt. poet. ei prop. *Ed.* [*Ven. Long.*] *Gebh. Keuch. Patau.* — 10. ediceret *Ed. Brix.* — 11. aedis *MS. Mendos. Ed. Brix. Med. Arg. recte.* [edis *Ed. ant.*] — 12. ab Rom. *Sic etiam MS. Mendos. Sed* a Romulo *Ed. Brix.* [*antiq.*] *Statim* conſtitutae *MS. Mendos. Ed. Brix.* — 13. te-cta prolaberentur *MS. Mendos. Ed. Brix.* [*vet. Schleg. et ant. in qua etiam* in curia *diuiſim eſt excuſum.*] tecta probarentur *MS. Voſſ.* 3. — 14. admonitu *Ed. Rom. Paris.* [*Ven. Long.*] *Patau. Heus. Stau.* [*Harl. et al.*] *Sed* ammonitu *MS. Voſſ.* 1. *Ed.* [*antiq.*] *Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos.* monitu *MS. Voſſ.* 3. — 15. ab M. *Sic etiam MS. Leid.* 2. *Mendos. Ed. Brix.* [*ant. Lamb. Bos. Stau. Heus. et ſeqq.*] a M. Ant. *Ed.* [*Ven. Long.*] *Gebh. In MS. Voſſ.* 3. *erat* vōbat M. Autonus.

*de antiquitate*] Id eſt, vel ex antiquitate, vt ſaepe haec praepoſitio ponitur; vel de antiquitate rei cuiusdam vel moris Romani. Sed prius malim, atque putarim, hoc feciſſe Auguſtum conſilii auxiliique cauſſa, ſi quae res dubia incidiſſet. Multa enim tribuit antiquitati Auguſtus, et citius faciliusque probari exiſtimabat, quae vetuſtatis exemplo probarentur, quod clarum ex Suetonio cap. 89. Similiter Seuerus Imperator litteratos, et maxime hiſtoriarum peritos, ſi quae res incidiſſet dubia, conſuluit, vt ſimilibus exemplis ex antiquitate inſtitueretur. de quo Lampridius in eius vita.

3 *Cum aedes Iouis Feretrii*] Mihi recepta verior videtur: etſi altera [*aedis — ab Rom. — tecta prol.*] meretur amplius expendi. Adi Ind. v. *detegi.* [Ibi explicatur, tecto vetuſtate corrupto prolapſoque; et additur: „*detectam aedem* etiam Liuius dixit de ablato, ſed data opera, tecto, libr. 42, 2 et 7. et metaphorice apud Plautum, hominem cum aedificio comparantem, Moſtell. 2, 60 et ſc. 3, 6." De Ioue *Feretrio*, qui a feretro ſic dictus eſt, eiusque

ex vltimis terris,[16] quid ageret, quid curae[17] ſibi haberet, certiorem faceret[18] Atticum. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui iudicare poterit, quantae ſit ſapientiae, eorum retinere vſum beneuolentiamque,[19] inter quos maximarum rerum non ſolum aemulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quantam[20] fuit incidere[21] neceſſe

*Mox* colebantur *MS. Leid. 2.* colebant *Ed. Keuch. vitioſe.* — 16. exul eum litteris *MS. Leid. 2. Voſſ. 1. Ed. Rom. Med. Arg.* [*Ven.*] exul tum iis terris *MS. Mendos. Ed. Brix.* exul tum his terris *MS. Voſſ. 3. Ed. Paris. Long. Lamb. Schot. Gryph. Boecl. Bos. 1. Keuch. Patau. Amſtel.* [exultum iis terris, quid ageret curae ſibi haberet, certiorem facere Atticum *Ed. vet. Schleg. et ant. in qua tamen editum eſt* — cure — cerciorem. *add. Stauer. ad ed.* 3.] — 17. ageret, curae *MS. Mendos. Voſſ.* 3. *Ed.* [*vet. et ant.*] *Brix. Heus.* [*Bipont. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. ſed* ageret, quid curae *Ed. Ven. Long. Lamb. Bos. Stau. Harl. Rickleſs. Pauſl. Brem. Tzſchuck. qui contra Heuſing. bene tuetur* quid curae, *quia, vt ait, ſtudium et cura vocabulo* adcurate *declaratur, amicitia et coniunctio ex argumentis epiſtolarum probatur.*] — 18. facere *MS. Mendos. Ed. Brix.* [*ant. et vet.*] *Heus.* [*et qui eum ſupra ſunt ſequuti, ſed* faceret *Ed. Ven. Long. Lamb. Bos. Stau. et alii, hunc ſequuti et antea nominati.*] — 19. beniuol. *Ed. Brix.* [*antiq. et Ven.*] *Med. Arg. Lamb. Schot. Gebh. vbique. Statim* intra quos *Ed. Brix.* [*antiq. et vet. Schlegel.*] in quos *Ed. Med.* — 20. quanto *Ed. Arg.* [quanta *Ed. vet. Schleg. et ant.*] — 21. incidere. *Sic MS. Mendos. Leid. 2. Voſſ. 1. 3. Ed. Rom.*

templo v. Liu. 1, 10, 12. Flor. 1, 11. et 13. ac Perizon. in Animaduerſſ. hiſtor. p. 255. ſqq. ed. Altenburg.]

4 *Ex vltimis terris*] [h. e. ex Aegypto.] Ed. Rom. *exul eum literis.* Colon. Lamb. et complures aliae, *exul tum his terris.* quod non ſatis elegans mihi videtur, ac vix ita ſcripſerit Nepos. Vt nos, edidere Gothofr. Gruterus, alii: reperitque ſic et Ernſtius in MSS. codicibus: qui et Salluſtii loco firmat. Cicero in Verrem 5, 57 *Illa vox,* CIVIS ROMANVS SVM, *ſaepe multis, in vltimis terris, opem inter barbaros, et ſalutem tulit.* Cap. 60 *qui vsque ex vltima Syria atque Aegypto nauigarent.*

5 *Incidere*] Sic ed. Rom. Col. Lamb. et quae hanc ſequutae. At Grut. et alii, *intercedere.* Fortaſſe neutrum ab auctore noſtro eſt. Poteſt certe poſterius e proximo ſubaudiri. vti c. 8, 2 *vteretur.* et c. 13, 2 *commutare.* Statim Lambinus et Schottus mallent, *vrbis Romae.* quomodo et Gruterus edidit. Non opus. Sic et alii loquuntur. Iuſtin. 6, 6, 5. et 43, 3, 1. In MS. Schotti, ac forſan et aliis, τὸ *Romae* a compendio ſcripturae oriri potuit.

inter Caeſarem atque Antonium, quum ſe vterque principem non ſolum vrbis Romae,[22] ſed orbis terrarum eſſe cuperet.

1 XXI. Tali modo quum ſeptem et ſeptuaginta[1] annos compleſſet, atque ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque, creuiſſet, (multas enim hereditates[2] nulla alia re, quam bonitate eſt[3] conſequutus,) tantaque[4] proſperitate vſus eſſet valetudinis,[5] vt
2 annos triginta medicina non indiguiſſet: nactus

*Brix.* [*ant. et Ven.*] *Long. Lamb.* [*Bos. Stau. Heus. et ſeqq. Atque Heuſing. hanc lectionem contra Graeuium, dubitantem, an latine dicatur* incidit obtrect. inter Caeſarem et Anton. *vindicat ſimili loco Quinctil. I. O. libr.* 11. *c.* 1, 70. *p.* 977. Vt inter eos non forenſem contentionem, ſed ſtudioſam diſputationem crederes incidiſſe.] *Sed* intercedere *Ed. Gebh. Gryph. et al. ap. Heuſing.* — 22. Romae *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Med. Gebh.* [*Bos. Sed* Romanae *Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Stau. Heus. et ſeqq. Vtrumque poteſt recte dici.*]

1. ſexaginta *MS. Mendos. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed.* [*vet. Schleg. et ant.*] *Brix.* VII. et LXX. *Ed. Med. Arg. Lambin.* — 2. haered. *Ed. Brix. Arg. vbique* [*Ven.*] — 3. eſt *abeſt a MS. Leid. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix. Med.* [*antiq. et Ven.*] *Arg. Long. Gebh.* — 4. nunquam *MS. Leid.* 2. — 5. eſt valet. *MS. Mendos. Voſſ.* 1. 3. [*Ed. Long.*] eſt valitudin. *Ed. Brix.* [*ant. et Ven.*] vali-

1 *Bonitate eſt conſec.*] Abeſt verbum ſubſtantiuum ab edd. vett. moxque habent, *vſus eſt.* Nempe putarunt haec omnia vna parentheſi concludi: quod ſecus eſt. Eaedem edd. et Grut. Gebh. Keuch. *annis triginta.* quod neſcio cur mutarint alii.

*medicina non indiguiſſet*] Atqui ſemel atque iterum de imbecillitate Attici queritur Tullius in epiſtolis ad eum, praeſertim lib. 6, annis ante obitum illius XIIII ſcripto; ac ſerius adhuc lib. 7, 2 et lib. 10, 12. 13. Coniiciebat igitur, in Analyſi vitae Attici, ante hos annos XVIIII in ill. Lipſienſi propoſita, theſi 34, Ioh. Schilterus, hodie Sereniſſimo Duci Bernhardo a conſiliis aulicis, et ICtus ac Philologus ὁ τῶν τυχόντων, nobis non magis ſanguine, quam adfectu et amicitia coniunctus, Nepotem ita intelligi ſe velle, Atticum intra XXX annos numquam tam acuto decubuiſſe morbo, vt ſingulari Medicorum opera eum vti oportuerit. Cui coniecturae plane acquieſco. Solebant enim priſci Romani ſaepe ſola abſtinentia, aut medicina domeſtica, mederi morbis. Qua de re quaedam habes apud Medicorum huius aetatis principem, Guern. Rolfincium, lib. 14 Me-

eſt morbum, quem initio et ipſe et medici contemſerunt. Nam putarunt [6] eſſe teneſmon: [7] cui remedia celeria faciliaque proponebantur. In 3
hoc quum tres menſes ſine vllis doloribus, praeterquam quos ex curatione capiebat, conſumſiſſet: [8] ſubito tanta vis morbi in vnum [9] inteſtinum prorupit, vt extremo tempore per lumbos

tudin. *Ed. Med.* *Statim* vt annes XXX. *MS. Mendos.* vt annis trig. *MS. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*ant. et Ven. in qua, vt in Ed. Long. excuſum eſt* annis XXX.] *Med. Arg. Gebh. Keuch. Heus.* [*Ith. Heinr. Pauſl. Schmied.* annos (*ſupple* per) *rell.*] *Mox* contempſerunt *Ed. Brix.* [*ant. et Ven. Long. Stau.* 2.] — 6. putar̄ *Ed. Med.* putare *Ed. Arg.* — 7. teneſmon *MS. Gif.* [*Lamb. Bos. Gryph. Stau.* 1. 2. *Wetz. Schmied. Tzſchuck.* 2. *Heinr. Pauſl.*] *Sed* tenaſmon *MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed.* [*vet. Schleg. et ant. ac Ven.*] *Rom. Brix. Med. Arg. Long.* [*Ith. Heus. Stau.* 3. *Tzſchuck.* 1. *Harl. Ricklefs.*] τενασμὸν *MS. Mendos.* τενεσμὸν *Ed. Gebh. immo* τεινεσμὸν [*vt Manut. ap. Heuſing. et Celſus* 1, 18. *diſerte ſcribit*, quod τεινεσμὸν Graeci vocant.] — 8. conſumpſiſſet *Ed. Brix. et al.* — 9. [in imum, *vti Barth. coniiciebat, dederunt Heuſing. Ith. Ricklefs. Schmied. Heinr. et antea, notante Heuſingero, Ed. Paris. ſed v. not. et* vnum *tuetur quoque Tzſchuck. qui praeterea* proruit *coniicit pro* prorupit.]

dicinae ſpecialis commentar. ὡς ἐν γένει, ſect. 1 cap. 6. Sane Tiberius Caeſar *eludebat eos, qui poſt triceſimum aetatis annum ad internoſcenda corpori ſuo vtilia vel noxia alieni conſilii indigerent.* vt eſt apud Tacitum 6, 46. 6. vbi Lipſium vide.

[2 *Nactus eſt morb.*] rarius τὸ *nanciſci* de re mala. Sed v. Gronou. ad Aul. Gellium I. c. 24. *Fiſcher.* Tzſchuck. notat etiam locum Sueton. in Tito c. 10. *febrim nactus.*]

*remedia celeria faciliaque*] Cuiusmodi fere ſunt, quae recenſent Celſus 4, 18 et Scribonius c. 142: Plinius lib. 20, 6. 9. 12, 17. 21. lib. 27, 8. lib. 26, 9. 14. lib. 30, 7. 32, 6. 9. 33, 6. 34, 18: Paullus Aegineta 3, 41: Alexander Trallianus 8, 6: Plinius Valerianus 2, 24: Coelius Aurelianus tard. 4, 6. qui et morbi naturam cauſſasque exponunt. [Eſt nobis *Stuhlzwang.* add. Foelii Oecon. Hippocrat. p. 613.]

3 *In vnum inteſtinum*] Corrigebat Barthius: *in imum inteſtinum.* credo, quod eam teneſmi ſedem eſſe norat. Et ſane inſolitum non eſt, has voces permutari inuicem a librariis. Sic apud Macrobium in Somn. Scip. 1, 20 tribus locis *vna* vulgo legebatur, pro *imu*, vti recte Pontanus emendauit. Sed heic nulla mutatione opus. *Vnum inteſtinum* idem eſt, ac ſolum. vt ſaepe apud Noſtrum.

4 ſiſtula putris eruperit. [10] Atque hoc priusquam [11]

10. ſiſtulae puris eruperit *MS. Giſ.* [ſiſtule puris erumperent *Ed. ant. et vet. Schlegel.*] ſiſtulae puris erumperet *MS. Mendos. (in quo adſcripta haec erant:* ſiſtulae poris erumperent. al. ſiſtulae pus erumperet. al. ſiſtulae putres eruperint,) *Voſſ.* 1. *Brix.* ſiſtula puris *(ſic etiam Schoppii MSS. tres legunt)* erumperet *MS. Voſſ.* 3. ſiſtule puris eruperit *MS. Leid.* 2. pus erumperet *MS. Medic.* [*quod probauit Bos. v. notam, et Schmied. in textum admiſit* pus eruperit. *Henſing. quoque in nota lect. cod. Medic. et coniecturam Boſii praeſert vulgatae. At vnde habuerit, cod. Medic. exhibere* eruperit, *et id probaſſe Boſium, equidem neſcio. Nam in Ed. 2. Boſii (vti repetitum eſt in ed. Stau. et Fiſcher.) clare legitur* erumperet.] ſiſtulae putris eruperit *Ed. Rom.* [*Ven.*] *Long.* ſiſtule putris erumperent *Ed. Med.* ſiſtulae putris eruperent *Ed. Arg.* ſiſtula pus ſe eruperit *coniecit Oudendorp. ad Caeſ. B. C.* 1, 8. — *Obſſ. miſc.* 10. *p.* 103. — 11. atque hoc priusquam. *Ita etiam MS. Mendos. Ed. Rom. Brix.* [*ant. et Ven.*] *Long.* [*Lamb. (vbi tantum, vti in Ed. Ith.,* prius, quam *commate diſtinctum legitur,) Bos. (cuius not. confer,) Stau. et ſeqq. Brem. autem verba* atque hoc — accideret, *tamquam adulterina vncis incluſit. Sed Ricklefs, lacunam hic cum aliis ſuſpicatus, poſt* accideret *ſtellulas, lacunae ſigna, poſuit. Mox* accederet *Ed. Ven. pro* accideret. *vid. not.*]

*ſiſtula putris eruperit. Atque antea etc.*] Ed. Rom. Col. *ſiſtulae putris eruperit.* Gifanius et Sauaro, et, e tribus, vt ait, optimae notae manuſcriptis, Schoppius de arte Critica p. 63, *ſiſtula puris,* Barthio et Loccenio probantibus. Rigaltius ad Artemidorum p. 21 laudat: *ſiſtulae puris erumperent.* Simpliciſſima, eoque mihi veriſſima eſt ſcriptura Medicaei codicis, *pus erumperet.* Quomodo Celſus 6, 18. 2 *ſi pus ex iis* (vlceribus ſcil.) *profluit.* Et paullo poſt: *ſi pus coepit profluere.* Et lib. 5, 28. 8 *vbi adapertus eſt* (furunculus) *et exiit pus.* Ac dubito, an ſiſtula ipſa, quae vlceris ſpecies eſt, recte dicatur *erumpere. Naſci* potius et *oriri,* et *aperiri* dicitur. Adſcripſerat autem, vt videtur, aliquis in ora, *ſiſtulae* vocem: quae textui intruſa, tot discrepantibus lectionibus occaſionem praebuit, quum alii aliter *puris* vocabulum, vt ei reſponderet, transformarent.

4 *Atque hoc priusq. ei accideret*] Sic MSS. et edd. Rom. Col. ac reliquae pleraeque. Sed Grut. et quaedam aliae nonnulla inſerunt, hoc modo: *Atque antea quidem morbi diuturnitatem moleſte ferebat, priusquam hoc ei acciderct:* (vel *accederet:) poſtquam vero in dies etc.* Quae vnde deſumta ſint, dicere non poſſum. Schottus ſuſpicabatur intruſa a gloſſa, quod repugnent praecedentibus. Hoc voluit, opinor: non potuiſſe Atticum *morbi diuturnitatem moleſte ferre,* quia *ſine vllis doloribus* fuerat. Verum agnoſcit ipſe Nepos *dolores,* etſi non alios, quam *quos ex curatione capiebat.* Et potuere alii ſupervenire, cum iam *vis morbi in vnum inteſtinum proruperat,* ante tamen quam *per lumbos pus erumperet:* quod *extremo* demum *tempore* factum Nepos ait. Iam conſilium de vita inedia finienda *quinto* ante obitum *die,* vt e cap. 22, 3 ad-

ei accideret, poſtquam in dies dolores accreſcere, febremque [12] acceſſiſſe ſenſit, Agrippam generum ad ſe arceſſiri [13] iuſſit et cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducaeum. [14] Hos vt veniſſe vidit, in cubitum innixus: [15] quantam, in-

12. febresque *MS. Leid.* 2. *Ed. Rom. Brix. Med. Arg.* [*antiq. et Ven. Long.*] *Gebh. Gryph. Keuch.* — 13. arceſſi *MS. Voſſ.* 1. [*Bos.* 1. 2.] *Sed* accerſi *MS. Mendos. Gif. Voſſ.* 3. *Ed. Brix.* [*antiq.*] *Schot.* acceſſiri *Ed. Med. Arg.* accerſiri *Ed. Rom.* [*Ven.*] *Long.* arceſſiri *MS. Leid.* 2. *Ed. Gebh. Keuch. Stau. Patau.* [*Heus. Ith. Wetz. Bipont. Harl. Ricklefs. Schmied. Heinr. et ſic reſcripſi. v. ſupra ad X,* 2, 2. *inter varr. lectt. p.* 202.] arcerſi *Ed. Lamb. Similis permutatio in libris ſcriptis et editis apud Iuſtin.* 18, 2, 4. — 14. [Sex q3 peduceū *Ed. ant.* Sextūq3 peduceū *Ed. Ven.* peduceum *etiam Ed. Long.*] Sex. q. peduceum *Ed. Brix. Med. Arg.* — 15. innixus. *Sic MS. Gif. Mendos. Medic.* 2. *Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Rom. Paris. Brix. Med.* [*antiq. Bos.* 2. *Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* nixus *Ed. Arg.* [*Ven. Long.*] *Lamb. Schot.*

paret, iniit. Vix igitur *prius, quam* id *ei accideret*, vt per lumbos pus erumperet. nam ab eo tempore dies aliquot ſuperuixiſſe credibile eſt. Neque enim ſtatim atque pus erupit, mortem adfert. Immo ob hanc ipſam rem videntur *accreuiſſe dolores, febresque acceſſiſſe.* Non igitur *priusquam ei accideret.* Proinde videtur omnino aliquid deſiderari, ad quod ea verba referantur, quum ad ſequentia vix poſſint. Ac facile fieri potuit, vt integer verſus excideret, aut ob illud *prius τὸ antea*, tamquam idem ſignificans, cum iis, quae proxime ſequebantur, omitteretur. Quoniam tamen mihi non conſtat, num ea in aliquo MS. codice reperta fuerint, nil definire auſim. Praeſertim quum et adiici potuerint ab aliquo, qui illa, *hoc priusquam ei accideret*, de vniuerſis, quae antecedunt, acceperit, quum fortaſſe de *extremo* tantum *tempore* deberet. Ceterum, quod in ed. Rom. et poſtrema Boecleri legitur, *accederet*, mendum puto ſiue typographi, ſiue librarii. nam idem verbum paullo poſt ſequitur.

*febremque*] Ed. Rom. et Grut. *febresque.* quomodo Ouidius I de Ponto II, 5 *Nec dolor vllus adeſt, nec febribus vror anhelis.* Et paſſim Cyprianus, Tertullianus, Lactantius, eius aeui alii.

*arceſſi*] Vide Pareum Lexico Critico, et Buchnerum ad Fabrum, in v. *cieo.* Ed. Rom. et Col. habent, *accerſiri.* quod ex *accerſi*, (ſic enim Nepotem puto ſcripſiſſe,) corruptum videtur. Grutero, Gebhardo, Keuchenio placuit *τὸ arceſſiri.*

*Balbum*] Pro quo exſtat oratio Ciceronis.

5 *In cubitum innixus*] Non dubitaui, veram eſſe hanc librorum Gif. Schotti, ac Medic. 2 et ed. Rom. lectionem, etiam Gebhardo et Keuchenio probatam. Abſorpſit in aliis praepoſitionem vltima proximae vocis littera; inde vulgatum illud *nixus.* Sic autem et Cicero loquitur. vide Indicem.

quit, curam diligentiamque [16] in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, quum vos teſtes [17] habeam, nihil neceſſe eſt [18] pluribus verbis commemorare. Quibus quoniam, vt ſpero, ſatisfeci, me nihil reliqui feciſſe, [19] quod ad ſanandum me pertineret, reliquum eſt, vt egomet [20] mihi conſulam. Id vos ignorare nolui. [21] Nam
6 mihi ſtat, alere morbum deſinere. Namque [22] his diebus quidquid cibi potionisque ſumſi, ita

*Boecl. Bos.* 1. — 16. et diligent. *Ed. Brix.* [*ant.*] *Mox* valitudin. *Ed. Brix.* [*antiq. et Ven.*] — 17. nos teſtes *MS. Voſſ.* 1. 3. — 18. nihil nec. eſt. *Ita MS. Sau. Medic.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 2. *Ed. Brix. Med.* [*ant. Bos.* 2. *Paris. Stau. Heus. et ſeqq. add. not.*] *Sed* nihil opus eſt *Ed. Arg.* [*Ven. Long.*] *Lamb. Boecl. Bos.* 1. *Pat.* nihil neceſſe *MS. Leid.* 2. *Mendos. Gif. Ed. Gebh. Keuch.* — 19. me nih. rel. feciſſe. *Sic MS. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Rom.* [*ant. et Ven.*] *Brix. Med. Arg. Long. Gebh.* [*Bos.* 2. *Stau.* (*cui tamen totus locus eſt ſuſpectus,*) *Heus. et ſeqq.*] *Sed* nihil reliqui feci *Ed. Lamb. Schot.* nihilque reliqui feci *Ed. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau.* — 20. et egomet *pro* vt egomet *MS. Leid.* 2. — 21. vos — uolui *Ed. Med.* — 22. nāque *Ed. Brix.* [*Ven.*] *Tum* quicquid *Ed. Brix. et al. Statim* cibi potionisque ſumpſi *MS. Mendos. Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schleg. et ant.* (*vbi tantum ſcriptum eſt* pocionisque,) *Paris.* (*ap. Heuſing.*) cibi potionisque ſumſi *Ed. Tzſch. Harl.*

*nihil neceſſe eſt*] Sic MSS. Gif. Schotti, et vterque Medicaeus. nec aliter edidere Gebhardus et Keuchenius. Reliqui, *nihil opus eſt.* Forſan neutrum a Nepote eſt. [Sed dubitat Tzſchuck. probatque editum.] Sane Plautus ad hunc modum Captiu. 2, 2. 94 *Nihil eſt, ignotum ad eum mittere: Operam luſeris. Nihil eſt*, id eſt, nil attinet, non eſt operae pretium, non eſt opus.

*me nihil reliqui feciſſe*] Haec lectio eſt MS. Leid. et edd. Rom. Gothofred. Grut. Gebh. Keuch. ſed Col. Lamb. Schotti, et nuperae pleraeque, *nihil reliqui feci;* an librorum vett. auctoritate, Schottus neſcire ſe ait: qui haud dubie in ſcriptis ſuis alteram reperit. quae mutari non debet. *Satisfacere,* eſt excuſare, pacare. quo ſenſu Itali dicunt: *Io ſon ſodisfatto*, i. e. acquieſco, contentus ſum. Niſi totum illud, vna cum illis *nihil quod ad ſanandum me pertineret*, a mala manu eſt. quod valde vereor. Praeceſſit enim proxime *ſatisfeci.* ſequiturque ſtatim, *reliquum eſt.* Et iam dixerat, *magnam ſe diligentiam in valetudine ſua tuenda adhibuiſſe.* [conf. Harl. et Kappii not. Heuſing. ita explicat: *quibus* (teſtibus) *quoniam ſatisfeci* (ſcientibus,) *me nihil reliqui feciſſe.*]

6 *Quicquid cibi*] Statim MSS. Leid. et qu. edd. addita vna voce, *dehortando impedire conemini.* Non dubito, aeque ac τὸ *potionisque*, a gloſſa eſſe.

produxi vitam, vt auxerim dolores ſine ſpe ſalutis.
Quare a vobis peto primum, vt conſilium probetis
meum: deinde, ne fruſtra dehortando conemini.[23]

XXII. Hac oratione habita, tanta conſtan- 1
tia [1] vocis atque vultus, [2] vt non ex vita, ſed ex
domo in domum videretur migrare, quum qui-
dem Agrippa eum flens, atque oſculans, [3] oraret
atque obſecraret, ne ad id, [4] quod natura coge-
ret, [5] ipſe quoque accelerarct: [6] et quoniam tum 2

*et ego* cibi potionisque ſumſi *reſcripſi. In reliquis libris deeſt* potionisque.] — 23. dehortando impedire conemini *MS. Leid.* 2.
1. conſtancia *Ed. Med.* — 2. vultus fuit *Ed. Brix. Par.* — 3. obſecrans *MS. Schopp. qui mox omittit verba:* atque obſecraret. — 4. ne ad id. *Ita MS. Leid.* 1. 2. *Voſſ.* 3. *Ed. Rom.* [*antiq. et Ven.*] *Brix. Med. Arg. Long.* [*Bos.* 2. *Stau. Heus. Welz. Harl. Tzſch. Bipont. Rickleſs. Pauſl.*] *Sed* ne id *Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos.* 1. [*Schmied. Ante ſequens voc.* quod *ſupple* ad.] — 5. coegerat *Ed. Brix.* [*vet. apud Schlegel. qui probat, et ant. Sed* cogeret *Ed. epiſt. Cicer. Ienſon.* 1470. *Ven et rell.*] — 6. ſibi accelerarct *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schleg. qui huic lectioni fauet; it. Ed. ut cum epp. Cic. ad Attic. et ant. cum Plutarchi vitis latine verſis, ac Ven.*] *Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos.* 1. *Patau. Heus.* [*qui in longa nota vindicat probatque* ſibi, *quem datiu. caſum h. l. eſſe incommodi iudicat, prouocatque ad Sanctii Mineru. II. c.* 4. *et ad Perizon. ad illum loc. nr.* 5. *p.* 182. *denique* ſibi accelerare ad aliquid *interpretatur, cum maximo malo exitioque ſuo accelerare: Ed. Bipont. Ith. Wetz. et in ind. Bos. citatur* accelerare ſibi aliquid.] ſibi accellerarct *Ed. Med.* [*ſed* ſibi *omittunt codd., vti videtur, Staueriani, Ed. Bos.* 2. *Stau.* (*qui contra Heuſing. diſputaus dubitat, num dici poſſit* ad aliquid ſibi accelerare; *nec Schmied. in Lexic. Corn. p.* 83. *ſq. illam formulam concoquere poterat, aut legendum putarat, et in ed. ſua reſcripſit,* ne id, — ipſe

1 *Oſculans*] Vt ſolebant moribundos Romani: de quo videndus Kirchmannus 1. de funer. Rom. cap. 5. Non igitur eſt, cur cum Schoppio Veriſim. 3, 8. p. 109. legamus, *obſecrans*, vt iam monuit Ernſtius.

*ne ad id, quod nat. cog.*] Lambinum, qui deleuit τὸ *ad*, ſequuti alii. Nos diutius exſulare paſſi non ſumus, cum etiam in excerptis MS. Leid. et Ed. Rom. Col. Grut. aliisque inueniremus. Fortaſſe tamen legi debet, *id ad quod n. c.* Mox Lambinus, et poſt eum alii, *obſtinatione compreſſit.* quomodo Plautus Rudent. 5, 3. 46. *Non tacebo vnquam alio pacto, niſi talento comprimor.* et Merc. 2, 3. 6. *Mihi mala res obiicitur aliqua, Bonum quae meum comprimit conſilium.* Verum reliquae, quas dixi, edd. conſtanter exhibent, *depreſſit.* An fuit, *repreſſit?* quo verbo et alibi non ſemel vſus eſt.

quoque poſſet temporibus ſupereſſe, ſe ſibi ſuisque reſeruaret: preces eius taciturna ſua obſti-
3 natione depreſſit.[7] Sic cum biduum[8] cibo ſe abſtinuiſſet, ſubito febris[9] deceſſit, leuiorque[10] morbus[11] eſſe coepit. Tamen propoſitum nihilo ſecius peregit. Itaque die quinto poſt, quam id conſilium inierat, pridie Kalend. Aprilis,[12] Cn.
4 Domitio,[13] C. Soſio Coſſ. deceſſit. Elatus eſt in lecticula, vt ipſe praeſcripſerat,[14] ſine vlla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus eſt iuxta viam Appiam, ad quintum lapidem, in monumento Q. Caecilii,[15] auunculi ſui.

quoquo ſibi acceleraret,) *Harl. Brem. Ricklefs. Heinr. Pauſl. et Tzſchuck. qui bene animaduertit, ſi* τὸ ſibi *addatur, durius iſtud* ad *ante* id *debere abeſſe.*] — 7. depreſſit. *Ita etiam MS. Leid.* 2. *Voſſ.* 1. 3. *Ed. Brix.* [*antiq. et Ven.*] *Med. Arg. Long.* [*Bos.* 2. *Stau. Heus. et ſeqq.*] *Sed* compreſſit *Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos.* 1. — 8. biduo *Ed. Keuch. Mox* abſtinuiſſet *omiſſo* τῷ ſe *MS. Ernſt.* — 9. febri *Ed. Brix.* [*vet. ap. Schlegel. et ant. ac Ven.*] — 10. leuiorque — — deceſſit. *Aberant a MS. Mendos. Ed. Brix.* [*vetuſta ap. Schleg. et antiq.*] *Aberant etiam ab MS. Voſſ.* 3. *inde a* τῷ leuiorque *ad verba* C. Soſio. [*Sed totus locus ſeruatus eſt in Ed. Iens.* 1470. *cum epiſt. Cicer. ac Ven. et rell.*] — 11. moribus *MS. Voſſ.* 1. *Idem dein* ſecus *loco* ſecius. — 12. Aprileis *Ed. Schot.* — 13. in Domitio *MS. Voſſ.* 1. Gu. Domicio *Ed. Med. Arg. Mox* Siſio *Ed. Boecl.* — 14. preſcripſer. *Ed. Arg.* [*antiq.* p̄ſcripſer. *Ed. Ven.*] *Poſt* ad quinctum *Ed. Gebh.* [apiam ad Aquintum *Ed. ant.* ppm ad Aquint. *Ed. vet. Schleg.*] — 15. Cecilii *Ed. Brix. Med. Arg.* [*ant. et Ven.*] — *In Ed. Arg. extrema hac vita additur:* TELOS. [*In Ed. Ven.* FINIS.]

[2 *Temporibus ſupereſſe*] Heuſing. interpretatur, eſſe ſupra tempora, pericula, mala, neque ab iis opprimi, nec ei placet Manutii explicatio de vitae ſpatio. Tzſchuck. id ad vitae terminos, a natura conſtitutos, quos egredi vel contrahere inedia tentabat Atticus, malit referre.]

3 *Leuiorque morbus*] Vide Ernſtium ad cap. 21, 6.

4 *In lecticula*] Adi Kirchmann. de funer. 2, 9. *Lecticula,* ſcil. funebri, nobiliores et ditiores; ceteri *ſandapila* efferebantur. Add. Pignorium de ſeruis p. 273.

*vt ipſe praeſcripſerat*] Ita ſolebant Romani. vide Kirchmannum de funer. Rom. 1, 4.

*ſepultus eſt iuxta viam Appiam*] De illuſtribus aliquot ſepulcris in via Appia vide Seueranum Romae ſubterraneae lib. 3, 11. [v. Gronou. de pec. vet. p. 16. *Fiſcher.*]

# CORNELII NEPOTIS
# FRAGMENTA

QVAE REPERIRI POTVERVNT

OMNIA OLIM SVMMO

ANDREAE SCHOTTI

STVDIO COLLECTA SCHOLIISQVE ILLVSTRATA NVNC RECENSITA EMENDATA ALICVBI AVCTA NOTISQVE ILLVSTRATA

A

IOH. ANDREA BOSIO

# CORNELII NEPOTIS
# FRAGMENTA
## QVAE REPERIRI POTVERVNT
### OMNIA
## ANDREAE SCHOTTI
### STVDIO COLLECTA NVNC PASSIM EMENDATA ET ALICVBI AVCTA

### CHRONICORVM LIB. I

I. De Homero et Heſiodo inter omnes fere ſcri- 1
ptores conſtitit, vtrumque ante Romam conditam vixiſſe, vt Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum et ſexaginta. *A. Gell. N. A.* 17, 21, 3.

[Fragmenta multo aliter, qua verba, in Edit. Patau. laudantur. Sed non placuit eam varietatem enotare. *Fiſch.*]

1 *De Homero*] Schottus edidit: *Vixit Homerus ante R. C. etc.* Verum ea non ſunt ipſa Gellii, nedum Nepotis verba, ſed a Schotto paullum immutata. Quomodo et in ſequentibus ſubinde veterum ſcriptorum ῥήσεις aliter inflexit, aut ex iis, quae praeceſſerant, ſuppleuit, alicubi et de ſuo addidit, quae nusquam apud illos reperire eſt. Quae omnia nos deinceps ſuo quodque loco indicabimus; ne quis pro Nepotinis accipiat, quae a Schotto inſerta aut interpolata ſunt. Et pleraque in ipſo textu ita reſtituimus, vt ipſa ſcriptorum, vnde deſumta ſunt, verba, eaque ex optimis editionibus ſcriptisue codicibus correcta, repraeſentauerimus: vt hoc loco factum eſt.

*de Homero*] De Homeri aetate plura habes in Synagoge hiſtoriarum Scaligerana, ſub rege Ioas, et in animaduerſion. Euſebianis ad num. 908. 965. 996 et 1003: ap. Petauium de doctrina temp. 9, 30: Voſſium de Poëtis Graec. cap. 2: ac praeſertim Salmaſium in Plinianis, et Allatium libro de patria Homeri.

*annis cir. centum et ſexaginta*] Sic fere omnes Latini, Apollodorum ſequuti. Graeci valde inter ſe diſcrepant. de quo poſt Euſebium et Syncellum in chronicis, ac Synagogen Scaligeranam, Salmaſius in Solinum p. 866 prolixe. Voſſius multo iuniorem, et Romulo, aut Numae, aequalem facit. [Wetzel.

2 Nepoti, et Lutatio Romam placet conditam Olympiadis ſeptimae anno ſecundo. *Solin. Polyh. c. 1. ed. Salm.*

3 Archilochum Nepos Cornelius tradit Tullo Hoſtilio Romae regnante iam tunc poematis clarum et nobilem. *A. Gell. N. A.* 17, 21, 8.

4 M. Manlius Romae, qui Gallos in obſidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, conuictus eſt conſilium de regno occupando iniiſſe: damnatusque capitis, e ſaxo Tarpeio, vt M. Varro ait, praeceps datus eſt: vt Cornelius autem Nepos ſcriptum reliquit, verberando necatus eſt. *Gell. ibid.*

ſequentem notam adſcripſit: „Noſter varios forſan ſcriptores ſequutus variis locis varias ſententias propoſuit. Nam Freculphi Chron. tom. I. libr. 3. c. 7. *Homerus*, inquit, *poeta in Graecia claruit, vt ait Cornelius Nepos, ante Olympiadem primam; ante vrbem conditam anno centeſimo viceſimo quarto.*"]

2 *Nepoti et Lutatio*] Etiam heic Schottus ediderat: *Roma condita Olymp. ſept. etc.* Nos ipſa Solini verba repoſuimus.

*Romam conditam*] Vide Panuinium in Commentar. ad 1 Faſtorum, et de tempore Romae conditae plura apud principes Chronologorum, Scaligerum lib. 5 de emend. temp. Petauium de doctrina tempor. 9, 47 et deinceps, ac parte 2 Rationarii 3, 2: itemque Caluiſium Iſagog. chronol. cap. 10: Iac. Capellum in hiſtor. ſacr. et exot. V. T. anno M. 3246: Wilh. Langium de annis Chriſti 2,11: Reinhold. Franckenbergerum Compend. chronol. lib. 2 ſect. 2 c. 4: Aegid. Strauchium Breviar. chronolog. 4, 17: et, qui nouiſſime id argumentum diligenter perſequutus eſt, Ricciolum Chronolog. reform. lib. 4 cap. 2.

*Olympiadis ſept. anno ſecundo*] Sic et Polybius, antiquiſſimam Anchiſenſium tabulam ſequutus, exiſtimauit; vt e Dionyſio Halicarn. cognoſcimus. Atque hoc anno ineunte, Periodi vero Iul. 3663 vrbem conditam, cenſet quoque, pluribusque docere conatur Langius loco modo laudato. Etſi plerique Olymp. ſextae tertio quartoue conditam cenſent. Verum res tota adhuc incerta eſt.

3 *Archilochum*] Clemens Alex. 1 Stromat. Simonidi coaeuum facit, aitque *iam cognitum fuiſſe poſt Olympiadem XX.* Euſebius Chronico, vtriusque meminit ad Olympiad. XXVIIII ann. 2. Alii Olympiade XXIII floruiſſe ſcribunt. Vide Voſſ. de poët. Graec. cap. 3.

4 *Manlius*] *Marci* praenomen huic *Manlio* Liuius quoque tribuit. ſed Diodorus *Aulum*, Dionyſ. Halicarn. *Titum* vocat. [conf. Liu. 5, 47, 4. et 6, 20, 12.]

Alexander Magnus Pellae oritur, vt Nepos 5
edidit, M. Fabio Ambuſto, Tito Quinctio Capitolino Coſſ. poſt Romam conditam anno trecenteſimo octogeſimo quincto. *Solin. Polyh.* c.40. (45.)

P. Terentius maxime familiariter vixit cum 6
Scipione Africano, et C. Laelio etc. quamuis



5 *Alexander Magnus*] Repoſuimus et heic ipſa Solini verba, nam Schottus ediderat, *Alex. M. Pellae ortus M. Fabio etc.*

*anno trecent. octogeſ. quinto*] Hunc numerum, ſi Salmaſio credimus, omnes libri MSS. typis excuſi praeferunt: antiquiſſimi quique plenis planisque omnibus litteris, alii numeralibus notis expreſſum. Delrius tamen et Graſſerus ediderunt *trecent. nonageſimo nono:* vterque MSS. codd. inſtructus: quamquam in iis ita ſcriptum hoc loco ſe reperiſſe Graſſerus non ait: Delrius in ſuis totum hunc locum non haberi teſtatur. Camers corrigebat *anno quadringenteſimo.* quem recte refellit Delrius. Ceterum vt vulgo legitur, haud dubie in duobus illis Toletanis reperit Schottus. Alias enim varietatem ſcripturae adnotaſſet. Et tamen certum eſt, eo V. C. anno non modo hos, ſed nullos omnino conſules fuiſſe: rexiſſe vero vrbem tribunos militares conſulari poteſtate. Quare Delrius opinabatur, negligenti librario errandi cauſſam fuiſſe, quod, cum anni 384 vltimum tribunum, M. Fabium Ambuſtum, ſequentis anni primo, L. Quintio Capitolino coniunxiſſet, nouo quodam emendandi genere, anni 385 eos conſules effeciſſet: deinde animaduerſo, Ambuſti Coſ. collegam praenomen *Titi* habuiſſe, *L.* in *T.* commutatum. Salmaſius, etſi coniecerat leg. anno CCCLXXXXV, Nepotemque ſequutum aeram Pictoris; mauult tamen hallucinationem Solini eſſe, qui et alibi pro libito finxerit paria conſulum, quae numquam fuere. Aliam enim lectionem vix admittere conſtantem hanc in omnibus libris ſcripturam. De tempore, quo ortus Alexander, plura Chronologi paullo ante laudati, et in Chronico ſuo Iac. Vſſerius.

6 *P. Terentius*] Schottus edidit: *P. Terentius Scipionis Africani et C. Laelii aequalis.* Malui ego ipſa Donati, ſeu potius Suetonii, verba repraeſentare. Integer locus ſic habet: *Cum multis nobilibus familiariter vixit, ſed maxime cum Scipione Africano, et C. Laelio: quibus etiam corporis gratia conciliatus exiſtimatur. quod et ipſum Feneſtella arguit, contendens vtroque maiorem natu fuiſſe: quamuis et Cornelius Nepos aequales omnes fuiſſe tradat.* Ceterum neſcio cur haec Schottus e Chronicis deſumta putet, cum ea, quae Donatus ſequenti pagina de C. Laelio, vt opinor, ex eodem libro narrat, infra cap. 6, 1 inter *incerta* retulerit. neque credo, Nepotem tam multa de Terentio in Chronicis, exiguo libello, ſed potius in *Viris illuſtribus*, aut alio quodam opere, dixiſſe. [Conf. cel. G. Sainte-Croix Examen critique des anciens Hiſtoriens d'Alexandre le Grand. ed. 2. Paris. 1804. 4. p. 693. ſq. qui

Cornelius Nepos omnes aequales fuiſſe tradat. *Donatus ſ. Suet. in Vita Terentii.* [*ſed. v. Wetzel.*]

*Minucius Felix* c. 22. ſcit hoc Nepos et Caſſius in hiſtoria. *Fiſch.*]

[*Nepotis liber de hiſtoricis. v. Dion.* 3, 2. *Fiſch.*]

[*Conf. Tertull. Apolog.* 10. *p.* 111. *Hauerc. ſ. p.* 31. *vol.* 5. *Semler. Fiſcher.*]

[*Catulli verſicc. ap. V. D. ad A. Gellium*, 7, 18. *Fiſcher.*]

[*Hieronym. Euſeb. Chron. Can. p.* 106. *Scal.* et, vt ait, Cornelius Nepos etc. *Fiſch.*]

[*Lactant.* 1, 13, 8. Latini Nepos. *Fiſcher. Ad Lactantii loc. Nepotem citari in Chronicorum libris, in nota obſeruat Cellar.*]

## CORNELII NEPOTIS EXEMPLORVM

### LIB. II

1 II. A virgine Veſtale. *Fl. Chariſius lib.* 1. *Grammat.* [*p.* 119. *ed. Putſch.*]

### LIB. V

2 Cornelius autem Nepos, et in libro exemplorum quinto id quoque litteris mandauit, mul-

A. Gellium nominat *un copiſte inexact de la chronique de Cornélius Népos*, et praefert Solini teſtimonium. add. eumdem p. 633. ſq.]

1 *A virgine Veſtale*] Lege, *quia non rem, ſed perſonam* (vel *quia perſonam, non rem*) *ſignificat.* Hoc enim discrimen paſſim eo libro inculcat; Ablatiuos ſcil. huiusmodi, ſi homo ſic vocetur, in E; ſi res, in I finire. In v. *Aedile* p. 96 edit. Putſchii: *Nomina quaecunque genitiuo ſingulari* IS *finiuntur, oportet ablatiuo ſingulari E litera terminari. A prudente, ab homine. quod ſi adiicias aliquid, per I debet dici, A prudenti conſilio.* Et paullo poſt: *Agile, ab agili, ſi de perſona dicitur, dici debet. quod ſi rem ſignificabis, ab hoc agili dici debet.* P. 97 *Cereale, ablatiuo E terminabitur, ſi homo ſit: Cereali, ſi res ſit et fructus.* Adde p. 102. 106. 108. 111. 115. 119. Quam recte autem iſta ſe habeant, docebit Voſſius de analogia 2, 11. [*Veſtali* edidit Wetzel.]

2 *Corn. Nepos*] Ipſa ſunt Gellii verba, omiſſa a Schotto, qui ſic repraeſentauit hunc locum: *Multis in Senatu placuit, vt qui captiuorum Romanorum ab Annibale redire nollent, d. c. ad An. ded. ſed ea ſententia n. pl. q. id n. v. ſuperata: ii t. q. ad A. n. r. v. adeo deteſtabiles inuiſique fuerunt, vt t. v. c. n. ſ. c.*

tis in Senatu placuiſſe, vt ii, qui redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur, ſed eam ſententiam numero plurium, quibus id non videretur, ſuperatam; eos tamen, qui ad Hannibalem non rediſſent, vsque adeo inteſtabiles inuiſosque fuiſſe, vt taedium vitae ceperint, necemque ſibi conſciuerint. *A. Gellius N. A.* 7, 18, 11.

## CORNELII NEPOTIS ILLVSTRIVM VIRORVM

### LIB. II

III. Subinde. *Soſipater Chariſ. l.* 2. *p.* 195. 1 *ed. Putſchii.*

### LIB. XV

Harum partum. *Ibid. p.* 114.

### LIB. XVI

A fratre patruele. *Ibid. p.* 113.

inſertis alicubi, quae Gellii non erant: contra ea omiſſis, quae erant,

*multis in Senatu*] Habes eandem hiſtoriam et lib. 3, 32. Vide.

*inteſtabiles*] Sic habent edd. quas vidi. quomodo Lex XII Tabularum, tab. 7 *improbus inteſtabilisque eſto*. Et Horatius 2 Sat. 3, 181 *inteſtabilis et ſacer eſto*. Et credibile eſt, *inteſtabiles* habitos, qui fidem deſeruerant, hoſti datam. Schottus tamen edidit, *deteſtabiles*. vide, quae apud Gellium praemittuntur.

1 *Harum partum*] Vide de his et ſimilibus Voſſium de analog. 2, 14. Sed Chariſii locus aliter interpungendus eſt, quam vulgo legitur. Putſchius edidit: PARTVM. *Caeſar de analogicis*, HARVM PARTVM. *Cornelius Nepos in illuſtrium decimo quinto. Et Ennius*, IAMQVE FERE QVATVOR PARTVM. Diſtingue: PARTVM, *Caeſar de analogicis*. HARVM PARTVM, *Corn. Nepos e.* 3.

*a fratre patruele*] Verba Chariſii haec ſunt, lib. 1 Inſtit. Grammaticarum: PATRVELE. AB HOC PATRVELE. *Cornelius Nepos illuſtrium virorum libr. XVI*: A FRATRE PATRVELE, *inquit, rem neceſſitudinis, ſed perſonam oſtendat.* Quae corrupta eſſe, manifeſtum eſt. et videtur aliquid excidiſſe. Tentabam igitur: *cum non rem neceſſitudinis, ſed perſ. oſtendat.* Repetenda heic, quae modo diximus ad illa: *A Virgine Veſtale.*

## INCERTA QVO LIBRO VIRORVM ILLVSTRIVM POSITA

2 Karthago antea ſpeciem habuit duplicis oppidi, quaſi aliud alterum amplecteretur. cuius interior pars Byrſa dicebatur, exterior Magalia. Huius rei teſtis eſt C. Nepos in eo libro, qui Vita Illuſtrium inſcribitur. *Seru. ad Aen.* 1, 372.

3 Propius Grammatico acceſſi. *Diomedes l. 1. Gram. p.* 405.

2 *Quaſi aliud alterum*] Subintell. *oppidum, als wann eine Stadt in der andern ſtünde. Aliud* pro *alterum*, ne eadem vox repetenda eſſet. Sic ſaepe Plautus et Apuleius, vt dudum eruditis obſeruatum. Florus 2, 15. 11 *Byrſa, quaſi altera ciuitas.*

*interior pars Byrſa*] *Byrſa* idem eſt, ac arx, ἀκρόπολις, quomodo Strabo vocat: et Appianus τὸ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως. Ebr. בצרא *Boſra*, a בצר, quod *munire* eſt. Id Graeci ſuo more mutarunt in Βύρσα. nam quod de taurino corio Liuius 34, 61, Appianus Punicis, Iuſtinus 18, 5. 9 et 10 aliique narrant, dudum a cordatioribus exploſum eſt. Vide Scaligerum ad Euſebii num. 804: et πολυμαθέστατον Bochartum de coloniis Phoenicum 1, 24.

*exterior Magalia*] *Magalia* pro *Magaria*, quod verum nomen eſſe, Seruius et Iſidorus Orig. 15, 12 monent, dictumque a *Magar*, quod Poenorum lingua *villam* ſignificet. Nempe ab Ebr. גור vel גר eſt מגור *magur*, habitatio, et ea nominum forma, quae Arabibus vſitatiſſima eſt, מגאר *magâr*. vide Bochart. l. c. et incomparabilis Reineſii noſtri ἰσορούμενα linguae Punicae cap. 8, 7. Hoc nomine vulgo quascunque caſas Afrorum adpellatas Grammatici veteres docent. Chariſii verba e lib. 1 Grammat. Inſtit. adduxit Schottus. Diomedes lib. 1 *Magalia, caſae Afrorum.* Appiano ea pars Carthaginis dicitur μέγαρα, qui et deſcribit. *Magaria* Plautus dixit vero nomine, Poenul. prooem. v. 86. vbi de duabus puellis Carthaginienſibus: *Cum nutrice vna periere a Magaribus.* Sic enim MSS. Palatini, Grutero teſte. Veteres edd. *Megaribus* habent, quod de loco Carthagine arboribus conſito, moenibusque munito, (quem Appianus μέγαρα vocari ait,) interpretatur Petitus miſcellan. 2, 1. [conf. Heyne ad Virg. Aen. I, 421 et 367.]

3 *Propius Grammatico*] Si vulgatam lectionem Diomedis ſequimur, haec Ciceronis, non Nepotis, verba fuerint. Sic enim ed. Putſchii verba Grammatici habent: PROPE, *prope me eſt, vt dicit Cicero in Piſonem,* PROXIMVS POMPEIVM SEDEBAM. *Sed et Datiuo caſu idem Cicero dixit ad Atticum,* PROPIVS GRAMMATICO ACCESSI. *Nepos in illuſtri. Salluſt.* PROXIMA CARTHAGINI LOCA. Sed locus haud dubie corruptus eſt. nam illa *Propius Gramm. acc.* nusquam hodie in *epiſtolis ad Atticum*, quod ſciam, adparent. Iſta vero lib. 1 ep. 14, cuius initium

A. Albinus, qui cum L. Lucullo conſul fuit, 4
res Romanas oratione Graeca ſcriptitauit. In eius
Hiſtoriae principio ſcriptum eſt ad hanc ſenten-
tiam: *neminem ſuccenſere ſibi conuenire, ſi quid*
*in his libris parum compoſite aut minus eleganter*
*ſcriptum foret. Nam ſum,* inquit, *homo Roma-*
*nus, natus in Latio: Graeca oratio a nobis alie-*
*niſſima eſt.* Ideoque veniam gratiamque malae
exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulauit.
Ea quum legiſſet M. Cato: *Nae tu,* inquit, *Au-* 5
*le, nimium nugator es, quum maluiſti culpam*
*deprecari, quam culpa vacare. Nam petere ve-*
*niam ſolemus, aut quum imprudentes errauimus,*
*aut quum expulſi peccauimus. Tibi,* inquit, *oro*
*te, quis perpulit, vt id committeres, quod prius-*
*quam faceres, peteres, vt ignoſceretur.* Scriptum
hoc eſt in libro Cornelii Nepotis de illuſtribus

*Vereor, ne putidum ſit,* legimus: *Proximus Pompeio ſedebam. intellexi hominem moveri.* quamquam ibi Lambinus, Simeo Boſius et I. Gruterus emendent *proxime Pompeium.* ſed perperam, vt e Diomede colligitur. Sic igitur hunc locum diſtinguendum cenſeo: *Sed et Datiuo caſu idem Cic. dixit ad Atticum.* (ſubintellige: *Proximus Pompeio ſedebam.*) PROPIVS GRAMMATICO ACCESSI, *Nepos in illuſtribus. Salluſt.* PROXIMA etc. Atque ſic et Schottus videtur interpunxiſſe.

4 *Res Rom. orat. Graeca ſcriptitauit*] Catonis reprehenſioni reſpondet, Albinique inſtitutum tuetur Voſſius de hiſt. Graec. 1, 20: qui et tres illius ex hoc opere verſus, Priſciano laudatos, refert.

*principio*] Macrobius *primo.* et ſtatim: *ſi quid in illis libris.* Verum Macrobius non verba, ſed ſenſum verborum Albini retulit. Vnde mox pro illis: *Graeca oratio nobis alieniſſima eſt,* poſuit: *et eloquium Graecum a nobis alieniſſimum eſt.* forte, vt melius Graeca exprimeret.

*ſum, inquit, homo Rom.*] Neſcio, cur Schottus verbum *inquit* omiſerit, quod apud Gellium Macrobiumque lego.

5 *Eam cum leg.*] Macrob. *Ea cum leg.* et paullo poſt: *cum imprud. errauimus, aut cum noxam imperio compellentis admiſimus. Te, inquit, oro, quis perpulit etc. peteres, vti ignoſceretur.* Cetera quae Gellius ſubiicit, eodem Macrobio abſunt: qui non commemorat, vnde haec hauſerit. Schottus et Sauaro e libro *de Catone* deſumta putant, cuius ſupra 24, 3. 5 Nepos meminit.

[*expulſi*] leg. *impulſi. Fiſcher.*]

*de illuſtribus viris*] Cod. Tornaeſii addebat: *XIII.* quod non puto ſpernendum.

viris. *A. Gell. N. A.* 11, 8. *et Macrob. praef. Saturn.*

[*Fiſcher. margini h. l. adſcripſit: Hieronym. epp. ſ.* 116. *tom. I. Eraſmi; de ſcriptorr. eccleſ. ſ.* 76. 4. *tom. III.*]

## CORNELII NEPOTIS

### LIB. I. DE VITA CICERONIS

1 IV. Cornelius Nepos, et rerum memoriae non indiligens, et M. Ciceronis, vt qui maxime, amicus familiaris fuit: atque is tamen in primo librorum, quos de vita illius compoſuit, erraſſe videtur, quum eum ſcripſit tres et viginti annos natum primam cauſſam iudicii publici egiſſe: Sextumque Roſcium parricidii reum defendiſſe. *A. Gell. N. A.* 15, 28.

2 Fruſtra Tullium ſuſpicimus. Refert enim Cornelius Nepos, ſe praeſente, iisdem paene verbis, quibus edita eſt, eam pro Cornelio ſeditioſo Tribuno defenſionem peroratam. *Hieron. ep.* 71. [61. *Wetz. quem vid.*] *ad Pammachium, cap.* 4.

## CORNELII NEPOTIS

### LIB. I. EPISTOLARVM AD CICERONEM

[*Cornelius Nepos epiſtolam Alexandri ad Ariſtotelem latinam fecit. v. Durantius varr.* 2, 15. *p.* 249. *b. tom.* 3. *Theſaur. Gruter. Fiſcher.*]

1 *Amicus familiaris*] Sic edd. Gellii, quibus vtor. Schottus copulam addit, *familiarisque.*

2 *Tullius me praeſente*] Repoſui et heic verba Hieronymi. nam Schottus aliter inflexerat: *Tullius me praeſente etc. perorauit.*

*Lib. I Epiſtolarum*] In editione Lactantii Plantiniana, a Mich. Thomaſio, et nupera Lugdunenſi a Seruatio Gallaeo adornata, quibus in praeſenti vtor, non inuenio, quo libro epiſtolarum haec Cicero ſcripſerit. Sic enim Lactantius: *Neposque* (vel, vt alii melius, *Nepos quoque) Cornelius ad eun-*

V. Tantum abeſt, vt ego magiſtram eſſe putem 1
vitae Philoſophiam, beataeque vitae perfectri-
cem; vt nullis magis exiſtimem opus eſſe magi-
ſtros viuendi, quam plerisque, qui in ea dispu-
tanda verſantur. Video enim magnam partem
eorum, qui in ſchola de pudore et continentia
praecipiant argutiſſime, eosdem in omnium libi-
dinum cupiditatibus viuere. *Lactant. lib.* 3. *cap.*
15, 10. *Inſtitutt. diu.*

## M. TVLLII CICERONIS AD CORN. NEPOTEM

### EPISTOLARVM LIB. II

Itaque noſtri, quum omnia, quae dixiſſe- 2
mus, dicta eſſent: quae facete et breuiter, et
acute loquuti eſſemus, ea proprio nomine adpel-
lari *dicta* voluerunt. *Macrob.* 2, 1. *Sat.*

## AD EVMDEM EX LIBRO INCERTO

Hoc reſtiterat etiam, vt a te fictis adgrede- 3
rer donis. *Priſcian. l.* 8. *Gram. p.* 792.

*dem Ciceronem ita ſcribit: Tantum abeſt etc.* Nec aliter in MSS. ſuis Thomaſius legit. Sed neque Gallaeus, praeter iam laudatam, vllam hoc loco ſcripturae discrepantiam in Variis ſuis commemorat.

1 *Tantum abeſt vt magiſtram vitae*] Quae Ciceronis prolixe exagitat Lactantius lib. 3, 14 et deinceps.

*vt nullis magis*] De ea re plura Lactantius loco laudato. adde not. ad 25, 17. 3. [Dein *magiſtros* edidi cum Heuſing. ad h. l. atque Cellar. Heum. ac Bünemann. ad Lactant. *magiſtris* Ed. Boſ. et al.]

*in ea disputanda verſantur*] Sic habent edd. quas modo dixi. Quomodo Plautus prol. Menaechm. v. 50 *Vt hanc rem vobis examuſſim disputem.* Et Cicero, cum alibi, tum 1 Tuſcul. 4 *Ponere iubebam, de quo quis audire vellet: et id aut ſedens, aut ambulans disputabam.* quamquam aliter ibi legit Gebhardus in Crepundiis 1, 13 et in notis ad hunc locum Ciceronis, quae Gruterianae editioni inſertae ſunt. Schottus tamen: *in ea disputando verſantur.* haud ſcio, an praeeuntibus libris.

2 *Dicta*] Schottus, *dicteria.* quod neſcio quibus in libris invenerit. nam in optimis edd. heic et toto iſthoc capite *dicta* excuſum video. idque recte. Vno tamen loco Pontanus MS. cod. *dicteria* reponi voluit.

3 *Aggrederer donis*] *Paſſiue dixit,* ἐνεδρευθῶ, inquit Priſcia-

4 Qui habet, vltro adpetitur: qui eſt pauper, aſpernatur. *Ibid.*

5 Quid? oratorum quem huic (*ſcil. Caeſari*) antepones eorum qui nihil aliud egerunt? quis ſententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior aut elegantior? *Suet. Caeſ. c.* 55.

6 Vt Tullius docet, crudelitatis increpans Caeſarem in quadam ad Nepotem epiſtola. Neque enim quidquam aliud eſt felicitas, inquit, niſi honeſtarum rerum proſperitas. Vel, vt alio modo definiam, Felicitas eſt fortuna adiutrix conſiliorum bonorum: quibus qui non vtitur, felix
7 nullo pacto eſſe poteſt. Ergo in perditis impiisque conſiliis, quibus Caeſar vſus erat, nulla potuit eſſe felicitas, feliciorque meo iudicio Camillus exſulans, quam temporibus iisdem Manlius, etiamſi, id quod cupierat, regnare potuiſſet. *Am. Marc. lib.* 21. *extr.*

8 Haec quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum, ſtylis vberibus explicatas, non edidere ſuperſtites, vt in quadam ad Cornelium Nepotem epiſtola Tullius quoque teſtis reuerendus adfirmat. *Idem lib.* 26 *initio.*

nus lib. 8 Gramm. de ſignificationibus, vel generibus Verborum.

4 *Aſpernatur*] Paſſiue, ἐξυθενεῖται. Idem Cicero ex Oeconomico Xenophontis: *Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc homine dignantur.* palliue, ἀξιοῦνται. Et Ennius: *Aſſectari ſe omnes cupiunt.* ἀκολυθεῖσθαι. Vide id genus innumera lib. 8 Priſciani: apud quem et Cicero in Antonium, lib. 11 (lege *libro* 3) *quem ipſe ementitis auſpiciis vitioſum fecerat. Ementitis,* ψευσθεῖσιν.

5 *Quid? oratorum*] Pro *huic* Schottus edidit *Caeſari.* quod de eo ſermo ſit. Nos verbum Nepoti vſurpatum retinendum putauimus.

6 *Vt Tullius docet etc.*] Etiam hoc in loco malui reponi ipſas Ammiani ῥήσεις, quum Schottus recidiſſet, quae illius ſunt propriae. quae tamen vel idcirco retineri debent, quod non ſatis liquet, eiusdem Nepotis an Ammiani ſint illa, *vel vt alio modo definiam,* et quae ſequuntur.

8 *Haec quidam veterum*] Schottus edidit: *Quidam vet. formidantes ea, quae ſcriptoribus hiſtoriae ſuorum temporum ſolent ſaepe fraudi eſſe, atque inuidiae, cognitiones actuum variorum ſtylis iam*

Sententiae illius Tullianae ignarus, docentis, 9
infelices eſſe eos, qui omnia ſibi licere exiſtimarunt. *Idem lib.* 26. *extr.*

## IDEM AD ATTICVM DE NEPOTE

Nepotis epiſtolam expecto. Cupidus ille meo- 10
rum, qui ea quibus maxime γαυριῶ, legenda non putet? et ais μετ' ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidem ἄμβροτος. *Lib.* 16. *ep.* 5.

Male narras de Nepotis filio. Valde me- 11
hercule moueor, et moleſte fero. Neſcieram omnino, eſſe iſtum puerum. *Ep.* 14.

*Hic Schottus inſeruit Catonis et Attici vitas.*

*vberibus expl. non ed. ſuperſtites.* Ingens viri alias non mali audacia! quippe non ſolum pro Ciceronianis venditat, quae Ciceronis non eſſe facile omnes perſpiciunt, qui puriſſimi ſcriptoris aurum ab Ammiani luto norunt diſcernere: ſed etiam pluſcula de ſuo inſeruit. Ammianus enim poſtquam dixerat, ſibi *aduſque confinia propioris memoriae* progreſſo *convenire iam referre a notioribus pedem, vt et pericula veritati ſaepe contigua, et intempeſtiui cenſores declinarentur;* ſolum iſta ſubiicit, quae nos heic repraeſentauimus.

10 *Nepotis epiſtolam*] De Nepote noſtro et Schoppius hunc locum accepit in paradoxum litterariis epiſt. 5, aitque, vnum trium millium inſtar eſſe poſſe. Adponemus verba eius, quoniam lucis aliquid Ciceronianis adferre queunt, et liber in paucorum manibus verſatur. *Attico, inquit, ſcripſerat Nepos, maximi ſe Ciceronis epiſtolas facere, vehementerque adeo cupere, vt earum epiſtolarum volumen edatur. Huius rei Ciceronem Atticus certiorem faciens, ei gratulandum duxit, quum tanti a Nepote fieret, qui praeſertim vnus omnium elegantiſſime ſcriberet, et ab ipſo Cicerone alter eſſet, velut ab Achille Aiax, qui Homero deſcribi ſolet fortiſſimus.* Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. *Ex Graecorum aliis poſt inculpabilem Achillem. Reſpondet ergo Cicero, permirum ſibi videri, ſuas a Nepote expeti, quem tam elegantis ac faſtidioſi iudicii eſſe comperiſſet, vt etiam illa, de quibus ipſe maxime ſibi placeret, aſpernaretur. Ceterum non ſe, ſed Atticum eſſe illum, qui cum Achille comparari debeat, omnique reprehenſione vacet. Nepotem vero prorſus in Latine ſcribendo diuinum eſſe, eoque incomparabilem.* [conf. Turnebi aduerſſ. 9, 22. *Fiſcher.*]

11 *Male narras*] Vix dubito, haec ad eumdem Nepotem pertinere, ad quem praecedens locus: non autem ad Caecilium aliquem, vt Schotto in mentem venit.

# CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA

## INCERTA PARTIM QVO LIBRO POSITA PARTIM QVIBVS VERBIS CONCEPTA

1 VI. Nepos auctore certo comperiſſe ſe ait, C. Laelium quondam in Puteolano Kalend. Martiis admonitum ab vxore, temporius vt discumberet, petiiſſe ab ea ne interpellaretur: ſerius tandem ingreſſum triclinium dixiſſe, non ſaepe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum, ſcripta illa proferret, pronuntiaſſe verſus qui ſunt in ἑαυτοντιμωρουμένῳ: [IV, 4, 1.] *Satis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt.* Donat. vel Sueton. in Vita Terent. c. 3.

2 L. Otacilius Pilitus Rhetoricam profeſſus, Cn. Pompeium Magnum docuit; patris eius res geſtas, nec minus ipſius, compluribus libris expoſuit: primus omnium libertinorum, vt Cornelius Nepos opinatur, ſcribere hiſtoriam orſus, non niſi ab honeſtiſſimo quoque ſcribi ſolitam. *Sueton. de claris rhet.* c. 3.

3 Cornelius Nepos in libello, quo diſtinguit

1 *Temperius vt discumberet*] Editi omnes, *temporius.* quo quum Ouidius et Columella quoque vtantur, id retinendum cenſeo. Nepotis aeuo ſicuti non dicebant *tempere,* ſed *tempore;* ita nec *temperius,* ſed *temporius* extuliſſe credi par eſt. [v. Schott. ad Senec. p. 643. tom. 3. Manut. ad Cicer. 9. epiſt. 16, 20. *Fiſcher.* — *temperius* dedit Heuſing. ac laudavit Heinſ. et Burmann. ad Ouid. IIII. metamorph. 198.]

2 *L. Otacilius Pilitus*] Ediderat hunc locum Schottus mutilate: *L. Otac. Pil. primus o. l. ſcribere hiſt. orſus, n. n. ab h. q. ſcr. ſolitam. Cn. enim Pompeii M. quem docuit, patrisque eius res geſtas compl. exp.* Vides, nonnulla immutata, quaedam et transpoſita ab eo eſſe, quae nos e Suetonio reſtituimus.

3 *Corn. Nepos*] Etiam hoc loco integra Suetonii verba repoſui; cum Schottus, omiſſis prioribus, tantummodo exhibuiſſet poſteriora, h. m. *Corn. Nepos litteratos quidem vulgo appellari ait etc.* [Wetzel. cum Caſaubono ex Bongarſii cod. locum emendante, edidit: *Cornelius Nepos libello quodam diſtinguit litteratum ab erudito: litteratos quidem vulgo appellari* etc. et in fin. poſt *τὸ nominentur* addit: *eosdem litteratos vocitatos.* — Compara Cicer. diuin. 1, 18 et de

litteratum ab erudito, litteratos vulgo quidem adpellari ait eos, qui aliquid diligenter et acute ſcienterque poſſint aut dicere aut ſcribere: ceterum proprie ſic adpellandos poetarum interpretes, qui a Graecis γραμματικοὶ nominentur. *Suet. de illuſtr. Gram. cap.* 4.

VII. Praeter Phyſicos, Homerumque, qui vni- 1
verſum orbem mari circumfuſum eſſe dixerunt,
Cornelius Nepos, vt recentior, ita auctoritate
certior [tradit]: teſtem autem rei Q. Metellum
Celerem adiicit, eumque ita retuliſſe commemo-
rat. Quum Galliis proconſul praeeſſet, Indos 2

Orat. 1, 42, 1. ab eod. Wetzelio laudatum.]

*litteratos quidem*] De poſterioribus Suetonii verbis facile adſentior, legendum *litteratores vocitatos;* neque Nepotis ea eſſe, ſed ad Meſſalam pertinere. Id enim docent, quae proxime ſubiiciuntur. Quamquam et legi poteſt: *Eosdem litteratores vocitat Meſſala* (vel *M. Meſſala*) *Coruinus.* Sed ἐπιγραφὴν libelli Suetoniani nollem in dubium vocatam. Nam plane eodem modo Plutarchus ſuorum vni titulum fecit, *πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.* Vt ſimiles aliorum inſcriptiones nunc taceam.

γραμματικοὶ] Sic reſcripſi editiones Suetonii recentiores ſequutus. et poſcere videbatur additum *Graecorum* nomen. nam Schottus Latinis litteris nomen id expreſſit.

1 *Vt recentior, ita auctoritate certior, tradit*] Sic in ſcriptis libris reperit Voſſius. Vulgo editur: *vt rec. auctoritate, ſic certior tradit.* Voſſius vtrumque aeque ineptum exiſtimat, legitque *vt recentior auctor, ita certior.* Atque ſic fere Plinius 6, 27 *Dionyſium terrarum orbis ſitus recentiſſimum auctorem.* Tacitus Agric. 10, 3 *Liuius veterum, Fabius Ruſticus recentium eloquentiſſimi auctores.* τὸ *tradit* forſan e Plinio huc intruſum eſt. quomodo et plurale *tradunt* infra comm. 8 inſertum. Sic autem eopſe loco Plinius: *Nepos Cornelius auctor eſt, Eudoxum quendam etc.* Vide ſ. 4.

*Indos quosdam*] De veris ſiue Aſiaticis plerique accipiunt eorum, qui iam olim totum terrarum orbem circumnauigatum volunt. Quibus facile largior, non modo Melam Pliniumque, ſed etiam Nepotem, ipſumque fortaſſe Metellum, eos pro veris habuiſſe. Sed vt ex orientali India, ſiue per Aethiopicum, ſiue, quod plerisque placere video, per Septentrionalem Oceanum ad Germaniae littora nauigaſſe credam, nondum adduci poſſum: qui ſciam, etiam hodie, aut impoſſibile, aut ſaltem difficillimum eſſe, per Septentrionem in Indiam enauigare; in Africa vero exteriori ne vnius quidem littoris, aut promontorii, aut montis, nedum vrbis prouinciaeue apud Strabonem aliosque veterum men-

quosdam a rege Baetorum dono ſibi datos: vnde in eas terras deueniſſent, requirendo, cognouiſſe, vi tempeſtatum ex Indicis aequoribus abreptos, emenſosque, quae intererant, tandem in Germaniae littora exiiſſe. *Mela lib.* 3. *c.* 5. *fin. et Plin. N. H.* 2, 67.

3 Largitudo. *Chariſ. l.* 1. *c.* 78.

4 Eudoxus quidam, auorum noſtrorum temporibus, quum Lathurum, regem Alexandriae, pro-

tionem fieri: immo adhuc Ptolemaei aetate creditum, Aſiam vltra mare Indicum Africae cohaerere. Sed de ea re plura nos alibi. Cornelius Wietflietus conſtanter tenebat, *Indos hosce non ex vltimis Orientis aut Occidentis partibus, ſed ex Laboratoris, Eſtotilandiae, aut vicinis terris veniſſe;* ea quidem fiducia, vt conſideret *ſecum ſenſurum, quicunque climatis rationem*, et, quae de illis terris narrantur, *expenderit.* Sed ei obiicit Pontanus in deſcriptione chorograph. Daniae p. 764, totam illam borealem plagam olim late peruiam creditam, et has terras, aeque ac reliquam Americam, veteribus plane incognitas fuiſſe. Verum etſi terrae aut nullae illic eſſe crederentur, aut ignotae eſſent: non tamen eo efficitur, nullos inde incolas ad littora Germaniae tempeſtatibus abripi potuiſſe. Potius illud obiecerim, non videri tum eas regiones habitatas. Voſſius Indis ſimiles intelligi vult, arbitraturque, veros fuiſſe Britannos, glaſto fucatis corporibus Aethiopum colorem imitantes: quis nondum noto iſthoc Britannorum more, Metello pro Indis obtruſi ſint.

*a rege Baetorum*] *Baetorum* nomen ex optimis aliquot codicibus Melae reſtituit Voſſius; quum in aliis legeretur *Boiorum, Botorum, Lydorum*, et in editis plerisque, vt eſt apud Plinium, *Sueuorum*. *Baetos* autem interpretatur Batauos, ab agro *Betua* vel *Battua* nomen adeptos, quos et Strabo Βάττους vocet: atque ſic eos adpellari, ait, etiam in lapide in Batauia inuento, vbi *cohortis Baetorum* ſub Imp. Antonino fit mentio. Fortaſſis et apud Strabonem Βαῖτοι reſcribi debent. *Boiis*, vt recte Voſſius monet, nullus heic locus, quum toti ſint mediterranei: *Sueuos* libri reſpuunt; Plinius autem lib. 2, 67, vt ſolet, pro *Baetis*, ignoto ſibi, vt videtur, nomine, eos ſuppoſuit. [Sed Harduino ad l. Plin. diſplicet litura Voſſiana.]

3 *Largitudo*] Verba Chariſii: LARGITVDO *nusquam invenitur, niſi apud Nepotem.*

4 *Eudoxus quidam*] Apud Martianum malebam olim, *Idem Corn. poſuit, captos Indos per Germ. nauigantes.* Quod neque nunc diſplicet. Keuchenio tamen duriſſimum videbatur. Vellem cauſſam adiecisſet. Forſan τὸ *poſuit* ei non placebat. Atqui ſic etiam alii illius aeui loquuti. Priſcianus lib. 6. INCVS *etiam* INCVDES; *quod ponit Nonius Marcellus de doct. indagine.* lib. 10. *Nonius Marcellus ſic ponit:* SAPIVI pro SAPVI. Et quid dico, illius aeui? Puriſſimi ab hoc loquendi modo non abhorrent. Noſter 16, 3. 1. *ſeiunctum ab*

fugeret, Arabico ſinu egreſſus, per hoc pelagus, vt Nepos adfirmat, Gades vsque perueċtus eſt. *Mela* 3, 9. *et Plin.* 3, 67. *et Capella l.* 6.

Paphlagonia inſignis loco Heneto, a quo, vt 5
Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transueċti, mox Veneti ſunt nominati. *Solin.* c. 44. *et Plin.* 6, 2. [*conſ. Heyn. ad Virg. Aen. I. excurſ. VII.*]

Fauces Oceani T. Liuius, ac Nepos Corne- 6
lius latitudinis tradiderunt, vbi minimum, VII M. paſſ. vbi vero plurimum X M. *Plin. lib.* 3. *prooem.*

Melpum opulentia praecipuum, quod ab In- 7
ſubribus, et Boiis, et Senonibus deletum eſſe eo die, quo Camillus Veios ceperit, Cornelius Nepos tradidit. *Plin.* 3, 17.

Vltra Aquileiam VI M. paſſ. Formio amnis, 8
ab Rauenna CLXXXIX paſſ. antiquus Italiae auċtus terminus, nunc vero Iſtriae: quam cogno-

*re poſita.* vbi vid. not. Seneca Suaſor. 6. extrema: *Solent Scholaſtici declamatores ponere, Deliberat Cicero etc.* idem ſuaſ. 1. *Eleganter in C. Caſſii epiſtola poſitum.* Controu. 1. *Durum ſenſum videbatur non pure poſuiſſe in narratione.* Controu. 12. *Haec ſubinde refero, quod aeque vitandarum rerum exempla ponenda ſunt, quam ſequendarum.* Quinctilianus 2, 17. *Ponuntur hae quoque in 2 Ciceronis libro de oratore contradictiones.* Plinius 32, 11. *His adiicimus apud Ouidium poſita nomina.* Neque refugit priſcis puritate atque elegantia dictionis aequiparandus, Aug. Buchnerus, cuius iſta ſunt in commentario nondum edito ad Agricolam Taciti cap. 5 *Confirmat coniecturam noſtram, quod infra c.* 18. *ponit*, EOQVE INITIO etc. [De lectione *Lathurum* v. Heuſinger. qui etiam adnotat, *profugere* cum caſu quarto dictum quoque a Curtio 10, 2, 20. et ab Anton. ad Cicer. lib. 10. Attic. 8. p. 154. vbi vid. Graeu.]

*per hoc pelagus*] *Africum* addit Schottus. et mox edidit *profectus eſt.* Vtrumque libris reclamantibus.

5 *Paphlagonia*] Mutilate Schottus: *ab Heneto Paphlagones.*

6 *Vbi minimum*] MS. codex Chifletii: *vbi minus.*

7 *Quo die Camillus Veios*] Pro *tradidit* Schottus edidit *tradit.* [Liu. 5, 21.]

8 *CLXXXIX paſſ.*] Sic Dalechampius edidit. Schottus autem et Latius: *CLXXXIX M. paſſ.* Et mox: *antiquus auctae Italiae terminus.* Statim *τὸ tradunt* afuit a duobus MSS. et recte.

minatam a flumine Iſtro in Hadriam effluente a Danubio amne, eidemque Iſtro ex aduerſo Padi fauces, contrario eorum percuſſu mari interiecto dulceſcente, plerique dixere falſo, et Nepos [Cornelius] etiam Padi accola. *Plin.* 3, 18. *ſ.* 22.

1 VIII. Alpes in longitudinem X M. paſſ. patere a ſupero mari ad inferum, Caelius tradit: Timagenes XX M. paſſ. deductis in latitudinem, Cornelius Nepos C M.: T. Liuius tria M. ſtadiorum: vterque diuerſis in locis. *Plin.* 3, 19. *ſ.* 23.

2 Inter duôs Bosporos, Thracium et Cimmerium, directo curſu, vt auctor eſt Polybius, Iↄ M. paſſuum interſunt. Circuitu vero totius Ponti vicies ſemel centena quinquaginta M. vt auctor eſt Varro, et fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adiicit. *Plin.* 4, 12. *ſ.* 24.

3 In ora Oceani, colonia Auguſti, Iulia Conſtantia etc. et ab ea XXXII M. paſſ. colonia a Claudio Caeſare facta, Lixos. Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule, et Heſperidum Horti etc. Exſtat in ea et ara Herculis, nec praeter oleaſtros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentoſa Graeciae

*plerique dixere falſo*] Sic et e ſuis legebat Pintianus, adſtipulante etiam Chifletiano: a quo mox *Cornelii* nomen aberat. In alio fuit, *ex aduerſo Padi faucibus.* Forſan legendum eſt, *exaduerſus Padi fauces.* quo loquendi modo Nepos, aliique vſi. vide ad 2, 3. 4. Paullo ante in omnibus editionibus inuenio, *e Danubio amne.* nec ſcripti variant. [conf. Wetzel.]

1 *In longitudinem*] Sic editum apud Plinium. Schottus tamen, *in longitudine.*

*XX M. paſſ.*] Atque ſic et edd. Plinii interpungunt. *XXII M. paſſ. deductis in latit.*

2 *Iↄ M. paſſuum*] Haec quoque omnium quas vidi editionum lectio eſt. Schottus, et reliqui dederant CIↄ M. niſi operarum lapſus eſt.

3 *In ora Oceani*] Ediderat Schottus: *Minus prof. mir. Gr. mendacia de hortis Heſperidum, et amne Lixo prodita etc.* Atqui Plinius non de his ſolis loquitur: ſed de aliis etiam, de quibus praeceſſerat. Quare quae ex iis neceſſaria videbantur, praemiſimus.

mendacia, de iis et amne Lixo prodita, qui cogitent, noſtros nuper paullo minus monſtrifica quaedam de iisdem tradidiſſe: praeualidam hanc vrbem, maioremque Carthagine magna; praeterea ex aduerſo eius ſitam, et prope immenſo tractu ab Tingi: quaeque alia Cornelius Nepos auidiſſime credidit. *Plin.* 5, 1.

Aliqui inter Pontum et Caſpium mare 4
CCCLXXV M. paſſ. non amplius intereſſe tradiderunt: Cornelius Nepos CCL M. *Plin.* 6, 11. *ſ.* 12.

Polybius in extrema Mauritania contra mon- 5
tem Atlantem a terra ſtadia octo abeſſe prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex aduerſo maxime Carthaginis a continente paſſus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. *Plin.* 6, 31. *ſ.* 36.

Nepos Cornelius, qui Diui Auguſti princi- 6
patu obiit: Me, inquit, iuuene violacea purpura

*hanc vrbem*] *Lixon.* nam de *Cerne* mox lib. 6, 50. Carthagini quoque obiacere ſupra Plinius: *A Claudio Caeſare colonia facta Lixos: vel fabuloſiſſime ab antiquis narrata. Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule, et Heſperidum horti. Affunditur autem huic aeſtuarium e mari, flexuoſo meatu, in quo Draconis cuſtodiae inſtar fuiſſe nunc interpretantur. Exſtat in inſula et ara Herculis: nec praeter oleaſtros aliud ex narrato illo aurifero nemore.*

4 *Corn. Nepos CCL M.*] Hoc Pintianus concinnius cenſet, ne ſit tanta in numero differentia inter Nepotem et ceteros auctores. Quare et nos ita reſcripſimus; nam vulgo erat, *CL M.*

5 *Ex aduerſo Carthaginis*] Sic et Hanno, e quo Iſ. Voſſius in notis ad Scylacem p. 24. Cornelium haec depromſiſſe cenſet: *ἐκτεκμαιρόμεθα αὐτὴν ἐκ τȣ͂ περίπλȣ κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος.* Atque ſic et Palaephatum 32. interpretatur Voſſius, quum ait, Κερναίȣς, (ſic enim legi volunt pro Κυρηναίȣς,) Libyam arare κατὰ Καρχηδόνα. quamquam alibi (in not. ad Melae 2, 7) putat, Palaephatum ac Diodorum item Siculum, confudiſſe *Cernen* cum *Cercinna*, perperam acceptis Hannonis verbis: κατ' εὐθὺ autem exponit, *in eodem parallelo;* ſed negat, ipſum Hannonem ſic ſenſiſſe. Vtcumque ſit, *ex aduerſo Carthaginis* non poteſt ita accipi, ac ſi Cernen intra columnas Herculis prope Carthaginem in ipſo ſinu ſitam exiſtimarit.

6 *Violacea purpura*] De variis purpurae generibus poſt

vigebat, cuius libra denariis centum venibat; nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther, Aedilis Curulis, primus in praetexta vſus improbatur: qua purpura quis non iam, inquit, tricliniaria facit? *Plin.* 6, 39. *ſ.* 63.

7 Onychem etiam tum in Arabiae montibus, nec vsquam aliubi naſci putauere noſtri veteres; Sudines, in Germania, potoriis vaſis inde factis primum, dein pedibus lectorum ſellisque: Cornelius Nepos tradit magno fuiſſe miraculo, quum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo et vrceos

Plinium, Caelium, Bayſium, alios, adcurate Salmaſius in notis ad Tertullianum de Pallio, et Octau. Ferrarius in de Re Veſtiaria, praecipue lib. 2 cap. 7. qui videri poſſunt.

*improbatur*] Sic MS. Vulgati: *improbabatur*, quod video ſummos viros non improbaſſe. Mox Schottus ediderat, *nam purpura quis non, inquit, triclinaria facit?* Nos Pliniana repoſuimus, quae et viri docti, quos modo laudauimus, non aliter laudant. *Tricliniaria* vero Salmaſius ait eſſe accubitalia, quibus accubita vel lecti tricliniares ſternuntur, in not. ad Tertull. p. 175.

7 *Nec vsquam aliubi*] Sic editum in Plinio. quod mutari non debuit. paſſim enim Plinius ea voce vtitur. Schottus tamen habet *alibi*. Et mox, *ſed in Germ. put. vaſis in ſ. primum.* At longe aliter edd. Dalech. et Latii: *putauere noſtri veteres: Sudines in Germania. Potoriis etc.* Alius legebat: *veteres. In Germania tamen apud Sudines reperitur. Potorius etc.* Nimis id quidem audacter. Mihi placet emendatio Salmaſii in Exerc. Plin. p. 558 *Sudines et in Carmania.* Nam paullo poſt idem Plinius de Alabaſtrite, quem eundem onychi facit: *Naſcitur probatiſſimus in Carmania.* Et lib. 37, 2 de gemma onyche: *In gemmam transſilit ex lapide Carmaniae. Sudines dicit in gemma eſſe candorem etc.* Nos ſcriptorum codd. lectionem repraeſentauimus Dalechampio laudatorum. In Voſſiano mox fuit, *Nepos Cornelius tradidit, magno fuiſſe miraculo.* [*Sudines,* (qui eſt vetus ſcriptor, cuius Plinius alibi mentionem fecit,) *in Germania, potoriis vaſis inde factis primum, dein* etc. cum Harduino ad Plin. et Heuſingero ac Wetzel. ad noſtrum locum reſcripſi. At Stau. in ed. 3. repoſuit *Sudines in Carmania.* v. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 396. ed. nouiſſ. *Fiſcher.* adſcripſit in marg. „*Carmania* leg. Cruqu. ad Horat. 4, 12, 17. p. 242. b." Boſius et Stau. in ed. 1. et 2. dederunt *ſed et in Germania potoriis et primum vaſis inde factis, dein* etc. Kappius legere iubet *ſed et in Carmania.*]

magnitudine cadorum oſtendiſſet: poſt quinquennium deinde, triginta duorum pedum longitudine columnas vidiſſe ſe. *Plin.* 36, 7. *ſ.* 12.

IX. Νέπως δὲ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως, φησὶν, οὐδὲ 1
νόσου παραλλάξαι τὸν Λεύκολλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλισθένους διαφθαρέντα. Τὰ δὲ φάρμακα δοθῆναι μὲν, ὡς ἀγαπῷτο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν δοκοῦντα τὴν δύναμιν· ἐκστῆσαι δὲ καὶ καταλῦσαι τὸν λογισμὸν, ὥστ' ἔτι ζῶντος αὐτοῦ, τὴν οὐσίαν διοικεῖν τὸν ἀδελφόν. *Plutarch. in Lucullo extr.* [*p.* 520. *E. ſ. opp. tom.* 1. *p.* 344. *tom.* 3. *Tubing. Fiſcher.*]

*Cornelius Nepos ait: non ſenio, neque morbo alienata mente fuiſſe Lucullum; ſed a quodam liberto Calliſthene venenis corruptum. Datum autem eſſe venenum, vt Calliſthenes impenſius ab eo diligeretur, quod eiusmodi vi pollere id putaret. Ita vero alienaſſe et ſoluiſſe mentem eius, vt adhuc viuentis facultates frater procuraret.*

Καίτοι Νέπως ὁ Κορνήλιός φησιν, οὐ Κράσσου, 2
Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν θυγατέρα γῆμαι Γάϊον. *Plut. in Tib. Graccho.* [*p.* 834. *C. Opp. tom. I. c,* 21. *p.* 227. *ſ. tom.* 5. *Tub. Fiſch.*]

*Cornelius Nepos non Craſſi, ſed Bruti, eius qui de Luſitanis triumphauit, filiam nuptum Caio datam, ait.*

Ἀννίβα δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐλάχιστος ἦν λόγος, 3
Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος, αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸν τόπον. καὶ τῷ νεκρῷ παραστὰς, καὶ πο-



*magnit. cador.*] Sic MSS. At ed. Dal. et Latii: *Chiorum magnit. cadorum,* praeeunte Hermolao Barbaro, ſuffragante τῷ πάνυ Gronoῖio, qui videndus ad hunc Plinii locum. Fuit etiam in quibusd. libb. *columnam,* pro *columnas,* magisque placet.

1 Τὰ δὲ φάρμακα etc.] Neſcio, cur haec Schottus omiſerit, quum et ipſa Nepotis ſint.

λὺν χρόνον τήν τε ῥώμην τοῦ σώματος καταμαθὼν καὶ τὸ εἶδος, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, οὔτε ἀπ᾽ ὄψεως τὸ χαῖρον, ὡς ἂν τις ἐργώδη πολέμιον καὶ βαρὺν ἀπεκτονὼς, ἐξέφηνεν. ἀλλ᾽ ἐπιθαυμάσας τὸ παράλογον τὸ τελευτῆς, τὸν μὲν δακτύλιον ἀφείλετο, τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ καὶ περιστείλας ἐντίμως ἔκαυσε, καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπην ἀργυρᾶν, καὶ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπ-
4 έστειλε πρὸς τὸν υἱόν. Τῶν δὲ Νομάδων τινὲς περιτυχόντες τοῖς κομίζουσιν, ὥρμησαν ἀφαιρεῖσθαι τὸ τεῦχος. Ἀντιλαμβανομένων δὲ ἐκείνων, ἐκβιαζόμενοι,
5 καὶ μαχόμενοι διέῤῥιψαν τὰ ὀστᾶ. Πυθόμενος δὲ Ἀννίβας καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν, οὐδὲν ἄρα δυνατὸν γενέσθαι ἄκοντος θεοῦ, τοῖς μὲν Νομάσιν ἐπέθηκε δίκην, οὐκ ἔτι δὲ κομιδῆς ἢ συλλογῆς τῶν λειψάνων ἐφρόντισεν· ὡς δὴ κατὰ θεόν τινα καὶ τῆς τελευτῆς καὶ τῆς ἀταφίας παραλόγως οὕτω τῷ Μαρ-
6 κέλλῳ γενομένης. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. Λίβιος δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ σεβαστὸς κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν υἱὸν εἰρήκασι, καὶ ταφῆναι λαμπρῶς. *Plut. in Marcello*, [c. 30. p. 331. tom. 2. Tubing. *Fiſcher*.]

3 Τὸ παράλογον τὸ τελευτῆς] Apud Plutarchum in edd. Pariſ. et Francof. excuſum invenio τῆς τελευτῆς. nec diſcrepant MSS. quorum variae in editionibus illis ſubiiciuntur.

χρυσοῦν στέφανον] De more coronas aureas mortuis imponendi plura habes in Indice v. *corona*. Apud Valerium non opus pro *laurea* reponere *auream*. quamquam et Freinſhemio ſic viſum, ad Curtii 5, 13. 31. Neque neceſſe eſt, in codice Valerii, quem Plutarchus legit, ſic fuiſſe ſcriptum, vti quidem nuper vir doctus ad hunc Valerii locum cenſebat. Nam ille de corona cadaueri impoſita, cum eoque combuſta; Plutarchus autem de ea, quae reliquiis ad filium deſtinatis ſuperimpoſita eſt, loquitur. Neque ſatis conſtat, an Plutarchus, vt viri docti volunt, ad ea reſpexerit, quae Valerius 5, 1 ext. 6 de funere Marcelli retulit. Nam ea pauciora ſunt, quam vt a Plutarcho heic laudata videri queant. niſi dicas ſolum hodie Valeriani operis epitomen ſupereſſe: in quam ſententiam Voſſium de hiſtor. Lat. 1, 23 propendiſſe video. Sed et apud Plutarchum heic MS. codex Vulcobianus Οὐατώριον, alius Οὐετούριον, habuit: quod poſterius an heic reponi debeat, diſpiciant doctiores: quamquam non ignoro, Valerium Max. alibi Plutarcho fuiſſe laudatum.

*Hannibal vero quum reliquos minimi faceret, Marcellum cecidiſſe audito, ipſe ad locum accurrit: cadauerique adſiſtens, diuque corporis robur et formam contemplatus, neque ſuperbam vllam emiſit vocem, neque vultu laetitiam, (vt conſentaneum erat eum, qui tam moleſtum et grauem hoſtem interfeciſſet,) prae ſe tulit; ſed inopinatum viri exitum miratus, annulum ei abstulit, corpus digno habitu ornatum, veſtibusque decentibus amictum cremauit; reliquias in vrnam argenteam lectas, aurea ſuperaddita corona, ad filium miſit. Sed quidam Numidae, cum in ferentes ea incidiſſent, adimere vi conati ſunt: illis reluctantibus, ac vim vi repellentibus, oſſa disiecta ſunt. Hannibal, hoc audito, ad eos, qui aderant, Nihil, inquit, vtique diis inuitis fieri poteſt: ſumtoque de Numidis ſupplicio, nullam praeterea de Marcelli reliquiis colligendis curam habuit: vt qui, dei alicuius numine Marcello hunc exitum vitae, et ſepulturae priuationem ita praeter omnium opinionem eueniſſe, crederet. Haec Cornelius Nepos et Valerius Maximus narrant. Liuius et Auguſtus Caeſar, perlatam ad filium Marcelli vrnam, et honorifice ſepultas eius reliquias perhibent.*

Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύ- 7
βιον λέγουσιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ᾽ ἀήττητος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκιπίωνος· ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι καὶ Νέπωτι, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι. *Plut. in compar. cum Marcello*, [c. 1. *p.* 534. *tom.* 2. *Tubing. Fiſch.*]

7 Καὶ Νέπωτι] Mirum, a Nepote hoc fuiſſe litteris conſignatum, quum ſupra 23, 5 et 6 inuictum Hannibalem faciat. [At Marcellus non tam ipſum Hannibalem, quam aliquas eius copias, in fugam vertit, aduotante Heuſingero.]

*Hannibalem Marcellus, vt Polybius narrat, ne ſemel quidem vicit, ſed inuictus hic vir fuiſſe videtur vsque ad Scipionem. Nos autem Liuio, et Caeſari, et Nepoti, et ex Graecis ſcriptoribus regi Iubae credimus, aliquotiens Hannibalem a Marcello victum, et in fugam verſum eſſe.*

1 X. Cornelius Nepos, qui Diui Auguſti principatu obiit, quum ſcriberet, turdos paullo ante coeptos ſaginari, addidit, ciconias magis placere, quam grues: quum haec nunc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit adtigiſſe. *Plin.* 10, 23. *ſ.* 30.

2 Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus acipenſer etc. Poſtea praecipuam auctoritatem fuiſſe lupo et aſellis, Cornelius Nepos, et Laberius, poëta mimorum, tradidere. *Plin.* 9, 17. *ſ.* 28.

3 Magnitudo loto arbori, quae piro: quamquam Nepos Cornelius breuem tradat etc. Vinum quoque exprimitur illi, ſimile mulſo, quod vltra denos dies negat durare idem Nepos; baccasque contuſas cum alica ad cibos dolio condi. *Plin.* 13, 17. *ſ.* 32.

4 Scandula contectam fuiſſe Romam vsque ad

1 *Turdos coeptos ſaginari*] De turdis et earum ſaginatione ac pretio plura Lud. Nonnius de re cibaria 2, 29. qui et c. 32 pluscula de gruibus ſuppeditabit.

*ciconias magis placere*] Pro *tetigiſſe* apud Plinium inuenio *attigiſſe.*

2 *Apud antiquos*] Etiam hunc locum mutilauerat Schottus, inſerta quoque vocula, hunc in modum: *Praecipuam olim auctoritatem fuiſſe lupo etc.* [*Lupus* nobis *Hecht.*]

*Laberius, poëta mimorum*] Vide Voſſium de Poëtis Lat. cap. 1.

3 *Loto arbori*] De vtrisque fuſe Salmaſius in Plinianis. Mox MS. Chiſl. *breuem tradit.* Pro *illi* Schottus *huic*, alii *illo*, non male. Dein quidam, *vltra duos dies.* Idem Schottus omiſit illa, *baccasque contuſas etc.* quae tamen pariter a Nepote ſunt.

4 *Scandula contectam*] In qu. libris fuit, *Scindulam non conſpectam fuiſſe Romae.* Dubito an id admittat hiſtoria.

bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX, Cornelius Nepos auctor eſt. *Idem* 16, 10. *ſ.* 15.

Cornelius Nepos tradit, ante Sullae victo- 5
riam duo tantum triclinia Romae fuiſſe argentea. *Idem* 33, 11. *ſ.* 52.

Primus inuenit lineas colorare, teſta, vt fe- 6
runt, trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuiſſe, quem tradit Cornelius Nepos ſequutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Priſci, Romani regis, patrem, fugientem a Corintho iniurias Cypſeli tyranni, mox docebimus. *Idem* 35, 3. *ſ.* 5.

Primum Romae parietes cruſta marmoris 7
operuiſſe totius domus ſuae in Coelio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram, Formiis natum, equitem Romanum, praefectum fabrum C. Caeſaris in Gallia etc. Adiecit idem Nepos, eum primum totis aedibus nullam, niſi e marmore, columnam habuiſſe, omnes ſolidas e Caryſtio, aut Lunenſi. *Idem* 36, 6. *ſ.* 7.

XI. Aedis Martis eſt in circo Flaminio archite- 1
ctata ab Hermodoro Salaminio. *Priſcian. l.* 8. *p.* 792. *ed. Putſch.*

Non amplius ter bibere Auguſtum ſolitum 2

6 *Hunc, aut eodem etc.*] Dederat Schottus, *alium fuiſſe tradit Corn. Nepos etc.* omiſſis illis, *mox docebimus.* Longe alio ſenſu, quam apud Plinium legitur. E cuius verbis apparet, Nepotum ſolum dixiſſe, Cleophantum quemdam Corinthium ſecutum in Italiam Demaratum etc. cetera Plinii ſunt. Quare vel totus locus recenſendus erat, vel illa: *aut eod. nomine alium fuiſſe*, omittenda.

7 *Praefectum fabrum C. Caeſaris in Gallia*] Pro illis, *Namque adiecit idem Nepos*, etiam in qu. MSS. ſolum legitur vnica vox, *addiditque.* et abſunt illa *aut Lunenſi.* ac pro *Caryſtio*, eſt *a Caryſto.* [Barth. ad Statii Theb. 9, 690. *Fiſcher.*]

1 *Aedis Martis architectata ab Hermodoro*] Pro *Aedis* male Schotto editum *aedes.* *Aedis*, ἀρχαϊκῶς, pro *aedes:* [et *architectata* paſſiue, pro *aedificata.*]

2 *Non amplius ter bibere*] Repoſuimus et heic verba Suetonii. nam Schottus mutilauerat: *Non a. t. b. Auguſtus ſo-*

ſuper coenam, in caſtris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. *Sueton. Aug. c.* 77.

3 In extrema Britanniae parte Memma, quam Cornelius etiam, Annalium ſcriptor, narrat metallis plurimis copioſam, herbis frequentem, et his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam homines, alat. Labi vero per eam multa quam maxima relabique flumina, gemmas margaritasque voluentia. *Iornandes de rebus Gothicis, c.* 2.

## EPISTOLA CORNELIAE MATRIS GRACCHORVM [1]

1. XII. Dices, [2] pulcrum eſſe inimicos vlciſci. Id

1. Epiſtola — Gracchorum. *ſic Boſius et alii. Sed* verba Corneliae Graccorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta *MS. Sau. Voſſ.* 1. Corneliae Graccorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta. *MS. Voſſ.* 3. verba Corneliae matris Gracchorum *MS. Petau.* verba ex epiſtola Corneliae Gracchorum matris ex libro Cornelii Nepotis de latinis hiſtoricis excerpta. *MS. Gif.* — 2. dices. *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. *Gif. Sed* lices *MS. Petau.* dicis *MS. Sau. Statim* pul-

*litus etc.* omiſſis illis, *Corn. Nepos tradit.*

3 *In extrema Britanniae parte*] Plane adſentior Fr. Lindenbrogio, Corn. Tacitum ſignificari. nam ex eo magnam partem hanc narrationem hauſtam eſſe, vel illa fidem faciunt, quae Iornandes ſubiicit: *Silurum colorati vultus, torto plerique crine et nigro naſcuntur. Calidoniam vero incolentibus, rutilae comae, corpora magna etc.* Quae, et alia Iornandi dicta, paene totidem verbis in Agricola Taciti leguntur. Vide cum cap. 10 et ſeqq. Perperam igitur inter Fragmenta Nepotis relata ſunt. [quare Heuſing. hoc fragm. vncis incluſit.]

---

Reperit et Sauaro in ſuo, et Gifanii Petauiique codicibus *vitae Attici* [Catonis, in cod. Voſſ. 1.] adiunctam. Pro genuina etiam exhibet, et alicubi corrigit Pighius tomo 3 Annalium Rom. hoc ei titulo praefixo: *Epiſtolarum fragmenta duo Corneliae P. F. Gracchorum matris ad C. Sempronium filium, Tribunatus plebis Candidatum: ex Corn. Nepotis libro de latinis hiſtoricis.* quae poſtrema forſan e codice Gif. deſumta ſunt; quo, Sauaro probari ait, fragmenta haec excerpta eſſe e libro Nepotis de latinis hiſtoricis. Denique, vt Corneliae inſigne fragmentum etiam Ianus Rutgerſius exhibet, ac locis aliquot reſtituere conatur Variar. lection. 5, 12. p. 491 ſq. [conf. Cic. Brut. c. 27. et 58. Schot. ad Sen. p. 670. tom. 3. *Fiſcher.*]

neque maius, neque pulcrius cuiquam, atque eſſe mihi [3] videtur; ſed ſi liceat republ. ſalua ea perſequi. Sed quatenus id fieri non poteſt, mul- 2
to tempore, multisque partibus inimici noſtri non peribunt; atque, vti [4] nunc [5] ſunt, erunt potius, quam respubl. profligetur [6] atque pereat.

EADEM ALIO LOCO.

Verbis conceptis deierare auſim, praeter- 3
quam qui [1] Tiberium Gracchum necarunt, [2] neminem inimicum tantum moleſtiae, [3] tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidiſſe: quem oportebat omnium eorum, quos ante ha- 4
buerim [4] liberos, partis eorum [5] tolerare, atque curare, vt quam minimum ſollicitudinis in ſenecta haberem, vtique, quaecumque ageres, ea velles maxime mihi placere: atque vti nefas haberes, rerum maiorum aduerſum meam ſententiam quidquam facere. Praeſertim mihi, cui parua 5

cherrimum *MS. Voſſ.* 3. *pro*, pulcrum. — 3. mihi eſſe *MS. Voſſ.* 3. *Mox* eos perſequi *Ed. Patau.* — 4. neque vti *Ed. Gebh. Keuch.* — 5. nunc. *ſic MS. Sau. Giſ. ſed* non *MS. Petau.* — 6. profligetur. *Ita etiam MS. Voſſ.* 1.

1. qui *aberat a MS. Sau.* — 2. Graccum necharunt *MS. Voſſ.* 1. Graecum nec. *MS. Voſſ.* 3. qui Tib. filium necarunt *Pigh.* — 3. tantumque tantae moleſtiae motatumque *MS. Voſſ.* 3. — 4. quos ante habuerim. *Sic MS. Petau. Sed* quos ante hac habui *MS. Sau. Giſ. Ed. Keuch. Pat.* — 5. partis eorum. *Ita MS. Giſ. Pe-*

1 *Atque eſſe mihi vid.*] Tò *eſſe* non eſt apud Pighium. Idem mox coniicit leg. *eos perſequi.* Verſ. 3 idem edidit, *qui Ti. filium necarunt.* malletque ſtatim *quantum tu ob h. r.* Verſu 4 idem et Rutgerſius habent: *quos antehac habui liberos.* Et pro *partis eorum* habet *in primeis partis. Partis* autem pro *partes* accipit. recte. ſic enim inflexere veteres. Mox *vti quam min.* et *aduorſum meam ſent.* putatque poſt *τὸ facere* deeſſe verbum *reſiſtereue,* vel ſimile quid. Non opus.

5 *Cui parua pars vitae ſupereſt*] Aliter Schottus interpungit: *cui parua p. v. ſupereſt. Ne id quidem etc.* Similiter Pighius: *cui parua p. v. reſtat. Ne id qu. breue ſpatium eam pot. opit.* Et

pars vitae[6] ſupereſt. Ne id quidem[7] tam breue
ſpatium poteſt opitulari, quin et mihi aduerſe-
6 ris,[8] et rempubl. profliges. Denique quae pau-
ſa[9] erit? * et quando[10] deſinet familia noſtra
inſanire? et quando modus ei rei haberi[11] pot-
erit? et quando deſinemus, ** et habentes, et
praebentes,[12] moleſtiis deſiſtere? et quando perpu-
7 deſcet[13] miſcenda atque perturbanda republ. Sed
ſi omnino id fieri non poteſt: vbi[14] ego mortua
ero, petito Tribunatum; poſt me[15] facito, quod
8 libebit, quum ego non ſentiam. Vbi mortua
ero, parentabis[16] mihi, et inuocabis deum pa-

*tau. Sau. a quo poſtremo tamen aberat τὸ* corum. *Ed. Keuch. et Patau.* partes eorum. — 6. in tam paruas pauſas vitae *MS. Voſſ.* 3. *pro* cui p. parua vitae. — 7. ne id quidem: *Sic etiam MS. Voſſ.* 1. — 8. aduerſes *MS. Voſſ.* 1. 3. *Sau.* aduerſas *MS. Giſ. Petau.* — 9. pauſas *MS. Voſſ.* 3. — * fort. *ecquando.* — 10. et quando. *Sic MS. Sau. Petau. Sed* ecquando *MS. Giſ.* — 11. ei rei LXV. *MS. Voſſ.* 3. — ** al. *abſentes et praeſentes.* — 12. et habentes et praebentes. *Sic etiam MS. Voſſ.* 3. *Sau. Giſ. Sed* et abſentes et praeſentes *MS. Petau.* et habentes et praeſentes *Ed. Keuch.* — 13. et quando perpud. *Aberant a MS. Petau.* — 14. vbi. *Sic MS. Giſan. Pet. Sed* mihi *MS. Sau.* — 15. poſt me. *Aberant a MS. Voſſ.* 1. *Sau. Statim* facite *MS. Voſſ.* 3. facito, quod lubebit *MS. Sau. Ed. Keuch. Patau.* per me facito quod libebit *MS. Giſ.* — 16. parentibus *MS. Voſſ.* 3. *Sau.*

pro *eam* coniicit legendum *iam.* Rutgerſ. mallet interrogatiue legi: *quin et mihi aduerſeris, et remp. profliges?* [Schotti interpunctionem reddidit Heuſing. ſed Boſius et alii interpunxerunt — *ſupereſt, ne id quidem.*]

6 *Quae pauſa erit*] Alii: *quae cauſa erit?* corrupte, vt opinor. Mox Rutgerſ. leg. *et habentes et praebentes moleſtiis, deſipere?* quod fateor me non capere. Extremo hoc verſiculo idem Rutgerſ. ſcribendum ait *perturbanda reſpubl.* Sed nihil mutandum. *Perpudeſcet miſcenda republ.* dictum, vt *pudet dictu* apud Tacit. Agr. 32, 3 et ſimilia alia.

7 *Poſt me*] Omiſit Rutgerſ. incertum an ſtudio. Pighius vero, *per me.* Et mox, *ſentiam, vbi non ero. Parentabis etc.*

8 *Et inuoc. deum parentem. In eo tempore*] Rutgerſ. edidit: *et inuoc. deum parentem in eo tempore. ne pudet etc.* Sed ait, haec parum ſana ſibi videri. Igitur coniicit leg. *inuocabis deum parentem numen. Eo tempore etc.* Mercerus in notis ad Ariſtaeneti 2 ep. 8 exponebat *deum parentem,* Θεὸν

rentem. In eo tempore, non pudet [17] te eorum
* deûm preces expetere, quos, viuos atque prae-
ſentes, relictos atque deſertos habueris? Ne ille 9
ſinat Iupiter, te ea perſeuerare, [18] nec tibi tantam dementiam venire in animum; et, ſi perſeueras, vereor in [19] omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, vti in nullo tempore tute tibi placere poſſis.

17. non pudet. *Ita etiam MS. Gif. Petau.* *Sed* ne pudet *MS. Voſſ.* 1. *Sau.* — * fort. *deorum.* — 18. ea perſeuerare. *Ita etiam MS. Voſſ.* 3. *ſed omiſſo* τῷ ea. *v. not.* — 19. vereor ne *Ed. Gebh. Boecl. Patau.*

πατρῷον, ἢ μητρῷον. Salmaſius in Exercit. Plinian. p. 412 putat ſcriptum fuiſſe: *et inuocabis D. M. parentis.* Legit igitur ac diſtinguit: *et inuocabis Deos Manes parentis. Eo tempore ne pudeat etc.* [Nec Heuſingerus probat Salmaſii emendationem, et „quum et, ait, *deus parens* poſſit id ipſum ſignificare. Defunctos enim parentes, tamquam deos, inuocabant. *Deus* vero ita accipio, vt ſit *dea parens.* Vide, quae dixi ad Vechner. hellenol. I. 1, 5. pr. p. 54.“] Mallem tamen, *In eo tempore.* quomodo et Nepos alicubi loquutus eſt. [1, 5, 11. at ibi *tempus* eſt calamitas. *Fiſcher.*]

*non pudet*] Pighius coniicit *pudebit.* MS. Sauaronis: *ne pudet.* Vnde Rutgerſ. *ne pudeto.* Salmaſius: *ne pudeat.* Mihi optima videtur, quae in textu habetur. [Atque Heuſing. vulgatum ita intelligit: *nonne pudet te, in eo tempore eorum preces expetere, quos viuos atque praeſentes relictos atque deſertos habueris?*]

*preces expetere*] V. Ind. *preces.* [Scil. in indic. haec notantur: „Ioſ. Mercerus in notis ad Ariſtaen. 1. ep. 8. exp. *inuocare*, atque huc aduocat illud Plauti Truc. 1, 5, 1. *qui a patrona preces mea expeteſſunt,* vbi v. not. Taubmanni. Buchnerus cenſebat, *preces* poni pro rebus petitis; vt *vota* pro rebus, quas vouemus: quam explicationem etiam Plauti locus admittit.“ Contra Heuſing. in nota malit, *preces* hic ſignificare *precationes.* Liu. praef. extr. *Cum bonis potius ominibus votisque ac precationibus deorum dearumque libentius inciperemus.*]

9 *Sinat*] Pigh. *ſirit.* Mox Rutgerſ. emendat, *te eo perſeuerare.* Et ſtatim: *tu te tibi placare poſſis.* quomodo Horatius 1 epiſt. 18 *quid te tibi reddat amicum.* Alteram tamen Plautus firmat Perſa 1, 1, 30 *Si tute tibi bene eſſe potes pati.* [*ea*, quae coepiſti, *perſeuerare.* Nam *perſeuerare* actiuum eſt. v. Heuſing. et conf. Stauer. in Miſcell. Obſſ. crit. vol. 10. p. 103.]

[*Cornelius Nepos in libro de hiſtoricis latinis de laude Ciceronis.*

1 XIII. Non ignorare debes, vnum hoc genus Latinarum litterarum adhuc non modo non reſpondere Graeciae, ſed omnino rude atque inchoatum morte Ciceronis relictum. Ille enim fuit vnus, qui potuerit et etiam debuerit hiſtoriam digna voce pronuntiare: quippe qui oratoriam eloquentiam rudem a maioribus acceptam perpoliuerit, philoſophiam ante eum incomitam La-

[Vtrumque fragmentum eſt codici antiquo, in bibl. Guelpherbyt. ſeruato, et ſaec. XI, exarato, inter codd. Gudianos nr. 278. Ciceronis Orationum Philipp. praeſcriptum ab homine, qui a Nepotis teſtimoniis operi Tulliano petierat commendationem. Duo illa fragm. reperit cl. Iac. Frider. Heuſing. et in proluſ. *de Nepote Cornelio bene merendi aliquot ſubſidia bibl. Guelpherbytanae*, Guelpherb. 1759. 4. adtribuit copioſeque vindicauit Cornelio et „genuina, ait, haec eſſe Nepotis monumenta, ex indiciis tam manifeſtis tamque conſentientibus elucet, vt equidem opiner, de integritate eorum qui dubitet, futurum eſſe neminem." Hanc proluſionem Fiſcher. ſubiecerat editioni ſuae Nepotis. Sed quoniam lis inde orta eſt inter Heuſingerum atque Klotzium, illam proluſionem in hac editione malui omittere, quam omnia hic repetere. Klotzius enim in Nou. Actis Erudit. m. Febr. 1759. copioſe impugnauit eorum fidem. Heuſing. autem hunc diſſenſum aegerrime tulit, ſuamque ſententiam acriter vberiusque defendit in proluſione: *Fragmenta Cornelii Nep. Guelpherbytana a cenſoria Lipſienſis critici virgula vindicat.* Guelpherb. 1760. Klotzius contra in Miſcellan. criticis, Vltraiect. 1763. 8. cap. XII. modeſte tuitus eſt ſuam ſententiam. Editis illis Miſcellaneis, Heuſingerus, cognito ſuo aduerſario, ſuam quidem ſententiam non mutauit; ſed potius eam docte modeſteque denuo vindicauit in altera edit. *Fl. Mallii Theodori de metris liber — — praeterque ſcriptorum aliquot veterum apoſpaſmatia, Cornelii Nepotis fragmenta Guelpherbytana cum defenſionibus ſuis adiecit Iac. Frid. Heuſinger.* Lugd. Batau. 1766. 8. Vbi recuſae ſunt p. 103. ſqq. prior proluſio; poſterior autem p. 127 ſqq. et p. 155 incipit, *Ad vindicias fragmentorum Nepotis acceſſio:* de qua aeque verecunde iudicauit Klotz. in Actis Litterar. vol. III. part. 3. p. 345. Quae omnia ſi in hac Nepotis edit. repeterem, vererer, ne limites libri migrarem.]

[1 *Et etiam*] Cic. ad Attic. 16. ep. 16, p. 944. *et etiam oro.* item 9. ep. 25, 7. 13. ep. 7, 7. *Fiſch.*]

[*pronuntiare*] Cic. de Offic.

tinam ſua conformauerit oratione. Ex quo dubito, interitu eius vtrum res publica, an hiſtoria magis doleat.

Locuples ac diuina natura, quo maiorem 2
ſui pareret admirationem, ponderatioraque ſua eſſent beneficia, neque vni omnia dare, nec rurſus cuiquam omnia voluit negare.]

1, 1 de Demoſthene, et Cicer. Brut. 83. Thucydides *rerum geſtarum pronuntiator* ſincerus. *Fiſcher.*)

# CHRONOLOGIA
## RERVM MEMORABILIVM IN NEPOTE
### AD
### OLYMPIADAS, VRBIS CONDITAE ANNOS EX CATONIANIS RATIONIBVS, QVAE A VARRONIANIS II. ANNIS DISCREPANT, ET CHRISTI NATI DIGESTA.

### (EX EDITIONE ALTERA TZSCHVCKII.)

| *Olymp.* | *A. V.* | *A. Chr. n.* | |
|---|---|---|---|
| 7, 2. | 1. | 751. | Ex Varronis rationibus ſic habet: Olymp, 6, 4. A. V. 1. A. Chr. n. 753. |
| 27, 2. | 81-113. | 671. | Tullus Hoſtilius Romae regnat. Fragm. 1, 3. Cf. Liu. 1, 22. |
| 30, 4. | 95. | 657. | Demaratus Cypſeli tyrannidem fugiens Romam demigrat. Fragm. 10, 6. |
| 41, 3. | 138 — 175. | 614 — 577. | Tarquinius Priſcus quintus Romanorum rex. Fragm. 10, 6. |
| 55, 1. | 192. | 560. | Piſiſtratus Athenarum tyrannus. Milt. 8, 1. |
| 62, 3. | 222. | 530. | Cyrus in bello contra Maſſagetas perit. De reg. 1, 2. |
| 64, 4. | 231. | 521. | Darius Cambyſi, Cyri filio, ſubcedit. Ibid. |
| 68, 1. | 244. | 508. | Darius Scythis bellum inlaturus pontem in Iſtro facit. Milt. 3, 1. |
| 68, 2. | 245. | 507. | Miltiades, Cherſoneſo relicta, Athenas redit. Milt. 3, 6. |
| 79, 1. | 252. | 500. | Iones ab Athenienſibus adiuti Sardes expugnant. Milt. 4, 1. |
| 72, 3. | 262. | 490. | Darii contra Graecos expeditio et in pugna Marathonia clades. Milt. 4 ſq. |
| 72, 4. | 263. | 489. | Miltiades, Parum inſulam infeliciter adgreſſus, in vincula coniicitur, in quibus obit. Milt. c. 7. |
| 73, 3. | 266. | 486. | Xerxes Dario, Hyſtaſpis filio, mortuo ſubcedit. De reg. 1, 2. |
| 74, 2. | 269. | 483. | Ariſtides oſtraciſmo vrbe expellitur. Ariſtid. 1, 2. Themiſtocles portum Piraeei et claſſem nouam aedificat. Themiſt. 2, 2. |

| *Olymp.* | *A. V.* | *A. Chr. n.* | |
|---|---|---|---|
| 75, 1. | 272. | 480. | Xerxes ex Aſia in Graeciam tranſit. Themiſt. 2, 4. Pugna ad Thermopylas. Ib. 3, 1. ad Artemiſium. Ib. 3, 2. Athenae a Perſis incenſae. Themiſt. 4, 1. Ariſtides ante tempus ab exſilio reuocatur. Ariſt. 1, 5. Pugna Salaminia. Themiſt. 4, 5. |
| 75, 2. | 273. | 479. | Ariſtides et Pauſanias Mardonium Perſarum ducem ad Plataeas vincunt. Ariſt. 2, 1. Pauſan. 1, 2. |
| 75, 3. | 274. | 478. | Athenienſes conſilio Themiſtoclis muros ſuos inuitis Spartanis inſtaurant. Themiſt. 6, 1. |
| 75, 4. | 275. | 477. | Athenienſes auctore Themiſtocle Piraeei portum abſoluunt. Themiſt. 6, 1. Pauſaniam cum claſſe communi in Cyprum mittunt. Pauſan. 1, 4. Ariſtidis aequitate Graeciae principatus ad Athenienſes defertur. Ariſtid. 2, 2. Eiusdem opera aerarium Graeciae in Delo conſtituitur. Ariſtid. 3, 1. |
| 77, 2. | 281. | 471. | Themiſtocles Athenis expulſus et abſens proditionis adcuſatus ad Artaxerxem confugit. Themiſt. 8, 9. |
| 77, 3. | 282. | 470. | Cimon Perſas vincit terra marique eodem die. Cimon 5, 2. |
| 78, 2. | 285. | 467. | Ariſtides obit. Ariſtid. 3, 3. |
| 78, 3. | 286. | 466. | Themiſtocles Magneſiae moritur. Themiſt. 10, 5. |
| 79, 1. | 288. | 464. | Cimon vincit Thaſios, qui ab Athenienſibus defecerant. Cim. 2, 5. Cf. Diodor. 11, 70. |
| 80, 1. | 292. | 460. | Cimon patria expellitur. Cim. 3, 1. |
| 81, 2. | 297. | 455. | Cimon reuocatus cum Lacedaemoniis foedus iungit. Cim. 3, 3. |
| 82, 3. | 302. | 450. | Cimon Perſas in Cypro vincit et maris imperium ciuibus ſuis vindicat. Cim. 3, 4. |
| 82, 4. | 303. | 449. | Cimon pace cum victis Perſis compoſita in Cypro moritur. Cim. 3, 4. |
| 87, 2. | 321. | 431. | Peloponneſiaci belli initium. Diodor. 12, 38. |
| 91, 1. | 336. | 416. | Alcibiades, Nicias et Lamachus duces Athenienſium ad bellum cum Syracuſanis gerendum miſſi. Alcib. 3, 1. |
| 91, 2. | 337. | 415. | Alcibiades, coniurationis in patriam poſtulatus, ad Spartanos fugit. Alcib. 3 ſq. |
| 91, 3. | 338. | 414. | Bellum Decelicum. Alcib. 4, 7. |
| 92, 2. | 341. | 411. | Alcibiades, ab exercitu receptus, poſt in patriam reſtitutus, abſens vna cum Thraſybulo et Theramene imperio praeficitur, et Lacedaemonios terra marique victos ad pacem cogit. Alcib. 5, 4. |
| 93, 1. | 344. | 408. | Alcibiades Athenas reuerſus ſummusque imperator, adiunctis Thraſybulo et Adimanto, factus, cum Lacedaemoniis mi- |

| *Olymp.* | *A. V.* | *A. Chr. n.* | |
|---|---|---|---|
| | | | nus commode confligit et paullo poſt iterum in exſilium mittitur. Alcib. 6 et 7. |
| 93, 3. | 346. | 406. | Dionyſius ſenior Syracuſis tyrannidem obcupat. Dion. 1. De regib. 2, 2. |
| 93, 4. | 347. | 405. | Lyſander, Athenienſibus ad Aegos flumen victis, bello Peloponneſio finem inponit. Lyſ. 1. Alcib. 8, 6. Con. 1, 2. |
| — | — | — | Idem Athenis captis 30 tyrannos inponit. Thraſyb. 1, 5. |
| 94, 1. | 348. | 404. | Alcibiades in Phrygia, quo confugerat, obprimitur. Alcib. 10, 6. |
| 94, 2. | 349. | 403. | Lyſander adcuſatus abſoluitur. Lyſ. 3, 4. |
| 94, 4. | 351. | 401. | Thraſybulus deuictis 30 tyrannis Athenienſibus libertatem reſtituit. Thraſyb. 3, 1. |
| 95, 1. | 352. | 400. | Ageſilaus Agidi fratri ſubcedit. Ageſil. 1. |
| 95, 2. | 353. | 399. | Conon, Athen. exſul, Perſarum claſſi aduerſus Lacedaemonios praeficitur. Con. 2, 2. |
| 95, 3. | 354. | 398. | Plato Tarentum venit, inde Syracuſas. Dion. 2, 2. |
| 96, 1. | 356. | 396. | Ageſilai cum Perſis in Aſia bellum. Con. 2, 2. Ageſil. 2. |
| — | — | — | Lyſander dux Lacedaemoniorum in proelio cum Thebanis apud Haliartum cadit. Lyſ. 3, 4. Cf. Diodor. 14, 81. |
| 96, 2. | 357. | 395. | Conon Lacedaemonios Piſandro duce proelio nauali ad Cnidum vincit. Con. 4, 4. |
| — | — | — | Ageſilaus ex Aſia reuocatus ad Coroneam Athenienſes eorumque ſocios vincit. Ageſil. 4, 5. |
| 96, 3. | 358. | 394. | Conon Athenarum muros ope Thebanorum reficit, et a Tiribazo cuſtodiae traditur. Con. 4, 5. et 5, 3. |
| — | — | — | Belli Corinthiaci initium. Diodor. 14, 86. |
| 96, 4. | 359. | 393. | Iphicrates Lacedaemoniorum victor ad Corinthum. Iphicrat. 2. |
| — | — | — | Camillus Veios capit. Fragm. 7, 1. Cf. Liu. 5, 21. |
| — | — | — | Melpum a Gallis deletur. Fragm. 7, 6. |
| 97, 2. | 361. | 391. | Ageſilaus agrum Corinthium populatur. Ageſil. 5. |
| 97, 3. | 362. | 390. | Thraſybulus biennio ante Lesbi victor ab Aſpendiis necatur. Thraſyb. 4, 4. |
| 97, 4. | 363. | 389. | Camillus exſulat. Fragm. 5, 6. |
| 98, 1. | 364. | 388. | Galli Capitolium obſident. Fragm. 6, 6. |
| 98, 2. | 365. | 387. | Chabrias, Euagorae adiutor miſſus, totam Cyprum ſubigit. Chabr. 2, 2. |
| 98, 4. | 367. | 385. | Datames ab Artaxerxe Ciliciae praeficitur. Datam. 1, 5. |
| 99, 3. | 370. | 382. | Lacedaemonii, duce Phoebida, Cadmeam, arcem Thebarum, obcupant. Pelopid. 1, 2. |

| *Olymp.* | *A. V.* | *A. Chr. n.* | |
|---|---|---|---|
| 99, 4. | 371. | 381. | Manlius de ſaxo Tarpeio deiicitur. Fragm. 1, 4, 5, 6. Cf. Liu. 6, 20. |
| 100, 3. | 374. | 378. | Thebani exſules ope Athenienſium Cadmeam recipiunt. Pelop. 3, 3. |
| 100, 4. | 375. | 377. | Ageſilai in Boeotiam expeditio. Chabr. 1, 2. Chabriae de eo victoria. Ibid. |
| — | — | — | Chabrias, Acorin, Aegypti regem, adiutum profectus, Athenas reuocatur. Chabr. 2, 3. |
| — | — | — | Iphicrates ab Athenienſibus auxilio Artaxerxi, regi Perſarum, mittitur. Iphicrat. 2, 4. |
| 101, 1. | 376. | 376. | Timotheus Lacedaemonios ad Leucaten ſuperat. Timoth. 2, 1. |
| 101, 2. | 377. | 375. | Lacedaemonii maris imperium (cf. Olymp. 82, 3.) Athenienſibus cedunt. Timoth. 2, 2. |
| 101, 3. | 378. | 374. | Iphicrates exercitui Perſarum conductitio praefectus aduerſus Aegyptios proficiſcitur et paullo poſt Athenas reuertitur. Iphicr. 2, 4. Cf. Datam. 3, 5. |
| 102, 2. | 381. | 371. | Epaminondas Spartanos ad Leuctra profligat. Epamin. 8, 3. |
| 102, 3. | 382. | 370. | Iphicrates Eurydicen, Macedoniae reginam, viduam, defendit. Iphicr. 3, 2. |
| 102, 4. | 383. | 369. | Epaminondas Laconiam inuadit, Spartam capit, Meſſenen reſtituit. Epamin. 7, 3. 8, 4. Pelop. 4, 3. |
| — | — | — | Idem cum Pelopida Arcadibus in bello cum Lacedaemoniis auxilio a Thebanis mittitur. Pelop. 4, 2. Iphicrates contra Arcadas. Iphicr. 2, 5. |
| 103, 1. | 384. | 368. | Dionyſio patri ſubcedit Dionyſius iunior. De reg. 2, 2. Dion. 2, 8. |
| — | — | — | Pelopidas ab Alexandro Pheraeo in vincula coniicitur. Pelop. 5, 1. |
| 103, 2. | 385. | 367. | Epaminondas exercitum Thebanum, ab hoſtibus obſeſſum, incolumem reducit domum. Epamin. 7, 2. |
| — | — | — | Idem Pelopidam ex vinculis liberat. Pel. 5, 2. |
| 103, 3. | 386. | 366. | Epaminondas bellum in Peloponneſo gerit. Epamin. 7, 3. |
| 104, 1. | 388. | 364. | Pelopidas in proelio aduerſus Alexandrum Pheraeum victor cadit. Pelop. 5, 4. |
| — | — | — | Timotheus cum Olynthiis bellum gerit. Timoth. 1, 2. |
| 104, 2. | 389. | 363. | Epaminondas Spartam iterum tentat, Lacedaemonios ad Mantineam vincit, victorque cadit. Epamin. 9, 1. |
| 104, 3. | 390. | 362. | Ageſilaus Lacedaem. et Chabrias Athen. a rege Perſarum ad Tachum, Aegypti regem, deficiunt. Chabr. 2, 3. Ageſil. 8, 2. |

| *Olymp.* | *A. V.* | *A. Chr. n.* | |
|---|---|---|---|
| 104, 3. | 390. | 362. | Datames ab Artaxerxe deficit. Datam. 5, 5. |
| — | — | — | Chabrias Nectanebo regnum conſtituit. Chabr. 2, 1. |
| — | — | — | Ageſilaus moritur. Ageſil. 8, 6. |
| 105, 1. | 392. | 360. | Philippus in Macedonia regnare incipit. De reg. 2, 1. |
| 105, 3. | 394. | 358. | Chabrias cum Charete aduerſus Athenienſium ſocios, Chios, Rhodios, Coos et Byzantios miſſus in proelio obcumbit. Chabr. 4, 3. |
| — | — | — | Dionis fuga et praeparatio ad bellum cum Dionyſio. Dion. 4, 1. |
| 105, 4. | 395. | 357. | Dionis felix cum Dionyſio bellum et huius fuga in Italiam. Dion. 5, 3 ſq. |
| — | — | — | Alexandri Pheraei interitus. Diodor. 16, 14. |
| 106, 1. | 396. | 356. | Athenienſes ducibus Charete, Iphicrate et Timotheo cum ſociis acriter pugnant. Timoth. 1, 2. |
| — | — | — | Iphicrates et Timotheus ab Athenienſibus mulctantur. Iphicr. 3, 3. Timoth. 3, 5. |
| 106, 2. | 397. | 355. | Dion Syracuſis interficitur. Dion. 9, 6. Timol. 2, 1. |
| 107, 2. | 401. | 351. | Alexander M. naſcitur. De reg. 2, 1. Fragm. 1, 5. |
| 108, 2. | 405. | 347. | Dionyſius iunior Syracuſas anno decimo poſt, quam a Dione pulſus erat, recuperat. Timol. 2, 1. |
| 108, 4. | 407. | 345. | Timoleontis in Siciliam expeditio. Timol. 2, 1. |
| — | — | — | Idem Hiceta fugato Syracuſanis libertatem reſtituere conatur. Timol. 2, 3. 3, 3. |
| 109, 1. | 408. | 344. | Timoleon Syracuſis a Dionyſio ipſi traditis potitus Dionyſium dimittit Corinthum. Timol. 2. |
| 109, 3. | 410. | 342. | Idem rem publicam Syracuſarum inſtaurat, pulſisque Poenis ad Crimiſſum et pace cum iis inita toti Siciliae pacem et libertatem reſtituit. Timol. 3. |
| 110, 4. | 415. | 337. | Timoleon moritur. Timol. 5, 4. |
| 111, 1. | 416. | 336. | Philippus Macedo a Pauſania, ſatellite, interficitur. De reg. 2, 1. |
| 112, 2. | 421. | 331. | Alexander M. Darium ad Arbela vincit. Diodor. 17, 59. |
| 113, 3. | 426. | 326. | Hephaeſtionis mors. De reg. 2, 1. Eumen. 2, 1. |
| 114, 1. | 428. | 324. | Alexander M. Babylone moritur. Eumen. 2, 1. De reg. 2, 1. |
| 114, 3. | 430. | 322. | Athenae, Phocione auctore, Antipatri praeſidium recipiunt. Phoc. 2, 2. |
| — | — | — | Perdiccas interficitur. Eumen. 5, 1. |
| 114, 4. | 431. | 321. | Eumenes vincit Craterum et Neoptolemum. Eumen. 3. et 4. |
| — | — | — | Antipater rebus Macedonicis praeficitur. Eum. 5, 1. |

| Olymp. | A. V. | A. Chr. n. | |
|---|---|---|---|
| 114, 4. | 431. | 321. | Eumenes ab Alexandri exercitu hoſtis iudicatur et ab Antigono Norae obſidetur. Eum. 5. |
| 115, 2. | 433. | 319. | Eumenes regum tutor factus bellum adverſus Antigonum parat. Eumen. 6. et 7. |
| 115, 3. | 434. | 318. | Nicanor, a Caſſandro Athenas miſſus, Piraeeum obcupat. Phoc. 2, 5. |
| — | — | — | Phocion necatur. Phoc. 4, 3. |
| — | — | — | Eumenes in Perſiam copias ſuas hiematum diuidit. Eum. 8, 1. |
| 115, 4 | 435. | 317. | Eumenes aduerſus Antigonum bellum gerit. Eum. 7. |
| 116, 1, | 436. | 316. | Eumenes ab Antigono captus obciditur. Eum. 10 ſqq. |
| 119, 4. | 451. | 301. | Antigonus cadit in proelio ad Ipſum, Phrygiae oppidum. De reg. 3, 2. |
| 123, 3. | 466. | 286. | Demetrius in cuſtodia Seleuci, generi, morbo perit. De reg. 3, 3. |
| 124, 4. | 471. | 281. | Lyſimachus obciditur a Seleuco. De reg. 3, 2. |
| — | — | — | Pyrrhi cum Romanis bellum. De reg. 2, 2. Fragm. 10, 4. |
| 125, 1. | 472. | 280. | Seleucus a Ptolemaeo interficitur. De reg. 3, 4. |
| 127, 1. | 480. | 272. | Pyrrhus Argos obpugnans lapide ictus interit. De reg. 2, 2. |
| 128, 4. | 487. | 265. | Belli Punici primi initium. Hamilc. 1, 1. |
| 133, 1. | 504. | 248. | Hamilcar in Carthalonis locum claſſi praeficitur. Hamilc. 1, 1. Hoc anno Hannibal natus fertur. |
| 134, 3. | 510. | 242. | Lutatius, conſul, claſſe Poenos ſuperat ad Aegates inſulas et Sicilia decedere cogit. Hamilc. 1, 3. |
| 134, 4. | 511. | 241. | Belli Punici primi finis. Hamilcar. 1, 3—5. |
| — | — | — | Bellum Africanum a mercenariis militibus ſtipendii cauſa hoc anno motum quarto poſt ab Hamilcare comprimitur. Hamilc. 2, 1. |
| 135, 3. | 514. | 238. | Hamilcar imperator in Hiſpaniam mittitur, ſecumque ducit Hannibalem filium annos 9 natum. Hamilc. 3, 1. Hannib. 2, 3. |
| 137, 4. | 523. | 229. | Hamilcar in proelio contra Vettones cadit, eique Hasdrubal, gener, imperator ſubficitur. Hamilc. 3. et 4. |
| — | — | — | Hannibal equitatui praeeſt. Hannibal. 3, 1. |
| 139, 4. | 531. | 221. | Hasdrubali interfecto ſubcedit Hannibal annos 26 natus. Hamilc. 3, 3. Hannib. 3, 1. |
| — | — | — | Hannibal non toto inde triennio totam Hiſpaniam ſubigit. Hannib. 3, 7. |

| *Olymp.* | *A. V.* | *A. Chr. n.* | |
|---|---|---|---|
| 140, 1. | 532. | 220. | Hannibal expugnat deletque Saguntum. Hann. 3, 2. |
| 140, 2. | 533. | 219. | Belli Punici ſecundi per annos 17 tracti initium. |
| — | — | — | Hannibal ex Hiſpania per Gallos et Alpes transit in Italiam. Hann. 3, 3. |
| — | — | — | Idem confligit cum Scipione COS. ad Rhodanum. Ib. 4, 1. cum eodem ad Padum. 4, 1. cum eodem eiusque conlega ad Trebiam. 4, 2. |
| 140, 3. | 534. | 218. | Idem confligit cum Flaminio COS. apud Traſimenum. 4, 3. cum Centenio praetore. 4, 3. Fabium dictatorem eludit. 5, 1. (incepto quidem loco refertur.) Ruſum magiſtrum equitum fugat. 5, 3. |
| 140, 4. | 535. | 217. | Pugna Cannenſis, in qua Varro et Paullus CSS. ab Hannibale vincuntur. 4, 4. Fragm. 2, 2. |
| 141, 3. | 538. | 214. | Fabio et Marcello CSS. Cato tribunus militum. Cat. 1, 2. |
| 141, 4. | 539. | 213. | Gracchus conſul II. ab Hannibale interficitur. Hann. 5, 3. |
| 143, 1. | 544. | 208. | Marcellus quintum conſul ab Hannibale interficitur. 5, 3. |
| 143, 2. | 545. | 207. | Hasdrubal, frater Hannibalis, cadit in proelio apud Senam victus a Nerone CS. cui intereſt Cato. Cat. 1, 2. |
| 144, 4. | 547. | 205. | P. Scipio, poſt Africanus maior dictus, bellum transfert in Africam. Hann. 6, 1. Cato eius quaeſtor. Cat. 1, 3. |
| 144, 1. | 548. | 204. | Hannibal patriam defenſum ex Italia in Africam reuocatur. Hann. 6, 1. |
| 144, 2. | 549. | 203. | Hannibal vincitur a Scipione ad Zamam. 6, 3. |
| 144, 3. | 550. | 202. | Belli Punici ſecundi finis. 7, 1. |
| 145, 1. | 552. | 200. | Hannibal exercitui praeeſt cum Magone fratre resque in Africa gerit vsque ad conſulatum Sulpicii et Aurelii. 7, 1. |
| — | — | — | Cum Magone domum reuocatur. 1, 4. |
| 145, 3. | 554. | 198. | Cato praetor factus Sardiniam prouinciam obtinet. Cat. 1, 4. Cf. Liu. 32, 7. f. et c. 8, 5. |
| 146, 1. | 556. | 196. | M. Marcello, L. Furio CSS. Hannibal, domo profugus, ad Antiochum, Syriae regem, abit 7, 6. |
| 146, 2. | 557. | 195. | M. Cato, L. Flaccus CSS. Cat. 1, 1. 2, 1. |
| 146, 3. | 558. | 194. | M. Cato ex Hiſpania triumphat. Cat. 4, 1. Cf. Liu. 34, 46, 2. |
| — | — | — | Scipio Africanus CS. iterum. Cat. 2, 1. |
| 146, 4. | 559. | 193. | Cornelius Merula, Minucius Thermus CSS. Hannib. 8, 1. |
| — | — | — | Hannibal nauibus ad Africam adcedens Magonem fratrem, domo excitum, ſecum abducit. Hann. 8, 2. |

| *Olymp.* | *A. V.* | *A. Chr. n.* | |
|---|---|---|---|
| 147, 1. | 560. | 192. | Antiochus ab Hannibale, qui in Syriam redierat, ad bellum contra Romanos concitatur. Hann. 8, 3. et 2, 1. |
| 147, 2. | 561. | 191. | Hannibal claſſis parti ab Antiocho praefectus contra Rhodios, Romanorum ſocios, pugnat. 8, 4. |
| — | — | — | Antiochus ad Thermopylas a Glabrione caeditur. Ib. 8. 3. |
| 147, 3. | 562. | 190. | Hannibal, Antiocho victo, ad Pruſiam, Bithyniae regem, confugit. Ib. 9. et 10. |
| — | — | — | Idem pugnat contra Eumenem. Ib. 10. et 11. |
| 149, 1. | 568. | 184. | M. Cato, L. Flaccus cenſores. Cat. 1, 1. 2, 2. |
| 149, 3. | 570. | 182. | Hannibal hauſto veneno perit. Hann. 12. et 13. etſi de vero anno non conſtat inter auctores. Cf. et Liu. 39, 56. f. |
| 155, 2. | 593. | 159. | Terentius poeta moritur. Fragm. 1, 6. |
| 157, 2. | 601. | 151. | L. Lucullus, A. Albinus CSS. Fragm. 3, 6. |
| 157, 4. | 603. | 149. | Cato moritur. Cat. 3, 4. etſi quidam disſentiunt. |
| 161, 4. | 619. | 133. | Tib. Gracchus, trib. pl. necatur. Fragm. 12, 3. |
| 167, 4. | 643. | 109. | Atticus naſcitur. |
| 173, 1. | 664. | 88. | P. Sulpicius trib. pl. a Sulla CS. obciditur. Att. 2, 1. |
| 173, 2. | 665. | 87. | Cinna per a. 665—668. CS. ſaeuit in Sullanos, qua tempeſtate Atticus Athenas ſe confert. Att. 2, 2. |
| 174, 1. | 668. | 84. | Sulla ex bello Mithridatico rediens Athenas venit. Att. 4, 1. |
| 174, 3. | 670. | 82. | Sulla Marianarum partium victor et dictator. Fragm. 10, 5. |
| 174, 4. | 671. | 81. | Cicero Roſcium defendit. Fragm. 4, 1. |
| 178, 4. | 687. | 65. | Cotta et Torquato CSS. Atticus Romam redit. Att. 4, 5. |
| — | — | — | Cicero defendit Cornelium. Fragm. 4, 2. |
| 179, 2. | 689. | 63. | Cicero CS. Attic. 18, 6. Lentulus Spinther aedilis ſplendidus. Fragm. 8, 6. et 7. |
| 179, 3. | 690. | 62. | Metellus Celer Galliae proconſul. Fragm. 7, 1. |
| 179, 4. | 691. | 61. | Q. Cicero propraetor Aſiae. Attic. 6, 5. |
| 180, 3. | 694. | 58. | Cicero in exſilium abit. Attic. 4, 5. |
| — | — | — | Iul. Caeſar ab hoc inde anno ad a. V. 703. bellum gerit in Gallia. Fragm. 10, 7. |
| 182, 4. | 703. | 49. | Bellum ciuile inter Caeſarem et Pompeium. Attic. 7, 1. |
| 183, 1. | 704. | 48. | Pugna Pharſalica, in qua Pompeius a Caeſare vincitur. Att. 7, 3. |
| 184, 1. | 708. | 44. | Caeſar obciditur. Att. 8, 1. |
| — | — | — | Brutus et Caſſius, percuſſores Caeſaris, ad quos ſe tota ciuitas conuerterat, Anto- |

| *Olymp.* | *A. V.* | *A. Chr. n.* | |
|---|---|---|---|
| | | | nio ſuperante, in Graeciam et Syriam abeunt. Attic. 8. |
| 184, 2. | 709. | 43. | Antonius, hoſtis iudicatus, cedit Italia. Att. 9, 2. |
| — | — | — | Idem Mutinae obſidetur, vnde bellum Mutinenſe dicitur. Attic. 9, 1. Fragm. 11, 2. |
| — | — | — | Idem triumuir rei publicae conſtituendae. Att. 10, 1. 12, 2. |
| — | — | — | Proſcriptiones. Att. 10, 2. 12, 3. |
| — | — | — | Attici mater moritur. Att. 17, 1. |
| — | — | — | Cicero obciditur. Fragm. 13, 1. |
| 184, 3. | 710. | 42. | Proelium Philippenſe, in quo cadunt Brutus et Caſſius. Att. 11, 2. |
| 187, 1. | 720. | 32. | Atticus moritur. Att. 22, 3. |

# INDEX

## IN CORN. NEPOTEM SELECTISSIMVS

In quo primus numerus notat Vitam: ſecundus Caput: tertius Verſiculum capitis.

A.


A fundamentis diſiicere, ἐκ θεμελίων, *funditus* 20, 3. 3.
A puero, *inde a pueritia* 5, 2. 1.
A ſtirpe, *ab initio familiae et origine* 25, 18. 3.
ab tenui initio, *occaſione et ope rei tam paruae* 16, 2. 3.
Abdere ſe in Thraciam 7, 9. 1. *Veluti in ſinum ſecuritatis: de eo, qui ſuam ſortunam occulere ſtudet.*
Abeſt a perſona principis, *non decet, non conuenit* 15, 1. 2. ab inuidia, *remotum eſſe ab obtrectationibus inuidiae* 12, 3. 4. ab vrbe, *peregre eſſe* 25, 20. 1.
Abripere, *intercipere* 14, 4. 2.
Abripi, *de iis, qui ex ſolo patrio in aliud traiiciuntur* 1, 4. 2.
Accedere ad manum, *collatis ſignis dimicare* 18, 5. 2.
Accedere ad Remp. *capeſſere rempublicam* 9, 1. 1.
Accipere conditionem, *id quod offertur* 14, 8. 6.
Acceptus male, *qui praelio fuſus* 18, 8. 1.
Acer, ὀξύθυμος, *irritabilis* 13, 3. 5.
Acerba mors, *luctuoſa, tanquam praematura* 5, 4. 3.
Acerbius imperium, *crudelitas* 18, 6. 2.
Acerbitas, *rigor*, 10, 6. 5.
Acerbitas temporis priſtini, *indigna priſt. t. illata* 7, 6. 3.
Acheron. Ab Acheronte redimere, *ab inferis excitare et ſepulcro* 10, 10. 2. v. Cic. pro Mil. 29.
Acquieſcere, *ſignificanter de morte, vitam laborioſam ſequuta* 23, 13. 1.
Adducere aliquem alicui in ſuſpicionem, *ſuſpectum reddere* 23, 2. 2. adduci precibus alicuius, *permoueri* 10, 2. 3. ſcorta adducere, 10, 4, 4. v. Vulp. ad Catull. p. 421.
Adhibere memoriam contumeliae, *ea ad vltionem vti* 15, 7, 2. in conuiuium, *ſecum ducere* praef. 6. ſic Cic. Verr. 5, 11. at ibid. 52. *ad conuiuia adhibere.*
Adimantus 7, 7. 1.
Adire ad 2, 7. 1.
Adiungere, *addere iis, quae dicta* 15, 10. 4.
Adiutum venire 20, 2, 4.
Adiutor datus, *collega gerendi belli* 9, 4. 2.
Admetus Rex Moloſſorum 2, 8. 3.
Adminiſtrare bellum, *de duce, qui gerit bellum* 12, 2. 1. legationes 10, 1. 4.
Admirari quem, *venerationem not.* 10, 2. 3. *Sic* admiratio, pro *reuerentia* 11, 3. 1. admirabile fuit in eo, *inſigne ad gloriam* 17, 7. 3.
Admiranda in Italia Hiſpaniisque 24, 3. 4.

Admittere ad ſe domum 20, 1. 4. admittere quid, *agendum ſuſcipere* 25, 15. 2. admittere ſcelus, *perpetrare* 15, 6. 3.
Admitti, *propria vox de admiſſionibus principum* 14, 3. 4. *hinc de magiſtro admiſſionum apud Perſas mentio* 18, 1. 5. *in numerum praefectorum* 6, 1. 5
Adoleſcens *de quadragenario* 25, 8. 1. *Ita ſolebant Romani.* apud Suet. Aug. 20 *de triginta annos habente* admodum adoleſcentulus 22, 1. 1. adoleſcentia iniens 7, 2. 2. adoleſcentiae initium 5, 1. 1.
Adorior oppugnare 8. 2. 5. *vt alias: Aggredior hoc facere, conatum cum effectu notat.* Adoriri Dodonam, *de conatu corrumpendi ſacerdotes Dodonaeos* 6, 3. 2.
Adrumetum 23, 6. 3.
Adſcitus lepor, *opponitur* natiuo 25, 4. 1.
Aduerſum tenere proficiſcentibus, *de vento, qui proficiſcentibus flatu eſt contrarius, qui contra ſpirat* 1, 1. 5. adverſum Athenas, *e regione* 2, 3. 4.
Aduerſus arma ferre 17, 4. 6. aduerſus reſiſtere 16, 1. 3.
Aduerſari alicui, *de diſſenſione* 20, 2. 3.
Aduerſarius, *de eo, qui factionem comparat* 10, 7. 1. adverſarius populus, *hac voce notatur τὸ φιλαίτιον ſiue adverſandi premendique ſuperiores libido* 13, 3. 5. adverſarii, *obtrectatores, aemuli* 15, 7. 3. *qui accuſant in iudicio* 2, 4. 4. aduerſaria factio 16, 1. 2.
Aduocare concionem 7, 6. 4.
Aedes Iouis Feretrii 25, 20. 3. Mineruae 4, 5. 2. Proſerpinae 10, 8. 5.
